Quo vero ad propoſitiõis definitionem primo debes ſcire, ad circunſcribendam differentiam rei propriam, aliquando vti circũlocutione per diſiunctionẽ, aut per copulationem, & ſic Ariſto. propter ignorantiam proprię propoſitionis differẽtię complexus eſt illa duo ſubdiſiunctione. Aut aliter dici poteſt Ariſt. eſſe vſum mirabili breuitate, qua ſimul propoſitionis deſcriptionem, & eius in ſpecies diuiſionem, adhuc & ſpecierum definitiones complexus eſt. Propoſitionis definitionem quidem, per id, quod ait, oratio affirmatiua, vel negatiua, diuiſionem vero, dans intelligere omnem propoſitionẽ eſſe aut affirmatiuam, aut negatiuam. Definitionem de niq; ſpecierũ, per id, quod ſubſcribit, alicuius de aliquo, Cur vero propoſitio per ſpecies deſcribatur, Alexan. aſſignat cauſam, quia eſt quoddã analogum, quod nullam habet naturam præter illas ſpecierum, hac ratione p̃ eas deſcribitur. Hęc ſunt, quę Gręci in expoſitiõe huius definitionis tradiderunt, ex quibus non erit difficile obiecta diluere. prima quidẽ tria ex his eſſe diluta nemo dubitat. Quartum vero diluit Hammonius in Libro de Interpretatione, vbi aſſerit eo in libro enunciationem definitam eſſe, vt mentis inſtrumẽtum, & vt enuncians ea, quę in mente ſunt: &, quia in mente ſunt verum & falſum, ideo eo libro, per verum & falſum eſt definita. Accedit quod inſtrumentũ fine deſcribitur. quia ergo enunciatio, vt inſtrumentum mentis ibi deſcribitur, Inſtrumenti autem finis eſt veritas, iure per verum, & falſum deſcribitur. hic autẽ deſcribitur, vt pars ſyllogiſmi. quia

A vero pars ſyllogiſmi, & propoſitio vt eſt pars ſyllogiſmi abſtrahit ab omni materia, tam vera q̃; neceſſaria, non autem abſtrahit ab affirmatiuo & negatiuo, merito quorum ſyllogiſmi variantur: iure hic per affirmationẽ, & negationem, ibi per verum & falſum definita eſt. Quintum vero ambiguum eſt, nam Alexan. & Porphyrius dixerunt nullam eſſe propoſitionem de ſecundo adiacẽte, niſi in voce: hęc enim, Socrates eſt, huic ſubordinat̃, quæ eſt, Socrates eſt ens in mẽte. Tum quia verbum eſt ſemper nota eorum, quę de altero dicuntur. Tum ſecundo, quia verbum quandam compoſitionem ſignificat, quæ ſine extremis non eſt intelligere. Alĩ dixerunt & in voce & in mente dari propoſitionem de ſecũdo adiacente, alioquin cum dico homo eſt animal, ſenſus eſſet, homo eſt ens animal, & ſic in mente eſſet proceſſus in infinitum. Propterea hac quęſtione nunc omiſſa Ariſt. (vt patet) deſcribit ſyllogiſticam propoſitionem: modo ſyllogiſtica propoſitio non eſt niſi de tertio adiacente.

B Sed dices hic eſt bonus ſyllogiſmus, omnis Sol eſt: hic Sol, qui nunc oritur, eſt Sol: ergo hic Sol eſt. Vbi patet propoſitionem de ſecundo adiacente eſſe ſyllogiſticam. Et dicẽdum in hoc ſyllogiſmo maiorem extremitatem eſſe ſumptam ante cõcluſionem in prima propoſitione, & in ſecunda, ſi ipſum eſt, eſſet maior, quod eſt contra reſolutionem ſyllogiſticam. Quia ergo propoſitio ſyllogiſtica propoſitio eſt de tertio adiacente, ideo quęlibet eſt alicuius de aliquo. Sextum etiã diluitur, quia tales ſunt propoſitiones ratiõe alterius partis, ſicut illa, Homerus eſt poeta. Nam licet Homerus non ſit aliquid, poetica eſt aliquid: & ſic hęc propoſitio hyppo eſt fictio, eſt propoſitio, quia licet hyppo. non ſit, fictio eſt aliquid, & ſic hyppo. eſt aliquid ratione fictionis. Septimum etiã deletur eadem ratione, quia licet ſubiectum per ſe nihil ſit, ratiõe prędicati vel verbi aliquid eſt, vt diximus de Homero. Vel dici poteſt illum terminum non homo eſſe aliquid. quia ex quo prędicatur de ente, & de non ente,

C id ſignificat, de quo vere prędicatur prędicatum volat. Octauum deletur, quia licet Socrates & Plato duo ſint, ſubeunt rationem vnius ſubiecti. Nonum tollitur, quia additum eſt illud alicuius de aliquo, vt definitio ſpeciei ſcilicet propoſitionis. Decimum deletur, quia propoſitio eſt ipſo termino notior, ideo non definitur reſolutione: quia enim eſt notior termino, terminus ipſe definit̃ per reſolutionem in propoſitionem, & non econtrario. Cur vero ſyllogiſmus non definitur reſolutione in propoſitiones, cũ propoſitio ſit ſyllogiſmo notior, loco ſuo dicemus Vndecimum ſoluere enititur Culuerbinas. dicit enim hic eſſe definitam ſyllogiſticã propoſitionem, magis autem per ſpecies qualitatiuas, quia per illas magis diuerſificantur ſyllogiſmi, q̃; per ſpecies quantitatiuas, quia per tales nõ ita ſyllogiſmi diuerſantur. Per ſpecies autem qualitatiuas magis diuerſantur, quia propoſitioni eſſentialiores ſunt, q̃; ſpecies quantitatiuę. Quæ ſolutio mihi ambigua eſt, quia quãtitas eſt propinquior

D ſubſtantiæ, q̃; qualitas. Prętera, ſicut omnis propoſitio eſt aut affirmatiua, vel negatiua, ita omnis eſt vniuerſalis, aut particularis, aut indefinita. potuit ergo propoſitio definiri ſic, propoſitio eſt oratio particularis vel vniuerſalis, vel indefinita alicuius de quo. Quidam dicerẽt omnem propoſitionem eſſe affirmatiuam, vel negatiuã alicuius de aliquo, non autem vniuerſalem particularẽ, vniuerſalem, vel indefinitam, cum aliqua propoſitio ſit non quanta. Quę reſponſio petit: poſterius enim probabimus omnem propoſitionem eſſe quantam. Dicamus ergo, ꝙ licet quãtitas ſit propinquior ſubſtantię quo ad ſubſtãtię materiam, qualitas eſt ſubſtantię propinquior quo ad eius formam. Ideo propoſitio per ſpecies qualitatiuas definitur tanq̃; ꝓpinquiores eius verbo, quod eſt propoſitionis forma. Ex quo patet quantitatẽ non eſſe ſubſtantię propinquiorẽ qualitate vniuerſaliter, ſed ſolũ

Quãtitas ſequitur ſubſtantia rõne materię, quãtitas vero ratione formę.

ijs,quæ consequuntur substantiam meritò materiæ,verum de ijs alibi. Duodecimũ deletur.quia ideo per terminos transcendentes definit, quia nondum patet quid prædicatum,quidue subiectum sit. Transcẽdentia vero naturaliter sunt primo nota.Circa vltimum magna differentia est inter Sorticolas. Nam aliqui eorum voluerunt ipsum econuerso , & ipsum.a.in casu esse propositiones,& cõplexa. Propositiones quidẽ,quia ad hoc vt aliquis terminus sit propositio , sufficit ꝙ subordinetur propositioni,complexa vero,quia ad hoc , vt terminus sit complexus,sufficit , vt subordinetur alicui cõplexo. Pro hac opiniõe sunt,& argumẽta:& authoritates,quę nunc transeant.iuxta hanc opinionẽ definitio erit sic intelligẽda propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo,aut formaliter,aut vni tali subordinata.Hesperus vero asserit tales propositiones nõ esse formaliter,licet pro,ppositionibus supponant: Iuxta cuius decretum argumentum erit dilutum . Sed quæ opinio horum verior sit,in paruis logicis quęrito.

Paulus Vene. Paulus perguſ. Petrus Man. Sophiſma. tex.21.

Hæc autem aut vniuersalis , aut particularis , aut indefinita est. Dico autem vniuersalẽ quidem , cum aliquid omni , aut nulli inesse: Particutarem vero , cum aliquid alicui,aut nõ alicui:aut non omni inesse. Indefinitam autẽ, cum aliquid inesse vel non inesse, sine vniuersali,vel particulari,vt contrariorum eadẽ esse disciplinam,aut voluptatem non esse bonũ.

Com.4.

Præmissa propositionis definitione,eam per quantitates diuidit in vniuersalem , particularem,& indefinitam. Vniuersalem autem vocat eam,quæ omni aut nulli subiecto inesse prędicatũ significat, Particularem aũt, quæ alicui subiecto inesse,aut alicui subiecto non inesse, aut nõ omni subiecto inesse significat.Indefinitã deniq;, quæ prędicatum inesse subiecto,vel non inesse sine vniuersali vel particulari significat. Cuius indefinitæ exempla ponit.Affirmatiuę quidem, vt contrariorum disciplina eadem est,negatiue vero , voluptas non est bonũ. Tacuit autem exempla propositionis vniuersalis , atq; particularis,quia exempla indefinitæ sufficiunt.nam,si ad subiecta additur particulare signum , propositiones quæ indefinitę erant , particulares fiunt. si autem addit signum vniuersale,fiunt vniuersales. Quo vero ad constructionem attinet,in textu deficit verbum significat, more attico. Quo deniq; ad verba attinet , vt Philoponus inquit,Aristo. particularem affirmatiuam vna voce significauit,negatiuã autẽ duabus vocibus, videlicet per hanc vocem alicui non,& per illam non omni,quia particularis negatiua duobus opponitur,ei qui dicit aliquis,& ei,qui dicit omnis : ex quo patet verba illa,aut non alicui,esse intelligẽda postposita negatione, scilicet hoc modo alicui non.nã non alicui æquipollet omni.

De qualitate ꝓpositionũ. Quæstio.I.

Oratio qũo ad quãtatẽ ſpecíet.

Hæc quo ad verba. Quo vero ad rem,Quęritur primo,vtrum propositionis quantitas sit vera & prędicamentalis,an similitudinaria. Nonnulli Neotericorum, & quidẽ non imperitorũ dixerunt quãtitatẽ,qua ꝓpositio dicitur vłis , particularis , vel indefinita,esse veram, & prædicamẽtalem. Declarant,quia per illam mensuratur prędicamentaliter quantum , vt oratio:ꝙ vero oratio sit prędicamentaliter quanta,in libro Prædicamentorum patet,Sed hęc positio est falsa,& non ꝓbat,quod intendit.Falsa quidem,quia prędicamentalis quantitas est mensura substantię prędicamẽtalis, at propositio nõ est substantia prędicamentalis: ergo quantitas,qua propositio est vniuersalis,vel id genus,non potest prædicamentaliter dici. Quod vero non ꝓbet,declaro,quia concesso eis,ꝙ oratio sit prędicamentaliter quãtum,vt ipsa est prædicamentaliter quanta non mensuratur vniuersalitate,aut id genus,sed quo ad tẽpus , quia est aut longa,aut breuis,& quo ad syllabarum numerum,vt quia est ex duabus vel tribus syllabis, pro ratiõe pedum. Est ergo dicendum eam quantitatem, qua propositio mensuratur,quaue dicitur vniuersalis,particularis,vel indefinita,esse similitudinariam,atq; metaphoricam,veluti & ipsa propositio metaphoricę substantia dici potest. Præterea quantitas inest ei,cui inest ratione materiæ, ergo qualis est materia,talis & quãtitas dicenda erit. at propositionis materia subiectum eius est , quod non ꝓprie,sed metaphorice materia dicitur:ergo & eius quãtitas metaphorice dicetur . Erit ergo quantitas, qua ꝓpositio dicit vniuersalis , & id genus metaphorica quatenus est mensura subiecti,vel acceptionis eius pro suppositis in ordine ad prędicatum.

Quid quãtitas.

Et quoniam quantitas est continua & discreta,Quęritur consequenter,an propositionis quantitas sit metaphorice discreta,an metaphorice continua:Neotericorum nonnulli arbitrantur quantitatem esse metaphorice continuam.cum igitur triplex sit continua quãtitas, linea videlicet,superficies,& corpus,particularitas,qua propositio particularis dicitur , est metaphorice linea. Nã,vt linea est quantitas à puncto ad punctum,sic acceptio subiecti in particulari propositione est quantitas à subiecto ipso quasi puncto,ad suppositũ,quasi punctũ. Potest enim à subiecto ad suppositum trahi vna quasi linea.Indefinitas vero,qua propositio dicitur indefinita est metaphorice superficies: nã in tali,ꝓpositione subiectum accipit ad minus pro duobus,vnde descensus erit quasi triangula superficies,quia vero in ꝓpositione vniuersali subiectum accipitur pro omnibus vel pro nullis, vniuersalitas propositionis erit metaphorice corpus:huiusmodi enim oĩbus dimensionibus terminatur. Quæ positio nõ placet,quia tunc non posset indefinita,ꝓpositio vera esse nisi eius subiectum acciperetur ad minus,p duobus suppositis,quod est contra Aristo. qui ait indefinitam significare inesse sine vniuersali & particulari. quia potest & cum vniuersali & particulari significare: additione enim particularis signi significabit particulariter,additiõe vero vniuersalis signi significabit vniuersaliter:hoc aũt non esset verum , nisi eius subiectum indifferenter posset accipi pro vno , & pro pluribus. Alij vero dixerunt quantitatem,qua propositio dicitur vniuersalis & id genus esse metaphorice discretã . Nam cũ quantitas,qua propositio dicitur vniuersalis,sit mensura acceptionis subiecti pro suppositis in ordine ad prædicatum,subiectum aut accipitur pro vno, aut pro pluribus.si accipitur pro pluribus , quãtitas erit numerus, & illa erit vniuersalitas , vbi subiectũ accipitur pro oĩbus,& ita pro pluribus.si pro vno , quantitas illa nõ est formaliter numerus,sed virtualiter,quatenus vnitas est principium numeri , & sic erit numerus virtualiter . sic particularitas , & indefinitas virtualiter numeri sunt, quatenus in propositionibus,quæ sunt particulares,vel indefinitę,subiectum accipitur pro vno,quod est principium numeri. Sed dices , si ita esset , cum quærimus de quantitate propositionis , non bene diceremus quanta est hæc propositio,sed quota:quoniam quantum interrogat de continuo,quotum de numero. Dici potest aliter esse apud Grãmaticos,aliter apud Logicos. Grãmatici enim per quantum semper intelligunt continuum, vt longum & breue,maius & minus,per quotum vero intelligunt discretũ, vt primum vel secundum. At Logicus ponit quantum genus discreti,& continui,ideo ꝓpter quantum potest Logicus de vtroq; quærere. Nec hoc est ab ratione,quia Grammaticus attendit vsum, Logicus veritatem modo vsus potest esse contra veritatem.

Secunda. 4.

Capi. 14.

Quantum Quotum

Tertia. q. Vtrũ ſigna quantitatũ ſubiecto ad datur.

Deinde quæritur cur hæc quantitas potius subiecto addi debet,si propositio debet dici vniuersalis,vel id genus,ꝙ prædicato : Respondent nonnulli hoc esse,quia subiectum est materia propositionis,prędicatum est forma,at quantitas cum materia se tenere debet,& non cũ forma.Sed hoc stare non potest , quia tam subiectum ꝙ ꝑdicatum

Quæſtio.4. Vtrũ oĩs ꝓpoſitio categorica ſit alicuius quãtitatis. Põ forticolarem. Quid propõ melius quam neutra ſecundum P. V.

prædicatum eſt materia, & ſolum verbum eſt forma: ratio ergo cõcludit quantitatẽ non debere verbo addi, non autem prędicato. Pręterea experientia notat contrarium. dicimus enim homo eſt omne animal, & homo eſt nullus lapis, ergo quantitas poteſt indifferenter addi & ſubiecto, & prędicato, cum ſint materia ꝓpoſitionis, verbum aũt forma. Alij dixerunt ideo ſubiecto eſſe quantitatem addendam, quia, ſi quãtitatis ſignum prædicato adderetur, non haberet vim ſigni, ſed tranſiret in partẽ prædicati, cum vero ſubiecto additur, retinet vim ſigni quantitatem ſignificantis, qua propoſitio dicitur quanta. Sed hæc cauſa petit. dicit enim ſignum à parte prædicati tranſire in partem, non ſic à parte ſubiecti, & hoc quæro. Cur enim à parte prædicati tranſit in eius partem, & à parte ſubiecti non, hoc quærimus, & cauſam debuit aſſignare. Præterea, tam à parte prædicari, q̃ à parte ſubiecti ſignum habet vim ſuã. ſi enim fuerit diſtributiuum, ſemper terminum, cui additur, diſtribuit deducto impedimento. Ita enim, Homo in hac, animal eſt omnis homo, terminus ille homo diſtribuitur, ſicut in illa, omnis homo eſt animal. Quare reſtat dubitatio, cur ꝓpoſitio non dicitur quanta ſigno addito prædicato, ſicut addito ſubiecto. Dicamus ergo aliter, primo ſm Ariſto. hic, deinde ſm Sorticolas. Secundum Ariſt. quidem, quia ꝓpoſitio ordinatur ad Syllogiſmum: quia vero ea ꝓpoſitio, in cuius prædicato additur ſignũ, non eſt bona ad ſyllogiſmum, (non enim ex ea ſyllogiſmus conſtat:) non enim ſequitur, homo eſt omne animal: Socrates eſt hõ: ergo Socrates eſt animal, vel omne aĩal. Hic enim ſyllogiſmus cum non poſſit regulari per dici de omni, vel de nullo, non eſt bonus. Præterea, dantur termini, in quibus omni, & in quibus nulli (vt dicemus) prædicatum ineſt. Secundũ Sorticolas vero, quia ſignũ reddens totam ꝓpoſitionem quantam, oportet reddere quãlibet partem ꝓpoſitionis quantam. at, cum ſignum ponitur à parte prædicati, nõ quælibet ꝓpoſitionis pars redditur quanta. non enim habet vim ſupra præcedẽs. Cum vero ponitur à parte ſubiecti, quælibet ꝓpoſitionis pars afficit aliqua q̃ſtitate. ſi enim dixero nullus hõ eſt lapis, ille terminus homo, & ille terminus lapis diſtributiue accipiuntur. Cum dico omnis homo eſt animal, ille terminus homo diſtributiue accipitur, & ille terminus animal indefinite, quod Sorticolæ cõfuſe teneri dicunt. Cum dixero aliquis homo eſt animal, & ille terminus hõ, et ille terminus animal, afficitur particularitate. vterq; enim ſupponit determinate. Cum dixero, homo eſt animal, vterq; terminus indefinite accipitur. ſed, ſi dixero homo eſt omne animal, ille terminus animal accipitur diſtributiue, ille vero terminus homo non vi ſigni à parte prædicati accepti, ſed vi indefinitis accipit indefinite. Quare ſignũ à parte ſubiecti ſignificat quãtitatem, & totam ꝓpoſitionem, & omnem eius partẽ reddens quãtam, à parte prædicati non: recte ergo à parte ſubiecti, & non à parte prædicati quantitas addi debet: hæc ſecundum Sorticolas.

Capi. 24.

Conſequenter quæritur, vtrum omnis ꝓpoſitio categorica ſit alicuius quantitatis. De categorica loquor, q̃m de quantitate hypotheticarum in Libro de Interp̃tatione diximus. Sorticolę tenent multas eſſe ꝓpoſitiones categoricas nullius quantitatis. Vnde Paulus Venetus ea Logica, quam magnã vocat, aſſerit ꝓpoſitionẽ nullius quantitatis eſſe, cuius ſubiectum à propria eius denominatione ſuſpenditur, vi alicuius termini totam ꝓpoſitionem præcedentis, à quo ꝓpoſitionis probatio incipit. Dicit, cuius ſubiectum à propria eius denominatione ſuſpenditur, quia denominatio ſubiecti eſt, vt ſit vniuerſale, aut particulare, aut indefinitum. Modo, in ꝓpoſitione non quanta ſubiectum ſuſpenditur ab vniuerſalitate, particularitate, & indefinitate, quę ſunt eius proprię denominationes. Dicit vi alicuius termini totã ꝓpoſitionem prędentis: quia nullus terminus vim habet, niſi ſupra id, quod ſequitur ſecũdũ Sorticolas. dicit, à quo propoſitio probatur: quia ſic ſuſpenditur ſubiecti denominatio. Vt ab ęterno homo eſt, Incipit Plato legere, neceſſe eſt hominẽ eſſe animal, & id genus. Quęlibet enim harũ eſt non quanta, quia ſubiecta ſuſpendunt à proprijs denominationibus, ꝓpter terminum, qui præcedit totam, ꝓpoſitionem, è quo eſt probatio, ꝓpoſitionis. Hęc enim propoſitio, Incipit Socrates legere, probatur ratione illius termini incipit. & illa propoſitio, ab ęterno homo eſt, ꝓbatur ratiõe illius termini ab ęterno, & ſic ſunt non quantę. tales ſunt exceptiuę, excluſiuę, ꝓpoſitiones modales de ſenſu cõpoſito, & oẽs quę probãtur merito termini prędentis totam propoſitionem. Sed hęc ſorticolarum poſitio eſt ambigua. Primo, quia nec Ariſt. nec aliquis expoſitorũ eius in diuiſionę ꝓpoſitionis vtitur ꝓpoſitione non quanta, ergo nulla talis eſt dabilis. Pręterea, omnis talis põt eſſe pars ſyllogiſmi: ergo oĩs talis eſt quanta. antecedens patet: nã Ariſto. in hoc Libro docet ſyllogizare in reduplicatiuis, in exceptiuis, excluſiuis, & alijs talibus. Vnde primo Libro de Cœlo facit talẽ ſyllogiſmum, oĩs magnitudo conſtãs tribus eſt pfecta: Solum corpus eſt magnitudo conſtãs tribus: Igitur ſolũ corpus eſt pfectum. Ex ablatiuo in cõſequentia, fit hic ſyllogiſmus, homine exiſtẽte riſibili, oĩs homo eſt aĩal rationale: Plato eſt homo, homine exiſtẽte riſibili: Ergo Plato eſt aĩal rõnale. Pręterea, ab ęterno omne aĩal eſt ſenſitiuum: Omnis homo eſt animal: Ergo ab ęterno oĩs hõ eſt ſenſitiuus. Breuibus quęlibet talis põt eſſe antecedens, vel cõſequens ad aliquã vl'em, vel particularẽ: ergo oĩs talis eſt quanta. Si quis aũt vellet, poſſet concordare. nam ꝓpoſitio dici põt quanta dupliciter, aut ſimpliciter, aut ſecundũ quid. dicitur ſimpliciter quanta, quę principaliter ꝓbatur ratione ſubiecti quãti, vt oĩs homo currit. Quia hõ currit, & nihil nõ homo currit. Vel ſyllogiſmo, q̃m omne animal currit, oĩs homo eſt animal, ergo omnis homo currit. Dicitur ſecũdum quid quanta, quę licet poſſit probari rõne ſubiecti quanti, principaliter probatur alio termino à ſubiecto. vt Incipit Socrates legere, quia nũc non legit, & immediate poſt hoc leget, vel quia nũc legit, & ĩmediate ante hoc non legebat. Ex ijs poteſt colligi concilium.

Tex. c. 3. & 4.

Exp. põnis.

Vltimo quęritur de numero ſpecierũ ꝓpoſitionum quantarum, quia non videtur numerus ſufficiẽs. Datur enim aliqua quanta, quę nulla earum eſt, vt ſingularis, Culuerbinus aſſerit ſingularẽ eſſe particularẽ cõtractã, ideo eam ſub particulari contineri aſſerit. Alij dixerunt Ariſt. pro tanto ſingularẽ prætermiſiſſe, quia ea nec demonſtrator, nec dialecticus vtit. Quia vero hic liber eſt de ſyllogiſmo cõmuni ad dialecticũ, & demonſtratiuũ, ad quos ſingulares ꝓpoſitiones accõmodari nõ poſſunt, iure prętermiſit: in libro de Interpretatione illius memini, quia in exẽplis, inductionibus, & ſyllogiſmis expoſitorijs ea vtimur. Alij authoritate Hammonij dixerunt ꝓpoſitionem ſingularẽ eſſe indefinitam, cũ ſignificet aliquid ineſſe, vel non ineſſe ſine particulari & vniuerſali. Sed hoc videt contra Boethum, qui & in libro de ſyllogiſmo categorico, & in libro de Introductione ad categoricũ, inter ſingularem & indefinitã non paruã differentiam fecit. Prętera indefinita effici põt vl'is additione ſigni vl'is, & particularis additione ſigni particularis, ſingularis vero minime. Poſſunt concordari quatenus indefinitũ poteſt accipi negatiue, & priuatiue. negatiue indefinita ꝓpoſitio eſt, quę eſt propoſitio, & non vl'is, nec particularis, & ſi hoc pacto intelligũt, bene dicũt. Priuatiue ꝓpoſitio indefinita eſt, quia actu nec vl'is nec ꝑticularis eſt, ſed eſt apta eẽ, & hoc pacto ſingularis ꝓpoſitio non eſt indefinita: non enim apta eſt fieri vl'is, aut particularis, & ſic loquitur Boethus. Vtrum vero Ariſto. ſingularem prętermiſit, quia intellexit illam ſub ꝑticulari, vel indefinita, hoc eſt aliud, Arbitror enim eũ põtermiſiſſe illã, quia nõ eſt ſyllogiſtica, niſi p accidẽs.

Vltima q.

Singularis ꝓpoſitio negatiue eſt indefinita, nõ aũt priuatiue.

Dialectice et Demonstratiuę ppositiõis discrimen.

Differt autem demonstratiua propositio, à Dialectica: quoniã Demonstratiua quidem, sumptio alterius partis cõtradictionis est. nõ enim interrogat, sed sumit, q demonstrat. Dialectica vero interrogatio cõtradictionis est.

Com. 5.

Cum descripsisset propositionem, & eam subdiuisisset, nunc differentias propositionis sumit, vt Philoponus, & Auerroes dixerunt: & illas exponit. Est enim ppositio aut demonstratiua, aut dialectica. quę differunt ex parte nostra, qm̃, vt dicit, demonstratiua ppositio est sumptio alterius partis cõtradictionis. assignat rõnem, quia qui demonstrat, nõ interrogat alterã cõtradictiõis partẽ, sed illẽ sumit: Argumentator ergo demonstrans sumit alterã cõtradictionis partẽ, ergo demonstratiua ppositio erit sumptio alterius partis cõtradictiõis. Dialectica vero ppositio interrogatio cõtradictiõis est: q enim interrogat, nõ sunt alterã, sed de cõtradictiõe interrogat.

Dubõnes.

Sed in ȳs non paruæ dubitationes emergunt. Prima est. Cum cõtradictionis duæ sunt partes, vlis affirmatiua, & particularis negatiua, vel vlis negatiua, et particularis affirmatiua: Vtrũ demonstratiua ppositio sit sumptio ppositiõis vlis, an sumptio ppositiõis particularis. Præterea, demonstratiua ppositio est altera pars cõtradictiõis assumpta: ergo non est sumptio alterius partis. añs oĩbus patet. Pręterea, in doctrinalibus fiũt disputationes, & discipulus interrogat magistrũ: oĩs aũt interrogatio est alterius partis contradictionis: Ergo aliqua ppositio demonstratiua est contradictionis interrogatio. Præterea non video quomodo sequitur, Demonstrans sumit: Ergo demonstratiua ppositio est sumptio. sequit enim q demonstratio sit sumptio. De dialectica ppositione etiam dubitatur, quia non videt q dialectica ppositio sit interrogatio contradictionis. quia, vt dicitur in Libro de Interpretatione, interrogatio dialectica est petitio responsionis, aut alterius partis contradictionis: sed ppositio dilectica, & interrogatio dialectica idẽ est, ergo ppositio dialectica est alterius partis contradictionis, & non contradictionis. Tertio dubitatur, quia nõ cõplete differentias propositionum enumerauit, quia p̃ termisit ppositionẽ Sophisticã, Rhetoricã, & poeticã.

2. Dubi.

3. Dubi. Solutiones. Ad primã.

Hęc per ordinem dilui possunt: Primum quidẽ, quia in demonstratione vniuersali demonstrans de contradictione semper sumit propositionem vniuersalem, in particulari vero, aliquando vniuersalem, aliquãdo particularem. Et in affirmatiua demonstratione sumit affirmatiuam vlem, in negatiua, potest sumere vtranq, vt regulæ docebunt. Diluitur secunda obiectio eiusdem dubitationis, quia assumpta propositio & assumptio ppositionis idem sunt subiecto, sed differunt ratione: quatenus assumptio accipitur, vt motus, & assumpta ppositio, vt terminus motus, eodem modo, sicut dicimus generationem & genitum idem esse subiecto, ratione vero differre. Iterum alia diluitur, quia licet in doctrinali disputatione discipulus interroget, non interrogat, vt sumat eõ sensum respondẽtis, sed vt discat, vt Aristo. in Elenchis. Vltima diluitur etiam, quia Arist. nõ argumentatur à concreto ad abstractum, vt quidã possent credere: quia argumentum fuisset, demonstrans sumit, ergo demonstratio est sumptio, quod nõ est ad ppositũ: sed argumentum Arist. est, demonstrans sumit alterã partem cõtradictionis: ergo altera pars contradictionis est assumpta ab actiua ad passiuam: Sed sumptio alterius partis contradictionis, & altera pars cõtradictionis assumpta idẽ est, vt generatio, & genitũ: Ergo ppositio demonstratiua est assumptio alterius partis, qm̃ idem est ppositio demonstratiua, & altera cõtradictionis pars assumpta, & assumptio alterius partis. Ad secundã dubitationẽ dicendum, q ppositio dialectica est interrogatio cõtradictionis potestate, actu vero eius, cuius quęrit cõsensum.

Ad secundi.

Dialecticus enim volẽs cõsensum huius, omne seipsum mouens immortale est, quærit, putas ne omne seipsum mouens immortale est? vbi patet actu vnum quærere, potestate vtrunq. In libro ergo de Interpretatione cum dicit dilectica interrogatio est alterius partis contradictionis petitio, intelligitur actu. Hic vero cum dicitur, q sit interrogatio, intelligitur potestate. Ad tertiã dubitationem dicitur propositiões esse prætermissas, quia ad Syllogismũ, de quo hic est intentio, sunt inutiles, vbi vero sunt vtiles ibi tractantur. Ad tertiã.

Nihil autem refert, vt fiat ex vtraq Syllogismus. Nam & qui demonstrat, & qui interrogat syllogizat, sumens aliquid de aliquo esse vel non esse.

Com. 6.

Sed ex differentia assignata inter ppositionẽ demonstratiuam, & dialecticam emergit quæstio. quia, si dialectica ppositio est interrogatio contradictionis, ex ea nullus fiet Syllogismus, non enim ex interrogatione cõtradictionis fieri potest Syllogismus. Respondet, q tam & si dialectica ppositio sit cõtradictionis interrogatio, & demonstratiua sit sumptio alterius partis, nihil refert, vt fiat ex vtraq syllogismus. Nam & qui demonstrat, & qui interrogat syllogizat sumens aliquid de aliquo esse vel non esse. Non tñ eodẽ modo: quia qui demonstrat syllogizat nullo consensu captato, qui vero interrogat, syllogizat, sed prius cõsensu captato. Ex ppositione ergo dialectica fit syllogismus consensu prius captato, ex demonstratiua vero simpliciter nullo interrogato cõsensu syllogismus fit. Quare dilectica ppositio in principio est interrogatio, captato vero consensu, est assumptio. Differt vero à problemate, quia problema in principio est quæstio, in fine aũt cõclusio. Debes scire, q dialectica ppositio dupliciter potest accipi. vno modo, vt stat sub forma interrogationis, & sic ex ea nõ fit Syllogismus, alio modo, vt determinata à cõsensu respondẽtis, & sic fit ex illa Syllogismus. &, quia illa (vt stat sub forma interrogationis), & vt determinata consensu eadem propositio est subiecto, recte dicit Aristo. ex vtraq fieri Syllogismum.

Quare erit syllogistica quidem propositio simpliciter, affirmatio, vel negatio alicuius de aliquo secundũ dictum modum, demonstratiua quidem, si vera sit, & per primas propositiones sumpta. Dialectica autem percũctanti quidem, interrogatio contradictionis est: Syllogizanti vero sumptio apparentis, & probabilis: quemadmodum in Topicis dictum est. quid quidem igitur est propositio, & quo differunt Syllogistica & Demonstratiua, & Dialectica diligentius quidem in sequentibus dicetur: ad præsentem vero vtilitatem sufficienter nobis determinata sint, quę nũc dicta sunt.

μεν quidẽ δε autem

In prio libro

Com. 7.

Ex his, quæ nunc dicta sunt, colligit definitionẽ paucis additis: prius enim ppositionẽ descripsit, nunc addit syllogisticam, vt innuat solũ hic agere de syllogistica, & ait, q ex ȳs patet quatenus propositio syllogistica est affirmatio vel negatio alicuius de aliquo: nõ quia vera, vt demonstratiua, aut quia cõcessa, vt dialectica, sed est affirmatio vel negatio simpliciter alicuius de aliquo indifferenter, vel quia vera, vel quia concessa. In specie tñ est differentia, quia demonstratiua est affirmatio vel negatio alicuius de aliquo, quia vera. & ita demonstratiua erit affirmatio vel negatio alicuius de aliquo vera & p primas propositiones sumpta. Dico per primas propositiones sumpta, si nõ fuerit immediata. Quare lege, Si vero quia, vt sit sensus, si vera sit, & per primas propositiones

tiones ſumpta, quia vera eſt, & ſumpta per primas ſuppoſitiones: Si ſit mediata propoſitio, quia vbi eſt immediata eſt vera ſimpliciter, & non ſumpta ex alijs veris. Aut lege & pro vel, hoc modo, demonſtratiua quidem, Si vera ſit, aut per primas propoſitiones ſumpta, dialectica aũt percunctanti eſt interrogatio contradictionis, id eſt affirmatio vel negatio alicuius de aliquo interrogata, Syllogizanti vero eſt ſumptio apparentis & probabilis, vt conceſſum eſt à reſpondente: ergo ſyllogizanti erit affirmatio vel negatio alicuius de aliquo ſumpta à cõſenſu rñdẽtis. Demũ epilogat, & q̃ dicit clara ſunt.

Ad tertiũ.

Sed occurres. An dialectica interrogatio, vt ĩterrogatio ſit ſyllogiſtica propoſitio: & videtur ꝙ non, quia nõ dicit eſſe, vel non eſſe: Ergo dialectica interrogatio non eſt ſyllogiſtica propoſitio. Et dicendum, ꝙ actu non eſt ſyllogiſtica propoſitio, quia actu non eſt affirmatio alicuius de aliquo, eſt tamen poteſtate ſyllogiſtica propoſitio, quia captato conſenſu, relinquitur affirmatio vel negatio alicuius de aliquo.

Com. 6.

Terminum autem voco, in quem diſſoluitur propoſitio, vt & prædicatum, & de quo prædicatur, vel appoſito, vel ablato eſſe aut non eſſe.

ὅρος Terminus. διαλυεται.

Hactenus de propoſitiõe, nunc terminum deſcribit, dicens eſſe eum, in quem propoſitio diſſoluitur, vt prædicatum, & id, de quo prędicatur, ſcilicet ſubiectum, vel appoſito, vel ablato eſſe aut non eſſe. Quo vero ad verba gręca attinet. ὅρος gręce erat agri finis, vel cuiuſꝙ rei terminus, vltra quẽ res non diffunditur. Quia ergo primus, qui partes propoſitionis terminos appellauit, fuit Ariſtoteles, & quidẽ ex ſimilitudine earum partiũ, quæ dicebantur termini agri, ſiue fines, iure dixit, non terminus eſt, in quẽ diſſoluitur propoſitio, ſed terminũ voco, quia ſic partes propoſitiõis ipſe primus appellauit. Nec ab ratione. nam, ſi via compoſitionis conſideretur propoſitionis pars eſt principiũ propoſitionis. Sin aũt via diſſolutionis, pars propoſitionis dicetur terminus, ſiquidem cum naturali termino talẽ habet ſimilitudinẽ, ꝙ vt ille eſt vltra quẽ res non protenditur, ita vltra hunc nec Syllogiſmus, nec propoſitio protendeꝛ. Quę vero dicit, vt prædicatũ, & de quo prædicatur, fortaſſe dicit ꝓpter præpoſitiones, coniunctiones, & id genus, quæ cum in ipſas nõ diſſoluatur propoſitio, nõ terminos, ſed terminorum affectiones dicuntur. Vel hæc dicit propter verbum, nam cũ propoſitio in partes diſſoluitur, remanent ſubiectum, & prædicatum, verbum aũt non. Vel dixit hæc, vt innueret diuiſionẽ termini, in ſubiectum, & prædicatum. Vel hæc dixit pro exẽplo termini, quẽ deſcripſit. Verba aũt illa, vel appoſito, vel ablato eſſe aut non eſſe, exponit Alexan. ſiue propoſitio ſit affirmatiua, ſiue negatiua, quaſi dicat, appoſito non eſſe, vt in negatione: vel διαιρουμενον: Dierumenu, id eſt diuiſio eſſe, vt in affirmationem, vbi ipſum eſſe diuiditur ab extremis. Hęc expoſitio eſt Alexan. Iamblici & Philoponi. Melius aũt dierumenu, id eſt ablato intelligitur, & tunc nõ ſingula ſingulis reddẽdo legas, ſed diſiunctione cadente in quolibet illorũ, vt ſit ſenſus appoſito vel ablato eſſe, aut appoſito, vel ablato non eſſe, hoc eſt ſiue explicetur vel non explicetur eſſe, ſiue explicetur vel nõ explicetur nõ eſſe, prædicatum & ſubiectũ ſunt termini, & terminus eſt (vt diximus) in quẽ propoſitio diſſoluitur. Explicaꝛ aũt eſſe, ſiue nõ eſſe in propoſitionibus de verbo ſubſtãtiuo. Vt Socrates albus eſt, Socrates non albus eſt. Aufertur vero eſſe vel nõ eſſe in propoſitionibus de verbo adiectiuo, Vt Socrates diſputat, vel Socrates nõ diſputat. In his enim ſubſtantiuũ verbũ nõ eſt, niſi poteſtate. Lege ergo iuxta hanc expoſitionẽ, terminum aũt voco, in quẽ reſoluiꝛ propoſitio, vel appoſito, vel ablato eſſe, vel appoſito vel ablato non eſſe. Dico appoſito eſſe vel nõ eſſe, in ꝓpoſitiõibus de verbo ſubſtãtiuo Dico ablato eſſe vel nõ eſſe, in ꝓpoſitionibus de verbo adiectiuo.

Diſſoluitur. Reſoluitur. Diuiſio. Separato. Ablato.

Com. 8. Pro iſto textu poſitũ eſt primũ enunciatũ in dialecticis a dilucidatore, Et ibi dictũ eſt oẽ dicibile ab hoĩe pipatetico. De nomẽclatura termini, & qđ Ariſto. primas ptes ꝓpõnis terminos appellarit.

μεν quidẽ δε autem

In prio libro

Com. 7.

A Vtroq; enim modo terminus eſt in quẽ diſſoluiꝛ ꝓpoſitio. Aut dici poteſt, appoſito, id eſt affirmato eſſe, aut diuiſo, id eſt negato non eſſe, ita vt ſupfluat negatio more ſuo, vt ſit ſenſus, negato nõ eſſe, id eſt negato eſſe.

Occurres primo. de terminis dictũ eſt in p̃dicamẽtis, In Libro de Interpretatione, & in Grãmatica: igiꝛ ſupfluit de terminis dicere hic. Dicendum, ꝙ Terminus, Dictio, Vox, Nomen ac Verbũ ſubiecto idẽ ſunt, rõne aũt differunt. Quia dicitur terminus, quatenus in ipſum & propoſitio, & Syllogiſmus diſſoluiꝛ, & ſic de terminis agiꝛ hic. Dicitur dictio, vt oratiõis pars, & ſic nomẽ & verbũ termini ſunt, & de ijs, vt orationis partes ſunt, agiꝛ in Grãmatica. Vt vero vox, de ipſo in prædicamẽtis, & in Libro de Interpretatione agitur.

1. dubũ.

Secundo occurres, Cur terminũ ipſum diſſolutione deſcripſit Ariſtoteles. Neoterici dixerũt, quia hic liber Analyticus eſt, hoc eſt diſſolutorius: Cuius ꝓprium eſt ꝓcedere reſolutorie. Sed decipiunꝛ, quia ſimili rõne oĩa definiret reſolutione, & ſic ꝓpoſitionẽ, & Syllogiſmum reſolutorie definiret. Hic ergo liber nõ eſt reſolutorius, quia ꝓcedatur in eo reſolutorie, ſed quia docet reſolutiones ſyllogiſmorũ. Dicamus ergo Ariſtotelem terminũ ſic definire, quia eius ratio primo hoc ſignificat: Modo ratio, quam ſignificat nomen, eſt definitio.

2. quæſtio.

B

Tertio quæres quid ſit p̃dicatum, quidue ſubiectum. Dixerunt nõnulli per ſubiectũ eſſe ſubſtantiã intelligendum, Per p̃dicatum accidẽs. Cõtra obĳcit philoponus, quia tam ſubſtãtia, q̃ accidens poſſunt eſſe indifferenter ſubiectũ, & p̃dicatum, vt exẽplis demonſtrat. Alĳ ſubiectum dici volunt, quod determinationis, ſ. vniuerſalitatis vel particularitatis eſt ſuſceptiuũ, nõ autem p̃dicatũ. Iterum Philoponus obĳcit, quia tũc in ſingularibus, ꝓpoſitionibus nõ daretur ſubiectũ, quia ſubiectũ (cum ſit terminus ſingularis) nõ eſt ſuſceptiuus determinatiõis. nõ enim dicimus, omnis Socrates eſt philoſophus. Propterea Philoponus aſſerit ſubiectũ id, de quo aliud dicitur, vel cui aliud ineſt, vel non ineſt: p̃dicatũ vero omne quod de alio dicitur, vel quod alteri ineſt, vel non ineſt. Sed cõtra, quia tũc plura q̃ quatuor eſſent p̃dicata, quia ſpecies eſſet p̃dicatũ, dicitꝛ enim de indiuiduo. Et nõ tm̃ vnum eſſet ſubiectũ, quia & ſpecies, & indiuiduũ eſſent ſubiecta, contra ea, quę primo Topicorum aſſerit Ariſtoteles. Boethus in Prędicamentis dicit, quod p̃dicatũ eſt, quod dicitꝛ de alio nõ ꝓpterea, quia dicitꝛ de ſuperiori ad illud, & ſic ſunt quatuor, genus, accidẽs, definitio, & ꝓprium. Dicitur vero ſubiectũ, de quo aliud dicitur, nõ mediante alio, vt ſpecies, de qua hæc quatuor dicuntur. Hęc enim, Socrates philoſophatur, ſubiectũ habet ꝓ accidens, quatenus eſſe philoſophum de homine dicitur. Sed dubito, quia tũc generaliſſimum non eſſet p̃dicatũ, quia nõ dicitur de ſpecie niſi mediante genere ſubalterno. Mihi igitur videtur dicendũ eſſe, prædicatum eſſe, quod dicitur de alio, aut ineſt alteri in ꝓpoſitiõe ſyllogiſtica, Subiectum aũt, de quo aliud dicitur, aut cui alterũ ineſt in ꝓpoſitione ſyllogiſtica. Et hoc pacto vnũ eſt ſubiectũ, Species ſcilicet, Quatuor p̃dicata, genus, definitio, ꝓprium, accidens. Ex quo ſequitur nec ſpeciem eſſe p̃dicatum, niſi innaturale, nec indiuiduũ eſſe ſubiectũ, quia nulla propoſitio ſyllogiſtica eſt ſingularis.

Hic liber cur reſolutorĳ⁹, & a quo

3. quæſtio. Quid ſubiectum. Quid prędicatum.

C

D

propria ſolutio.

Quęrunt. iiĳ. Vtrum verbũ ſit terminus. de qua quęſtione licet in Libro de Interpretatione ſatis diximus. tamẽ dicendum aliquid & nunc. Auerroes itaq; hic, & Boethus in Libro de introductione ad Syllogiſmos Categoricos, & in Primo de Syllogiſmis Categoricis. aſſerunt verbũ non eſſe terminum, qm̃ nec prędicatum, nec ſubiectũ. Quod Boethus potiſſimũ probat. Primo, quia in verbũ ꝓpoſitio non ſoluitur. Secundo. quia, ſi verbũ eſſet terminus, ſyll's non cõſtaret tribus terminis tm̃, ſed pluribus. Alĳ dixerunt verbũ eſſe terminũ, et p̃dicatũ, quia verbũ eſt nota eorũ, quæ de altero dicuntur. Nos vero conſueuimus dicere verbũ nõ eſſe terminũ in quẽ ꝓpoſito, vel Syllogiſmus reſoluitur, ſed quo ꝓpoſitio in

Subiectum vnũ tm̃ eſt, Prędicata quatuor.

4. quæſtio. An verbum ſit terminus.

terminos reſoluit. Rurſus conſueuimus dicere verbum, quatenus Categorema eſt, eſſe terminū & p̄dicatum, vt Currit, & id genus. Quatenus ſincategorema, non eſſe terminum, quia ſic compoſitionem ſignificat tantum, quam ſine extremis non eſt intelligere.

c. quæſtio. Quinto quęrunt ſi p̄dicatū eſt prius ſubiecto, vel maius, vel minus. Rñdetur ſm Boethum in p̄dicatione naturali omne p̄dicatū eſſe aut ęquale ſubiecto, aut maius, nunq; aūt minus: In p̄dicatione aūt innaturali, p̄ot p̄dicatū eſſe minus. Vt in hac, aīal eſt hō. Quod ñs patet pfecta termini deſcriptio, qa Terminus eſt in quē primo reſoluit, ꝓpoſitio ſyllogiſtica. Dico primo, propter ſyllabas vel literas, in quas nō primo reſoluit, ꝓpoſitio. Dico ſyllogiſtica, ꝓpter indiuidua, q̄ nō ſunt ſubiecta: quia, ꝓpoſitio ſingularis nō eſt ſyllogiſtica. Hęc de termino.

Logos Oratio logica cōnexio. Syllogiſmus aūt eſt oratio, in qua poſitis q̄busdā, aliud q̄ddam ab ijs, quę poſita ſunt, ex neceſſitate accidit, Propter hęc eſſe. Dico autē propter hæc eſſe, propter hæc accidere, propter hæc vero accidere eſt nullius extrinſecus termini indigere vt fiat neceſſarium.

Cap. 2. Hactenus de ꝓpoſitione & termino, nūc de ſyllogiſmo, q̄d tertio loco ꝓmiſerat, determinat. & primo ponit definitionē eius, & inquit. {Syllogiſmus aūt eſt oratio, in qua poſitis quibuſdā} ſcilicet terminis & ꝓpoſitionibus {aliud quoddam} ſcilicet cōcluſio. {ab his, q̄ poſita ſunt} ꝓpoſitiōibus. {ex neceſſitate accidit ꝓpter tales propoſitiōes eſſe poſitas, ac cōceſſas. Hæc eſt definitio. Deinde exponit vnā particulā definitionis. ſ. quæ erat propter hęc eſſe, & inquit, {Dico aūt propter hæc eſſe, propter hęc accidere,} i. intelligo propter hęc eſſe, idē q̄ propter tales propoſitiōes poſitas tm̄ concluſionē ipſam cōtingere. Dico aūt propter tales ꝓpoſitiones tm̄ concluſionē contingere, vt nihil aliud ſiue nullus alius terminus, ex quo fieri poſſit ꝓpoſitio, indigeat ad inferēdum neceſſario concluſionē. Bene enim pōt eſſe neceſſarius aliquis terminus ad ꝓbandū ꝓpoſitiones vtraſq; vel alterā, ſed nō ad inferendū. Qñ enim in oratione ſumuntur quędā ꝓpoſitiones, ex quibus ſolū concluſio inferēt, tunc talis oratio eſt Syll's: nam licet poſſit accipi aliquis terminus pro Syll'o propoſitionū, ille nō ſumitur, vt neceſſarius ad inferendū, ſed vt neceſſarius ad ꝓpoſitionē ꝓbādam, quæ aſſumebat in oratione. Differt. n. aliquid ſumi vt neceſſariū ad inferendū, & vt neceſſariū ad ꝓbādum aliquod aſſumptorū. Syll's ergo eſt oratio, in qua quibuſdā aſſumptis, nullo alio termino, aut ꝓpoſitione indiget, vt inferat cōcluſionē, licet termino aut ꝓpoſitione egere poſſit ꝓpter aſſumpta, vt q̄ū ſunt immanifeſta. Hęc eſt definitio Syll'i craſſa quadā Minerua expoſita.

1. dubō. An ſyll's ſit. Prima ſolo. Sed circa hęc occurrit primo diſputare. An Syll's ſit. Ariſtoteles enim ſupponit Syll'm eſſe, nec ipſum eſſe alicubi probauit. Ad hoc reſpondent quidā, qui Ephexei, hoc eſt prohibentes cognominantur, & dicunt, Syll'm, nihil eſſe. Quia, ſi dicitis vos ſyll'm eſſe, Aut ſyllogizantes dicitis Syll'm eſſe, aut nō ſyllogizantes. Si non ſyllogizantes, vobis credendū non erit. Sin aūt ſyllogizātes, Syllogiſmo, quē quęritis vtimini, ac ſupponitis. Sed cauillus iſte conuertit, eſt enim antiſtrephon. nam aut ſyllogizantes negatis Syllogiſmum, aut nō ſyllogizantes, Si nō ſyllogizantes, vobis nō credimus, ſi ſyllogizātes, tūc Syllogiſmū, quē negatis, ſopponitis: quare ſyllogiſmus eſt. Simili huic cauillo vſus eſt, Euathlus diſcipulus aduerſus Protagorā p̄ceptorē, vt inquit Gellius Libro Quinto. Et Tiſia aduerſus Coracē p̄ceptorē (, Vt Hermogenes ī ſua Rhetorica inquit.) Hęc enim Cauillamēta Gellius appellat antiſtrephōta quaſi conuertibilia ad oppoſitum. Argumentabat enim Tiſias inter nos cauſa eſt, Vt ſoluam propter diſciplinam, quam à te didici, ſed tunc, cum primam cauſam vicero, Ergo te aut vincam, aut à te vincar. ſi vincam, non ſoluam, eo quia victoria eſt (vt nō ſoluam: Si vincar à te, iterum nō ſoluam, quia inter nos ex pacto erat nō debere tibi ſoluere, donec primam cauſam vincam. At corax prę̄ceptor ad oppoſitum conuertebat Cauillum, aut vinces, aut ego te vincam. Si vinces, ex pacto teneris. Si vincā te, ex victoria ſolues. Antiſtrephon eſt, vt vides, ſic Ephexiorū Cauillus Antiſtrephon eſt. Propterea dicamus, nō omnium eſſe demonſtrationē, quia aut Circulo demonſtrari contingit, aut in infinitū abibitur. Oportet ergo per ſe nota quædam eſſe, è quibus alia quædam patent, & ſic ſyllogiſmum eſſe, aut erit per ſe notum aut ex quibuſdā per ſe notis ex oritur, quæ non ſunt ſyllogiſmus, ſed quædā cōmunia omnibus perſpicua,

Soło vera.

2. dubō. Ad quā animi partem ſyll's attineat. Secundo quæres cum ipſius animæ plures ſint virtutes, quæ nam animæ virtus ſyllogiſtica eſt, quæ ſyllogiſmum efficit. Reſpondet Philoponus quinq; eſſe animæ virtutes, vt ſint Mens, ſiue intellectus, Dianoetica ſiue rationalis, Opinatrix ſiue opinio, Phantaſia, & Senſus. Conſtat autē nec mentē, nec ſenſum ſyllogizare. Mens quidem non ſyllogizat, quia altior eſt diſcurſu, ac ſyllogiſmo. Senſus vero minime, quia inferior eſt diſcurſu. Inſuper nec fantaſtica ſyllogizat, nec opinatrix. vtraq; enim terminus eſt ſyllogiſmi: Opinio quidē dialectici, Phantaſia Sophiſtici. Ergo virtus, quæ diſcurrit, ea eſt, quā greci. Dianoeticā appellant, vt Philoponus inquit. Hāc Auer. vbiq; cogitariā vocat. Sed an hoc ſit verum, in libro de Anima relinquat. Supponamus ergo ita eē.

3. quæſtio. Quod ſit ſyllogiſmi. Quęritur tertio, quot ſunt ſyllogiſmi. Rñdet Philoponus q; tres. Dialecticus, Demonſtratiuus, & Sophiſticus. qa, vt ī ꝓœmio diximus, ſi Dyanoetica accipit à mē te, facit demōſtrationē. Si accipit ab opinatrice virtute, facit dialecticū. Si accipit à Phātaſtica, facit ſophiſticū.

4. quæſtio. naturam ſit ſyll's. Quarto quæres, vnde dyanoetica ipſa ad ſyll'i inuentionem mouet, vel quorū eſt ſyll's. Dicendū, q; res ſunt in triplici differentia. aut enim manifeſte cōueniunt, aut manifeſte differunt, aut ſiue conueniāt, ſiue differāt, nūc conuenire, nunc differre vident. Pro his, quæ manifeſte cōueniunt, ſyll'o non eget Dyanoetica. Non enim ſyll's eſt, q; homo ſit ens, aut q; hō ſit homo. Nec pro ñs, q̄ manifeſte differūt. non enim ſyllogizamus, q; hō ſit nō hō, aut q; nō ſit lapis. Mouetur ergo Dyanoetica, quia res, quæ conueniunt vel differūt, nunc conuenire, nūc differre vident. Nam affirmatiuo ſyll'o oſtēdit, quæ cōueniūt conuenire, & negatiuo oſtendit, quæ differunt, differre.

Verborū cōſideratio. Nunc circa verba cōſideremus: & primo, cur quibuſdam in plurali dixit. Pro cuius ſolutione animaduerſione dignum, q; res, quæ definiuntur, differūt à rebus alterius generis, & à rebus ſui generis. hac ratione omnis definitio, vt Sexto topicorum dicit, conſtat genere, & differentia. Genere quidem, vt res ipſę, quæ definiuntur, à rebus alterius generis differant: Differentia aūt, vt differant à rebus eiuſdem generis. Genus igitur ſyllogiſmi eſt oratio, vel logos, hoc eſt connexio logica, qua quidē differt à ſimplicibus: quo vero modo per cæteras particulas à rebus ſui generis differat, dicamus. & primo, cur dixit quibuſdam, vt quærebamus. Hinc ſecundo debes ſcire, q; orationes rhetoricæ ſunt, quæ vna propoſitione ſumpta, vt minore, vel maiore, inferunt cōcluſionem. Veluti, hic laſciue ornatur: ergo mechus. Huic maior deficit, videlicet, omnis laſciue ornatus eſt mechus. Similiter, hic in nocte vagatur: ergo eſt fur. vel hic ſpirat: ergo viuit. Iis enim vtuntur Rhetores aut quia talis eſſe debet eorum ars, aut breuis tēporis cauſa, aut vt iudices honorent. Iudices enim oratione ſic breues audientes, ſe honorari arbitrantur, aut (vt Ariſtoteles inquit Primo Rhetoricæ) quia neſciunt per plura intelligere. Dixit ergo quibuſdam in plurali, propter tales orationes, in quibus non plura, ſed vnum aſſumitur. Cur vero dixit, aliud quiddam ab ñs, quæ poſita ſunt, dicamus eſſe nonnullas orationes geminatas, vt ſi dies eſt, dies

Quales rhetorice orationes & cur breues.

Quare breues rhetoricę oſones.

Quę gemina re oſunes.

eſt,dies eſt, dies eſt:ergo dies eſt. Ad harum ergo orationum differentiã dixit aliud quiddam ab his, quæ poſita ſunt.eſt etiã ad hoc ratio,quia finis ſemper vult eſſe aliud quiddã ab his,quæ ordinantur in finem, veluti naꝝigatio aliud à Themone. At concluſio finis eſt,propoſitiones vero ordinatæ in finẽ.ergo cõcluſio aliud quiddã à poſitis eſſe debet. Præterea, qui probat aliquid per aliqd,aut manifeſtũ per manifeſtum probat, aut immanifeſtum per ĩmanifeſtum,aut manifeſtum per ĩmanifeſtum:quæ,cũ eſſe non poſsint,fit vt immanifeſtum ſemper per manifeſtum probeť. Et,quia ĩmanifeſtum,quod probať,eſt aliud à manifeſto,per quod probať, propter hanc cauſam dixit aliud.Cur vero adĵcit (quiddam) dicẽs enim aliud,adĵcit quiddam. Dicamus, ꝙ ſunt orationes aſſyllogiſticæ,vel quæ ex vtriſq; particularibus, vel vtriſq; negatiuis ſyllogizant:& hęc indifferẽter vſe, & particulare,affirmatiuum,& negatiuum inferũt, nihilq; determinatum. Ad hanc differentiam dixit(quiddam)quia ſyllogiſmus determinatum quid concludit. Cur vero dixit neceſſario, dicamus : quia orationes aut ſint quæ ex æquali inferunt ęquale,vt exẽpla,veluti aliquis nauigans naufragabit:igitur dion nauigans naufragabit.Aut aliquis noctu ambulans incidit in latrones: igiť Plato noctu ambulans incidet in latrones. aut ſunt, quæ ex minori inferunt maius,vt inductiones . veluti ſi hoc & hoc aĩal mandibulam inferiorẽ mouet: igitur omne animal.Modo nec primæ neceſsitatem habent, cum ſint rhetoricę,& vanę:nec inductiones,Primo, quia nõ contingit oĩa particularia percurrere. Secundo, quia ſiquis intendit probare crocodilum inferiorem mouere mandibulam,aut oĩa particularia, & ipſum etiam percurret,aut nõ.Si percurret ipſum,quæſitum(vt conceſſum ſumet.Sin autẽ ipſum non percurret probatio,non erit ergo vſe.ad differẽtiam ergo harum orationum dixit neceſſario.Syllogiſtica.ii.oratio ex minori infert minus. Cur inſuper dixit accidit, dicamus,qm̃ ſyllogiſmi dicuntur multiplices,aut ex propoſitionibus de ineſſe, aut ex ꝓpoſitionibus de neceſſario ineſſe,aut ex propoſitionibus de cõtingenter ineſſe,aut ex his miſtis:quia vero accidit,vel contingit ſequitur ad eſſe,ad neceſſarium ineſſe,& ad poſsibile,ideo dixit accidit,ut definitio cõis ſit omnibus ſyllogiſmis & de ineſſe.& id genus. Cur vero dixit propter hæc eſſe,licet Ariſt. expoſuit, tñ debes ſcire eſſe nonnullas orationes,in quibus cõcluſio ſequitur,ꝓpõnes,quæ in eis ponunť,non tñ ſequitur illas ꝓꝓ illas.verbi cauſa,oẽ per ſe mobile eſt ſemper mobile:animus eſt per ſe mobilis:ergo animus eſt ĩmortalis. Hæc enim concluſio ſequitur propoſitiones illas, non tamen propter illas ſyllogizatur,ſed alia propoſitione, vel alio termino eget,vt ĩferatur videlicet oẽ ſemper mobile eſt immortale. nam ſequitur,omne ſemper mobile eſt immortale: animus eſt ſemper mobilis : ergo animus eſt immortalis.Propter tales ergo orationes dixit propter hæc eſſe.eſt.n.ſyllogiſmus oratio,in qua quibuſdam poſitis,propter hæc ipſa,quę ponunť,& non propter aliud additum,ſequitur concluſio. His dilucidatis patet hãc definitionem eſſe perfectam,ſiquidẽ ex materia, & forma conſtat. Materia.n.deſignatur per illud verbum poſitis:quæ.n.ponuntur,ꝓpõnes ſunt,quæ materia ſyllogiſmi ſunt. Forma vero notať per illud verbũ aliud quidam.nam concluſio finis atq; forma ſyllogiſmi eſt. Hæc ſunt,q̃ partim ex Græcis,partim ex nobis collegimus.

Auerroes autem(licet obſcur)conditiones ſyllogiſmi innuit eſſe ſex. Prima eſt vt propoſitiones,quę aſſumuntur,concedantur,& ſic per poſita,cõceſſa videtur intelligere. Secunda eſt,vt propoſitiones aſſumptæ ſint plures,qua conditione ſyllogiſmus differt ab enthymemate,ac exemplo. Tertia,vt concluſio ſit quid aliud ab aſſumptis,qua differt ſyllogiſmus ab ea oratione , in qua petitur principium. Quarta, vt per poſita ſequatur certa concluſio , qua ſyllogiſmus differt ab aſſyllogiſticis

Aſſyllogiſtice rõnes q̃ ſunt.

Diuiſio orationum pulchra .

Quot ſyllogiſmi .

Quæ Auerroes .

A ſyllogiſmis. Quinta,vt nullo termino vel propoſitione egeat pro illationis neceſsitate,qua etiam differt ab orationibus neceſſarĩs. Sexta(vt non inferat per accidens) qua differt à ſyllogiſmo ex vtriſq; affirmatiuis in materia conuertibili,hæc ex paraphraxe Auerrois.

Sed circa hæc dubitatur primo quo nã modo oratio eſt ſyllogiſmi genus. Auerroes per orationem intelligit propoſitionem hypotheticam rationalem . Quod nõ placet.nam ſic cæteræ particulæ eſſent inutiles, quia genus non poneretur,ſed illud cum ſyllogiſmo conuerteretur. Dicẽdo ergo orationem acceptam eſſe pro genere remoto,atq; communi ad omnes argumentationis ſpecies,vt ad exemplum,ĩductionem, & ſyllogiſmum, contrahitur vero ad ſpeciem per cæteras particulas in tali definitione poſitas.Et per logon Ariſtote. intelligit logicam connexionem,vt alibi diximus.

Dubõnes Prima.

Secundo dubitatur,quia ſi per poſita intelligit conceſſa,tunc ſyllogiſmus ex falſis nõ eſſet ſyllogiſmus,cuius contrarium Ariſto.aſſerit Secundo huius,& Primo Poſteriorum.Conſequentia vero patet, quia falſa concedi non poſſunt. Sorticolæ propter hoc per poſita intelligunt ordinata in modo,& in figura . Quod quidem deriſibile eſt,quia tũc per ignotum,ſyllogiſmum ipſum definiret.Melius ergo dicendum verbum illud poſitis pro concesſis eſſe intelligendum,verum nõ pro eis,quę ſunt aut natura aut vſu conceſſa,ſed ſi concedantur à ſyllogizante,ablatiuus enim abſolutus reſoluitur in ſi, & ſic intelligit poſitis,id eſt ſi concedantur. Falſa ergo non ſunt digna concedi,tamen ſi concedantur,ex his fit ſyllogiſmus. Præterea conceſſum eſt triplex:ſecundum rei naturam tale vt conceditur,& hoc eſt poſterioriſticum, ſecundum opinionem tale(vt cõcedatur)& hoc eſt conceſſum dialecticum,et ſecundum conſenſum reſpondentis,& hoc eſt conceſſum prioriſticum .

2. dubõ.

Conceſſum triplex.

Tertio dubitant Sorticolæ,quia A eſt ſyllogiſmus(ponendo per caſum)ꝙ A ſignificet mihi vnum ſyllogiſmũ, & tamen non erit oratio in qua quibuſdam poſitis, & reliquæ.Et dicendum A non eſſe ſyllogiſmum , ſed ſignum ſyllogiſmi.Ariſtote.autem non ſignum , ſed ſyllogiſmum deſcripſit .

3. dubõ.

Quarto dubitatur , quia concluſio totum quoddam eſt ex vtriſq; extremis confectum . Igitur non videtur aliud à propoſitionibus . Et dicendum concluſionem eſſe aliud quid à propoſitionibus,non quidem ſimpliciter,ſed integritate,& hoc ſufficit .

4. dubõ.

Quinto dubitatur,quia quod neceſſario euenit , non accidit,accidens enim non eſt neceſſarium. Et dicẽdum accidere acceptum eſſe pro dimidio contingenti, quod ſequitur ad neceſſarium .

5. dubõ.

Sexto dubitať,quia ſyllogiſmi in ſecũda,& tertia figura nõ eſſent ſyllogiſmi,quia egẽt conuerſione vnius vel plurium. Et dicendum,ꝙ quanq; egeant cõuerſione,nõ egẽt extrinſecus termino vel,ꝓpõne vltra aſſumpta: nõ enim cõuertens in alĩs terminis fit ab his,in quibus conuerſa fiebat:nec cõuertens eſt alia,ꝓpõ à conuertente.

6. dubõ.

Septimo dubitať,quia quod tenet in oĩ,tenet per ſe, modo ex affirmationibus in ſecũda figura tenet in omni conuertibili. Et dicendũ conuertibilem materiã eſſe particularẽ materiam,& ita licet teneret in oĩbus affirmatiuis conuertibilibus,non teneret in oĩbus affirmatiuis.

7. dubõ.

Octauo quęres vnde ſyllogiſmus vnus ſit. Quidã dixerunt ſyllſm vnum eſſe vnitate concluſionis,quę vt diximus,eſt ſyllogiſmi forma. Quæ cã ambigua eſt, quia ſyllſs per impoſe eſt vnus,& non propter cõcluſionem, cum non ſtemus in prima cõcluſione,vel ſaltẽ ſequitur ſyllſum per impoſsibile non eſſe vnum . Alĩ dixerunt ſyllogiſmum eſſe vnum,quia minor contrahit maiorẽ. Quæ cauſa minime placet,quia in negatiuis ſyllogiſmis nec maior minorem,nec minor maiorẽ contrahit. Auerroes in libro de Interpretatione ait ſyllogiſmum eẽ vnũ propter vnitatem notæ rationis. Quod friuolũ eſt, quia poteſt

8. dubõ.

Soſo ver.

2. dubõ. Ad quã animi partem ſyllõs attineat

Verborũ cõſideratio.

Quales rhetorice orationes & cur breues.

Quæ genera rhe oſuues.

Quare breues rhetorice oũes.

potest esse vnus syllogismus, vbi plures ratiõis notę accipi possunt, veluti si acciperẽ. quare, ergo. Propter hæc dico syllogismum esse vnum, quia cũ duobus extremis sumitur vnus terminus medius. Siquis autem vellet, posset dicere syllogismum esse vnum propter vnitatem cõclusionis, & hoc pacto syllogismus hypotheticus erit vnus syllogismus vnitate vltimę, & finalis cõclusionis, & põt esse duo rõne habita ad proximas conclusiones.

Nona. Quæres deniq; vtrum syllogismus illatiuus, an probatiuus hic definiatur ab Aristo. Et videtur q̃ non probatiuus, quia in syllogismo pbatiuo propositiones accipiuntur, vt concessę, at in syllogismo hoc propositiones accipiuntur, vt positæ, non vt cõcessæ. Ex alio videtur, q̃ hic non definiatur illatiuus, quia tũc male diceretur, in qua quibusdã positis aliud sequitur. Est enim hic syllogismus illatiuus, omnis homo est homo: omnis homo est homo: ergo omnis homo est homo, vbi cõclusio non est aliud quid à positis. Et dicendum. q̃ hic definit syllogismus probatiuus, vbi propositiones accipiuntur, vt concessæ, vel natura, quales propositiones demonstrationis, aut consensu respondentis, quomodo falsę propositiones accipiuntur, aut communi opinione, quomodo accipiuntur propositiones in dialectico syllogismo, qui est ex probabilibus. Sed quæres, quid requiritur ad illatiuum. Dicendum, q̃ nihil aliud requiritur, nisi vt oppositum eius, quod infertur, repugnet omnibus vel alteri assumptorum.

Ad syllm illatiuũ quę nõ requirantur.

Perfectum quidem igitur voco syll'm, qui nullis alterius indiget, præter ea, quæ sumpta sunt, vt appareat necessarius. Imperfectum vero, qui indiget aut vnius, aut pluriũ, quæ sunt quidẽ necessaria per subiectos terminos, non autem sumuntur per propositiones.

Com. 10. Hactenus de syll'o, nũc eum diuidit, & membra seorsum describit. Diuisio ergo est, q̃ syllogismorum alius est perfectus, alius imperfectus, hæc est diuisio. Deinde definit illas, & primo perfectũ, & dicit, q̃ perfectus syllogismus est, qui nullo altero eget præter ea, quæ assumpta sunt, vt appareat necessarius. Deinde definit imperfectum, & dicit. q̃ imperfectus syllogismus est, qui eget vno aut pluribus, quæ quidẽ requisita sunt necessaria p̃ subiectos terminos, non aũt sumuntur per ꝓpositiones.

Quæstio. 1. An aliqs sit syll's perfectus. Sed antequã verba considerem⁹, quæritur primo, vtrum aliquis syllogismus dici possit perfectus, vel imperfectus, quia apparet vel non apparet necessarius. & vr̃ q̃ non, quia perfectio vel imperfectio rei attenditur penes perfectionem formæ, sed in vtroq; syllogismo est eadem forma. est. n. idem inferendi modus, quæ est forma syllogismi. Pro solutione primo debes scire, syllogismum dici necessarium dupliciter, aut penes materiam, & sic syll's demõstratiuus dicitur necessarius, quia propositiones, ex quibus componitur, dicuntur necessariæ: aut penes formã, & sic syllogismus dicitur necessarius, quia necessariã infert ex his, quæ ponũtur, conclusionẽ. Secũdo debes scire, q̃ duplex esse potest cuiusq; rei perfectio, aut essentialis, & sic idiuidua eiusdem speciei oĩa sunt æque perfecta essentialiter: aut accidẽtalis, & sic licet Mas & Femina sunt essentialiter æque perfecta, tñ mas est accidentaliter fœmina ipsa perfectior. His acceptis, dico primo, q̃, cum Aristo. ait syll'm perfectum eẽ, qui apparet necessarius, imperfectum vero, qui non apparet necessarius, per necessarium non intelligit quo ad materiam, q̃ sunt propositiones, quia nõ distinguit nũc syll'm penes materiam, sed intelligit penes formam, vt dicatur ille necessarius, qui necessario infert, ille non necessarius, qui non necessario infert. Secũdo dico, q̃ Aristo. cum dicit perfectum syll'm esse, qui apparet necessarius, imperfectum qui non apparet necessarius, non loquit̃ de perfectione, & ĩperfectione essentialib⁹, quibus

E spẽs ipsę differunt, sed accidẽtalibus, quatenus hic dicit perfectus, cuius illatio nobis vr̃ necessaria, ille imperfectus, cuius illatio, licet sit necessaria, non apparet nobis necessaria, ergo essentialiter tã perfectus quã ĩperfectus necessario infert: vterq;. n. habet rationem essentialem syllogismi, ergo vterq; est oratio, in qua quibusdam positis conclusio necessario infertur. Verum ille perfectus dr̃, quia ad hoc, vt videatur inferre, nullo eget. Hic imperfectus, quia ad hoc vt videatur inferre, eget aliquo, vel aliquibus. Vnde non ab ratione Neoterici dicunt vtrunq; quo ad esse syll'm esse perfectũ, sed huic aliquid deficit, quo ad bene esse, illi nihil, quia nec quo ad esse, nec quo ad bene eẽ. Quo vero ad verba attinet, debes scire non esse clarum quid Aristo. intelligat per vnũ aut plura, quo vel quibus indiget syll's, vt appareat necessarius. Ideo Neoterici, qui accipiunt à literis Alberti dixerunt syll'os imperfectos, qui sunt in secunda & tertia figuris, multifariã perfici, aut conuersione, aut transpositione propositionũ, aut reductione ad impossibile, aut

F expositione, aut pluribus horũ. Dicunt ergo imperfectũ syll'm eẽ, qui ad hoc, vt appareat necessarius, eget vnius vel plurium. vno quidẽ, si eget conuersione, vel transpositione, vel aliquor̃ eor̃, id genus, pluribus vero, si eget eorum pluribus, s. conuersione, & transpositione. Sed hæc expositio non placet, quia Aristo. anteq̃ descendat ad species syll'orum imperfector̃, ponit, vt Philoponus inquit, oĩa principia perfectiua syll'orum: vbi patet eum non ponere transpositionem propositionum, nec expositionem, nec deductionem ad impossibile. Cum. n. docturus sit reductionem syll'orum imperfectorũ ad perfectos, ipse non docet, nisi conuersionem: ergo conuersionem tantum esse principium reductiuum syllogismor̃. Ex quo sequitur, q̃ licet syllogismi aliqui probẽtur per expositionem, vel deductionem ad impossibile, tamen syllogismus imperfectus non perficitur nisi sola conuersione: nam conuersione reducuntur omnes syllogismi

G aliarum figurarum ad primam. Aliter ergo dicamus, imperfectos syllogismos egere vno vel plurium, id est egere vna conuersione, quæ est vnius propositionis, aut pluribus, s. conuersionibus plurium propositionũ. Sed dices, syllogismus eget conuersione vnius vel plurium: ergo eget aliqua propositione noua præter eas, quæ assumebãtur, & sic contra definitionem syllogismi, remouens ergo hanc dubitationem, subdit {quę quidem}. s. requisita, hoc est quæ quidem conuersio, vel conuersiones sunt veræ & necessariæ (vt erant prius anteq̃ propositiones conuerterentur {per subiectos terminos,} hoc est per terminos permanentes, qui manent in vtrisque propositionibus: {non aũt sumũtur} vt veræ & necessariæ {per propositiones ipsas permanẽtes;} sed ordine mutatas. Ergo non perficiuntur per assumptionem noue propositionis, sed per easdem solum ordine terminorum permutatas. Conuertens. n. licet sit diuersa à conuersa secundum quid, non est simpliciter alia, cur termi

Quæstio. H ni permaneant in vtrisq; idem. Quæritur hic vtrũ syllogismus hic definitus sit genus ad dialecticũ, & demonstratiuum, & sophisticum. Et vr̃ primo aspectu q̃ sit genus. Qm̃ Philoponus voluit tres esse species syllogismi, & q̃ hic agitur de syllogismo communi ad omnes eius species. In contrarium ratio vr̃: non. n. sophisticus, qui peccat in forma, videtur syllogismus, cum sibi desit forma syllogismi. Quidam respondent, & dicunt syll'um non esse genus ad sophisticum, & ad dialecticum, & ad demonstratiuum. Qm̃ sophisticus, qui priuat forma syllogismi, non est syllogismus. Ad Philoponũ vero possunt dicere eum enumerasse tã veras, quam famigeratas spẽs. Licet ergo sophisticus non sit vera species, est spẽs fm opinionem. Sed concessa hac positione de sophistico, quia fortasse non oĩs sophisticus est syllogismus, nisi qui peccat in materia tantum, quęritur vtrum sit genus ad demonstratiuum & dialecticũ. Respondẽt nonnulli

Neotericorum,

Verborũ cõsideratio. Pria expõ.

Dilucidatio.

Refutatio.

Prima solo.

Secunda. q.

Neotericorum, ſyllogiſmum non eſſe genus ad demonſtratiuum ſyllogiſmum, nec ad dialecticum, ſed ad illos eſſe totum in modo. Sed quia hæc poſitio eſt obſcura, pro dilucidatione debes ſcire, q̃ totum in modo ſecundum Ariſtotelem in Topicis eſt terminus incomplexus reſpectu ſuiꝰ ipſius ſumpti cum determinatione accidentali, vel materiali. verbi gratia iſte terminus homo eſt totum in modo reſpectu huius complexi, homo albus. Ex quo ſequitur quæ ſit pars i modo: eſt enim terminus ſumptus cum accidentali vel materiali determinatione, vt homo albus, vel homo carnoſus, & id genus. Dico ſignanter cum determinatione accidentali vel materiali, quia, ſi terminus ſumeretur cum determinatione formali, eſſet definitio, & non pars in modo. Animal enim rationale nõ eſt pars in modo illius termini animal, ſed eſt definitio hominis. Genus vero eſt terminus incomplexus, qui in plures ſpecies diuiditur per differentias eſſentiales, ſiue formales. ex his ſequitur dilucidatio. Syllogiſmus enim eſt terminus ſimplex, demonſtratiuum, & dialecticum ſunt differentiæ ſiue determinationes materiales, quæ accidunt ſyllogiſmo propter materiã, ſ. propter propoſitiones, quæ ſunt materia, non propter formam, quæ eſt illatio ex poſitis. Ergo ſyllogiſmus non genus, ſed totum in modo eſt ad illos. Hęc dilucidatio probatur, quia ſpecies tractantur in eodem libro, vbi agitur de illarum genere, modo demonſtratiuus agitur in libro Poſteriorum, Dialecticus in libro Topicoꝝ. Quia vero in hoc libro agitur de ſyllogiſmis primæ, & ſecundæ, & tertiæ figuræ, ideo ſyllogiſmus eſt genus ad hos, & non ad illos. Sed contra hanc poſitionem videtur primo, quia Ariſt. Primo Topicorum enumerat hos inter ſpecies ſyllogiſmi. Præterea hic definit propoſitionem communem, ſ. ſyllogiſticam, vt eſſet communis ſyllogiſmis dialecticis, & demonſtratiuis, vt Auerroes, Alexander, & Philoponus dixerunt. Sed poſitiones hæ poſſunt cõcordari, quia vel loquimur de ſyllogiſmo ſimpliciter, vel de ſyllogiſmo, vt definitur hic. Si loquimur de ſyllogiſmo ſimpliciter, qui eſt ſyllogiſmus ſolum conſideratus quo ad formam, quæ eſt modus inferendus, ſic recte Neoterici dixerunt ſyllogiſmum nõ eſſe genus ad illos, ſed totum in modo. Sin autem loquimur de ſyllogiſmo vt definitur hic. cum ſyllogiſmus hic definitus ſit probatiuus, dici poteſt eum eſſe genus ad illos. nam demonſtratiuum & dialecticum, licet ſint differentiæ accidentales ſyllogiſmi ſimpliciter, ſunt formales differentię probatiui ſyllogiſmi. Ad ſecundam rationem dico, q̃ tunc ſpecies tractantur in eadẽ ſcientia, in qua tractatur genus, quando illud genus eſt ſubiectum ſciẽtię. modo ſyllogiſmus, qui hic definitur, non eſt ſubiectum huius libri, ſed principalis eius ſpecies. Subiectum. n. huius ſcientiæ eſt ſyllogiſmus ſimpliciter: cuius ſpecies non ſunt demonſtratiuus & dialecticus ſyllogiſmus.

De toto in modo.

Dilucidatio.

Refutatio.

Dubõ. Capi. primo.

Concordia põnum.

Altero. Alterius.

Quæſtio.

In toto autem eſſe alterũ altero, & de omni prædicari alterũ altero, idem eſt. Dico autem de omni prædicari, quãdo nihil ſit ſubiecti ſumere, de quo alterum non dicatur. Et de nullo ſimiliter.

Hactenus de ſyllogiſmo, atq; eius diuiſione, nunc vero quid ſit dici de omni, vel de nullo declarat, quod quarto loco promiſerat. Dixit autem de ſyllogiſmo prius, q̃ de principiꝭ ſyllogiſmorum, quia hæc non ſunt principia ſyllogiſmi, quo ſyllogiſmus eſt, ſed quo regulantur. Quia vero propoſuit dicere de eſſe in toto, & de dici de omni ſeorſum, nunc quaſi ſe excuſans, præmittit nõ eſſe neceſſarium dicere de illis (vt propoſuit ſeorſum) quia dici de omni & eſſe in toto idem eſt, Vnde inquit {in toto autem eſſe alterum altero} ideſt in toto altero, hoc eſt prædicato {eſſe alterum} ideſt ſubiectum, & alterum prædicari de omni altero, idem eſt. Similiter non eſſe in

Prima ſolu.

Lege ad rẽ dilucidatorẽ enunciatio. 2o. logice.

Secunda.

A toto & de nullo dici idem eſt. Qua ratione fit, vt ſatis ſit declarare quid ſit dici de omni, & de nullo, quia ſtatim patebit quid ſit eſſe vel nõ eſſe in toto. Quo vero ad verba græca attinet, animaduerſione dignum in greco non dici in toto altero in eodem caſu, ſed in toto alterius. Quod ſonare videtur alterũ autem, i. ſubiectum eſſe in toto, i. in tota re alterius, ſ. prædicati idem eſt, quod dicit (vt annotaret ſubiectum eſſe partem prædicati) quaſi velit prædicatum habere totalitatem quandam. cuius ſubiectũ eſt pars. Vel forte illa locutio eſt elegantia græca, ſicut nos dicimus. Aliquid boni eſt hic, quod valet ac ſi diceremus, aliquod bonum eſt hic, ſic eſſe alterum in toto alterius idem eſt ac ſi diceremus alterum eſſe in toto altero. hoc. n. vtuntur græci, cum vtuntur duobus neutris, vt nos etiam vtimur. Iuniores declarant qũo eẽ alterum in toto altero, & alterum dici de oĩ altero idẽ ſit. dicunt. n. hęc eſſe eadem re ipſa, ratione vero eẽ duo. Nam, cum dico in toto eſſe alterum altero, prædicatum reſpicio, quod ſubiecti totum ſit. Cum vero alterum de oĩ altero prædicari enuncio, ad ſubiectum me conuerto: cui vꝛr etiam ſumpto prædicatum conuenit, atq; de eo vꝛr ſumpto prædicatur vere. Sed contra, quia Socrates eſt in toto homine, & tamen homo non dicitur de omni Socrate. Poteſt expoſitio hæc defendi, q̃ hæc eſſe idem intelligitur in terminis vniuerſalibus. In quibus ſyllogiſtica propoſitio fit. Modo, Socrates eſt terminus ſingularis, ex quo ſyllogiſtica propoſitio non fit. In vniuerſalibus autem terminis dici de omni & eſſe alterum in toto altero idem eſt re ipſa, ratione vero ac habitudine differunt, vt dictum eſt. Philoponus vero dicere videtur alterum dici de omni altero eſſe in plus q̃ alterum eſſe in toto altero, quia riſibile dicitur de omni homine, & tamen homo non eſt in toto riſibili. Similiter riſibile prædicatur de omni rationali, & tamen rationale non eſt in toto riſibili. Propterea velle videtur in vniuerſalibus terminis dici de omni eſſe in plus quàm alterum eſſe in toto altero. Et dicendum, q̃ alterum eſſe in altero eſt, ſubiectum eſſe in prædicato, & alterum de altero eſt dici prędicatum de ſubiecto. Verum per tota poſſumus intelligere ſuperiora reſpectu ſuorum inferiorum, & ſic bene dicit Philoponus, quod dici de omni eſt in plus q̃ alterum eſſe in toto altero, eo quia riſibile dicitur de omni rationali: & tamen rationale non eſt in toto riſibili, vt in ſuperiori, aut poſſumus intelligere indifferenter ſuperiora reſpectu ſuorum inferiorum, vt ſunt genera, ſpecies, & differentiæ reſpectu ſuorum inferiorum, vel æqualia reſpectu ſuorum æqualium: & ſic rationale eſſe poteſt in toto riſibile, & è contrario: & homo in toto rationali & è contrario: et ſic verbo ample utens Ariſtoteles dixit illa eadem eſſe. Hoc ergo ſuppoſito, deſcribit dici de omni, & inquit: {Dico autem de omni prædicari, quãdo nihil eſt ſubiecti ſumere, de quo alterum, ſcilicet prædicatum non dicatur. Et de nullo ſimiliter dico, quando nihil eſt ſubiecti ſumere, à quo non negeť alterum, ſ. prædicatum. Hæc ſunt, quæ Ariſto. dicit.

An alterũ eẽ in toto altero, & alterũ dici de omni altero idẽ ſit.

Quæ Philoponus.

Quæritur primo quid eſt dici de omni, vtrum ſit oratio? Reſpondent, q̃ dictum hoc, quod eſt dici de omni, non eſt oratio completa, ſed æquiualet huic, prædicatũ vniuerſaliter, & affirmatiuè dici de ſubiecto, quia tantum eſt dicere dici de omni, quantum prædicatum de ſuo ſubiecto dici vniuerſaliter affirmatiue. ſimili modo dici de nullo. Modo, hoc complexum eſt oratio infinita, & complexum ſignificabile illius propoſitionis, prædicatum vniuerſaliter & affirmatiue eſt dictum de ſubiecto: vel illius prædicatum vniuerſaliter negatiue eſt dictum de ſubiecto.

Quæſtio. 1. Quid ſit dici de oi.

Secundo quæritur, vtrum talis oratio complexa habeat proprie definitionem, vel deſcriptionem. Reſpondent, quòd definitio vel deſcriptio proprie datur de terminis incomplexis: ideo, cum dictum de omni ſit oratio complexa, vt dictum eſt proprie nec

2. quæſtio. Dici de omni cui habeat definitionem.

definitionem,

definitionem,nec descriptionem habet. Bene tamen habere potest interpretationem quandam eo modo quo oratio minus nota explicatur per orationem magis notam. Ex quo sequitur,quod huiusmodi explicationes, quæ sunt quid nominis talium complexorum, non possunt probari:quia quid nominis est principium omnis doctrinæ,vt dicitur in libro de Sensu. Hac ratione hæc duo quid nominis supponũtur hic tanquam principia, quia quid nominis supponitur in omni scientia.

Tertia qõ. An dictũ de oi & vniuersalis ꝓpõ differant.

Tertio quæres,vtrum dictum de omni & propositio vniuersalis differant. Auerroes tenet ꝙ sic, velle enim videtur ꝙ sint eadem subiecto,& differant ratione. Subiecto quidem sunt eadem,quia in vtriſq; notatur prædicatum subiecto omni inesse, & cuilibet contento sub subiecto,& omnibus cum subiecto cõuertibilibus. Differunt vero ratione:quia in dicto de omni ordo syllogisticus potestate habetur secundum subiectionẽ,& prædicationem,in propositione autem vniuersali hic ordo non habetur. Sed contra, quia tunc dictum de omni non differret à syllogismo. Dicebam,syllogismum & dici de omni differre vt signum,& signatum (vt implicitum & explicitum. Quod enim dictum de omni signat, vniuersalis syllogismus exercet. quare dici de omni est totus syllogismus in signo,syllogismus est dici de omni inesse. Ex quibus patet differentia. Propositio enim vniuersalis est syllogismi pars,dici de omni est totus syl

Propria põ.

logismus & non est illius pars. Ego vero nũc dicerem propositionem vniuersalem affirmatiuam, & prædicari de omni subiecto prædicatum,idẽ esse. Similiter prædicatum de nullo subiecto prædicari,& propositionem vniuersalem negatiuam idem esse. Comparatione enim ad collaterales species,dictum de omni dicitur vniuersalis propositio,vt comparatione indefinitæ, & cæterarum:comparatione vero ad regulata per ipsam dicitur dictum de omni. Quare dictum de omni, & propositio vniuersalis nomina sunt diuersiuoca,non autem re differentia. Quoniam idem complexum significãt, & sic definitio dicti de omni & propositionis vniuersalis eadem est. cum dicis nihil regulatur per eius partem : ego dicerem quod syllogismum regulari per dici de omni vel de nullo non est aliud ꝙ ipsum tenere vel necessario inferre in virtute definitionis, qua interpretatur dictum de omni vel de nullo:modo interpretatio non est pars syllogismi,sed supponitur,vt principium doctrinæ syllogismorum. Regulariter ergo syllogismi non per propositiones vniuersales,sed per interpretationem propositionis vniuersalis, quæ supponitur (vt doctrinæ principium in materia de syllogismo. His suppositis venio ad definitiones horum. Definit ergo Aristoteles dictum de omni,& inquit. {Dicimus autem de omni prædicari,quando nihil est sumere subiecti, de quo non dicatur alterum,idest prędicatum. Definit etiam dictum de nullo:& inquit,{& de Nullo similiter supple dico,quando nihil est sumere subiecti, à quo non negetur prædicatũ.

Dubõe. 5.

Sed contra has definitiones. quia dicendo homo est animal,nihil sub subiecto sumitur,de quo non prædicatur animal:& tamen homo est animal non est dictum de omni. Præterea,homo non est lapis, si dixeris, sub subiecto nihil accipies,à quo non remouetur lapis: & tamen non est dictum de nullo. Præterea, omnis homo est albus,est dictum de omni: & tamen aliquid est sumere sub homine,de quo non prædicatur album. Similiter si dixero,nullus homo est albus,est dictum de nullo : & tamen aliquid est sumere sub homine, à quo non remo-

Solo prima.

uetur album. Quidam Neotericorum dixerunt,ꝙ definitiones debẽt sic intelligi,dictum de omni, idest propositio vniuersalis affirmatiua significat prædicatum dici de omni eo,de quo prædicatur subiectum. Dictum vero de nullo, idest propositio vniuersalis negatiua significat prædicatum negari ab omni eo de quo affirmatur subiectum. Tunc dubitatio est soluta, quia licet prędicatum affirmetur de omni eo,de quo affirmatur subiectum,tamen non significatur per illam propositionem, & sic soluuntur aliæ. Alij fere in idem occurrentes sic intelligunt. dici de omni est,quãdo nihil est sumere sub subiecto,quin per propositionem prædicatum de eo vere denotetur affirmari. Dici autem de nullo est, quando nihil est sumere sub subiecto , de quo prædicatum per propositionem denotetur vere negari. {In iuuenta dicebamus triplex esse dictum de omni vel de nullo. Posterioristicum,ſ.& Prioristicum,& ex vtroq; compositum. Posterioristicum est,quando secundum rem nihil est sumere sub subiecto,de quo non affirmetur vel negetur prædicatum.& sic homo est animal, est dictum de omni posterioristicum. Prioristicum vero, quando per propositionem denotatur prędicatum affirmari vel negari de omni eo,de quo subiectum affirmatur. hoc aliqui appellant dictum de omni vel de nullo secundũ modum. Compositum vero ex ijs est, quando secundum rem prædicatum affirmatur,vel negatur de omni eo,de quo subiectum affirmatur,& notatur affirmari vel negari per propositionem. Vt omnis homo est animal, nullus homo est lapis. Nunc vero dicamus dictum de omni posterioristicum esse,quando nihil est subiecti sumere,de quo non vere prædicatum affirmetur. Dictum vero de nullo,quando nihil subiecti est sumere, de quo prædicatum non vere negetur. Dictum vero de omni dialecticum est,quando nihil est sumere subiecti,de quo prædicatum non affirmetur opinione, dictum vero de nullo similiter. Dictũ deniq; de omni prioristicum, vel de nullo,est,qñ nihil est sumere subiecti, de quo non affirmetur,vel negetur prædicatum, ſ. consensu , siue ex parte rei ita sit,siue secundum opinionem. Et sic dubitationes cessant. Quo vero ad verba attinet,dixit subiecti,& non subiecto:quia siue sit pars integralis subiecti, siue pars subiectiua,siue conuertibile cum subiecto,prędicatum de illo affirmabitur, vel negabitur, modo quo subiectum affirmatur,vel negatur de illo. Quia,si subiectũ in obliquo de illo affirmatur,prædicatum ẽt in obliquo affirmabitur,& si in recto, & prædicatum in recto.

Quæsitio logica. An ꝑdicatũ dici de subiecto vſr sumpto, sit ꝑdicatum.

Quærunt hic,vtrum prædicatum dici de omni subiecto vniuersaliter sumpto, sit prædicatum. Arguitur ꝙ non,quia tunc sequeretur quandocũq; prædicatũ esset, esset dici de subiecto vſr sumpto. consequens falsum, qa potest prædicatum manere,quando non erit dici de subiecto vniuersaliter sumpto. verbi gratia si signum vniuersale remouetur à subiecto aliquo propositionis vniuersalis remanente propositione indefinita. ergo nõ est idem prædicatum,& prędicatum dici de omni subiecto vniuersaliter sumpto. Præterea prædicatũ dici de omni est propositio vniuersalis:at prædicatum non est propositio vniuersalis:ergo non est idem dici de omni subiecto,& prædicatum. In oppositum argumentor, Deum eẽ,quod est significatum huius propositionis Deus est, est idem quod Deus. ergo significatum huius propositionis,videlicet prædicatum dicitur de omni subiecto vniuersaliter sumpto,quod est prædicatum dici de omni subiecto vſr sumpto,est idem quod prædicatum. Pro intellectu tituli,debes scire,ꝙ hæc est vna propositio categorica,prædicatum est dictum de omni subiecto vniuersaliter sumpto,cuius propositionis categoricæ subiectum est ille terminus ptædicatum: Prædicatum autem est ille terminus dictum de omni subiecto vniuersaliter sumpto:significatum vero huius propositionis categoricæ est,prædicatum dici de omni subiecto vniuersaliter sumpto. Quęritur ergo vtrum significatum istud,ſ. prędicatum dici de omni subiecto vniuersaliter sumpto, sit idem quod prædicatum,quod est subiectum categoricę propositionis,ac si quæreretur,vtrum Deum esse,quod est significatũ illius,ꝓpõnis,Deus est,sit idẽ quod Deus. Hæc pro titulo. Neotericorum quidã dixerunt in nulla propositione significatum esse idem quod subiectum illius.

Secũda solo.

Argumẽtum contra hãc.

Dictum de oi & nullo triplex.

Diuisio ꝓpo nendi inesse.

Ponderatio verborum.

illius. Verbi causa, in hac propositione, homo est albus: significatum, quod est hominem esse albū, non est homo: nec in hac, animal est coloratum: nam animal esse coloratum, nō est animal, & sic in oībus id genus. Ergo fm hanc opinionē non est idem prędicatū dici de subiecto vniuersaliter, & prędicatum. Contra hanc positionē argumentatur Iunior quidam satis acutus: quia tunc sequeretur significatum huius propositionis Deus est, nō esse Deum: & sic Deum esse non esset Deus. hoc est falsum, quia tale significatū, videlicet Deū esse, aut est dependēs, aut independens. si indepēdens, ergo est Deus: & sic habetur ꝓpositum. Si dependens, ergo Deus poterit ipsum annihilare: ergo annihilabitur Deū: non enim potest annihilare Deum esse, nisi annihilet Deus. Propterea dixerunt præmittendo primo, ꝙ propositionum alia est categorica, vt homo est animal: Alia hypothetica: & hęc est duplex, conditionalis, vt si equus volat, equus habet alas. Alia disiunctiua, Vt vel Socrates est, vel Socrates non est. Categorica autē, duplex: alia enim de inesse, vt Deus est, alia modalis, vt contingit lignum esse album, & id genus. Propositio de inesse, alia cōponitur ex terminis absolutis, vt hęc, homo est animal. alia ex terminis cōnotatiuis, Quę est duplex: quia vel cōponitur ex terminis cōnotatiuis, qui connotant negationē vel priuationē, vt homo est cęcus. vel ex terminis cōponitur connotatiuis, qui connotant positionē aliquā, Vt homo est albus, homo est figuratus, & id genus. Quæ cōponit ex terminis cōnotatiuis connotantibus aliquid positiui, duplex est: quia termini cōnotantes, vel cōnotant dispositionē superadditam, & diuersam à subiecto. vt iste terminus album, & id genus. aut cōnotant subiectum se habere secundum aliquē modum, vt iste terminus figura, vel figuratum: qui secūdum aliquos supponit pro re figurata connotando rem illā aliter se habere.

Argumētum contra hāc.

Diuisio ꝓpositionis.

Ponderatio verborum.

Rursus quęcunq; talis duplex est, qm̄ alia est de præsenti, alia de futuro, alia de pręterito. Hoc suppositio, dicunt propositioni categoricę de pręsenti affirmatiuę cōpositę ex terminis absolutis vel connotatiuis, priuationis, vel modi se habendi subiectum, nullum significatū correspondet, præter significatum sui subiecti. vt huic, Deus est, correspōdet Deus. nam Deum esse est Deus. & huic, homo est animal, correspondet homo: quia hominem esse animal, est homo. Dico primo Categoricæ, quia de hypothetica secus est. nam conditionali correspondet significatū conditionaliter, vt huic, si equus volat equus habet alas, correspondet equum habere alas, si volaret. Huic vero, vel Socrates est, vel Socrates nō est, si socrates est, correspondet Socratem esse vel Socratem non esse. sin autem Socrates nihil sit, illi nihil correspondet. Dico de præsenti, quia ꝓpositiōi de possibili, vel de præterito vel de futuro, non oportet ꝙ correspondeat significatum. nam propositioni de possibili sufficit, ꝙ possit correspondere. Propositioni de præterito sufficit, ꝙ correspōdebat. propositioni deniq; de futuro, sufficit ꝙ correspōdebit. dico affirmatiuę, quia nō oportet vt ꝓpositiōi negatiuę correspondeat aliquod significatū. Huic enim, Chimera non est hippocentaurus, nihil correspōdet. similiter nec huic, Socrates non est equus. Nam, si Socrates nihil est, illi nihil correspondet. Sed si Socrates sit, correspondet Socrates. Dico absolute, quia si termini sunt cōnotatiui, quia cōnotant dispositionē additam subiecto ꝓpositioni non correspondet significatū subiecti, sed significatū prædicati: huic enim, homo est albus, correspondet albedo hominis. Sin autem cōnotant priuationem, vel modum se habendi subiecti, propositioni nihil correspōdet nisi significatū subiecti, vt huic, homo est cæcus, correspondet pro significato, homo, & nihil aliud. probatur, quia hęc propositio, homo est cæcus, significat hominem esse, & hominem esse aptum ad vidēdum, & hominem non habere visum: modo, hominem esse est idem quod homo, & hominem esse aptum ad videndum est idem ꝙ homo: & hominem non habere visum, si homo est, idem est quod homo: & si non est, aliquis homo qui videat, tunc hominē non habere visum nihil est. Huic vero, homo est figuratus, nihil correspondet nisi homo. Ex ꝝs patet, in quibus significatum propositionis est idem quod subiectum, & in quibus nō est idem. Quod si hæc positio est vera, tunc patet ꝙ prædicatum dici vniuersaliter de subiecto non est aliud, quod prædicatum. Habet enim omnes cōditiones. Sed hęc positio licet sophistice possit defendi, durum videtur, ꝙ hominē esse animal sit homo. Præterea, si omnis homo est animal, non concederem, ꝙ omnem hominē esse animal sit homo. Præterea non video causam, cur huic, homo est animal, correspondet homo pro significato propositionis: & huic, homo est albus, correspondet albedo hominis: nō enim arbitror hominem esse album, esse albedinem hominis. Præterea nō est idem hominem esse hominē, & hominem esse animal. sed hominē esse hominem est homo: ergo hominē esse aīal nō est hō ab vno disperato ad alterū. & q̄; q̄; hęc possint teneri & defendi, ego dicerē omnibus propositionibus affirmatiuis, quarum subiectum & prædicatum sunt termini limitati, correspondere suum propriū significatum, quod non est subiectum propositiōis. Dico quarum subiectū & prædicatum sunt termini limitati, propter has, Deus est, & Deus est bonus: quibus correspondet pro significato Deus: nam Deum esse, est Deus, Deū esse bonum est Deus. Causa est, quia in Deo, esse, bonū, & quicquid est in eo, est Deus: & hoc propter eius limitationē. Dico affirmatiuis, quia non oportet oībus negatiuis correspondere aliquod significatum. Assero autem hanc ꝓpositionem, quia omnes fere Logici dicunt terminum complexum, & terminum incōplexum differre in significato. Non ergo significatum huius termini incōplexi homo, est significatum huius termini cōplexi homo est animal: quemadmodū nec terminus incōplexus est terminus cōplexus. Quod si ita est, patet ꝙ prędicatū prędicari de subiecto vniuersaliter nō est idem quod prędicatum pręcise, vt nec hominē esse animal est pręcise homo. Nec ab ratione, quia superius Aristo. describēs prædicatum dixit, ꝙ est id, quod dicit̄ de altero. Hic veto describens prędicatum dici de subiecto vniuersaliter, dicit esse id, quando nihil subiecti sumitur, de quo nō prędicetur prędicatum. Ergo prędicatum, & prędicatū dici vr̄ de subiecto non sunt idē pręcise. Animaduerte tamen, ꝙ significatum propositionis cuiusq; potest dupliciter accipi. vno modo pro significato subiecti cū sua additione, idest pro significato additionis, & pro significato subiecti simul, quęcūq; sit illa additio. verbi causa, significatū huius ꝓpositionis, homo est albus, ꝓ significatione illius termini homo, cū additione albedinis: & sic significatum illius est, hominē esse albū: et hoc modo significatū ꝓpositionis non est p̄cise significatū subiecti, sed est subiecti significatum cum sua additione, hoc est cum significato additionis, quęcunq; illa sit, siue dispositio, siue modus essendi, siue ipsummet subiectum aliter intellectum. Albedo enim dispositio est, figura vero modus se habendi subiectum, animal & id genus ratio, qua intelligitur homo. Hoc ergo modo negarem significatum propositiōis esse pręcise significatum subiecti: quia significatum propositionis semper significato subiecti addit quicq;, quod est pars principalis significati totius propositionis. Alio modo accipi potest pro significato subiecti non quidē significando dispositionē subiecti, sed connotando illā: & sic idem erit, hominē esse albū & dicere, hominem, qui est albus: similiter hominem esse animal, & dicere, hominem qui est animal: & iuxta hūc sensum, concederē ꝙ hominem esse animal, sit hō: quia sensus est, homo, qui est animal, est homo. Concederem etiam hominem esse album esse hominem, quia homo, qui est albus, est homo. Concederem etiam, ꝙ prædicatum dici


Alia opinio propria.

Significatū ꝓpositionis dupliciter.

tum dici de omni ſubiecto ſit prædicatum: quia prędicatum dici de ſubiecto vniuerſaliter, eſt prędicatum quod dicitur de ſubiecto vlr. modo, prædicatum, quod dicitur de ſubiecto vniuerſaliter, eſt prædicatum.

Caput. 2. De propoſitionum conuerſione.

Quoniam autem omnis propoſitio eſt aut de ineſſe, aut ex neceſſitate ineſſe, aut contingenter ineſſe. Harum autem quidem affirmatiuæ, illæ autem negatiuæ: ſecundum vnamquãq; appellationem. Rurſus autem affirmatiuarum, & negatiuarũ, alię ſunt vniuerſales, alię particulares, aliæ indefinitę. Vniuerſalem quidem priuatiuã de eo, quod ineſſe, neceſſe eſt in terminis cõuerti. vt ſi nulla voluptas eſt bonum, neq; bonum nullum, erit voluptas.



Vniuerſalis negatiua cõuertitur ſimpliciter i terminis.

Com. 12. Cum abſoluit quæcunq; promiſerat, nunc de conuerſione propoſitionum aggreditur. Cauſa autẽ eſt, quia conuerſio eſt principium quoddam, quo reducũtur ſyllogiſmi imperfecti ad perfectos. reducuntur enim aut conuerſione maioris, aut conuerſione minoris, aut conuerſione vtriuſq;. In pertractando vero de conuerſione præmittit diuiſiones propoſitionis: & dicit, q̃ omnis propoſitio aut eſt de ineſſe, aut de neceſſario ineſſe, aut de contingẽter ineſſe. Ecce, q̃ ex hac prima diuiſione erunt propoſitionis ſpecies tres, quæ ductæ per duas. ſ. per affirmatiuam & negatiuam, reſultabunt propoſitionum ſpecies vi. & hoc inquit, harum autem ſecundum vnãquãq; appellationem, hoc eſt, ſiue de ineſſe, ſiue de neceſſario ineſſe, ſiue de contingenter ineſſe, Sunt eę quidem affirmatiuæ, illæ autem negatiuæ: & ſic erunt. vi. Eæ iterum ſi ducãtur per tria, erunt. xviij. Nam tales aut ſunt vniuerſales, aut particulares, aut indefinitæ. Vnde inquit: Rurſum autem affirmatiuarum aut negatiuarum aliæ ſunt vniuerſales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ. hic terminatur ſuſpẽſio. Ideo ſtatim ſubſcribit primam regulam, & inquit: vniuerſalem quidem priuatiuam de eo quod eſt ineſſe, neceſſe eſt in terminis cõuerti. Vt, ſi nulla voluptas eſt bonum, neq; bonum nullum erit voluptas, vbi negatio illa neq;, ſuperfluit more grẽco. Cauſa ergo, cur diuiſiones propoſitionis tales præmiſit eſt, quoniam conuerſio eſt propoſitionis affectio, quæ pro differentia, atq; ratione propoſitionum ipſa variatur. Ideo Ariſto. antecq; de conuerſionibus ageret, præmiſit diuiſiones has propoſitionum.

1. Dubõ. Sed occurrunt dubitationes circa hæc non leues. prima quidem quia non videtur completa, prima propoſitionum diuiſio per ineſſe, neceſſario ineſſe, & contingenter ineſſe.. Nam in Libro de interpretatione adiecit impoſſibile, poſſibile, falſum, verum. Sorticolæ addunt ſcitum, creditum, & id genus. Græcorum in-

1. Põ. terpretum nonnulli dixerunt tantum tres eſſe propoſitionum ſpecies: quia tantum tres ſunt propoſitionum modi, contingens videlicet, neceſſariũ, & ineſſe. Vt contingit Socratem legere, neceſſario Socrates eſt animal, De ineſſe, Socrates ambulat. Hoc probant, Primo, quot ſunt propoſitionum ſiue materiæ, ſiue res, tot ſunt modi, ſiue formæ. propoſitionum materiæ ſiue res ſunt tres, quia aut ſemper ſubſiſtunt, vt corpora Cęleſtia: aut ſemper alĳs accidunt, ſiue inſunt, vt nigrum Coruo: aut inſunt, & poſſunt non ineſſe, vel non inſunt, & poſſunt ineſſe. vt album parietis, aut motus Socratis. Per modũ ſiue formam neceſſario eſſendi explicantur ea, quæ ſemper ſubſiſtunt, vt neceſſario Cælum eſt corpus, neceſſario homo eſt animal, & id genus. Per modum ſiue formam eſſendi explicantur ea, quæ ſemper accidunt, vel ſemper inſunt, vt de ineſſe, Coruus niger eſt, & de ineſſe, Cygnus albus eſt. Per modum vero contingenter eſſendi explicantur ea, quæ aliter ſe habent: vt contingit Socratem ſedere, Contingit Platonem iraſci, & id genus. Igitur tantum tres ſunt modi ſiue formæ propoſitionum. Secundo, quia res aut ſemper ſunt, aut interdum. ſi quidem ſunt interdum, aut exierunt ad actum, & ſic explicantur per modum de ineſſe. vt de ineſſe, Socrates eſt Grammaticus, aut nondum exierunt ad actũ, ſed non repugnat ipſa exire: & ſic explicantur per modum contingentis, vt contingit Socratem ambulare. ſin autem ſemper ſunt: ita vt nunquam exierunt vel nec exibunt ad actum, ſed ſemper talia ſunt, & ſic explicantur per modũ neceſſarĳ: vt neceſſario homo eſt animal.

Sed contra hanc poſitionem obĳcit Philoponus. Primo, quia formarum differẽtia potius materierum differentiã facit, quam econtrario: & ita potius materię, ſunt tot: quia modi ſunt tot, q̃ tot modi, quia materiæ tot.

Præterea propoſitio poteſt eſſe de ineſſe, & de modo contingenti, vel de modo neceſſario: neceſſaria vero poteſt eſſe de modo eſſendi, vel de modo contingenti, & ita formæ non ſemper correſpondẽt materĳs. Tertio, quia Ariſtoteles faciens mentionem de modis in libro de Interp̃tatione, ipſum ineſſe nõ collocat inter modos.

In iuuenta defendebamus opinionem, refutando omnes has rationes. Primam quidem, Quia in rebus mentis differentia eſt propter materiam & obiectum, ſecus eſt in rebus realibus. aut fortaſſe hæc differentia eſt accidentalis & à poſteriori, ſecus autem eſſet de differentia eſſentiali & a priori. Secunda quoq; deletur, quia hi loquuntur in propoſitionibus naturalibus: modo propoſitio de ineſſe, ſi fuerit de modo contingentis, erit innaturalis. ſimiliter quæ ſecundũ rẽ eſt neceſſaria, ſi fuerit de modo neceſſarĳ, erit naturalis, ſi de modo cõtingentis, erit innaturalis. Quare, ſi p̃dicationes erunt naturales, contingens erit de modo contingentis, neceſſaria de modo neceſſarĳ, de ineſſe autem erit de modo eſſendi. Nec Ariſtoteles fuit diminutus in libro de Interpretatione: quia vbiq;, cum profert propoſitionẽ abſolutam, quæ nec eſt de neceſſario, nec de contingenti, intelligit propoſitionem de ineſſe & de modo eſſendi.

Põ Philopo ni. Lege ad rẽ dilucidatorẽ enunciato. 14. Logicę.

Philoponus vero concedit tres tantum eſſe propoſitiones non inuicem reducibiles, ſ. de ineſſe, de neceſſario ineſſe, de contingenter ineſſe. Aſſerit vero Ariſtotelẽ prætermiſiſſe poſſibile: quia concidit cum contingenti. Quia, vt Boethus inquit, poſſibile & cõtingẽs ſolo hoc differunt: qđ poſſibile infirmari poſſit. vt dicẽdo impoſſibile eſt hominem eſſe lapidem. contingens vero non: nõ enim recte diceremus, incontingens eſt hominẽ eſſe lapidem. Prætermiſit vero impoſſibile, quia neceſſariũ eſſe ęquipollet ad impoſſibile eſt non eſſe. & impoſſibile eſſe ad neceſſariũ non eſſe. Meminit vero hic potius neceſſarĳ, quia eſt dignius, vt habitus dignior eſt priuatione. De ipſo vero ineſſe tanq; de modo nõ loquitur, ſed eſt vt materia vtriuſq;. Eſt enim ipſum ineſſe indifferens ad neceſſario ineſſe, & contingenter ineſſe. Prætermiſit vero alia, vt verũ, falſum, & cætera id genus: quia nihil addũt vltra ꝓprias materias. Sed tam ex poſitione Veterũ, quã ex poſitiõe Philoponi, ſequit diuiſionẽ ꝓpõnis p̃ ineſſe, neceſſario ineſſe, et cõtingẽter ineſſe,

ineſſe, eſſe ſm modos, et ſm materias modorum, quia per neceſſariam propoſitionem itelligit neceſſariam, quæ eſt de modo neceſſaria: & per contingentem intelligit cõtingentem, quæ eſt de modo contingẽtis, & p propoſitionẽ de ineſſe intelligit, quæ ſm rem eſt de ineſſe, ſiue mõ. Pro hac parte facit, quia Ariſ. vtens exemplis tam in ſyllogiſmis ſimplicibus, q̃ in ſyllogiſmis miſtis ſemper vtit̃ propoſitionibus talibus de re, & de modo. In contrarium eſt Auer. & omnes etiam, qui eũ ſequuntur, qui volũt Ariſ. diuiſiſſe non propoſitionum formas, ſed materias. Quia triplex eſt materia ꝓpoſitionis, videlicet de ineſſe, de neceſſario ineſſe, & de contingenter ineſſe. Sed contra, qa eo modo diuidit, quo eis vtitur: ſed vtitur illis, vt ſunt tales de modo: ergo. Propter hoc dixerunt alij, q̃ diuiſit formas propoſitionum, nõ materias. Pro hac opinione facit, quia Ariſt. facit ſyllogiſmos communes ad omnes materias, ſicut propoſitionem cõmunem deſcripſit ad omnem materiam. V no modo poſſet dici Ariſto. diuidere propoſitiones per materias nõ abſolute, ſed vt ſignificantur per propoſitiones. &, quia non poſſunt per propoſitionẽ materiæ ſignificari, niſi addantur modi: ergo diuiſit propoſitiones in materias vt per modos in ipſis collocatos ſignificant̃ tales eſſe, & ſic poſſunt poſitiones concordari. Vel dicendum q̃ Ariſto. diuiſit propoſitionẽ in neceſſariam, contingentem, & de ineſſe, quatenus ſunt de re, & de modo tales. verum eſſe tales de re poteſt eſſe, aut quia ita eſt, aut quia conſenſu accipiuntur ita eſſe. Et licet Ariſtot. talibus de re & de modo vtatur, quatenus in re ita ſunt. Poteſt tamen vti talibus propoſitionibus, vbi non eſſent ita in re, modo ſumerentur eſſe ita de conſenſu. Et hoc pacto nõ vtitur his applicatis ad materiam probabilem, vel demonſtratiuam: quia vtitur illis vt indifferenter applicabilibus ad materiam probabilem & demonſtratiuam. Licet exempla, quibus vtitur ſint ita in re, cum exemplorum requiratur ſola manifeſtatio. Præterea exemplis etiam nonnunquã vtitur. vt ſunt propoſitiones tales conſenſu. Secundo quærunt ad quid conferunt eæ propoſitionum diuiſiones. Auerroes innuit ſolutionem in paraphraſi. Et dicit quòd prima diuiſio, quæ fit per ineſſe, & neceſſario ineſſe, & contingenter ineſſe vtilis eſt ad ſyllogiſmorum ſpecies communes: ſiquidem ex eis & mixtum, & ſeorſum ſyllogiſmi fiant. Secunda vero & tertia diuiſio vtilis eſt ad ſpecies ſyllogiſmorum perfectas, vel imperfectas: quales ſunt ſyllogiſmi affirmatiui, & negatiui, particulares, & vniuerſales. In ſpecie: Quærunt quid eſt intelligendum per propoſitionem de ineſſe, vel non ineſſe, quo ſcilicet ad materiam. Auerroes hic reſpondere videtur per propoſitionem de ineſſe: vel nõ ineſſe, quã ipſe appellat inuentam, vel non inuentam, illam eſſe intelligendam, quæ & vera eſt de præſenti, & nõ neceſſario: & cuius prædicatum actu ineſt omnibus partibus ſubiecti, et pro maiori temporum parte: quod adiecit ad differentiam propoſitionis neceſſariæ, cuius prædicatum ineſt ſubiecto pro omni differentia temporis. Sed hæc poſitio falſa eſt, quia ea data omnis propoſitio de ineſſe eſſet de omni, & vniuerſalis. quare nulla harum eſſet de ineſſe. homo nauigat, quia non omnis homo nauigat, & nec hæc, homo ambulat, & cęterę id genus. Pręterea nec hæc eſſet de ineſſe, Socrates diſputat: non enim pro maiori parte temporum Socrates diſputat. Propterea pace Auerrois dixerim, propoſitio de ineſſe aliud eſſe nihil videtur quàm propoſitio contingens poſita in actu, aut re, aut conſenſu. Hæc enim eſt contingens, contingit Socratem currere, quæ ſi exiuit ad actum re vera, vel conſenſu, effecta eſt de ineſſe: & ſic videtur eſſe illa, cuius veritas aut conſenſu, aut re, eſt de prętenti: q̃ ſi veritas eſt de præſenti per hoc, quia prædicatum non ineſt ſubiecto, eſt de non ineſſe, & negatiua: ſin autem, quia prędicatũ ineſt ſubiecto de præſenti eſt de ineſſe, ſcilicet affirmatiua.

Præterea, ſi prædicatum ineſt ſubiecto de præſenti pro omnibus vel pro nullis eſt vniuerſalis, ſin autẽ pro parte, eſt particularis, uel indefinita. Intellige autem hæc omnia aut quia re talia ſunt, aut conſenſu, vt dictum eſt. Solet autem propoſitio de ineſſe, vel non ineſſe ſubdiuidi in eam, quæ eſt ſimpliciter, vel vt nunc. Vt Cygnus eſt albus, eſt de ineſſe ſimpliciter, Æthiops eſt niger ſimiliter: homo vero diſputat, eſt de ineſſe (vt nunc, quia vt nunc diſputat. Contra quam diſiunctionem poſtea diſputabimus: hactenus de propoſitione de ineſſe.

Quærunt quæ nam ſit propoſitio contingens. Et dicendũ, q̃ contingens propoſitio eſt, quæ de præſenti quidem eſt falſa, quia nondum exiuit ad actum, de futuro vero eſt vera, quia exibit ad actum, vel non repugnat exire: vt contingit hominem currere, dato quòd nunc non currat. Vel contingit hominem non currere, dato quòd actu currat. Ergo propoſitio de contingenti ineſſe, eſt propoſitio nondum poſita in actu, quæ ſi eſt de ineſſe, eſt negatiua. ſi de non ineſſe, eſt affirmatiua. nam affirmatiuę contingenti, id quod correſpondet, non eſt de ineſſe affirmato, ſed de non ineſſe, quia contingit eſſe, quod non eſt. negatiuæ autem bene correſpondet aliquid de ineſſe, quia contingit non eſſe, quod eſt. ergo affirmatiuæ contingenti correſpondet negatiua de ineſſe. Negatiuæ autem contingenti correſpondet affirmatiua de ineſſe. { Quare valet, contingit Socratem currere: ergo Socrates non currit: iterum contingit Socratem non currere, ergo Socrates currit. Quod ſi prædicatum poteſt ineſſe omnibus vel nõ ineſſe eſt vniuerſalis: vt contingit hominem omnem legere, vel nullum legere. { Sin autem quibuſdam eſt particularis, vel indefinita, vt contingit aliquem hominem diſputare, vel non diſputare. Hæc autem intelligenda ſunt, aut quia ſua naturalia ſunt, aut qa conſenſu talia eſſe accipiuntur. Hactenus de contingenti.

Quales ſint ꝓpõnes ſingulares.

Quærunt rurſus quæ ſit neceſſaria. Et dicendum, q̃, quando prædicatum ineſt ſubiecto, & non poteſt non ineſſe, hæc eſt de neceſſario ineſſe, quando vero non ineſt, & non poteſt ineſſe, hæc eſt & neceſſario non ineſſe, quæ eſt impoſſibilis. exemplum primæ vt neceſſario Cygnus eſt albus, exemplum ſecundi, neceſſario æthiops non eſt albus, quæ ratio docet omnem neceſſariam eſſe uniuerſalem de tempore, non autem vniuerſalem de partibus, qa hæc de tempore eſt vniuerſalis, homo eſt albus, quia ſem per aliquis homo eſt albus, non tamen de partibus: quia non omnis homo eſt albus. Animaduerte tamen quòd Ariſtoteles diuiſit propoſitiones, ſed membra non deſcripſit, quia libro de Interpretatione deſcripſit. Præterea animaduerte, q̃ propoſitiones eæ poſſunt accipi aut per modum poſterioriſticum, vt quando ſunt tales in re, aut per modum dialecticum, vt quando ſunt tales ſecundum opinionem, aut prioriſtice, vt quando accipiuntur ſecundum conſenſum.

Quærunt iterum quales ſint propoſitiones ſingulares, vt Socrates diſputat, & Plato philoſophatur. Reſpondet Auerroes quod videntur propoſitiones de ineſſe reductiue: quatenus prædicatum ineſt ſubiecto, dum durat ſubiectum: & ſic videntur veræ ſolum de prętenti, cui poſitioni Alexander & Porphyrius conſentire videntur in libro de Interpretatione. Sed contra occurres, quia ex ſingularibus ſufficienter enumeratis poteſt concludi vniuerſalis neceſſaria: igitur ſingulares ſunt neceſſariæ: non enim potęſt neceſſarium ex non neceſſarijs ſyllogizari. Solutionem innuit Auerroes volens, quòd ex ſingularibus de ineſse non infertur vniuerſalis neceſſaria, ſed vniuerſalis de ineſse, quæ fortaſſe eſt neceſſaria ex conditione, videlicet dum durat veritas illarum propoſitionum de præſenti. Nam ſi hæc eſt vera, hic currit, & ille & ille, & de cæteris ſimiliter, erit vera hæc, omnis homo currit illis perdurantibus. Probat autem Auerroes rem ſuam authoritate Ariſtotelis Secundo huius, vbi oſtendit ex non neceſſarijs non poſſe ſequi neceſſarium niſi quia, non autem propter quid. Et ſic ſecũdum Auer. concluſio quę ſequitur eſt neceſſaria, nõ ſimpliciter, ſed illis, & ſic de ſingulis

Quæ nã pro põ contingit.


Põ Philoponi. Lege ad ñ dilucidatorẽ enunciato. 14. Logicę

Theophrasti opinio.

gulis currentibus, simpliciter autē propositio, quæ sequit̄ est vniuersalis de inesse. Theophrastus vero, vt ei īponit Auerr. sentit tales propositiones nullius gñis esse, qa nec de inesse, nec de contingenti inesse, nec de necessario inesse. sed si dicuntur de inesse propterea dicūtur de inesse, quia per negationem, nec sunt necessariæ, nec de contingenti. Contra obīcit Auerroes: primo, quia Aristoteles diuidit propositiones diuisione entis positiui, non priuatiui. Præterea tantum tres sunt propositionum materię: igitur non dabitur aliud genus pręter has. Tertio Aristoteles (vt dicet postea) ordinat singulares cum illis de inesse. Ego vero Theophrastum nō vidi, sed si est (vt Auerroes inquit) singulares propositiones propterea inter nullum illorum generum enumerauit, quia non sunt propositiones syllogisticæ, licet sint enunciationes: quas Aristoteles coordinauit cum contingentibus si sunt de futuro, sin autem sunt de præsenti, coordinauit cum illis de iesse. sin autem sint de præterito, reducuntur ad necessarias. Vnde Aristoteles sufficienter diuisit propositionem in eam quæ de inesse, & in eam quæ de necessario inesse, & in eam quę contingenter inesse: quoniam omnes aut tales sunt, aut reducibiles ad tales. Hactenus de diuisione propositionum, nunc de conuersione. vbi debes scire ꝙ Aristoteles in propositionibus de inesse primo ponit regulas conuersionum, secundo eas probat. Et in ponendo regulas, seruat hunc ordinem, quòd in primis ponit regulam in vniuersali negatiua, quia cōuersio in illa est simplicior, cum fit sola transpositione terminorum. secundo ponit regulam in uniuersali affirmatiua, quia hæc continet cōuersionem particularis. Hæc de ordine. Vt vero terminaret suspensionem, in præsenti posuit primam regulam in propositionibus de inesse, quæ postea exponetur, & probabitur: nunc autem de ea hactenus.


De conuersione agēt, mox Aristo.

Prædicatiuam autem conuerti quidem necessarium est, non tamen vniuersaliter, sed in parte: vt si omnis voluptas est bonum, & bonum aliquod est voluptas.




Vlis affirmatiua conuertitur ꝑ accīs in particularem.

Particularem autē affirmatiuam quidem conuerti necesse est particulariter. nam si voluptas aliqua est bonum, & bonum aliquod erit voluptas.



Particularis affirmatiua conuertitur ī particularē affirmatiuā.

E Priuatiuam vero non est necessarium. Non enim, si homo non inest alicui animali, & animal non inest alicui homini.



Particularis negatiua nō cōuertitur.

F Postq̄ ordo patet, dicamus, ꝙ Aristoteles in propositionibus de inesse quatuor regulas sumit: quarum Prima dicta est, scilicet ꝙ vniuersalis negatiua de inesse in terminis conuertitur. Quę quidem ideo in terminis dicitur conuersio, quia solum termini mutantur, cęteris omnibus remanentibus. Hanc etiam Philoponus simplicem vocat, quia nullis alīs mutatis, sola terminorum mutatione constat. Vt si nulla voluptas est bonum, nullum bonum est voluptas. Secundam vero regulam ponit, cum inquit {prædicatiuam autem, s. vniuersalem conuerti quidem necessarium est, non tamē vniuersaliter, sed in parte: vt si omnis voluptas est bonum, & bonum aliquod est voluptas. Quæ conuersio, quia fit nō sola mutatione terminorum, sed mutatione quantitatis, ideo per accidens dicitur à iunioribus. Dicitur vero conuersio particularis, qa conclusio est particularis: & ī parte, quia est de toto ad partē: est enim particularis, vt pars vniuersalis. Tertiam uero ponit, dicens particularem vero affirmatiuam quidē conuerti necesse est particulariter. Nā si voluptas aliqua est bonum, & bonum aliquod erit voluptas. Hæc dicitur in parte, non quia de toto ad partem cōuersio fit, sed quia de parte ad partem conuersio fit. Quartam vero regulam ponit, & inquit {priuatiuam uero non est necessariū conuerti, supple nec de parte ad totum, nec de parte ad partē: non enim si homo non inest alicui animali, & animal non inest alicui homini. Prætermisit vero regulas indefinitarū propositionum: quia indefinitæ in materia quidem necessaria ordinātur cum vniuersalibus, in materia vero de inesse, cum particularibus. Prætermisit autem singulares, quia non sunt syllogisticæ propositiones, vel ipsas cōuerti sensu apprehēditur. Quo vero ad verba attinet, Aristoteles vbiq; propositionem affirmatiuam, græco uerbo categoricam appellat, hoc est prędicatiuam. Negatiuam autem appellat priuatiuam. Affirmatiuam enim non appellat subiectiuam, aut suppositiuam: quia etiā negatiua est suppositiua subiecti vel subiectiua. vt ergo innueret differentiam inter has, illam prędicatiuam appellat, quia in ea prædicatur aliquid de aliquo, hanc priuatiuam, quia priuatur ipsa prædicatione alicuius de aliquo. In quarta vero regulam attende, quia dixit non esse necessarium conuerti: quia licet per se propositio particularis negatiua nō conuertitur per accidens, & materiæ gratia conuerti potest. nam aliquis homo non est album, & aliquod album non est homo: optima conuersio est. Verum hoc est gratia materiæ, & per accidens.

Cōm. 15. Pria regula.

Quare conuersio in terminis.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quæ prætermissa ab Aristo. & cur. Propō categorica & priuatiua quid.

H Sed circa hęc quæ dicta, & quæ dicenda sunt, Primo de conuersionibus quædam communia trāsigamus. nam Aristoteles pauca dicit. Dicamus ergo Primo, ꝙ cum triplex sit conuersio, in terminis quidem, qualis est in relatiuis, vt si amicus amico est amicus, conuertitur, inimicus inimico est inimicus. Et in conuertibilibus, vt si homo est risibilis, risibile est homo. In syllogismus vero, cum ex

Primum. Digressio cō uersionis. De qua conuersione loqtur Arist.

oppositō

oppoſito cõcluſionis oppoſitum alterius propoſitionis infertur. In propoſitionibus deniq; vt ſi voluptas eſt bonum, bonum erit voluptas. De conuerſione quidem in terminis, dixit in libro Prædicamentorum, de conuerſione autem in ſyllogiſmis dicet Secundo huius. Nunc igitur de conuerſione in ꝓpoſitionibus agit. Huius cauſa eſt, quia eſt principium, quo imperfecti ſyllogiſmi reducuntur ad perfectos. Sed dices cum quatuor ſint modi reducendi ſyllogiſmos, expoſitio videlicet, conuerſio ad impoſsibile, tranſpoſitio, et cõuerſio propoſitionum, cur ſolum de propoſitionum conuerſione præmittit ante ſyllogiſmorum generationem, cętera principia omittens. Dicendum, vt diximus, ꝙ ſola propoſitionũ conuerſio eſt principiũ reducendi ſyllogiſmos imperfectos ad perfectos, alia vero non reducendi principia ſunt, ſed refellendi ipſos proteruos vel potius probationes ſunt. Tranſpoſitio vero nec eſt ad proteruos, nec ad ſyllogiſmorum reductionem. Lumen autem ĩtellectus eſt principium reducendi vniuerſale, & principale: At propoſitionum conuerſio eſt principium reducẽdi ſyllogiſmos, particulare, & inſtrumentarium. Secundo videamus, in quot terminis fiat cõuerſio. Vbi Philoponus reſpondet, ꝙ propoſitionum cõuerſio ſemper fit in duobus terminis, ſubiecto, ſ. & prædicato: in vno enĩ vel pluribus fieri non poteſt. In vno quidem non, quia cum cõuerſio quædam relatio ſit, & relatio ad minus duos terminos requirit, conuerſio fieri non poteſt in vno termino, in pluribus vero duobus, non eſt neceſſarium. Dixi ſubiecto & prædicato, quia non eſt hæc conuerſio, Socrates videt Platonem, Plato videt Socratem: non enim Plato eſt prædicatum, ſed pars prædicati: eſt enim prædicatum totum illud, videns Platonem: ergo conuerſio eſt, videns Platonem eſt Socrates. Ex hac declaratione ſequitur hæc regula, nulla propoſitio conuertibilis eſt conuertenda, niſi prius reſoluatur in duos terminos, quorum alter ſit ſubiectum, alter terminus ſit prædicatum. vt ſi dixero, equus eſt in ſtabulo, eſſe propoſitionem cõuertendam, reſoluatur primo ad illos terminos, qui ſunt, equus, & ens ĩ ſtabulo: quorum primus eſt ſubiectum, ſecundus vero prædicatum: poſtea cõuertenda eſt. In quot ergo terminis conuerſio fiat, ex his patet. Tertio videamus quot, & quales ſint propoſitiones, in quibus fit conuerſio. Et dicamus, ꝙ, cum duo tantum ſint termini, in quibus fit conuerſio: non enim plures propoſitiones duabus fieri poſſunt in duobus terminis, quales vero ſint, iterum dicamus. cum enim propoſitio ex ſubiecto & prædicato conſtet, oportet propoſitiones conuerſionis, aut conuenire in vtroque termino, aut differre in ſubiecto, & cõuenire in prædicato, & conuenire in ſubiecto. Differre quidem in utroque termino non poſſunt: non enim hæc eſt conuerſio, homo currit, & leo pugnat, nec poſſunt differre in vno, & conuenire in altero, quia in quouis conuenerint, non fit in eis conuerſio. Hæc enim non eſt conuerſio, homo eſt iuſtus: homo eſt grammaticus, quæ in ſubiecto conueniunt. nec hæc, homo currit, leo currit: licet in his prædicatum ſit idem. Quare propoſitiones conuertibiles numero duæ ſunt, & conuenientes in vtroque termino. Quarto videamus quo nam pacto in vtroque termino conuenire debent: & dicamus, ꝙ propoſitiones, cum in vtroq; termino ſint conuenientes, aut in illis ordine & qualitate conueniunt, aut ordine & qualitate differunt, aut ordine differunt, & qualitate conueniunt, aut ordine conueniunt & qualitate differũt. Non poſſunt ordine, & qualitate conuenire: quia tunc in talibus terminis ſolũ vna erit propoſitio. veluti homo eſt animal, & homo eſt animal. Sin autem ordine & qualitate differunt, erit conuerſio per contrapoſitionem, ubi propoſitiones erunt in duobus terminis ordine, & qualitate differentes. vt homo eſt iuſtus, ergo non iuſtum erit non homo. Si autem ordine non differunt, ſed qualitate, conuerſio erit ad oppoſitam qualitatem, vt contingit hominẽ currere, contingit hominem nõ currere. Si autem ordine differunt, non autem qualitate, aut mutatur quantitas, aut non mutatur quantitas: ſi non mutatur quantitas, eſt ſimplex conuerſio in terminis. ſin autem mutatur, eſt conuerſio in parte: vt omnis homo eſt animal, quoddam animal eſt homo. Quo ergo pacto in vtroque termino conuenire debent, & quot modis, ex hiſce perſpicuum eſt ſufficienter. Quinto videamus quid nam conuerſio ſit. Ariſtoteles enim definitionem conuerſionis prætermiſit, quia ex deſcriptione ſpecierum deſcriptio generis colligitur, colligendo ſcilicet illa, in quibus conueniunt, vt patet Secundo Poſteriorum. Auerroes tamen ſic deſcribit, conuerſio eſt permutatio ordinis propoſitionis de ſubiecto in prędicatum, atq; è cõuerſo manentibus veritate, & qualitate. Philoponus vero paucis mutatis, inquit, cõuerſio eſt duarum propoſitionum in vtriſque terminis conuenientia: manente eadem veritate & qualitate, ſed ordine terminorum mutato. Dicitur primo manente eadem veritate: ad differentiam euerſionis. vbi enim non ſeruatur eadem veritas, non conuerſio, ſed euerſio dicitur. Hæc enim euerſio eſt, omnis homo eſt animal, omne animal eſt homo, cum non ſeruerur eadem veritas: dicitur manente eadem qualitate ad differentiam conſequentiæ contrariæ, ſiue conuerſionis per contrapoſitionem. Dicitur conuenientia duarum propoſitionum in vtroque termino, loco generis: quia omnibus conuerſionibus competit. Dicitur ordine terminorum mutato, ad differentiam conuerſionis contingentium, quæ ſeruato eodem ordine, conuertuntur ad oppoſitam qualitatem. Iuniores vero ſic deſcripſerunt, conuerſio eſt formalis conſecutio duarum propoſitionum categoricarum, vtroq; termino permutatim participantium. Formalis conſecutio, ponitur loco generis: omnis enim conuerſio eſt formalis conſecutio, & non è contrario. Dicitur duarum propoſitionum ad differentiam ſyllogiſmi, vbi ſunt tres propoſitiones. Dicitur vtroq; termino permutatim participãtium, ad differentiam conuerſionis contingentium, vbi non permutantur termini. Sexto quæritur vtrum conuerſione debeat ſeruari eadem veritas. Videtur ꝙ non, quia non eſt neceſſaria veritas. Nam, vt Boethus in libro de Syllogiſmo categorico dicit, in falſis fit conuerſio: hæc enim eſt bona conuerſio, Aliquis homo eſt lapis: ergo aliquis lapis eſt homo: vbi non ſeruatur veritas, ergo nec eadem veritas. Præterea, hæc eſt bona conuerſio, omne animal eſt album, ergo quoddam album eſt animal: & tamen non ſeruatur eadem veritas. Propter hoc argumentum Iuniores aſſerunt tantum tria eſſe neceſſaria ad conuerſionem. Primum, vt ſint tantum duæ propoſitiones categoricæ vtroque termino participantes, ſiue (vt Philoponus inquit) in vtroque termino conuenientes. Secundum, quòd in vtroque conueniant ordine è conuerſo, atque permutato. Tertium, quòd alterius ad alteram ſit formalis conſecutio. ergo ſiue ſeruetur veritas, ſiue non, conuerſio eſt formalis conſecutio duarum propoſitionum in vtroque termino conuenientium mutato ordine. Poſſunt tamen Philoponus & Auerroes defendi, quòd debet ſeruari veritas, & eadem veritas, aut re, aut conſenſu. Modo, falſa, conſenſu accipi poſſunt vt vera: & hoc ſatis ad mentem Boethi. Et licet iſtæ definitiones ſint bene dictæ, & omnes poſsint defendi, tamen facilius deſcribi poteſt conuerſio, ſupponendo quòd idem eſt conuertere & cõuerſio, vt facere & factio, agere & actio. Quare erit conuerſio facere de ſubiecto prædicatum, & ê contrario cum conſequentiæ neceſsitate. Vel quod idem eſt, conuerſio eſt factio prædicati de ſubiecto & è contrario cum conſequentiæ neceſsitate. Per hoc quod dicitur prædicati de ſubiecto, & è contrario, differt conuerſio à ſyllogiſmis, & ab alĩs argumentis. Per hoc quod dicitur cum

Dubõ. Cur de conuerſione, & non de aliis reductiuis principiis.

Solo.

De aliis modis vide dilucidatorem enũciato. 91. logicæ.

Secundum. In quot terminis conuerſio fit.

Tertium. Quot & quales ſunt propõnes in quibus fit conuerſio.

Quartum. Quomodo ĩ vtroq; termino conueniunt.

Quintum. Quid cõuerſio.

Definitio Auer.

Definitio Philopon⁹.

Sextum. Vtrũ ſeruet veritas.

Iuniorũ ſnia de cõuerſione.

Eãdẽ definitionẽ habes a dilucidatore enũciato. 87. logicæ.

consequentię necesitate, differt ab ea trāspositione, qua fit de subiecto prædicatū, & è contrario in propositione particulari negatiua: non. n. est cū necesitate consequentiæ, licet in ea fiat de subiecto prædicatū & è contrario. Quare sequitur, vt nō debeat seruari veritas, sed solum consequentiæ necesitas, quæ potest stare cum veritate re aut opinione, aut consensu. Quod si Auerroes & Philoponus dixerunt seruandam esse veritatem, acceperūt veritatem prioristice, pro ea, quæ est in re, vel quæ consensu sumitur, non autem posterioristice.

Quorum est cōuersio ad hoc vide. 87 enunciatum logicæ. Capite. 4.

Sexto quęritur, quorum est conuersio an terminorū, an propositionum. Iuniorum quidam dixerūt eam esse terminorum, propter verba Aristot. cum dixit propter subiectos terminos esse necessaria, non propter propositiones. Infra etiā dicit conuersiones inesse terminis. Alij dicunt conuersionem esse animæ, quia, cum cōuersio sit motus rationis, videtur esse animæ, cum motus sit eius, quod mouetur. Philoponus asserit conuersionem esse propositionum, quia in prædicamentis de terminorum conuersione, in Secundo huius de conuersione syllogismorum egit. Hic autem de cōuersione propositionum.

Propria sententia.

Ego uero dicerem conuersionem esse terminorum, propositionum, & animæ. animæ quidē (vt subiecti) in quo recipitur: propositionum, vt in signo, per quas ipsa significatur. Terminorum denique, vt in causa siue materia, in qua omnis conuersio fit.

Septimum. De noibus.

Septimo quæritur de nominibus earum, & dicendum, ꝙ prima propositio, cū conuersio quęritur, dici solet conuertibilis, cōuertenda, conuersa, & antecedens. Conuertibilis quidem conuertenda vel conuersa, quia ipsa est, quæ vertitur. Antecedens vero, quia ex ipsa infertur secunda propositio. Secunda vero dicitur conuertens, & consequens. Dicitur conuertens, non quæ conuertit: Sed qua intellectus priorem conuertit. Intellectus enim est qui conuertit: Secunda autem propositio est, qua conuertit. Cōsequens vero dicitur, quia formaliter sequitur ad primam. nā, cum conuersio sit quidam motus rationis, & in omni motu est terminus à quo, & terminus ad quem: in cōuersione terminus à quo dicitur antecedens, terminus vero ad quem dicitur consequens.

Octauum. An cōuersio sit enthymema.

Octauo quæritur, vtrum conuersio est enthymema, vel aliquod argumentū. Dixerunt Iuniores conuersionem esse argumentum, & enthymema, Alij dixerunt esse formalem consecutionem, Alij propositionem hypotheticam conditionalem, Alij propositionem rationalem, nullus autem dicit eam esse syllogismum: qm̄ omnis syllogismus tribus terminis, & duabus propositionibus constat: conuersio non constat tribus terminis. ergo nō est syllogismus. Qui dicunt cōuersionem esse propositionem hypotheticam, vel rationalem, vel consequentiam, etiam non bene dicunt: quia nihil horum ponit in esse. At cum cōuersione perficiatur syllogismus imperfectus, non potest esse hypothetica propositio, vel id genus. Ergo cōuersio nihil horum est, nisi principium reducendi imperfectos syllogismos, aggregatum ex duabus propositionibus cōuenientibus vtroque termino, vt dictum est. Per similitudinem tamen dici potest enthymema, hypothetica propositio, rationalis, & consecutio, quoniam sicut quælibet harum est necessaria consecutio, ita conuersio est factio prædicati de

Obiectio.

subiecto cum consequentiæ necesitate. Sed contra hæc dubitatur. Primo, quia per conuersionem res dubia certificatur, ergo est argumentum. definitur enim argumentum à Boetho, ꝙ est ratio rei dubiæ faciens fidem.

Solutio.

antecedens patet, quia per conuersam infertur conuertens, & de illa certificamur per conuersionem. Secundo per conuersionem procedimus à noto ad ignotum: ergo est argumentum. Propter hæc quidam dixerunt conuersionem esse enthymema. nam cum sit argumentum, & omne argumentum est aut exemplum, aut inductio, aut syllogismus, aut enthymema: cū conuersio non sit exemplū, nec inductio, nec syllogismus, ergo erit enthymema. Secundo dixerunt tale enthymema reduci posse ad syllogismum. Nam conuersio uniuersalis negatiuæ, quæ fit ī terminis, reducitur ad Cesare per additionem minoris, hoc modo, nullum B est A: omne A est A: ergo nullum A est B. Conuersio vniuersalis affirmatiuæ, quæ fit de tota ad partem, reducitur ad darapti additione maioris, hoc modo, omne B est B: omne B est A: ergo quoddam A est B. Cōuersio particularis affirmatiuæ, quę fit de parte ad partē, est reducibilis ad datisi, etiam additione maioris, hoc modo, omne B est A, quoddam B est A: ergo quoddam A est B. Ergo cōuersio est enthymema. Sed hæc positio stare non potest. primo, quia omnis syllogismus est in tribus terminis, & in duabus propositionibus: at tales sunt nisi in duobus terminis. ergo non sunt syllogismi, et sic nec enthymemata. Secundo in oī syllogismo assumptis quibusdam aliud simpliciter à positis necessario accidit. sed conuertens, quę infertur, non est simpliciter aliud quid à conuersa, per quam infertur: est enim vna propositio ordine terminorū mutato tantum. Tertio, oratio, in qua assumitur aliqua propositio ridicula, syllogismus non est vere, sed ridiculus: in talibus orationibus assumitur propositio ridicula, s. omne A est A, omne B est B, quæ propositiones sunt ridiculę: ergo omnes tales orationes sunt ridiculi syllogismi. Propter hæc Albertus tenet conuersionem non esse enthymema, nec argumentum: cuius rationem assignat, quia ille, qui ex conuersa infert conuertentem, nō probat, sed eandem propositionem fm materiam & substantiā assumit, ordine tm̄ terminorum solum euariato. Probare aūt est ex vno vel pluribus assumptis diuersum penitus inferre.

Improbō.

Alberti pō.

Impugnatio

Sed contra Albertum videtur Aristo. qui cōuersiones ostendit esse necessarias, modo quo ostenduntur consequentiæ & argumenta necessaria, s. quia cōuersionem bonam esse ostendit, quoties ex oppositio cōsequentis infertur oppositum antecedentis. Ergo vult conuersionem esse argumentum necessariū, tale non est nisi enthymema vel syll's. Propter hęc alij dixerunt conuersionem esse consequentiam, siue propositionem rōnalem. quæ tm̄ sub argumento non continetur. Probant, alioquin per conuersionem nullus syll'us perficeretur. Nec hęc positio videtur secura: primo, quia, si per conuersionem aliquid probatur, tunc est argumentum: & ita erit enthymema vel syll's: & sic stabit prima positio. Præterea, si est aliqua ratio rei dubiæ faciens fidem, quę non est argumētum, tunc Boethus non recte definisset argumentum, nec sufficienter species eius enumerasset. Propter hæc Culuerbinus asserit conuersionem esse argumentum, & enthymema. non tamen reducibile ad syllogismum propter rationes tactas. Nam enthymema duplex esse dicit: alterum, quod potestate est syllogismus, vtputa, quod cōstat tribus terminis: alterum, quod nec actu, nec potestate est syllogismus, vtputa, quod non constat, nisi duobus terminis: & sic est conuersio.

Alia solō.

Refutatio.

Alia ratio.

Confutatio.

Sed pace viri dixerim Aristoteles Secundo huius docet reducere omne argumentū ad syllogismum, immo exemplum, inductionem, & omne enthymema. ergo non potest esse argumentum, quin ad syllogismum reduci possit. Propterea teneo, ꝙ conuersio non sit argumentum, vt recte Albertus dicit, nec enthymema, quia omne argumentum, cum sit probatiuum, est reducibile ad syllogismum probatiuum. cum ergo conuersio reduci non possit ad probatiuum syllogismum, ergo nō potest esse argumentum. Vnde, licet ad syllogismū illatiuum ridiculum reduci possit, vt prima positio reduxit, ad probatiuum syllogismum, qui hic definitur, reduci nō potest, vt probatum est. Secundo teneo, ꝙ conuersio est facere de prædicato subiectum, & è contrario cū consequentię necesitate, vel cum argumēti necesitate. & propterea

Propria solutio.

Aristoteles

Argumentū necessarium duas exigit conditiones.

Quæstio. De speciebus conuersionum.

Aristoteles conuersiones probat ſm regulam argumentorum neceſſariorū, quia licet non ſit argumentum, eſt cum ea neceſsitate, qua argumenta dñr neceſſaria. Sed dices, conuerſio eſt cum conſequentiæ neceſsitate: ergo eſt conſequentia, vel argumentum neceſſariū. non enim vī aliquid deficere, vt ſit argumētum. Dicendū, quod duo ſunt de ratione argumēti neceſſarij. primum, quod ex oppoſito conſequentis inferatur oppoſitum antecedentis, & hoc eſt commune conuerſioni, & omni argumento neceſſario. Secundum, ꝙ per argumentum res dubia, quæ videt falſa, per aliquod vel aliqua aſſumpta certa, & nota probet: & hoc eſt propria ratio argumenti, per quam definitur: & hęc deficit conuerſioni. nam licet conuerſa, quæ aſſumitur, ſit notior conuertente, quę infertur, tamen conuertens, cum ſit ſubſtātialiter, & materialiter conuerſa, non infert, vt propoſitio dubia, quæ videtur falſa, ſed infertur, ut propoſitio minus certa, atꝙ minus nota. Non. n. omne notius altero eſt argumentū, alioquin interpretatio, qua vna propoſitio interpretatur per alteram, eſſet argumentum. Requiritur ergo ad rationem argumēti formalem, vt per ipſum propoſitio dubia, quæ videtur falſa, certificetur: Modo conuertens ante conuerſionem, non videbatur falſa ſiue dubia, ſed minus nota propoſitione conuerſa, ê qua infertur. Non enim omnis notificatio eſt argumentū, niſi ſit rei dubię, quæ eſt, vt videatur falſa. Quare, licet conuerſio ſit argumentum ſm quid, quia ſolum ſm vnam conditionem, quæ eſt neceſsitas argumenti, non eſt argumentum ſimpliciter, cum ei deficiat formalis ratio argumēti, qua eſt argumentum. Pręterea conuerſio dici poteſt quartum inſtrumentum. non. n. eſt argumentum, nec conſequentia, nec propoſitio hypothetica: ſed quartum inſtrumentum, quod eſt oratio, in qua de ſubiecto fit prædicatum, cum conſequētiæ neceſsitate. Quibus patet ſolutio ad rationes factas in principio. Prima. n. deletur, quia conuerſio non eſt ratio rei dubiæ faciens fidem, ſed bene ſm quid eſt argumentum, pro quanto eſt cū argumenti neceſsitate, quæ non eſt principalis ratio argumenti, cum forſtaſſe non omnibus competat. Ad ſecundam vno modo dici poteſt, ꝙ per conuerſionem procedimus à magis noto ad minus notum, non tamen ad penitus ignotum. Alio modo dico, ꝙ non ſufficit ad rationem argumenti, ſed oportet, vt procedamus à certo ad rem dubiam: res autem dubia eſt, quæ videtur falſa. Per argumentū ergo res dubia, quæ videbat falſa certificabatur. At per conuerſionem, licet res ignota innoteſcat, non tamen res dubia, quæ videbatur falſa, certificatur. Ergo cōuerſio dici poteſt argumentum ſm quid, non autem dicetur argumentum, quia ei deficit formalis ratio argumenti.

Argumentū neceſſarium duas exigit conditiōes.

Improbi.

Alberti pō.

Impugnatio

Alia ſolo.

Refutatio.

Alia ratio.

Quæſtio. De ſpeciebus conuerſionum.

Confutatio.

Propria ſolutio.

Quæritur vlterius de ſpeciebus cōuerſionis, quot & quæ ſunt. Quidam enumerāt. x. ſpecies. quarum Prima eſt conſequentia in ipſo, vt animal eſt homo: ergo non animal eſt non homo. Secunda eſt conuerſio, præter quantitatem: vt poſsibile eſt hominem currere: ergo hominem currere eſt poſsibile, vel tantum animal eſt homo: ergo omnis homo eſt animal. Tertia ſpecies eſt in ſola qualitate, vt ſi contingit omnem hominem currere: contingit nullum hoīem currere. Quarta in ſola quantitate, vt ſi contingit omnem hominem currere: contingit aliquem hominem currere: & ſi omnis homo currit: aliquis homo currit. Quinta eſt in quantitate & qualitate: vt ſi contingit omnem hominem currere: contingit aliquem hominem non currere. Sexta eſt vbi mutantur termini de ſubiecto in prædicatum, & è cōtrario & nihil aliud, vt nullus lapis eſt animal, nullum animal eſt lapis. Septima vbi mutantur termini, & quantitas, vt omnis homo eſt albus: ergo quoddam album eſt homo. Octaua mutantur termini & qualitas propoſitionis, vt contingit omne B eſſe A: ergo contingit nullum A eſſe B, de qua in cōtingentibus dicemus. Nona vbi mutantur omnia: termini, quantitas, & qualitas, vt contingit omne B eſſe A: contingit quoddam A nō eſſe B. Decima vbi mutantur termini, & qualitas terminorum, quia contraponuntur, vt in conuerſione per contrapoſitionem, omne B eſt A: ergo omne non A eſt non B. Sed iſti nimis fundunt nomen cōuerſionis: propterea preſſe loquendo, vt Ariſtoteles loquitur, conuerſionis ſpecies in propoſitionibus de ineſſe, vbi nunc loquimur, ſolet dici ab omnibus eſſe tantum duas ſpecies, ſ. in terminis, & in parte. quæ poſtea ſubdiuiditur, quia vel eſt totius in partem, vel partis ad partem. De conuerſionibus vero in propoſitionibus contingentibus ſuo loco dicetur. Hæc poſitio probatur, quia conuerſio de ineſſe eſt principium reductiuum ſyllogiſmorum de ineſſe imperfectorum ad perfectos: ſed tantum duabus cōuerſionibus reduci poſſunt: ergo tantum duæ ſunt conuerſionis ſpecies. Præterea, ſi eſſet alia conuerſionis ſpecies, cum Ariſtoteles illius nullibi meminerit, erit tunc diminutus. Hanc poſitionem tenet Albertus, quia ſi qua eſſet addenda, maxime eſſet conuerſio per cōtrapoſitionem. Modo, hęc non eſt conuerſio. Primo, quia in ea nō permanent ēdem termini, cum mutentur de finitis ad infinitos. Modo, finitus terminus & infinitus non eſt idem terminus. Præterea, ſi daretur hæc conuerſio, vbi finiti ad infinitos terminos mutantur, cur non datur conuerſio, vbi de infinitis mutentur ad finitos. Pręterea, ſi daretur conuerſio per contrapoſitionem, eſſet cum conſequentiæ neceſsitate, vt patet ꝑ definitionem conuerſionis: ꝙ autem non ſit cum conſequentiæ neceſsitate, probatur primo de vniuerſali negatiua, quia non ſequitur nullus lapis eſt animal: ergo nullum non animal eſt non lapis, qm̄ antecedens eſt verum, & conſequens falſum. Quòd conſequens ſit falſum, patet: quia eius contradictorium eſt verum, videlicet aliquod non aīal eſt non lapis. vt lignum non aīal eſt, & non lapis. Secundo de particulari negatiua, quia non ſequitur, quædam chimæra, non eſt homo: igit quidam non hō non eſt non chimęra, quia antecedens eſt verum, & conſequens falſum, quia ſuū contradictorium eſt verū, videlicet omnis nō homo eſt non chimæra. Tertio de indefinita negatiua, quia nō ſequitur, roſa non eſt ſubſtantia: ergo nō ſubſtantia non eſt non roſa. Qm̄ antecedens eſt verum, roſa nō exiſtente, vt nunc. nam ſi roſa non exiſtit, roſa non eſt ens, & ſi roſa non eſt ens, roſa non eſt ſubſtantia: ergo roſa non exiſtente hæc eſt vera, roſa nō eſt ſubſtantia. Conſequēs vero falſum, qm̄ hæc eſt falſa, non ſubſtātia non eſt non roſa: qm̄ contradictorium huius eſt uerum, videlicet, oīs non ſubſtantia eſt non roſa: qm̄ à quocunꝙ negatur ſuperius, negat inferius. ergo oīs non ſubſtantia eſt non roſa. Quarto de vniuerſali affirmatiua, quia non ſequitur omnis homo eſt ens: ergo omne non ens eſt non homo: quoniam antecedens eſt verum, & conſequens falſum. quoniam ſubiectum cōſequentis pro nullo ſupponitur. Modo, regula communis Sorticularum eſt, propoſitio affirmatiua eſt falſa, cuius ſubiectum pro nullo ſupponit. Simili ratione de particulari affirmatiua dici poteſt: non enim ſequitur aliquis homo eſt ens: ergo aliquod non ens eſt non homo: ſubiectum enim pro nullo ſupponitur in propoſitione. Ex his perſpicuum eſt conuerſionem per contrapoſitionem non eſſe cum conſequentiæ neceſsitate. Sed dubitatur. quoniam Ariſtoteles Secundo Topicorum videtur ponere illam, & vocat eam conſequentiam è contrario. Vt ſi omnis homo eſt animal: ergo omne non animal eſt non homo. Præterea Boetius in libro de Syllogiſmo categorico aſſerit conuerſionis ſpecies eſſe tres: ſimplicem, quam Ariſtoteles conuerſionem in terminis dicit: aliam ſpeciem ponit, quam conuerſionem per accidens vocat, quāque Ariſt. conuerſionem in parte nuncupauit, quæ eſt duplex, aut de toto ad partem, aut de parte ad partem. Tertiam aſſerit, quā per contrapoſitionē noīat, Ariſt. vero. 2. Top. conſequentiam è contrario. Auerroes etiam conuerſiones in

Poſitio Alberti.

Conuerſiōis ſpēs duæ.

Conuerſio ꝑ contrapoſitionem conuerſio nō ē.

Cap. 22.

Com. 22. Cõmẽ. 2. terminis, & in parte affirmat in paraphraſe huius textus: conuerſionem autem per contrapoſitionem aſſerit in libris Naturalis philoſophiæ. vt Primo de Cœlo, & Septimo libro Phyſicorum. Solebamus in iuuenta con


Conciliatio triplex conuerſio. trouerſiam tantorum virorum hoc pacto ſedare, ꝙ vno modo conuerſio dicatur pro principio, quo ſyllogiſmi imperfecti de ineſſe reducũtur ad perfectos de ineſſe, & ſic conuerſio eſt oratio, in qua de ſubiecto fit prædicatũ, & è conuerſo cum conſequentiæ neceſsitate. & hoc pacto dicitur cõuerſio ſyllogiſtica, cuius duo tantum ſunt genera. alterum dicitur conuerſio in terminis, alterum vero in parte. Alio modo accipi põt conuerſio pro oratione, in qua de ſubiecto fit prædicatum, & è conuerſo cum conſequentiæ neceſsitate, ſiue termini mutent, ſiue non mutent qualitatem, etiam ſiue conſequentiæ neceſsitas ſit per ſe, ſiue per accidens: & hoc pacto ſunt tria genera, duo ſyllogiſtica, quæ ſunt cũ neceſsitate per ſe conſequentię, & tertium eſt conuerſio per contrapoſitionẽ, quæ eſt cum conſequentiæ neceſsitate topica, nõ autem per ſe, etiam cum mutatione terminorum ſm qualitatẽ: & ſic loquuntur Boethus, et Auerroes, Tertio modo po teſt ſumi conuerſio pro oratione: in qua vna propoſitio ſm quid mutatur, ſiue hæc mutatio ſit de non quanta in in quantam, ſiue de quali ad qualem, ſiue quo ad terminos, & quãtitatem, ſiue quo ad terminos & qualitatem, ſiue quo ad terminos quantitatem & qualitatem, ſiue quo ad terminos & qualitatem terminorum: & ſic poſitio prima poteſt habere locum. Nobis autem ſatis ſit duas eſſe tantũ cõuerſiones ſyllogiſticas, quibus ſoli imperfecti ſyllogiſmi ad perfectos reducuntur. Sed quæ

Dubõ. Quæ nã pro põnes ꝑ cõtrapoſitionẽ conuertant. res, ſi conuerſio per contrapoſitionem ſit oratio, in qua de prædicato fit ſubiectum, cum conſequentiæ neceſsitate ſaltem ſm accidens, & non per ſe in omnibus, quæ ſunt illæ ꝓpõnes, quę conuertuntur conuerſione ꝑ contrapoſitionem cum conſequentię neceſsitate. Dicẽdum ſm Ariſto. in. 2. Top. oẽs illas propoſitiones cõuerti per contrapoſitionem, in quibus poteſt fieri vna conſequentia, in qua antecedens eſt propoſitio de ſecundo adiacente, cum ſubiectum eſt terminus ille, qui ſubiũciebatur in conuertenda, & conſequens eſt vna altera propoſitio ẽt de ſecũdo adiacente, in qua ſubiectum eſt ille terminus, qui erat prædicatum in conuertenda. Vel facilius, omnes illæ propoſitiones poſſunt conuerti per contrapoſitionẽ, in quibus ex oppoſito prædicati põt inferri oppoſitũ ſubiecti in ꝓpõnibus de ſecundo adiacente & in terminis limitatis. vt hæc, homo eſt animal, qm̃ ſequitur, nullum animal eſt: ergo nullus hõ eſt. Ideo bene conuertitur, homo eſt aĩal: ergo non animal eſt non homo. Hęc etiam conuertitur, riſibile eſt homo: quia ſequit̃ nullus homo eſt, ergo nullum riſibile eſt: & propterea ſequitur riſibile eſt homo: ergo non hõ eſt non riſibile. Diximus in terminis limitatis, propter hanc fortaſſe, quæ eſt, homo eſt ens, quæ non conuertitur, ergo non ens eſt non homo, quia eſt affirmatiua, cuius ſubiectum pro nullo ſupponit, ver̃ eſt terminus tranſcendens, ac illimitatus: & quia tranſcendens eſt, & negatus, ideo pro nullo ſupponit. Quæres cũ conuerſio ſit cũ conſequentię neceſsitate, q̃ propoſitionũ in conuerſione eſt notior: Vtrum conuertenda, & vr̃ ꝙ ſic: qm̃ illa eſt, vt antecedens. Ex alio vr̃ ꝙ notior ſit conuertens, qm̃ conuertẽs accipitur in ſyll'o perfecto, & non conuertenda: & ſic vr̃ notior.

Quæſtio.

Dilutio. Dicendũ, ꝙ conuertenda eſt notior: qm̃ conuerſio eſt ut argumentũ ducens ad oppoſitum, in quo conſequẽs eſt notius antecedẽte. Et ita licet antecedens ſit notius conſequente, tñ in caſu nõ eſt ita: qm̃ conſequẽtia eſt veluti ſyll'ſs ducens ad oppoſitũ. Hæc gñatim de conuerſione.

Primũ quidẽ igit̃ ſit priuatiua vl'is, A B propoſitio. Si ergo nulli B ineſt A, neq; A nulli ineſt B. Si. n. alicui ineſt, vt C, non verum erit nullum B eſſe A. nam C eoꝝ, quæ ſunt B, aliq̃d eſt.



Probatio cõ uerſiõis vni uerſalis negatiuę ex oppoſito, ſiue ſyll'o expoſitorie.

Poſitis regulis more geometrę, nũc illas ꝓbat. Et ꝑmo ꝓbat primã, q̃ erat, vl'is negatiua eõuertit̃ in terminis: ꝑ cui⁹ regulę ꝓbatione cęteraꝝ debes ſcire, vt Auer. inqt, Ariſt. in hac et alĩs ꝓbationibus eẽ vſum terminis ignotis cõibus oĩ materię. Et quidem non ab rõne. Primo ne qs credat has regulas eẽ neceſſarias non ꝑ ſe, ſed gr̃a terminoꝝ vel materiæ. Secũdo, vt probatio oĩbus cõis ſit. F Vtr̃ vero in ĩs ſemper pro p̃dicato ipſo A, ipſo vero B ꝑ exẽplo ſubiecti. Præterea ſubiecto vtit̃ in caſu datiuo, prædicato aũt ſemper vtit̃ in caſu noĩatiuo, vt dicemus. His habitis, quidã iuniores dicũt. ꝙ Ariſt. ad ꝓbandum illam conuerſionẽ eſſe bonã, ſupponat ꝑmo particularẽ affirmatiuã, aut indefinitã conuerti in parte. ſecũdo ſupponat tũc cõſequentiam eſſe bonã, cũ ex oppoſito conſequẽtiæ ſequit̃ oppoſitũ antecedẽtis, & in cõuerſione ſil'r ſupponit idẽ. Tũc eius ꝓbatio eſt, ſi nullum B eſt A: ergo nullũ A eſt B. Vel ergo ſequit̃, vel non ſequit̃: ſi ſequitur, ergo regula bona eſt: ſi non ſequit̃, det̃ oppoſitũ: & erit, aliquod A eſt B, ſit illud A, q̃d eſt B, C: ergo C eſt B: ſed particularis vel indefinita conuertit̃ in parte per ꝑmam ſuppoſitionẽ: ergo B eſt C: ſed C eſt A, per caſum aſſumptũ: ergo B eſt A, & dicebat̃ in prima, ꝙ nullum B eſt A: ergo illa cõuerſio fuit bona: ex oppoſito. n. conſequẽtis ſequitur oppoſitũ antecedentis. Sed hæc expõ falſa eſt, quia tũc G eſſet circularis oſtẽſio. nam cũ oſtẽdet particularem vel indefinitã affirmatiuã conuerti in parte, vtet̃ conuerſione vl'is negatiuæ, vt videbit̃. Quare, ſi in hac oſtenſione vtitur cõuerſione indefinitæ vel particularis affirmatiuæ, erit circularis oſtenſio. Aliter ergo ſm Auer. dicamus ꝙ hęc regula probat̃ per ſyll'm expoſitorium, cuius mediũ eſt demonſtratũ ad ſenſum, cui ambo extrema in eſſe patet ad ſenſum. Et licet ſyll'ſs expoſitorius oĩ in figura fieri poſsit, hic tñ vtitur eo in tertia figura: hoc modo videlicet, hoc demr̃ando, ipſum C eſt A. hoc demr̃ando, idẽ C eſt B: igit̃ B eſt A, in tertia figura. Erit ergo ꝓbatio regulæ ſic, nullũ B eſt A: ergo nullũ A eſt B, hæc conſequẽtia valet, vel nõ valet. ſi valet, bona fuit cõuerſio: ſi non valet, det̃ cõtradictoriũ conſequẽtis, ſ. aliquod A eſt B, & ſit illud A, q̃d eſt B, C: tũc expoſitorie argumẽtor hoc demõſtrãdo, C eſt A: eſt. n. eius aliq̃d ꝑ caſum, hoc demr̃ando, idẽ C eſt B, ꝑ te, q̃ dicis aliquod A eẽ B: igit̃ in 3ª figura B eſt A. ſed hoc eſt oppoſitũ antecedẽtis: ergo cõuerſio fuit bona. nã illa eſt bona cõſequẽtia & cõuerſio, in qua ex oppoſito cõſequentis ſequit̃ oppoſitũ antecedẽtis. Quo vero ad cõſtructionẽ attinet debes ſcire, vt dictũ ẽ, ꝙ Ariſ. H p̃dicatũ ſemp ſumit in recto, ſubiectum vẽro ſemp in obliquo, ſ. in datiuo caſu, & quidẽ non ab rõne hoc facit, q̃a ꝑ talẽ loquẽdi modũ innuit ſubiectũ eẽ ſub p̃dicato, vel eſſe aliquid p̃dicati. Inquit{ primũ quidẽ igit̃ ſit priuatiua vl'is, A B ꝓpõ: & ſumit A in ꝑmo loco, more grẽco, q̃a p̃dicatum eſt ſupra, ſubiectũ eſt ĩfra p̃dicatum: ſit igitur hæc ꝓpoſitio, nullum B eſt A: tunc argumentat̃: {ſi ergo nulli B ineſt A} hoc eſt, ſi hæc eſt vera, nullũ B eſt A, & B nulli A inerit: hoc eſt, hęc erit vera, nullũ A eſt B, ꝓbat per ſyll'm in tertia figura expoſitoriũ. nã, ſi alicui ineſt, ſit illud C, cui ineſt, q. d. ſi non, tunc eius oppoſitũ, videlicet, aliquod A eſt B, erit verũ, & ſit illud C: igit̃ non verũ erit, nullũ B eẽ A, & ꝓbat expoſitorie, & inqt{ nã c q̃d eſt A, ꝑ caſum aliquod eoꝝ eſt, q̃ ſunt B: et ſic expoſitorie ſequit̃,

hoc

Com. 14.

Iuniorũ ſententia.

Refutatio.

Secũda expoſitio.

Conſtructio verborum.

hoc demñando, C eſt A, per caſum: hoc demonſtrando idē numero C, eſt B: igitur B eſt A: ſed dicebatur nullum B eſſe A. Igitur conuerſio bona, quia ex oppoſito conſequentis, oppoſitum antecedentis ſequitur.

Dubō. Sed dubitatur, quia Philoponus aſſerit Ariſtotelem probare hanc regulam per ſyllogiſmum cōtradictionis, qui dicitur ſyllogiſmus ad impoſsibile. Cuius ſignū eſt, quia ex oppoſito conſequentis deducit oppoſitum antecedentis. Auerroes autem dicit hāc probationem eſſe per ſyllogiſmum expoſitorium, vt viſum eſt. ergo vidē-


Secundo. tur oppoſiti. Dici poteſt hanc probationem eſſe vtroq; modo, quo enim expoſitorie probatur B eſſe A, per medium hoc aliquid, ſcilicet C, eſt probatio per ſyllogiſmū expoſitorium, quo uero ex oppoſito conſequentis deducitur oppoſitum antecedentis, hęc probatio eſt ſyllogiſmus contradictionis, ſiue ducens ad impoſsibile. Theophraſtus autem & Eudemus regulam probant per dictum de nullo, hoc pacto. Si A de nullo B eſt, ipſum A, ab omnibus partibus ipſius B ſeparatur, quod autem ſeparatur ab aliquo, reciproce ab illo ſeparat, hoc eſt ipſum ab illo, & è contrario ſeparantur. quare, B nulli A inerit. Separatum enim cum ſit ad aliquid, & relatiua reciproca mutuo ſe reſpiciant, & ſint conuertibilia, rationabiliter ſequitur. Si A, ab omnibus B, ſeparatur, cōtra quoq; B ab omnibus A ſeparabitur. Sed occurres, quia ſiue probatio Ariſtotelis ſit ſyllogiſmus contradictionis, ſiue ſyllogiſmus expoſitorius, cum nondum horum definitio manifeſta ſit, videtur ipſe vſus eſſe inſtrumento ignoto nobis. Et dicendum eſt, Ariſtotelem eſſe vſum iis, vt ſunt nobis noti, & manifeſti inſtitutis naturæ, modo quo vulgares, & Mathematici vtuntur ſyllogiſmis logicę imperiti. Non autem vtitur eis, vt nobis ſunt manifeſti inſtitutis artis, & hoc ſufficit.

Probatio Theoph. Eudemi.

Iuniorū ſententia.


Refutatio.

Syllſ expoſitorius affirmatiuus.



Secūda expoſitio.

Syllſ expoſitorius negatiuus.



Confuſio verborum.

Prima quæſtio de regulatiuis principijs ſyllogiſmorum expoſitoriorum.

Circa hæc quęritur de principijs regulatiuis ſyllogiſmorum expoſitoriorum. eſt. n. duplex ſyllogiſmus expoſitorius: affirmatiuus, vt hoc demonſtrato Socrate, eſt album: hoc demonſtrato eodem, eſt animal: ergo animal eſt album. Et negatiuus, vt hoc demonſtrato Socrate, non eſt lapis: hoc demonſtrato eodem, eſt homo: ergo homo non eſt lapis. Quæritur ergo de regulatiuis principijs horum. nam licet expoſitorius ſyllogiſmus fieri poſsit in omni figura, ſupponamus nunc hos fieri in tertia: Affirmatiuos quidem, quoties prædicantur duo de eodem: negatiuos vero, quoties maior eſt negatiua, & minor affirmatiua: & tunc horum quęramus regulatiua principia. Nam facile ex his patet regula in omnibus. Reſpondēt Neoterici, q̄ regulatiuum principium

Prima rñſio Iuniorum.

A affirmatiuorum eſt, quæcunq; ſunt eadem vni numero ſupponenti pro eodem numero hęc ſunt eadem inter ſe. Dicunt vni numero, quia non oportet ſi fuerint eadem vni ſpecie, vel vni genere. Dicunt ſupponenti pro eodem, quia licet Socrates & Plato eſſent eadem, vni numero, quia tam Socrates, q̄ Plato eſt idem vni numero, quia ſibi ipſi numero, non propterea ſunt eadem inter ſe. Hæc patent per iſtam regulam Primi Phyſicorum, quæcunque ſunt eadem inter ſe, ſunt eadem vni tertio. Quia non ſunt eadem vni numero ſupponenti pro eodem. Negatiuorum uero principium eſt, quando aliqua ſunt eadem inter ſe, quicquid remouetur ab altero eorum, remouetur ab altero: & tu intelligas (vt prius) q̄ ſi ſint eadem inter ſe diſcrete, & indiuidualiter, vel ſingulariter. Contra hæc videtur, quod non dicantur hæc logice. De rigore enim logico, hæc eſt falſa, quæcunque ſunt eadem vni tertio numero ſupponenti pro eodem, ſunt eadem inter ſe. Quia nullæ res mundi poſſunt eſſe

B eædem inter ſe, quia aliqua eſſe eadem inter ſe eſt oppoſitio in obiectis: ſequitur enim, ſunt eadem inter ſe: ergo ſunt eadem: ſunt eadem, ergo ſunt entia: ſunt entia, ergo ſunt plura: ſunt plura, ergo diuerſa inter ſe, diuerſa inter ſe: ergo non eadem inter ſe. Quare à primo ad ultimum, ſi aliqua ſunt eadem inter ſe, hæc non ſunt eadem inter ſe: ſed diuerſa inter ſe. Præterea quælibet duo entia mundi ſunt à quolibet ente tertio diuerſa: ergo nulla entia mundi poſſunt eſſe eadem vni tertio. Simili ratione refutari poteſt principium regulatiuum negatiuorum. Propterea ſorticolæ dicunt, q̄ hæc principia regulatiua ſunt propoſitiones falſæ, vt accipiuntur pro ſe: vt vero accipiuntur pro ſibi conſimilibus in ſenſu, ſunt veræ. Hæc enim propoſitio, quæcunq; ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe, propter rationes tactas falſa eſt de rigore logico pro ſe, ſed pro vna conſimili in ſenſu eſt vera. Verbi cauſa, pro hac: quicunq; duo termini coniunguntur vni termino tertio ſingulari ſupponenti pro eo-

C dem, coniunguntur inter ſe, modo res ſignificata per illum tertium terminum non ſit eadem cuilibet diuerſarum rerum. Hanc particulam addunt propter illum terminū eſſentia diuina, qui eſt terminus ſingulariſſimus: verumtamen res eſt eadem cuilibet diuerſarum rerum, vt filio, & patri, & ſpiritui ſancto. Et ideo non valet, hęc diuina eſſentia eſt pater, hæc eadem numero eſt filius: ergo filius eſt pater. Quoniā res ſignificata per terminum ſingularem tertium, cui extremi termini cōiunguntur, eſt eadem cuilibet diuerſarum rerum. Bene tamen diuina eſſentia propter eius infinitudinem, poteſt eē eadem cuilibet diuerſarum rerum: eadem enim numero eſt pater, & eſt filius: & tamen filius non eſt pater. Alij dicunt principium eſſe intelligendum ſic, quicunq; duo termini coniunguntur vni termino tertio ſupponenti pro eodem, coniunguntur inter ſe, modo cōiungantur illi vniuerſaliter. nam hęc, eſſentia diuina eſt pater: hęc eſſentia diuina eſt filius, & nō ſequitur ergo filius eſt pater, quia

D pater & filius non coniunguntur vniuerſaliter illi termino eſſentia: licet enim hæc eſſentia ſit pater, non tamen omne, quod eſt eſſentia, eſt pater, quia ſpiritus ſanctus eſt eſſentia, & non eſt pater. Similiter licet eſſentia ſit filius, non tñ omne, quod eſt eſſentia, eſt filius: ideo nō ſequitur, filius eſt pater. Eodē modo intelligi poteſt principium regulatiuum negatiuorum: qñ enim ſunt aliqui termini, qui coniungūtur inter ſe ſimpliciter, & vniuerſaliter, quicquid remouetur ab altero, remouetur ab altero: dicunt vniuerſaliter, quia non ſequitur, pater non eſt filius, pater eſt eſſentia: ergo eſſentia non eſt filius. nā licet pater ſit eſſentia, non tñ quicquid de eſſentia dicit: qm̄ de eſſentia dicitur ſpiritus ſanctus, qui nō dicitur de patre. Quare dicunt has propoſitiones omnes de rigore logico pro ſe eſſe falſas, pro conſimilibus in ſenſu ſunt verę. Nec reſponſio hæc aliena videtur ab ijs, quæ Alexander dicebat: hæc enim propoſitio, omne B eſt A, vel

Refutatio.

Solo. ſorticolarum.

Aliæ rñſio.

Alex. expō.

aliquod ß est A, quibus frequenter Aristo. vtitur, est falsa, vt propositio sonat: tñ vt ĩterpretatũr, vera est: interpretatur. n. oĩs homo est aĩal, vel aliquod animal est album. Sic hæc regulatiua principia sunt falsa, vt sonant: & vt sumuntur pro se, vt interpretanť, sunt vera. Auerroes autem ĩ paraphrasi velle videtur, ꝙ affirmatiui expositorũ regulentur hoc principio, quęcunq; insunt vni numero demonstrato ad sensum, alterum alteri insit, necesse est. Dico vni numero, quia licet Socrates, & Plato inesset homini, non tñ Socrates Platoni vel è contrario ineſt: non. n. homo est unum numero. dico demonstrato ad sensum: quia non sequitur, Deus est sapientia, Deus est bonitas: ergo bonitas est sapientia. Causa est, quia licet mediũ sit hoc aliquid, & singulariter, non est demonstrabile ad sensum. Simili modo de principio regulatiuo negatiuorum dici potest. Quæ expositio non mihi placet, quia tũc expositorĩs syllogismis non possemus vti, nisi ĩ rebus sensibilibus. At Catholici, & Philosophi eis vtuntur in omnibus, ſ. tam in rebus sensibilibus, q̃ in rebus insensibilibus. Præterea medio existente hoc aliquid, siue demonstretur ad sensum, siue non, necesse est extrema coniungi. Illa. n. coniunguntur virtute medĩ, quod est vnum aliquid, vt dicit Aristoteles, & non ob aliam causam. Dico ergo peripatetice sentiẽdo, ꝙ regulatiuum principium affirmatiuorum est, quæcunq; insunt vni tertio, quod est hoc aliquid ac simpliciter vnũ numero, illa inter se coniunguntur, modo illa, quæ tertio insunt, non sint relatiua. Dico modo non sint relatiua, quia non sequitur hoc demonstrando, A motum est passio: hoc demonstrãdo cum motum numero est actio: ergo actio est passio: assumpta sunt vera Tertio libro Physicorum, Idem. n. motus numero est actio & passio formaliter, & tñ nunc̃; concederẽ ꝙ actio est passio vel è contrario formaliter. Præterea non sequitur hoc demonstrando. Socratẽ, est pater: hoc demonstrando eundẽ, est filius: ergo filius est pater. Et causa huius est, quia vna res absolute potest esse duæ res respectiuę diuisiuę fm peripateticos. Hoc pacto cauillus contra personas diuinas deleretur. Quia licet hic Deus sit pater, & hic Deus sit filius, nõ sequitur ergo filius est pater, quia extrema, quæ vni tertio coniunguntur, sunt res relatiuæ, & medium est res absoluta, quæ potest esse eadem cuilibet diuersarum rerum relatiuarum. Ex his sequitur expositio principĩ regulatiui negatiui: quando. n. sunt aliqua, quorum alterũ alteri, quod est hoc aliquid, & vnũ numero simpliciter ineſt, & non sunt relatiua, si aliquid absolutũ remouetur ab illo numero, etiam ab altero remouebitur: intelligatur. n. eodem modo, uidelicet in absolutis, & non in relatiuis. Ex quibus sequitur primo, ꝙ fm Peripateticos, eadem res numero potest esse diuisiue diuersæ res, etiam in creatis rebus. Patet hoc, q̃ illa res esset absoluta, & res diuersę essent relatiuę, vt in exẽplo Arist. dictum est de motu, qui idem numero est formaliter actio, & passio. Et in exẽplo de Socrate, qui idẽ numero est pater, & filius. Cuius oppositum asserunt nonnulli Neoterici: dicunt. n. solum verum hoc esse in rebus increatis. Patet secundo, ꝙ regulatiua principia horum syl'orum non sunt illa, ſ. quæcunque sunt eadem vni tertio, & reliqua. Sed hæc, quæcunq; absoluta ĩsunt vni tertio, quod est hoc aliquid, necesse est coniungi. Et illud, q̃ aliqua duo absoluta sunt, quorum alterum alteri ineſt, quod est hoc aliquid, si aliquod absolutum negatur ab illo quod est hoc aliquid, necessario negabitur ab altero. Hæc enim sunt vera de rigore logico, & de rigore physico. Quod si illa non pro se accipiantur, sed pro alĩs sibi cõsimilibus ĩ sensu, possunt tolerari modo, quo superius diximus: hæc de regulatiuis principĩs syllogismorum expositoriorum dicta satis.

Auer. expositio.

Propria potentia, Quęcunque relatiue nõ se hñria iter se eadẽ sunt, q̃ vni tertio eadem sunt.

Expõ principii negatiui.

Cõtra opinionem aliquorum. Primũ corollarium.

Secundum.

Quæritur secundo de regulatiuis principĩs cõsequentiarum. Aristoteles. ii. visus est velle, omniũ consequentiarum principium esse, quoties ex oppositis consequentis sequitur oppositum antecedentis. Nunc, cum ex oppositis consequentis sequitur oppositum antecedentis, consequentia est bona, & è contrario, cum cõsequentia est bona, ex oppositis consequentis sequitur oppositum antecedentis. Sed contra primo, quia consequentia non est bona, nisi sit enthymema: enthymema non est bonũ, nisi reguletur per dici de omni, vel dici de nullo, vt Aristoteles asserit Secũdo huius: ergo regulatiua principia consequentiarũ sunt dici de omni, & dici de nullo. Præterea, hæc consequentia est & bona & necessaria, tãtum pater est: ergo non tantum pater est, vt deducenti à primo ad vltimum patet: & tamen oppositum consequentis, ſ. illud, tantum pater est, stat, immo est idem cum antecedente. Ergo illud non est bonarũ consequentiarum principium regulatiuum. Pro opposita parte est Aristoteles, qui probans necessitatem illius consequentiæ, vsus est illo principio. Circa quęsitum istud, primo videndum est quid sit consequentia: est enim res hæc non leuis: non enim apud veteres Peripateticos, quid sit consequentia, aut nomen consequentiæ fuit satis quęsitum. Hæc enim videtur iuniorum inuentio, non ab aliquo priorum perquisita. Dicamus ergo primo, ꝙ veteres, & præsertim Greci consequentia vsi sunt: quam Aristoteles aliquando synepiam appellauit, hoc est consecutionem, siue consequentiam. Sed quid Synepia sit, non leue est tradere. Quidam dixerunt ꝙ consequentia est illatio consequentis ex antecedente, vt homo currit: ergo animal currit. Quæ definitio multipliciter est incompetens: primo, quia non explicat absolutam rationem consequentiæ, sed relatiuam, Præterea, hæc definitio datur per æque ignota. nam & antecedens, & consequens quid sint, sunt mihi æque ignota, sicut ipsa cõsequentia. Secũdo, quia ex hac definitione non habetur genus consequentiæ: non enim scimus ex hac, si consequentia sit propositio, an syllogismus, an argumẽtum. Pręterea, homo currit, & animal currit, est illatio, & quidem consequentis ex antecedente: & tamen non est consequentia. antecedens patet, quia inferre est vnum afferre post alterum: quorum vnum præcedit, alterum sequitur. Alĩ dixerunt, ꝙ consequentia est propositio hypothetica composita ex antecedente, & consequente, mediante nota, aut conditionis, aut rationis denotantis, antecedente & consequente simul formatis impossibile esse, vt antecedens sit verum & consequens falsum. Circa quam definitionem debes scire, ꝙ omnis nota rationis, vel conditionis, sua vi, & proprietate significat impossibile esse, vt antecedens verum sit, et consequens falsum, modo antecedens, & consequens simul formentur. hæc enim est eius significandi proprietas. Dixerunt modo antecedens & cõsequens simul formentur, propter hãc consequentiam, omnis propositio est affirmatiua: ergo nulla propositio est negatiua. quia, si omnis propositio est affirmatiua, non potest secum simul formari hæc, videlicet, nulla est negatiua, quia hæc est simpliciter falsa: non enim est vera, quando non est, quia si non est, non est vera. Nec q̃ est, quia q̃ est, eius contradictoria est vera, ſ. aliqua propositio est negatiua demonstrata illa met, nulla est negatiua: tñ, si antecedens illud, oĩs propositio affirmatiua, & illud consequens, nulla propositio est negatiua, simul formentur, impossibile est ut antecedens sit verum & consequens falsum. Non. n. potest eẽ, ut oĩs sit affirmatiua, nisi nulla sit negatiua. Ergo fm hãc opinionẽ, consequentia est propositio hypothetica composita ex antecedente, & consequente mediante nota conditionis, aut rationis coniunctis, quæ nota denotat antecedente, & consequente simul formatis, impossibile esse vt sit verum antecedens, & consequens falsum. Sed dices, vtrum in consequentia mala, nota conditionis, vel rationis denotet hoc, scilicet vt antecedente & consequente simul formatis impossibile sit antecedens esse verum, & consequens falsum. Si sic, ergo

Vide diluci. datorẽ enunciato. 41. logicæ ad rẽ.

De noĩe & definitione cõsequẽtiæ.

συνέπεια, idest consequẽtia quid. Lege ꝓclara ad rem. 40. enũciato logicæ diluciatoris. Prima definitio. Refutatio.

Alia definitio.

Quid signĩet nota rõnis, seu cõdicionis.

Dubõ.

omnis

omnis consequentia erit bona. Si non, ergo definitio
Solutio. non competit oibus. Dicendum, ꝙ in omni consequen
tia nota rõnis, vel conditionis denotat illud, & nego tũc
oẽm consequentiã esse bonã, quia licet denotet illud, stat
consequentiam non esse talem, quia est mala: vnde bona
erit, vbi nota illud notat, & est: mala autẽ vbi nota illud
Refutatio. denotat, & non est. Non.n. ex eo ꝙ in propositione verbũ denotat aliquid esse, vel non esse, illud est: quia in hac propositione, hõ est lapis, verbum est, denotat hoiem eẽ lapidem: & tñ non est lapis. Et licet hæc definitio possit tolerari, pace eorũ dixerim, qui eam attulerũt, vr superflua: quia, si est composita ex nota rationis vel conditionis, erit hypothetica. ergo frustra addit illa particula hy-
Tertia definitio. pothetica. Secundo dat per nobis ignota: æque.n. mihi ignotũ est quid antecedens, & consequens sint, & consequẽtia. Alij dixerunt, ꝙ cõsequentia est argumentũ, in quo vno assumpto, aliud necessario sequit. Dicunt argumentũ loco gñis: nam oĩs consequentia est argumẽtum, & non è contrario. dicunt vno assumpto, ad dr̃iam syllo
Refutatio. gismi: dicunt aliud necessario sequitur, ad dr̃iam exẽpli, & inductionis. Et licet hæc definitio sit magis peripatetica, tñ non est vniuersalis, quia tunc consequentia mala non esset cõsequentia. Prẽterea tũc solum enthymema esset consequentia, hoc aũt falsum est, quia à cõuersa ad conuertentẽ, ab exponentibus ad exposita sunt consequentiæ, q̃ non sunt enthymemata, cum non possint reduci ad syll'os. Simili ratione multę terminorum probationes sunt consequentiæ, quæ non sunt enthymemata,
Synopia siue consequẽtia qd. cum nõ possint reduci ad syll'm. Quare dicamus, ꝙ Synopiam, siue consequutionem Grẽci appellant, ꝓpõnem
Propria sententia. compositam ex duabus ꝓpõnibus, vel reducibilibus ad duas, q̃ coniunguntur per notã rõnis, denotantẽ vtrisq; ꝓpõnibus formatis, ꝙ impoſſe est antecedens eẽ verum, & cõsequens falsum. dico ꝓpõnem compositã ad dr̃iam ꝓpõnis simplicis, quæ non põt esse consequẽtia. dico ex duabus ꝓpõnibus, vel reducibilibus ad duas ꝓpõnes, propter syll'm, & inductionem, & alias multas composi
C tas ꝓpõnes, quarum prima potest esse composita, & tñ sunt consequentiæ, quia oẽs reducuntur ad duas. Dico cõiunctas per notam rationis ad dr̃iam propositionum copulatiuarum, & talium: addidi denotantem vtrisque propositionibus & reliqua, ad explicandam proprietatẽ notæ rationis, vt sciatur dr̃ia notæ rationis, à nota copulationis, & cæteris. Hactenus de definitione. De diuisione dicamus, ꝙ consequẽtiarum alia est bona, alia mala, Non.n. diuiditur per veram & falsam, quia cõsequentia est propositio hypothetica vel ad illam reducit: modo, stat hypotheticam esse bonam, & necessariam, cuius nec antecedens, nec consequens est verũ, nec ipsa est vera. Bonam autem, & necessariam, malã & non necessariam pro eisdem acceperunt. Et consequentia bona, q̃ illud, quod notatur per notam rationis, est (vt notatur) est mala, q̃ illud quod notatur per notam rõnis, nõ est, vt notatur. Tertio videamus quid requiritur ad bonã consequentiã. Ad quod respondent Neotericoꝝ nõnulD li, ꝙ ad bonitatẽ consequentiæ requirit & sufficit, ꝙ impossibile est antecedens esse verũ, & consequẽs falsum. Sed hæc positio est error. nã hæc consequentia est bona, & necessaria, oĩs ꝓpõ est affirmatiua: ergo nulla ꝓpõ est negatiua: antecedens tñ põt esse uerum oĩbus ꝓpõnibus negatiuis annihilatis: possunt.n. oẽs negatiuæ annihilari, remanente illo antecedente: & tñ consequens est falsum & impoſſe. Quia demonstrata illa, nulla ꝓpõ est negatiua, eius contradictoriũ est verũ, ſ. aliqua propositio est negatiua, & sic illa est falsa, nulla propositio est negatiua. Ideo alij Neotericoꝝ corrigunt primũ modũ, & di
Correctio prima, cunt, ꝙ debet intelligi consequentiã esse bonam, q̃ formatis antecedẽte & consequente, impossibile est antecedens esse verũ, & consequẽs falsum. Modo, q̃ ponitur casus, quod annihilent oẽs negatiuæ ꝓpõnes, tũc illud consequens non põt esse formatũ: quia, cũ sit propositio
A negatiua, ẽt ipsa annihilat: & sic in casu nõ potest esse simul formatum cum antecedẽte. Propterea oportet addere, bonã esse consequentiam, q̃ impossibile est antecedens esse verum, et consequens falsum. si illa simul formentur. Et sic si illo antecedẽte formato, formetur illud consequens, ergo nulla propositio est negatiua: impoſſe est antecedens esse verũ, & consequens falsum. Quia, si necessario verũ est, ꝙ oĩs propositio sit affirmatiua, necessario oportet, vt nulla ꝓpositio sit negatiua, licet consequẽs sit impoſſe: tñ formatis, si antecedens est nec̃ium, consequens erit necessariũ. Sed hæc additio non vr̃ sufficere, quia, si fiat hæc cõsequẽtia, Deus est, ergo hæc consequentia nõ valet, demonstrando per illud pronomen hæc, hanc eandem consequentiam: antecedens est necessarium, & consequens fir̃: & antecedens, & consequens simul formant: & tñ consequentia nulla est: ergo nõ sufficit dicere bonã esse, cũ formatis antecedente, & consequente impossibile est antecedens esse verum, & conse-
B quẽs falsum: est.n. dabilis instantia de hac consequẽtia, vt dixi, Deus est: ergo hæc consequentia non valet, ipsa met consequẽtia demonstrata. Cũ in hac, & antecedens, & consequens sint necessaria, & tñ nulla est consequentia. Ideo adhuc põt corrigi, vt intelligat hoc pacto, con- Secũda correctio. sequentia bona est, in qua antecedente, & consequente simul formatis, impoſſe est antecedens esse verũ, & consequens falsum: modo, cõsequens nõ repugnet proprietati notæ illationis: & sic est in casu. illud.n. consequens hæc consequentia non valet, de directo repugnat ꝓprietati notæ illationis, quæ est (vt diximus) ꝙ antecedens impossibile est esse verum, & consequens falsum. Illud enim consequens, hæc consequentia non valet, destruit proprietatẽ notæ rationis. Intelligatur ergo, consequentia bona est, in qua antecedente & cõsequente simul for- Tria requntur ad bonã consequẽtiã. matis, impossibile est antecedens esse verum, & consequens falsum, modo signãtio consequentis nõ destruat proprietatem notæ illationis, ex quibus sequitur tria requiri atq; sufficere ad bonã consequentiam. Primum, ꝙ impossibile est antecedens esse verũ, & consequens falsum. Secundum, ꝙ istud sit antecedente & consequente simul formatis. Tertium, ꝙ consequentis signãtio non destruat proprietatẽ notæ illationis. De diuisione ve- De diuisiõe bonæ consequentiæ. Dilucidator ꝓbat istã diuisionem. 4o. enunciatio log. ro bonæ consequentiæ, Neoterici dixerũt aliam esse formalẽ, materialem aliã. & per formalem non intelligunt eam, q̃ formam habet cõsequentię, quia cum formale in consequẽtia sit id, quod notat nota illationis, oĩs eẽt formalis. Nec per materialẽ intelligunt eam, q̃ habet materiã consequentiæ, q̃ est antecedens & consequens, quia oĩs esset materialis. Sed per formalẽ intelligunt, q̃ seruata consimili dispõne terminoꝝ in oĩbus terminis est bona: dispositio.n. terminorum forma est in casu. Per materialem vero ĩtelligunt, q̃ seruata simili dispositione terminorum, non in omnibus terminis est bona. Et licet hæc diuisio possit tolerari, non tñ est peripatetica. Pro- Refutatio. Peripatetica diuisio consequẽtiæ bonæ. pterea peripatetica diuisio est, ꝙ bonarũ, alia est bona ꝑ se, alia est bona per accidẽs. bona per se est, q̃ nulla assumptione indiget ad hoc, vt sit bona, nec vt videatur bona. Huius generis sunt conuersiones, probationes terminorum, quæ non sunt bonę, quia per assumptionem alicuius alterius propositionis sunt bonæ, vel reducuntur ad bonam. Bona vero per accidens est, quæ est bona per reductionem ad bonam per se, vtpote assumptione alicuius propositionis. Vt homo currit: ergo animal currit. hæc enim reducitur ad per se bonam, assumptione illius, omnis homo est animal. ea enim assumpta, fit syllogismus tertiæ figuræ, qui est consequentiæ per se. Bona per accidens adhuc est duplex, alia bona per accidens simpliciter, quæ reducitur ad per se bonam assumptione propositionis necessariæ, vt in exemplo dato, alia est bona per accidens, vt nunc: vt pote quæ reducitur ad bonam per se assumptione propositionis, quæ est vera, vt nũc. Vt Socrates currit, ergo album currit: hæc

enim bona est vt nunc, quia posito ꝙ Socrates sit albus, hæc consequentia est bona vt nunc, Socrates currit: ergo album currit: quia reducitur, Socrates currit: Socrates est albus: ergo album currit. Ex quibus sequitur, omnem materialem bonam esse formalem reductiue, si per consequẽtiam materialem intelligamus bonam per accidens: et per formalem, bonam persequia omnis talis reducitur per assumptionem vnius propositionis ad formalem. Sequitur secundo enthymema bonum, & necessarium non esse formalem consequentiam, nisi reductiue: bene tamen est consequentia per accidens & materialiter bona: & quidem alterum vt nunc bonum, alterum simpliciter bonum. Iuxta has diuisiones ponũt regulas. Primam, ad impossibile implicans cõtradictionem formaliter, consequentia formali & per se sequitur quodlibet, intelligo sic, ꝙ ad quamlibet propositionem, quæ formaliter implicat contradictionem, sequitur consequentia formali, & per se ꝙ uælibet propositio mundi. Verbi causa, ad hanc, Socrates est, & Socrates non est, quæ de forma implicat contradictionem, sequitur igitur, homo est equus: & quidem cõsequentia formali per se. Secundam regulam ex impossibili sequitur quodlibet: intelligo ad quãlibet propositionem impossibilem sequitur quælibet propositio mundi: non quidem consequentia formali, & per se, sed materiali, & per accidens similiter. Hæ sunt duæ regulæ de antecedente impossibiliter. Sed de probatione harum regularum non parua est quæstio. Quidam has vtrasq; probant, quia ex opposito consequentis, et ipso antecedente fit vna copulatiua repugnans. Si enim sic fecero, homo est equus: ergo tu es Romæ, ex opposito consequentis, quod est tu non es Romæ, & antecedente, s. homo est equus, fit hæc copulatiua, homo est equus, & tu non es Romæ. Modo, hæc copulatiua est impossibilis, quia partes repugnant, quia impossibili propositioni quęlibet alia repugnat, cũ non possit secum esse simul vera aliqua, propter eius impossibilitatem. Similiter, si antecedẽs est propositio impossibilis implicans formaliter contradictionem, etiam ex opposito cosequentis, & ipso antecedente fit vna copulatiua impossibilis. Sed pace tãtorum dixerim, si istæ duæ regulæ essent veræ, quia ex opposito consequentis, & ipso antecedente fit vna copulatiua repugnans, tunc facile esset destruere omnem propositionem impossibilem: deducerem enim vnam, quamuis esset bona consequẽtia, & sic ex illa impossibili, vacuum est, deducerem te esse Romæ, & Deum non esse: & sic facere esset illam destruere: Aristo. autem valde laborauit: ergo hæc sunt friuole dicta. Propterea dico, ꝙ ex propositione impossibili implicante contradictionem formaliter, sequitur quælibet propositio mundi cõsequentia formaliter, & per se. verbi causa, Socrates est, & Socrates non est: igitur homo est equus. Deduco formaliter sic, Socrates est, & Socrates non est: igitur Socrates non est. hęc consequentia est formalis, & per se à tota copulatiua ad alteram eius partem: reseruetur ergo illud consequens in pectore: Rursus sequitur, Socrates est, & Socrates non est. Ergo Socrates est, consequentia est formalis & per se (vt prius) à tota copulatiua ad alteram eius partem. Rursus sequitur, Socrates est, igitur Socrates est. vel homo est equus: consequentia est formalis, & per se: quia formaliter omnis propositio infert se ipsam, cum quauis propositione in vna disiunctiua: tunc argumentor, Socrates est, vel homo est equus: sed Socrates non est, quia reseruata fuit prius hæc propositio in pectore, videlicet Socrates non est: igitur homo est equus, & sicut hæ duæ consequentiæ sunt formales, ita possumus argumentari in omnibus. Patet ergo ex propositione impossibili formaliter implicante contradictionem, sequi formali consequentia quãlibet propositionem mundi, & etiam per se. Secunda vero regula probatur supponendo definitionem consequentiæ bonæ per accidens simpliciter.

Quod oĩs materialis sit formalis.

Quale enthymema.

Regulæ. Prima.

Ad impoſſe sequit quodlibet.

2. regula.

Primus modus ꝓbandi.

2. regula.

E Est enim consequentia bona per accidens, quæ assumptione alicuius propositionis reducitur ad bonam per se: per accidens vero simpliciter, quæ assumptione propositionis necessariæ reducitur ad bonam per se: hæc patent ex definitionibus, Sit igitur propositio impossibilis hæc, homo est equus: & argumẽtor, homo est equus: ergo tu es Romæ. Vel hæc sequitur, vel non sequitur: si sequitur, pari ratione sequitur quæcunq; alia: & sic habetur regula, ꝙ ex impossibili propositione sequatur quælibet propositio. si non sequitur, assumatur cum illa impossibili eius contradictoria, quę erit necessaria: quia cõtradictoria propositioni impossibili est necessaria: & fiat hoc antecedens, homo est equus, & nullus homo est equus, & procedam sic, homo est equus, et nullus homo est equus: igitur nullus homo est equus, à tota copulatiua ad alteram eius partem: reseruetur hæc, s. nullus homo est equus, in pectore: & iterum sequitur, homo est equus, & nullus homo est equus: ergo homo est equus: similiter à tota copulatiua ad alteram eius partem. Vltra, homo est equus: ergo homo est equus, vel tu es Romæ: tenet argumentum, quia quęlibet propositio infert se cum quauis alia in vna disiunctiua. Vltra, homo est equus, vel tu es Romæ: sed per seruatam nullus homo est equus: ergo tu es Romæ. Tenet enim à disiunctiua cum destructione vnius partis super alteram partem. ergo, si homo est equus, tu es Romæ, quæ cõsequentia est bona per accidens, & simpliciter, quia reducitur ad per se assumptione vnius propositionis necessariæ. Hic modus probandi est peripateticus, quia Aristot. destruens vacuum, assumit aliquam propositionem necessariam, cum illa impossibili vacuum est, & ex illis infert vnam impossibilem apud omnes, ex qua illata destruit vacuũ. Quia cum sequatur impossibile, & non ratione necessariæ coassumptæ, sequitur, quia positio vacui est impossibilis. Simili modo destruit infinitum, simili ratione destruit multitudinem mundorum. Semper enim cum impossibili in antecedente assumit vnam, vel plures propositiones necessarias: ex quibus postea infert euidenter impossibile, è quo postea destruit positionẽ: nam, cum impossibile illud sequatur ad assumpta, & non ad propositionem necessariam coassumptam, sequitur ad positionem aduersarij: & sic habet illam esse impossibilem. Hunc modum ergo peripateticum arbitror cum semper eo vtatur Aristoteles, cum vult destruere aliquam positionẽ impossibilem. Ex his sequitur regula, videlicet, quòd propositio necessaria sequitur ad quamlibet propositionem. Probatur, quia oppositum propositionis necessariæ, quæ est consequens, est propositio impossibilis. sed ad eam sequitur quælibet propositio per antedictas regulas: ergo tale necessarium sequetur omnem propositionem, quia bona consequentia est, qñ ex opposito consequentis infertur oppositũ antecedentis. Quare, si ex impossibili sequitur quodlibet, quod est oppositum necessario, necessarium sequetur omnem propositionem. Quarta regula, ad quãlibet propositionem falsam sequitur per accidens, vt nunc, quælibet propositio mundi. Probatur. sit hæc falsa, Socrates mouetur, posito ꝙ sedeat. Dico ad hãc sequi omnem aliam, verbi causa, tu es Romę: & sic de alijs. probat, quia vel sequit, vel nõ sequit: si sequit, habeo propositum: si non sequit, assumo illam, Socrates mouet, & suam contradictoriã, s. Socrates non mouet, quę est vera, vt nunc. Et argumentor, vt prius, Socrates mouetur, et Socrates nõ mouetur: igitur Socrates non mouet, à tota copulatiua ad alteram eius partem, & seruet hæc, Socrates nõ mouetur in pectore: vltra, Socrates mouetur, et Socrates non mouetur: ergo mouet per eandẽ regulam. Vltra, Socrates mouetur: ergo Socrates mouetur, vel tu es Romæ, vt prius: sed per seruatam, Socrates non mouetur: ergo tu es Romæ: simili ratione in omnibus. Ex hac regula sequit quinta, ꝙ propositio vera sequit ad oẽm aliam ꝓpositionem.

Quod sit peripateticus.

3. regula.

4. regula.

5. regula.

Patet

Diuisio peripatetica.

Regulatiuũ principiũ oĩs cõsequẽtię.

Vna regula omniũ consequentiarum.

Patet, quia eius oppoſita eſt falſa, ad quam ſequitur quę libet ꝓpoſitio mundi. Si ergo ex oppoſito verę ſequitur oīs ꝓpoſitio, ex oppoſito verę ſequet̄ oppoſitū eius, ex qua infert̄ ipſa vera: ergo fuit bona cōſequentia. Hoc pacto ergo regulæ Iuniorum poſſunt accommodari ꝭs, q̄ Peripatetici dicunt. Et licet hæc refutari non poſſint Peripatetice ſentiendo, dicamus, ꝙ conſequētia eſt oratio, in qua vno aſſumpto, vel pluribus, quæ habent vicē vnius, aliquid ſequitur neceſſario. Dico oratio, quia eſt genus omnium argumentorū. Dico in quo vno aſſumpto, vel pluribus vim vnius habentibus, propter enthymema vel ſyll̄m. Dico aliquid, & non aliud ſequitur, ad differentiam ſyllogiſmi, vbi ſequitur aliud: In conſequētia poteſt ſequi aliud, & aliquid non penitus diuerſum ab aſſumpto. Dico neceſſario, ad differentiam conſequētiæ malę: quia ſicut ſyllogiſmus, quo in aliquibus aſſumptis nō ſequitur aliud neceſſario, non eſt ſyllogiſmus, ſic conſequentia non eſt cōſequentia, vbi aſſumpto vno nihil neceſſario ſequitur. Pręterea additur hęc particula ad differentiam exempli, & inductionis. Sed cōtra hanc definitionem ſequitur conſequentiam eſſe enthymema: ſic enim definitur enthymema. Pręterea tunc conuerſiones, & ꝓbationes terminorū eſſent conſequentię, contra ea, quæ ſuperius diximus. Dicendum, ꝙ conſequentia eſt enthymema, & omne enthymema eſt conſequentia, nec hoc eſt contra ſuperius dicta. Secundo dico, vt dixi, quod conuerſiones & probationes terminorum, ſicut ſunt argumēta ſm quid, ita ſunt enthymema ſm quid: Habent enim de ratione argumenti neceſſitatem conſequentiæ, non autem habent, vt faciant fidem de re dubia, vt diximus. Hoc ergo modo concedo ꝓbationes terminorum, quæ pro maiori parte ſunt interpretationes terminorum, & conuerſiones, & id genus eſſe enthymemata, argumenta, & cōſequentias ſm quid, nō autem ſm omnē conditionē, vt diximus. non enim ſunt rationes facientes fidem de re dubia: bene ergo dictum eſt, ꝙ ſunt terminorum interpretationes potius ꝙ argumenta: cum nullam fidem faciant de re dubia. Diuiſio vero Peripatetica hæc eſt, ꝙ conſequentiarum, Alia eſt bona per ſe, & alia bona per accidens. Bona per ſe eſt, q̄ nulla alia ꝓpoſitione eget: vt ſit, & videatur bona. Bona per accidens eſt, quæ eget vna, vel pluribus vt ſit, & videatur bona. Quęq; eſt aut bona ſimpliciter, aut vt nūc, vt diximus in correctione eorū, quę dixerunt Iuniores.

His habitis, dico, ꝙ omnium conſequentiarū vniuerſale regulatiuum principium eſt, quoties cōtradictoriū cōſequētis repugnat antecedēti. Nā quoties cōtradictoriū, conſequentia bona cōſequētis repugnat antecedēti, eſt. Veritas vero huius regulatiui principiꝭ eſt, ex communi dignitate, quæ dicit, duorum contradictoriorum ſi alterum repugnat alicui propoſitioni, alterum ſequit̄ ad illam. Et, cum cōſequens, & eius contradictoriū ſint duo contradictoria, fit, vt ſi cōtradictoriū conſequentis ꝓpoſitioni antecedenti repugnabit conſequens ad illam ſequatur. Verbi cauſa, A eſt: ergo B eſt: ſummo contradictorium conſequētis, ſ. nullum B eſt: regula erit, ſi huic, A eſt, repugnat hęc, nullum B eſt, ad A eſſe ſequetur, B eē. Hoc regulatiuum principium Ariſtoteles vbiq; ſignauit, & hic, & poſtea, dum ait ex oppoſito conſequentis quoties ſequitur oppoſitum antecedentis, conſequentiā eſſe neceſſariam. Aliud vero principium malarum conſequentiarum eſt, duorum oppoſitorum, ſi alterum ſtat, alterum non ſequitur neceſſario: ergo, quoties ſtat oppoſitum conſequentis cum antecedente non eſt bona conſequentia. Ex ꝭs patet vnam eſſe regulam omniū conſequentiarum, ſ. vt ſit bona, in quacūq; oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti. Quæcūq; enim poteſt hoc principio regulari, eſt bona. Verum de his poſtea. Tunc ad rationes. Prima enim ſoluta eſt: nā dato ꝙ conſequentia ſit enthymema, non omne enthymema regulatur ꝓ dici de omni, vel dici de nullo, niſi enthymema

Dilucida. peripatetica.

Quod ſit peripateticus.

Quomodo probationes terminorum ſint enthyme. vel conſequentiæ, & quō ſint interp̄tatiōes.

Diuiſio peripatetica.

Regulatiuū principiū oīs cōſequētię.

Vna regula omniū conſequentiarum.

A ſit reducibile ad ſyll̄m, modo ſunt quędam enthymemata ſm quid, quæ regulantur, vt diximus. nam principiū regulatiuum vniuerſale eſt vnum oībus cōmune. Dici vero de omni, vel dici de nullo ſunt particularia, quia regulant ſyllogiſmos, & enthymemata ſyllogiſtica. Cętera vero ſunt cōmunia & his, & alīs. Secunda ſoluitur, ꝙ illud oppoſitum non ſolū repugnāt antecedenti, cū quo eſt ſimile, ſed ſibi ipſi, quia ſi tm̄ pater eſt, non tantū pater eſt. Supereſt modo videre de probatione regulæ ſm ſorticolas. Vbi primo debes ſcire, ꝙ vniuerſalis negatiua duplex eſt: quædam cuius prędicatum diſtribuitur, vt hæc, nullus homo eſt lapis: quædam, in qua prędicatum non diſtribuit̄, veluti, qñ prędicatum prędecedit negationem, vt hęc, oīs homo animal non eſt: quia enim ille terminus animal nō diſtribuitur, ſenſus eſt, oīs homo aliquod animal non eſt. Dicūt ergo, ꝙ regula Ariſt. debet intelligi de vniuerſali negatiua, cuius prædicatū diſtribuitur. Tunc probant regulā, quia ꝓpoſitio vniuerſa
B lis negatiua virtute ſigni vniuerſalis ſignificat prędicatum pro quolibet ſuo ſuppoſito remoueri à ſubiecto, ꝓ quolibet ſuppoſito ſubiecti, vt patet ꝓ dici de nullo: igit̄, ſicut vnum poteſt remoueri ab altero, ita econtra. Ex quo ſequitur, ꝙ illa propoſitio, omnis homo animal nō eſt, cum ſignificet idem quod illa, omnis homo aliquod animal non eſt, cōuertitur in hanc, aliquod animal non eſt homo, & eſt vera. Sed hęc quę dicunt ſorticolæ, vno modo bene dicuntur, alio modo non bene. Quatenus dicunt in illa, omnis homo animal nō eſt, illū terminum animal non diſtribui, nō peripatetice loquunt̄: quia peripatetici in omni ꝓpoſitiōe tā affirmatiua q̄; negatiua primo verbū præponunt, ſecundo prædicatum, tertio ſubiectum: & negationē ante verbum pręponūt, & volunt vt fiat ꝓpoſitio negatiua: ergo vbicūq; prædicatum ponitur, nō verbum negetur: ſemper propoſitio erit negatiua: quare ſemper prædicatum diſtribuitur,

Præterea negatio poſtpoſita facit ęquipollere ſuę cō-
C trariæ: ergo hæc, oīs homo aīal non eſt, æquipollet huic, nullus homo eſt animal. Præterea, hæc propoſitio, oīs homo animal nō eſt, eſt enunciatio: ſed in enunciatione verbum eſt nota eorum, quæ de altero dicunt̄, vel quæ de altero negantur. ergo in hac prædicatum negatur de ſubiecto. Quare, cum ille terminus animal ſit prædicatum, iure in illa diſtribuitur: & ſic, hæc, omnis homo animal nō eſt, & hæc, nullus homo eſt animal, ęquiualent. Peripatetice ergo loquēdo, hæc ꝓpoſitio, omnis homo animal nō eſt, eſt vniuerſalis: & in ea, & in qualibet illi ſimili ille terminus animal diſtribuitur. Quatenus vero dicunt ꝓpoſitionem vniuerſalē negatiuam ſignificare prædicatum ꝓ quolibet ſuo ſuppoſito remoueri à ſubiecto pro quolibet ſubiecti ſuppoſito, bene dicunt: & eſt præceptum theophraſticum. Dixit enim Theophraſtus in negatiua vniuerſali prædicatum ſeparari à ſubiecto mutuo: quia ex quo eſt vniuerſalis ſeparatio ꝓ quot à ſubiecto remouetur prædicatum, per tot ſubiectū re-
D mouetur à prædicato. ergo, ſi prædicatum remouetur à ſubiecto, ꝓ omnibus ſuis ſuppoſitis, ſubiectum etiam remouebitur à prædicato pro omnibus ſuis ſuppoſitis: ex quo eſt vniuerſalis, & mutua ſeparatio. Hæc ergo bene dicuntur. Sed contra hanc regulā fiunt inſtantiæ: nam hæc eſt ꝓpoſitio vniuerſalis negatiua, nemo eſt equus: quæ tm̄ nō conuertitur ſic, equus eſt nemo. Secūda, hæc ꝓpoſitio eſt vniuerſalis negatiua, immediatæ ſunt partes continui: quæ nō conuertitur in hanc, partes cōtinui ſunt immediatę. Tertia nihil & chimęra ſunt fratres, nō cōuertitur in hāc: fratres ſunt nihil, & chimęra. Pro cō uerſione ergo harum, ſit hæc regula, in omnibus cōuerſionibus, quæ ſunt conuerſiones per reductionē, anteq; cōuerſa cōuertatur, debet reduci ad cōuerſam ꝓ ſe. Appello cōuerſam per ſe, vbi apparet ſubiectum, & prædicatū. verbi cauſa, ſi volo cōuertere hanc, nihil videtur, oportet (vt reducatur ad hāc, nullū ens eſt viſum. Tunc facta

Regula theophraſtica.

Inſtantię.

1. regula.


facta reductione conuertit, nullum visum est ens: hæc regula generatim seruanda est in oĩbus. Secunda regula vniuersalis in reductione vel conuersione, si oportet, nihil prohibet mutari genus, aut numerum: Genus quidem, quia bene dicitur, nulla aqua est colorata: ergo nullum coloratum est aqua. numerum vero, quia bene dicitur, nullus homo est lapides, ergo nulli lapides sunt homo: verbum enim in hac mutauit numerum, verum postea dicemus alias regulas. In specie vero, sit hęc regula. Si in ea propositione, quæ debet reduci ad propositionem per se conuertibilem, subiectũ vel prædicatum implicite aliquid dicit, in reductiõe, debet explicari prius, & postea conuerti. Per hanc regulam diluuntur instantiæ. Prima quidem, quia si reducitur, nemo est equus: nullus homo est equus: postea cõuertitur, nullus equus est homo. Secunda vero, quia sic reducitur, nullum mediatum est ens inter partes continui: ergo nullum ens inter partes continui est mediatum. Tertia reducitur sic, nullũ aliquid & chimęra sunt fratres: ergo nulli fratres sunt aliquid & chimera. ¶ Adhuc fiunt instantię, quia hęc propositio, nulla stella fixa est iste Sol, non conuertitur in hanc, nullus iste Sol est stella fixa. Prętera nullus homo diligitur à suo inimico: non conuertitur, nullus suus inimicus diligitur ab homine. Pręterea hæc nullus homo est nullũ animal, non conuertitur in hanc, nullum animal est nullus homo. Præterea nullus homo est omnis homo, non conuertitur in hanc, nullus omnis homo est homo. Pro his ergo sit hæc secunda regula. Pro reductione propositionũ, quæ non possunt conuerti ad propositiones conuertibiles, nihil prohibet addere aliquas particulas, quæ non variant sensum propositionis, antequam conuertantur: & ideo in qualibet harũ debet addi ex parte prædicati, ens, quod est, quod includitur in verbo substantiuo. Prima ergo, nulla stella fixa est iste Sol: reducitur ad hanc, nulla stella fixa est ens, quod est iste Sol. tunc conuertitur, nullum ens, quod est iste Sol, est stella fixa. Secunda vero sic, nullus homo est ens, quod diligitur à suo inimico: & tunc sic conuertitur, nullum ens, quod diligitur à suo inimico, est homo. Tertia sic reducitur, nullus homo est ens, quod est nullum animal, conuertitur ergo, nullum ens, quod est nullum animal, est homo. Quarta reducitur ad hanc, nullus homo est ens, quod est omnis homo: modo cõuertitur, nullum ens quod est omnis homo, est homo. Aliqui vero conuertunt tertiam & quartam nõ prius illas reducendo, sed addendo propositioni, in quã conuertuntur. Verbi causa hæc, nullus homo est nullum animal, sic conuertitur sine reductione, nihil, quod est nullum animal, est homo. Addunt ergo in conuertente, nihil quod est, & remouẽt ab illo termino homo, signum nullus. Tertiam vero, quæ erat, nullus homo est omnis homo, sic conuertunt, nihil quod est omnis homo, est homo. Et tunc iuxta hunc modum oportet dicere regulam esse sic intelligendam, quòd, si propositiones non per se conuertibiles possunt reduci ad conuertibiles, nihil prohibet addere aliquid, modo non varietur sensus propositionis, vt dictum est: sed, si reductio facit propositionem reductam obscuram, non debet prius reduci, & postea conuerti, sed debet conuerti addendo in conuerte quicquid necessarium est pro conuersione, modo non varietur essentia propositionis: & sic tertia propositio, quæ fuit, nullus homo est nullum animal, sic conuertitur sine reductione, nihil quod est nullum animal, est homo: Quartam vero, quæ fuit, nullus homo est omnis homo, conuertitur sine reductione sic, nihil quod est omnis homo, est homo. Verum multæ aliæ instantiæ fiunt, de quibus postea diligentius.

Dilutio instantię.

Alię instantię.

Regula.

Si vero omni B inest A, & B alicui A inest: Si enim nulli inest, nec̃ A nulli B inerit, sed positum est omni inesse.



Vniuersalis affirmatiua conuertitur in particula. rẽ, probatio ex oppositã cõtter.

Secunda regula hæc erat (vniuersalis affirmatiua cõuertitur in parte. vt si omne B est A, aliquod A est B. probatur etiam Syllogismo ducente ad oppositum, eodem modo sic, vel ad illã, omne B est A sequitur, aliquod A est B, vel non: si sequitur, habetur regula: si non sequitur, stabit ergo, non aliquod A est B, non aliquod A est B: ergo nullum A est B ab ęquipollentia ad suam ęquipollentem. Vlterius, nullum A est B, igitur per primam regulam, nullum B est A, Sed supponebatur, ꝙ omne B eẽt A: ergo contradictio. Vel facile sic, omne B est A: ergo aliquod A est B: vel sequitur, vel consequitur: si sequitur, ergo regula bona. si non sequitur, stabit eius contradictoria per illam dignitatem, omnis propositio vel eius contradictoria stat cum qualibet propositione. si ergo ad illam, omne B est A, non sequitur hæc, aliquod A est B, stabit contradictoria illius, scilicet illa, nullum A est B. Tunc vltra per primam regulam, nullum A est B: ergo nullum B est A: At dicebatur quod omne B est A: ergo oppositio, Sed dices Aristo. ducit ad nõ trarium, scilicet ad illam, nullum B est A, quæ est contraria illi, omne B est A, & sic non erit syllogismus contradictionis vt autumat Philoponus. Dicendum, ꝙ hæc vniuersalis negatiua infert particularem negatiuam sibi subalternam: & sic tandem reducitur syllogismus ad contradictionem. Sequitur enim, nullum B est A: ergo aliquod B non est A: & sic fit syllogismus contradictionis. Inquit si vero omni B inest A, scilicet vt hæc sit propositio vera, omne B est A, & B alicui A inest: hoc est sequetur, quod aliquod A est B. Si enim nulli inest, idest, si illa non sequitur, stabit eius contradictoria, nullum A est B, per illam dignitatem, duarum contradictoriarum, si vna non sequitur, altera stat. Alterum enim contradictoriorum stat cum quolibet. Si ergo nullum A est B, neq; A nulli B inerit, idest tunc nullum B est A, sed positum est omni B inesse ipsum A: quia accipiebatur, ꝙ omne B est A: ergo oppositum. Vel potest facile sic regula probari, vt dicamus. Omne B est A, ergo quoddam A est B. vel sequitur, aut non sequitur. si sequitur, habetur intentum. si non sequitur, detur oppositum consequentis & erit, nullum A est B, Ergo per primam regulam, nullum B est A: quare oppositum.

Com. 15.

Dubõ pulcra.

Solutio.

Similiter autem & si particularis est propositio. si enim inest A alicui B, & B alicui A necesse est inesse. Si enim nulli, nec A nulli inerit B.

Tertia


Quod particularis affirmatiua i particularẽ conuertitur.

Com. 16.

Adnotatio.

Particularis negatiua nõ conuertitur. Com. 17.

Com. 17.



Quod particularis affirmatiua i parte conuertitur.

Com.16.

Tertia regula erat, particularis affirmatiua in parte cõuertitur, vt aliquod B est A, aliquod A est B. Probatur, quia vel sequitur, vel non sequitur: si sequitur, ergo regula vera. sin autem non sequitur, ergo contradictorium stabit: duorum enim contradictoriorum alterum stat semper cum omni propositione. Quare si ad hanc, aliquod B est A: non sequitur hæc, aliquod A est B, stabit huius contradictoria, scilicet, nullum A est B. Tunc per primam regulam sequetur, nullum B est A, sed sumebatur aliquod B est A: ergo oppositio. Regula ergo vera. Inquit, similiter autem conuertitur in parte, & si est particularis propositio: si enim inest A alicui B, ita vt sit hæc vera, aliquod B est A, & B alicui A inesse necesse est, ita vt vera sit hæc, aliquod A est B. Si enim non sequitur, eius contradictorium stabit, scilicet, nullum A est B, vltra. si enim nulli inerit, ita vt sit vera hæc, nullũ A est B, tunc ipsum A nulli inerit B: & sic nullum B est A, per primam regulam: Sed sumebatur hæc, aliquod B est A: ergo contradictio. Aut breuiter sic, vel sequitur, aut non sequitur: si sequitur, habetur propositum. si non sequitur, detur oppositum: & erit, nullum A est in omni B, sequit nullum A est B: ergo nullum B est A. Ergo regula bona, qm̃ ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. Debes scire quod particularis affirmatiua aliquando per accidens potest cõuerti, vt aliquod animal est homo: ergo omnis homo est animal, non tamen per se, quia non sequitur.


Com.15.

Dubõ pulcra.

Solutio.

Adnotatio.

Si autem A alicui B non inest, non necesse est & B alicui A non inesse. vt si B quidem sit animal, A vero homo: homo quidẽ enim non omni animali, animal vero oĩ homini inest.



Particularis negatiua nõ conuertitur. Com.17.

Com.17.

Equus

Quarta regula erat particularis negatiua non conuertitur, hoc est nec in terminis, nec in parte, vt si aliquod

A B non est A, non oportet (vt ait) q̃ A non sit B. probat per instantiam ad destruendum enim vnum sufficit. Quod vero detur instantia patet, quia non sequitur, aliquod animal non est homo, vt equus: ergo aliquis homo non est animal. inquit: Si autem alicui B non inest ipsum, A videlicet in hac, aliquod B non est A, non necesse est & B alicui A non inesse: hoc est, non necesse est, vt aliquod A non sit B. probat dando instantiam in terminis. Dicens, vt si B quidem sit animal: A vero sit homo. Homo quidem enim non omni animali inest, quia hæc est vera, aliquod animal non est homo, & tamen animal omni homini inest, quia omnis homo est animal. Quo vero ad verba attinet, Aristoteles dixit, non necesse est & B alicui A nõ inesse, quia in propositionibus de inesse, in quibus prædicantur accidentia per accidens, fieri potest cõuersio, sequitur enim, aliquis homo non est albus, ergo aliquod album non est homo. Nam æthiops est aliquis homo, qui non est albus: & cygnus est aliquod album,
B quod non est homo. Quia vero non fit vniuersaliter in omnibus, ideo dixit, non necesse est, & reliqua. Aristoteles enim hanc regulam potius posuit in materia necessaria, q̃; in materia de inesse: ad materiam enim necessariam respexit, huius vero regulæ causam Sorticolæ enisi sunt assignare: quia à termino stante determinate ad eundem stantem distributiue non valet conuersio, sicut fit in hac conuersione: in prima enim ille terminus animal stabat determinate, in secunda vero stat distributiue, vt asserunt: hæc sorticolę, sed de his postea.

Quęstiones ꝺ regulis cõuersionum Vtrum vñis affirmatiua cõuertatur ĩ parte.

Circa prędentes regulas primo quęritur de vnaquaq; in generali, Secundo in specie quęretur de impedimentis: Prima regula disputata est: ideo quæritur secundo, Vtrum vniuersalis affirmatiua conuertatur in particularem affirmatiuam. Contra quam regulam fiunt complures instantiæ. Prima, quia sequitur, omne animal est homo: ergo omnis homo est animal. Secunda, quia hęc est vera, omnis populus est ens: hæc vero falsa, aliquod
C ens est populus. Nam nullum vnum ens est populus: ergo nullum ens est populus, & sic illa fuit falsa, aliquod ens est populus. Tertia, quia hæc est propria, omnis homo est aliquis homo: hæc vero ipropria, aliquis homo. Quarta hæc est bona conuersio, omnis homo est nullus lapis, ergo nullus lapis est homo, quæ tamen non est in parte. Quinta, sequitur, omnis homo est lapis: ergo oĩs lapis est homo. Sexta hæc est bona cõuersio, omnis planeta lucidissimus est omnis Sol: igitur omnis Sol est planeta lucidissimus. Septima obiectio supponit hanc, tm̃ animal est homo, ęquipollere huic, omne animal est homo. Quam suppositionem probãt Sorticolę: quia valet, tm̃ animal est homo: igitur nihil aliud ab animali est homo, ab exposita ad alteram exponentem. Vltra sequit̃, nihil aliud ab animali est homo: igitur nihil non idem animali est homo. Tenet argumẽtum: quia aliud ab animali, & non idem animali æquiualent. Vltra sequitur, nihil non idem animali est homo. Igitur omne idem ani
D mali est homo: quia negatio postposita facit æquipollere suo contrario. Vltra, omne idem animali est homo, ergo omne animal est homo. idem enim est dicere aĩal, & idem animali. Patet ergo suppositio. Sed sequitur, tm̃ animal est homo: ergo omnis homo est animal: Igitur vniuersalis affirmatiua cõuertitur ad vniuersalem: quia illa, tantum animal est homo, æquiualet vniuersali affirmatiuæ. Octaua, hęc est vera, omnis homo, inquantum animal, est sensitiuus: & tamen hæc est falsa, quoddam sensitiuum est homo, inquantum animal: quia omnis, propositio est falsa & in intelligibilis, cuius p̃dicato additur dictio reduplicatiua, vt dicemus in hoc Primo. Nona hæc est congrua & ꝓpria, omnis homo præter Nyphũ currit: hęc vero incongrua, quoddam currens est homo præter Nyphum. Decima, hæc est vera, omnis homo incipit scribere: hæc falsa, quoddam scribens incipit esse homo: quia est semꝑ falsa. Hæ sunt Inguenei obiectiones,

An tm̃ aĩal ẽ hõ: et oẽ aĩal est hõ: equipolleant.

Instantię.

nes. Culuerbinus vero obiicit. Nam, si vniuersalis affirmatia conuertitur in particularem, tunc hæc esset vera conuersio, omnis homo est albus: aliquod album est homo: modo patet hanc non esse bonam, quia conuertens est vera, & conuersa falsa. Complures obiectiones fieri solent, quæ partim diluẽtur ponendo regulas, partim ex solutione harum dissoluentur. Ingueneus in quæstionibus huius libri, distinguit conuersionem, quia alia est formalis, alia reductiua, siue (vt vtar verbis suis) alia est ꝓpria, alia impropria. propria est, quando de subiecto fit prædicatum, & econtrario, non aliquo addito aut diminuto. Improprium appellat, quando de subiecto fit prædicatum, & econtrario aliquo addito vel diminuto. Exẽplũ primi est, animal est homo: homo est animal: vel nullus homo est lapis, nullus lapis est homo. Exemplum secundi, nullus homo est omne animal: igitur nihil, quod est omne animal, est homo. In conuertente enim verbũ illud, quod est, additur, & alia verba sunt mutata. Tũc regulam Aristotelis sic intelligit, Vniuersalis affirmatiua de inesse, de præsenti, composita ex rectis, in qua nullus terminus est ampliatiuus, cuius prædicatum est terminus cõmunis explicitus, sine aliquo signo sumptus, conuertitur in partem conuersione propria. Probat regulam. primo, quia nulla reperitur instantia. secundo, quia ex opposito consequentis infertur oppositũ antecedentis intelligendo per oppositum contradictoriũ. Verbi causa, omne B est A, ergo aliquod A est B: quia si non, tunc nullum A est B: & sic nullum B est A. per Primam regulam: & vltra sequitur, ergo aliquod B nõ est: quod est contradictorium antecedentis. Intelligit regulam de ꝓpositione de inesse: quia in propositionibus de inesse loquitur Aristo. loquitur de propositionibus de præsenti, quia de propositionibus, quarum verbum est de futuro vel præterito erunt regulæ seorsum. loquitur de compositis ex rectis, quia de compositis ex obliquis, erunt aliæ regulæ. Loquit̃ in qua nullus terminus est ampliatiuus, quia de propositionibus, quarum aliquis terminus est ampliatiuus, erunt aliæ regulæ. Loquitur de propositionibus, quarum prędicatum est terminus communis explicitus, quia aliæ regulæ erunt de propositionibus, quarum prędicatum est terminus singularis, vel implicitus, loquitur demum de propositionibus, quarum prædicatum est sine signo, quia de propositionibus quarũ ꝑdicatum ponitur cũ signis distributiuis, vel particularibus, erunt aliæ regulæ. Ex his sequitur secundum ipsum omnem vniuersalem affirmatiuam cõuerti in parte aut conuersione propria, aut conuersione reductiue. Circa hanc positionem primo animaduertẽdum, ꝙ distinctionem Inguenei possumus ponere pro vsu sorticolarum verius hoc modo, ꝙ conuersio est duplex, materialis, & formalis: conuersio formalis erit, quando facimus de subiecto prædicatum, & econtrario nullo termino, aut ꝓpositione addita vel diminuta. Vt omne B est A, quoddam A est B. Materialis vero, quando illud facimus termino, vel propositione addita vel diminuta. Vt omne B est A, ergo aliquod, quod est A, est B: Hæc distinctio patet per similem distinctionem, quam Sorticolę fecerunt de consequentia, s. cum diuiserunt eam per materialem, & formalem. Secundo hanc distinctionem ponere possumus pro vsu peripateticorum hoc pacto, ꝙ conuersio est duplex: quædam bona per se, quædam bona per accidens: bona per se, est, quæ nullo alio termino, vel propositione indiget, vt sit, & videatur bona. vt omne A est B, ergo aliquod B est A, bona per accidens, quæ aliquo termino, vel propositione indiget, vt sit bona, vt omne A est B: ergo aliquod, quod est A, est B. Tunc posset dici ſm positionem Inguenei, ꝙ Arist. loquitur in conuersione bona per se, non autem in conuersione bona per accidens. Alĩ dixerunt contra Ingueneum omnem conuersionem bonam esse bonam per se, & formalem: quia siue addatur terminus, siue propositio, omne quod additur, est de formali intellectu alterius termini. Verbi causa, si dixero, nihil currit, de intellectu illius termini nihil, est aliquid: est enim sensus, nullum aliquid currit: quare si conuertitur sic, nullum currens est aliquid, non additur propositio, aut terminus, tanquam aliquid extranei ad subiectum, vel prædicatum: propterea conuersio est bona formalis, & per se.

Põ Ingueneí

Distinctio Inguenei alio mõ.

2. Põ.

Luculentissima Sol



Defensio positionis.

Pro hac positiõe argumentor, quia tunc aliquis syllogismus esset bonus in prima figura per accidens, qui esset ſm regulam. & deduco consequentiam faciendo hunc in tertia figura: omnis stella per se lucens est luculentissima: omnis Stella per se lucens est Sol. ergo Sol est luculentissimus. Reducitur autem conuersione minoris, quæ est bona per accidens, hoc pacto, omnis stella per se lucens est luculentissima: aliquid, quod est Sol, est stella per se lucens: ergo Sol est luculentissimus. Si ergo illa conuersio erit bona per accidens, tũc ille syllogysmus in tertia non potest reduci ad primam: nisi cõuersin, quæ est bona per accidens: & sic non esset reductio per se, & formalis. Tenendo hanc positionem, ꝓpositio vniuersalis affirmatiua quadrifariam ponit̃. Prima, cuius prædicatum est terminus discretus, vt omnis homo est Niphus. Secunda, cuius prędicatum est terminus cõmunis affirmatiue distributus, vt omnis homo ẽ omnis homo. Tertia, cuius prædicatum est terminus cõmunis negatiue distributus, vt omnis homo est nullus canis. Quarta, cuius prædicatum est terminus communis nullo signo affectus, vt omnis homo est animal. Hac distinctione præmissa solet dici, ꝙ propositio vniuersalis de prædicato termino discreto, quadrifariam bene cõuertitur. vt hęc, omnis homo est Niphus: vno modo in singularem propositionem nullo addito, vel diminuto, vt omnis homo est Niphus: ergo Niphus est oĩs homo. Secundo modo in singularẽ aliquo diminuto, vt omnis homo est Niphus: ergo Niphus est homo. Tertio modo cõuertitur in particularem affirmatiuam addita illa propositiõe, quod est, hoc modo, omnis homo est Niphus: ergo aliquid, quod est Niphus, est homo. Additur autem illa propositio (quod est) vt in conuersione vtraq; propositio seruetur in sua congruitate, non enim dici potest congrue, aliquis Niphus est homo. Quarto modo cõuertitur in vniuersalem affirmatiuam, addita, vt dixi, illa propositione, quod est: sequitur enim omnis homo est Niphus. Ergo omne, quod est Niphus, est homo. Conuertitur dico in vniuersalẽ, quando vna res nõ est eadẽ cuilibet diuersarum rerum. Quod additur, quia non valet: pater est hæc essentia, ergo omne quod est hęc essentia, est pater. Essentia enim diuina vna & eadẽ numero est eadem cuilibet diuersarum rerum. Hæc de prima propositione vniuersali, cuius prædicatum est terminus discretus. Propositio vero vniuersalis affirmatiua, cuius prędicatum est terminus cõmunis affirmatiue distributus, dupliciter conuertitur, primo in particularem

Quadruplex ꝓpõ vtis.

Quomõ vtis ꝓpõ conuertatur.

Regula Inguenei.
1. Regula. De cõuersione exclusiuę
Quõ vtis cõuertitur i exclusiuam.

rem affirmatiuam addita illa propoſitione, quod eſt: vt omnis homo eſt omnis homo, cõuertitur, ergo aliquid, quod eſt omnis homo, eſt homo. Additur autem illa propoſitio (quod eſt in conuertente) vt denoteť, ꝙ iſtud totum, omnis homo, ſe tenet ex parte ſubiecti in conuertente, ſicut ſe tenuit à parte prædicati in conuerſa. In cõuerſa enim illud ſyncategorema omnis poſitum àparte prædicati, erat pars prædicati. Vt ergo totum prædicatum ſeruetur cũ ſua totalitate additur, quod eſt. ſic enim dicendo aliquid quod eſt omnis homo, adhuc illud ſyncategorema oĩs remanet pars eius, cuius prius fuit pars, Si enim diceretur omnis homo eſt homo, non remaneret pars illius termini homo, ſed afficeret totam propoſitionem. Verum animaduerte hanc eſſe veram fortaſſe aliqd quod eſt omnis homo, eſt homo: & tamen illa fuit falſa, omnis homo eſt omnis homo. non enim de veritate diſputamus, ſed de conuerſione. Quod quomodo ſit, poſtea dicetur. Propterea conuertunt ſecundo ſic, oĩs homo eſt omnis homo: ergo omnis homo eſt omnis homo, tranſponendo terminos: vel ſic, omne B eſt omne A: ergo omne A eſt omne B: quia, ſi non omne A eſt omne B, hoc erit, vel quia A, aut quia B, ꝙ nullo ſupponit, vt vtar verbis Sorticolarum, & ſic qua ratione non omne A eſt omne B, ſic nõ omne B, eſt omne A, quod eſt oppoſitum antecedentis. Dicebatur enim, omne B eſt omne A: Vel erit, quia quoddam B ſit, & non ſit A, vel ꝙ quoddam A eſt, & non eſt B: & quicquid dicit, ſequitur, quod quoddam B non eſt omne A: cuius oppoſitum accipiebatur. Propoſitio autem vniuerſalis affirmatiua, cuius prædicatum eſt terminus cõmunis negatiue diſtributus dupliciter conuertitur. verbi cauſa, omnis homo eſt nullus lapis, igitur aliquis, qui eſt nullus lapis, eſt homo. Additur enim illa propoſitio, qui eſt, vt denotetur illud totũ (nullus lapis) in conuertente ſe tenere ex parte ſubiecti, vt in conuerſa ſe tenebat ex parte prædicati. Vt enim dictum eſt, ſyncategorema poſitũ cum prædicato, eſt pars prædicati, cum ponitur cum ſubiecto, non eſt ita, ſed afficit totam propoſitionem. Secundo conuertitur ſic, oĩs homo eſt nullus lapis: ergo nullus lapis eſt homo. Probo: quia ſequitur, omnis homo eſt nullus lapis: ergo oĩs homo non eſt lapis, ab affirmatiua de prędicato infinito ad negatiuam. Vltra, omnis homo non eſt lapis: ergo nullus homo eſt lapis, quæ æquipollet illi, omnis homo non eſt lapis. Valet ergo, omnis homo eſt nullus lapis: ergo nullus lapis eſt homo: illa enim, nullus homo eſt lapis, conuertitur in hanc, nullus lapis eſt homo. Vniuerſalis vero affirmatiua de prædicato termino cõmuni, & non diſtributo cõuertitur in parte, & non vniuerſaliter, niſi in tribus caſibus. Vel quando antecedens eſt impoſſibile, vt omnis homo eſt lapis: ergo omnis lapis eſt homo: quia ex impoſſibili ſequitur quodlibet. Vel quando ſubiectum & prædicatum ſunt termini cõuertibiles: quia ſequitur, omnis homo eſt riſibilis: ergo omne riſibile eſt homo. Vel quando inferius prædicatur de ſuperiori vniuerſaliter ſumpto, vt omne animal eſt homo: ergo omnis homo eſt animal. Hæc pro dilucidatione regulæ Ariſto. Sed pro ſolutiõe obiectionum Ingueneus ponit quatuor regulas: prima ẽ, ꝙ vniuerſalis affirmatiua conuertitur in excluſiuam, & econtrario, deductis impedimentis. Quod vniuerſalis affirmatiua conuertatur ad excluſiuam, probo: quia ſequitur, omnis homo eſt aĩal: ergo animal eſt homo, per regulam nunc declaratã: quæ eſt altera exponentium excluſiuæ. Rurſus ſequitur, oĩs homo eſt animal: ergo nihil aliud ab animali eſt homo: probo, quia ſi non, detur oppoſitum, tunc aliquid aliud ab animali eſt homo. Et tunc ſequitur, igitur aliquis homo eſt aliud ab animali per conuerſionem particularis affirmatiuę: & vltra, aliquis homõ eſt aliud ab animali: ergo aliquis homo non eſt animal: quod eſt oppoſitum antecedentis. ſequitur ergo, ſi omnis homo eſt animal, vt animal ſit homo, & nihil aliud ab animali ſit homo.

A Ex ĩſs vero exponentibus ſequitur: ergo tantum animal eſt homo. Ergo à primo ad vltimum, ſi omnis homo eſt animal, tm̃ animal eſt homo. Quod vero ad excluſiuam ſequatur vniuerſalis de terminis tranſpoſitis, patet. Sequitur enim tm̃ animal eſt homo: ergo omnis homo eſt animal. Et huius cauſa eſt, quia excluſiua venit ab vniuerſali, & ſic poteſt redire in illam. Diximus deducto omni impedimento: quia, ſi vniuerſalis affirmatiua includeret negationem, non valeret ab vniuerſali affirmatiua ad excluſiuam. non enim ſequitur, omnis homo nõ eſt omnis homo, igitur tantum omnis homo non eſt homo: quia prima exponẽs, ſ. omnis homo non eſt homo, eſſet falſa. Addunt quidam, ꝙ vniuerſalis affirmatiua ſit in terminis rectis: quia nõ valet ſecundũ eos, cuiuslibet hominis equus eſt animal: ergo tm̃ animal eſt equus hominis. quia dato, ꝙ quilibet homo habeat equum & bouem, antecedens eſt verum & conſequens falſum. Sed iſti errant: Primo, quia illa eſt vera, tm̃ animal eſt equus
B hominis etiam in caſu. Secundo, quia excluſiua correſpondens illi vniuerſali affirmatiuæ, non eſt illa, tantum animal eſt equus hominis, ſed hæc, tm̃ ens, cuius equus eſt animal, eſt homo. Patet, quia illa de obliquis, ſ. cuiuslibet hominis equus eſt animal: reducitur ad propoſitionem de rectis hoc pacto, quilibet homo eſt ens, cuius equus eſt animal: hæc vero ſic reducta cõuertitur ad excluſiuã hoc pacto, ergo tm̃ ens, cuius equus eſt animal, eſt homo: modo, hæc eſt vera (vt patet per exponentes. Quicquid ſit regula intelligenda eſt omnibus impedimentis deductis. Sed facile dici poteſt, & quidem magis peripatetice, ꝙ vniuerſalis affirmatiua infert excluſiuam de terminis tranſpoſitis, vt probatum eſt, & excluſiua infert vniuerſalem, ex qua venit. Hæc enim excluſiua, tm̃ oĩs homo currit, non infert illã, ergo omne currens eſt homo: quia non venit ab illa, & hoc modo intelligendo, nulla indiget limitatione. Verum de excluſiuis, in paruis logicis multa dicemus: vt de ſpeciebus,
C quot ſ. excluſiuæ ſint, De interpretatione excluſiuarũ, & de cõuerſione, nunc vero ſit dictum in tantum. Illud tamen debes ſcire, ꝙ licet ex vniuerſali affirmatiua ſequatur excluſiua de terminis tranſpoſitis, & ecõtrario: eſt tamen dubiũ, Vtrum ſit conuerſio, an conſequẽtia. Aliqui enim dixerunt, ſequi alteram alterã ſecundũ conſequentiam, non autem ſm conuerſionem. Aliqui dixerunt alteram alteram ſequi vtroq; modo. Verum dꝰ his poſtea. ⸗{De conuerſione exceptiuæ dixerunt, ꝓpoſitionem conuertẽdam eſſe hoc pacto, omnis homo præter Niphum currit, ergo quoddam currens aliud à Nipho eſt homo. Clarius tamen illã primo reducerem hoc modo, omnis homo præter Niphum currit: omnis homo, qui non eſt Niphus, currit: & tunc conuertitur ſic, igit quoddam currens eſt homo, qui non eſt Niphus. ⸗{Reduplicatiuam illam, omnis homo, inquãtum animal eſt ſenſitiuus, ſic reduxerunt quidam: ergo aliquid, quod in quantum eſt animal, & ſenſibile eſt homo. Ego vero di-
D co, ꝙ terminus, ſupra quem cadit reduplicatio, ſi nõ ſpecificat ſubiectum, ſe tenet ex parte prædicati: ergo ſenſus illius eſt, ꝙ omnis homo eſt ſenſitiuus inquantum animal. & tunc conuertet hoc pacto, ergo aliquid, quod eſt ſenſitiuum, inquantum animal, eſt homo. Sic enim denotatur terminum reduplicatum ſe tenere ex parte ſubiecti, ſicut antea ſe tenebat ex parte prædicati, quãdo vero terminus, ſupra quem cadit reduplicatio, ſpecificat ſubiectum, tunc eſt pars ſubiecti, & remanet cum ipſo in conuertente. vt omnis homo inquãtum albus eſt viſibilis, conuertitur, ergo quoddam viſibile eſt homo inquantum albus. Vniuerſalem vero affirmatiuam de incipit, vel deſinit, & id genus, prius reducẽdam eſſe dicit Ingueneus, & reſoluendam ad verbum eſt, & ad participium hoc modo, omnis homo incipit currere, omnis homo eſt incipiens currere: poſtea conuertit, ergo quoddam incipiens currere eſt homo. Ex ĩſs patet regula Ariſtotelis

Quorũdam additio.

Impugnatio

Propria op inio.

Queſtio.

Secũda regula de exceptiua.

Tertia regula de reduplicatiua.

Quarta de vſibus de incipit.

Solutio obiectionum.

stotelis, ꝙ vniuersalis affirmatiua conuertatur in parte: Tunc ad obiectiones facile respondetur. Ad primam Ingueneus respondet, ꝙ illa, omne animal est homo, conuertatur in parte, s. in illum, quidam homo est aial, quia nihil prohibet falsam in veram conuerti. veram autem in falsam conuerti bene est absurdum. Vnde Culuerbinus, qui est huius sententię, fecit differentiā inter vniuersalem affirmatiuam conuerti ad particularem affirmatiuam, & conuerti cum particulari. Propositionem enim conuerti cum propositione est, quādo vera cum vera, & falsa cum falsa conuertitur. Et hoc pacto vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua conuertuntur cū suis conuersis, Vniuersalis vero affirmatiua non cum particulari, sed in particularem conuertitur. quia potest falsa in veram conuerti, nō autem cum vera. alij & quidē verius, dixerunt illam, omne animal est homo, conuerti in vniuersalem, s. in eam, omnis homo est aial. Quia vnus de casibus reseruatis fuit, vniuersalem affirmatiuam cōuerti ad vniuersalem, quando subiectum in conuersa est superius, & prędicatū inferius, Prędterea ex illa, omne animal est homo, potest sequi, & quod omnis homo sit animal, & ꝙ aliquis homo sit animal, & quælibet alia: quia ex impossibile sequitur quodlibet. Ad secundam Ingueneus dicit, ꝙ illa est vera, populus est ens, vt ille terminus ens accipitur participialiter, s. pro ipso existēs. Populus enim est ens, quia est existens. Capiendo vero ens nominaliter, negat illam: quia tunc populus esset vnum: omne enim ens nominaliter est vnū. Vnū enim conuertitur cum ente nominaliter sumpto, & non cum ente participialiter accepto. Tunc dicit, ꝙ sicut illa est vera, populus est ens, i. existens, sic quoddam ens, i. existens est populus. Et, cum dicit, nullum vnum est populus, concedit, & negat: ergo nullū ens est populus. Vnū enim, quod conuertitur cum ente, non cōuertitur cum ente participialiter, sed nominaliter sumpto. Hāc responsionem approbat Ariminensis: qui vbiq; negat has, populus est vnum, compositum est vnum, et id genus. Sed in Theologicis nostris positionem hanc reprobaui: non oportet nunc immorari, nisi, ꝙ, cum Ingueneus asserit illam esse falsam, populus est ens sumendo ens nominaliter, non videtur verum dicere: quia ens transcēdenter sumptum nō est ens participialiter: quia illud nō prædicaretur nisi de existentibus tātum. modo hoc non tenetur ab omnibus: & ideo cōcedo ens vtroq; modo prędicari de populo, & vnum similiter (vt conuertitur, cū ente: non autem vnum, vt distinguitur cōtra multa. Et sic nego illam, nullum vnū est populus: quia aliquod vnū est populus, non quidem ea ratione, qua cōtra multitudinem distinguitur, sed qua contra nihil. Ad tertiam dictum est, ꝙ illa, omnis homo est aliquis homo, cōuertitur in hanc, aliquid quod est aliquis homo est homo: Quia, sicut in prima signum illud aliquis tenebat se cū prædicato, ita in secunda debet se tenere cum subiecto: Et propterea debet addi illa propositio, quod est. Ad quartam respondet Ingueneus, ꝙ illa, omnis homo est nullus lapis, cōuertitur in hanc, aliquid, quod est nullus lapis, est homo. et addit, ꝙ illa, omnis homo est nullus lapis, nō potest cōuerti in illam, nullus lapis est homo. Cuius causam dicit, quia in prima tempus copulæ nō distribuebatur. Cum enim dixero, omnis homo est nullus lapis, tempus copulæ nō distribuitur, in illa vero: nullus lapis est homo, distribuitur: modo ex nō distributo non sequitur distributum. Sed hic vir delirat, quia tunc ex affirmatiua de prædicato infinito nunquam sequeretur negatiua de prædicato finito: quia in secunda tempus copulæ distribueretur, & nō in prima. Ideo dicerem, ꝙ in nulla propositione tempus verbi substātiui nō resolubilis in aliud distribuatur, sed solum aut subiectum, aut prædicatum. Quare illa propositio, omnis homo est nullus lapis: cōuertitur, vt dictum est in regulis. Ad quintā patuit solutio: illa enim cōuersio fuit de casibus reseruatis. Ingueneus vero asserit illam esse cōsequentiam, quia bona est gratia materiæ, vel per accidens. Ad sextam Ingueneus respondet eodem modo, ꝙ illa est cōsequentia bona per accidens, non conuersio. Sed aliter dici potest iuxta regulas positas in quæstione. Ad septimam nego suppositionem, & concedo vsq; ibi, nihil non idem aiali est homo: quia nō idem & aliud æquiualent, quādo non idem accipitur infinitanter: ergo, sicut nihil aliud ab animali est homo, ita nihil non idem animali est homo. Quare negatur illa consequentia: ergo omne idem animali est homo: quia negatio illa non neganter, sed infinitanter tenebatur, alioquin nō idem, & aliud nō æquiualerent. Vnde, sicut non sequitur, nihil aliud ab animali est homo: ergo omne idem animali est homo, sic nō sequitur, nihil nō idem animali est homo: ergo omne idē animali est homo. Verum, si teneretur negāter, valeret secūda consequentia. Ad cæteras rationes patet solutio per ea, quæ dicta sunt in quæstione. Tertia regula erat particularis affirmatiua cōuertitur particulariter: Ideo quæritur vtrum hæc sit vera. Arguitur ꝙ nō per plures obiectiones. Prima, ꝙ hęc particularis, aliquis planeta est omnis Sol: conuertitur in hanc, omnis Sol est planeta. Secunda hæc, aliquis homo est Niphus, sic conuertitur, Niphus est homo: quæ nō est particularis. Tertia ex particulari nihil sequitur: sed cōuersio est bona cōsequētia: ergo ex particulari cōuersa nō sequitur particularis conuertēs. Hæc Ingueneus: Alij peritiores obiiciunt. Quarto, quia hæc est particularis & vera, aliquod monstrum intēditur à natura: quia per expositorium syllogismum, hoc intēditur à natura: hoc est aliquod monstrum: ergo monstrum aliquod intēditur à natura: & tñ hęc est falsa, natura intendit aliquod monstrum, Secūdo Physicorū. Quinto non sequitur, aliqua species est homo, ergo aliquis homo est species. Sexto sequitur, aliquod animal est homo, vt flebile: ergo omnis homo est animal: & sic vniuersaliter conuertitur. Septimo nō sequitur, aliquis exercitus est rotundus: ergo aliquod rotundum est exercitus: quia possibile est exercitum esse rotundum, nulla re, quæ est in exercitu, existente rotunda. Octauo nō sequitur, Augustinus & Niphus sunt supponēdo ꝙ supponant pro eodem, & sint multiuoca: ergo entia sunt Augustinus & Niphus. Culuerbinus vero Nono obiicit: quia nō valet, aliquis ignis ē extinctus: ergo aliquod extinctum est ignis: Prima cōceditur ex vsu loquētium, secūda ab omnibus negatur. Similiter non valet, aliquis homo est corruptus: ergo aliquod corruptū est homo.

Ingueneus vir acutissimus voluit particularem conuerti in particularem, solum, quādo prædicatum est terminus cōmunis, non distributus. vt quoddam B est A: ergo quoddā A est B. Addit regulam esse veram in propositionibus de inesse, de præsenti, de recto, in qua nullus ponit terminus ampliatiuus. In his enim regulis omnibus hæc semper sunt intelligēda. Quādo vero particularis nō fuerit sic limitata, dicit bene ex illa sequi aliquādo vniuersalem affirmatiuam, nō via conuersionis, sed via consequentiæ. Amplius & singularem simili ratione.

Sed pace sua dixerim hæc positio non est peripatetica: quia omnis propositio mundi potest conuerti cōuersione, quæ est principium reductiuum syllogismorū imperfectorum: ergo omnis propositio mundi potest conuerti conuersione per se, & formali. Ideo dicendum, ꝙ propositio particularis affirmatiua, quædam est, cuius prædicatum est terminus discretus, vt quidam homo est Niphus. Alia est, cuius prædicatum est terminus cōmunis, & distribuitur, vt quidā Sol est omnis Sol. Alia denique, cuius prædicatum est terminus cōmunis nō distributus. vt quoddam B est A. De prima, dixerunt, ꝙ talis particularis, quæ est de prædicato discreto, sine aliquo addito, non potest conuerti in particularem, sed in singularem. hæc enim, aliquis homo est Niphus, cōuertitur sine addito in hanc, Niphus est homo: quæ est singularis,

Alia opinio

Ad primam.

Ad secundā.

Vnū cōuertitur cum ente noīaliter, nō autē participialiter sumpta.

Ad tertiam.

Ad quartam Quę ingueneus de illa oīs hō ē nullus lapis.

Improbatio.

Propria rñsio.

Ad quintā.

Ad sextam.

Ad septimā.

Quęstio. Vtrū particularis affirmatiua cōuertatur in parte.

Refutatio.

Alia positio Particularis triplex.

Pō aliquorē

Correctio

Propria pō

De secunda particulari.

De tertia particulari. Primā q̄stiō.

Secundum.

Tertium.

gularis,& non particularis.Secundo dicunt, ꝙ illa cum addito potest cõuerti in particularem:quia sequitur,aliquis homo est Niphus,ergo aliquid,quod est Niphus, est homo. Tertio dixerũt,ꝙ talis particularis infert vniuersalem via consequentiæ,non via conuersionis: quia sequitur,aliquis homo est Niphus,ergo omne,quod est Niphus,est homo.Similiter,aliquis Sol est iste Sol:ergo omne,quod est iste Sol,est Sol. Fallit tamen(vt dicunt) in vno casu, vbi vna res numero est eadẽ cuilibet diuersarum rerum.Non enim sequitur,pater est hæc essentia, ergo omne, quod est hæc essentia, est pater: filius enim est hæc essentia diuina:qui non est pater. Et quia fallit in casu, ideo asserunt ex particulari huiusmodi nõ sequi de forma vniuersalem huiusmodi. Sed in ijs potest cadere correctio:quia secundum Philoponum singularis ꝓpositio est particularis,non absoluta, sed limitata:quã Neoterici discretam particularem appellant, ergo talis particularis nullo addito particulariter cõuertitur. Tertium quod dicunt falsum est: quia, si talis particularis infert vniuersalem via consequentię,& non via conuersionis, tunc talis consequentia esset enthymema, & ita posset reduci ad syllogismum probatiuum, quod non cõcederem. Præterea qua ratione in particularem conuertitur,eadem ratione in vniuersalem.Quia vtrobiq; cõuersio fit per additum. Teneo ergo talem particularem sine addito in particularem,& cum addito in particularẽ, & vniuersalem posse conuerti. sine addito quidem conuertitur in particularem limitatam, vt vtar verbis Philoponi,vel in particularem discretam,vt vtar verbis sorticolarum. cum addito vero conuertitur in particularẽ simpliciter,& in vniuersalem: nisi in casu dicto in diuinis,& in naturalibus de motu, qui est idem cuilibet diuersarum rerum,s.actioni,& passioni, vt superius diximus. De secunda particulari dicendum primo, ꝙ illa particularis de prædicato distributo affirmatiue infert vniuersalẽ:quia sequitur,aliquis Sol est omnis Sol,ergo omnis Sol est Sol. Probant, quia in prima prædicatum accipiebatur pro quolibet suo suppposito: Igitur,si debet fieri subiectum,debet accipi similiter.Et sic debet accipi cum signo. erat enim signum pars prædicati. Secundo dicendum, ꝙ hæc non est conuersio, sed consequentia: quia in prima prędicatum erat terminus cõmunis simul cum signo,in secunda subiectum est terminus cõmunis solum,quia licet ponatur signum,non est pars subiecti, sicut prius fuit pars prædicati.Tertio dicendum,ꝙ conuertitur in particularẽ hoc pacto, aliquis Sol est omnis Sol:ergo aliquid,quod est omnis Sol,est Sol : nam in secunda,illud signum omne, relinquitur pars prædicati, vt erat in prima. sin autem particularis fuerit de prædicato distributo negatiue,hæc non necessario conuertit. vt aliquis homo est nullus lapis:quia æquipollet particulari negatiuę, videlicet,huic, aliquis homo nõ est lapis: quæ conuertitur gratia materiæ,& nõ per se. De tertia particulari dicatur,vt dixit Ingueneus,s.ꝙ illa conuertitur particulariter,& sic Arist.intelligit. Sed quęres quomodo hæc conuertitur,ens est subiectum in metaphysica. Dicẽdum,ꝙ conuertitur in hanc,subiectum in meraphysica est iste terminus ens, si terminus ille haberet vtrumq; significatum. Propterea dari potest aliud exemplum, corpus mobile est subiectum physicæ: dici potest subiectum physicæ est ille terminus corpus mobile,secundum sorticolas. Quæritur secundo,quomodo cõuertitur ista, homo est subiectum:in hac enim,homo subiectum est: si dixero subiectum est iste terminus homo, falsa est:quia iste terminus homo est prædicatum. Dicendum,ꝙ sic conuertitur,quod fuit subiectum,s.in propositione cõuersa,est iste terminus homo. Tertio pono per casum,ꝙ,quãdo iste terminus A ponitur à parte subiecti,significat hominem,quando ponitur à parte prædicati, significet lapidem: & conuertatur hæc,A est homo:& patet,ꝙ,si dicatur,homo est A cõuersa erat vera,& conuertens falsa. Respondent sorticolæ casum nõ esse admittendum,quãdo positio vel impositio dependet ex diuersa terminorum situatione: quia diuersa terminorum situatio dependet ex veritate vel falsitate propositionis, & nõ veritas vel falsitas propositionis ex terminorum diuersa situatione.Ideo negatur casus,vel fortasse si admittitur, prima pars casus non est concedẽda, secunda pars minime,quia repugnat primæ. ideo totus casus potest negari.quia est vna copulatiua repugnans. Vel forte casus nõ debet admitti,quia dependet à futuro.ideo sub conditione admitti potest. Futurum vero,à quo dependet,est,ꝙ stante illa impositione cõuertatur.

Quarto pono tibi istam, tu conuertes primam ꝓpositionem tibi proponẽdam à me. Casus enim est possibilis,quia prima ꝓpositio proponẽda potest esse, quoddam B est A. Tunc propono istam, tu non conuertis aliquam propositionem. Vel ergo hanc tibi primo proposítam conuertes,vel non:non potes conuertere,quia est particularis vel singularis negatiua,quæ non potest cõuerti.si vero tu nõ conuertes,erit contra positum à me.

{De obligationibus quid peripatetici senserint,alias disputabitur.Hoc vnum scias obligationem nõ fuisse sorticolarum inuentũ,vt gloriantur, sed primo Gręci vtũtur illa, & peripatetici eam appellauerunt Thesim,nostri obligationem. Melius tamen Thesim,hoc est positionem,quia syllogismi,qui fiunt in hoc genere, omnes sunt Thetici, hoc est ex positis. Quot vero sint partes obligationis,& quomodo ponere differat à proponere, & quot modis fiat Thesis,alias disputabitur. Nũc vero scias Aristo.eam non abhorrere,immo, inquam,plurimis locis ea esse vsum. Tunc pro responsione, debes scire,ꝙ,quoties Thesis dependet,simpliciter non debet admitti, sed sub conditione, dum s.non ponatur aliquid aliud Thesi repugnans, sicut est in casu. Ex quo sequit,ꝙ,si quis ponat tibi,Tu negabis primam propositionẽ, quam tibi proponã, vel aliquid tale: Cuius veritas,vel casus dependet à futuro,nũquam debet admitti,verum de his alias.His dilucidatis,facile delentur obiectiones. Prima quidem deleta est,quia licet,sequatur aliquis planeta est omnis Sol:ergo omnis Sol est planeta:nõ sequitur via conuersionis,sed via consequentiæ. Nõ enim fit de prædicato toto subiectum.In prima enim illud signũ omnis erat pars prædicati,nunc nõ est pars subiecti, sed afficiens totam propositionem. & sic nõ est conuersio, sed consequentia bona per accidens. Bene tamen,vt dictum est,concedo illam cõuerti in particularem,sed hoc pacto:ergo aliquid,quod ẽ,omnis Sol,est planeta.Quia (vt dictum est)nunc illud signum,omne, remanet pars subiecti:quia totum subiectum est(quod est omnis Sol) sicut prius fuit pars prædicati. Secunda iterum deleta, quia vtraq; est particularis,licet non eodem modo. Tertia deleta est:quia licet ex particulari nihil sequatur via syllogismi,aliquid sequitur via conuersionis,vel via interpretationis alicuius termini. Ad quartam,dicunt,ꝙ illa,aliquod monstrum intenditur à natura,sic conuertitur:aliquod quod intenditur à natura,est hoc,demonstrato illo,pro quo prius supponebat in prima ille terminus monstrum. Vel sic,aliquid, quod intenditur à natura,est monstrũ hoc: additur autem illa particula,quod, quia verbum intenditur non habet participium præsentis temporis, in quod verbum illud resolui posset. Hoc enim participium,intẽtum,est præteriti temporis. Volunt etiam,vt addatur pronomen hoc in conuertente loco subiecti,quod erat in conuersa,& dicatur sic,aliquid quod intenditur à natura est hoc,s.canis vel lupus, vel aliquid tale,quo demonstrato,Prima fuit vera.sed meo iudicio,sufficit dicere,aliquid,quod intẽditur à natura, est monstrum. quia ille terminus monstrum in hac supponit determinate. Quia licet ille terminus intenditur notet actum mentis,& prȩcedat illum terminum monstrum, tamen non habet vim in illum terminum, quia non

Correctio

Propria põ

De secunda particulari.

De tertia particulari. Primũ ꝙstitũ.

Secundum.

Tertium.

Quartũ ꝙstitũ

De obligationibus.

Solutio obiectionum. Ad primum.

Ad secundũ. Ad tertium.


Ad quartũ.

non regitur ab illo verbo intenditur, sed ab illo verbo
Ad quintū. est. Ad quintam dico, ꝙ hæc est vera, aliqua species est homo, vt ille terminus homo accipitur, ꝑ conceptu isto homo. Et tunc sic conuertitur, iste conceptus homo est species, id enim, quod subintelligitur. debet exprimi.
Ad sextum, Ad sextam patuit Sol. illa enim conuersio est per accidens, quia subiectum cōuersæ est cōmunis, & prædicatum minus cōmune. Ad septimam dicunt, ꝙ illa ꝓpositio exercitus est rotundus, antequam cōuertatur debet
Ad septimū, reduci hoc modo, exercitus est rotundus exercitus, & tunc conuertitur sic, rotundus exercitus est exercitus.
Ad octauū. Ad octauam dico, ꝙ cōuertens erit, aliquod ens est Augustinus & Niphus: quia illa nota copulationis, Et, denotat non diuersitatem rerum significatarū, sed terminorum significantium. Ad vltimam Culuerbinus asserit hanc, aliquis ignis est extinctus, & id genus, oēs esse falsas, & propterea conuertens simili ratione falsa erit.
Ad nonum. Sed, cum dicitur, vsus concedit illas, dicit, ꝙ illas concedit gratia breuitatis ad hunc sensum, qđ prius fuit ignis, modo est extinctum: & hoc modo posset sic conuerti, quod modo est extinctum, prius fuit ignis: sed de his postea: nunc enim non loquimur in propositionibus de inesse, nisi de præsenti, & vbi non ponitur aliquis terminus ampliatiuus.

Quæstio de particulari negatiua. Quarta regula fuit, particularis negatiua non conuertitur. Contra dubitat. Quia si particularis negatiua non conuertitur, particulari negatiuæ repugnat cōuerti. sed particularis negatiua sequitur vniuersalem negatiuam: sequitur enim nullus homo est lapis: ergo aliquis homo non est lapis. Ergo, si particulari negatiuæ repugnat cōuerti, quæ sequitur vniuersalem negatiuam, etiam vniuersali negatiuæ repugnabit conuerti: quicquid enim repugnat consequenti, repugnat antecedenti in bona consequentia per se.

Nullus hō currit.	Quidā hō nō currit.	Nullū currēs est homo.	Quoddā currēs non est homo.

Ex ꝓportione vtris negatiuę cōuersę ad suam conuertētē, vniuersalē, arguitur ꝙ particularis negatiua conuertitur.



Secundo sicut se habet hæc, nullus homo currit, ad hanc, quidam homo non currit, ita quoq; se habet hæc, nullum currens est homo, ad hanc, quoddam currēs nō est homo. Igitur permutatim, sicut primū ad tertium, ita secundum ad quartum. ergo sicut prima conuertitur in tertiam, s. nullus homo currit, in hāc, nullū currēs est homo, ita quoq; secūda conuertet in quartā, s. quidā hō non currit, in illam, quoddam currens non est homo.

Tertium. Tertio singularis negatiua conuertit, vt Niphus non est Plato: ergo Plato non est Niphus: ergo particularis negatiua etiam conuertetur. Quia de particularibus negatiuis, & de singularibus negatiuis idem est iudicium.

Quartum. Quarto hæc est bona conuersio, aliquis homo nō est risibilis, ergo aliquod risibile non est homo.
Quintum. Quinto sequitur, aliquod animal non est homo: ergo aliquis homo animal non est: hæc enim est bona conuersio, & nulla contra ipsam reperitur instantia.
Sextum. Sexto hæc est bona conuersio, aliquod album non est grammaticum: ergo aliquod grāmaticum non est album. Pro dilucidatione, Sorticolæ supponunt, ꝙ ex parte suppositionis terminorum dupliciter consequentiæ bonitas impediri potest: vno modo, quando argumēmur á termino nō distributo, scilicet supponēte determinate, vel confuse tm̄ ad ipsummet supponētem distributiue: non enim sequitur, homo currit: ergo omnis homo currit: Alio mō impediri potest qñ argumētaremur à termino stante cōfuse tm̄ ad eundē stantē determinate vel discrete manente in consequente ea dictione vel eo syncategoremate, quæ, vel quod faciebat illū stare in antecedente confuse tm̄. exemplū, nō sequit, omnis homo animal nō est: igitur omnis homo istud animal nō est. quia in antecedente (vt dicunt) ille terminus aīal supponebat cōfuse tm̄ virtute illius signi omnis, in consequēte vero ille terminus animal supponit determinate, vel discrete ꝓpter illud pronomen istud. Dicunt (manente in consequente ea dictione) vel eo syncategoremate, quæ vel quod faciebat illum stare in antecedente confuse tm̄. sicut in casu, vbi remanet in consequente illud signum oīs, quia illa dictione vel illo signo non remanente, potest consequētia esse bona: quia sequitur, omnis homo aīal non est: ergo homo istud animal non est. Potest enim esse vera homine supponente pro Nipho, illo vero termino istud animal pro Platone, in quo casu hæc est vera, homo istud animal non est, quare & omnis homo animal non est, sequitur ergo homo hoc animal non est: sed cum illa dictione omnis, quæ ponebatur in antecedēte patet illam non valere. Sed vtrum hæc Sorticolarum suppositio sit vera, esset quærere, vtrum Suppositio sit inuentum peripateticum, quod nunc non intendo disputare, sed infra proprio loco. Verum Peripatetici primū impedimentum sub alijs verbis ponerent: dicerēt enim consequentiæ bonitatem impediri, qñ argumentum est à particulari ad vniuersalem terminis non variatis. non enim sequitur, aliquis homo currit: ergo omnis hō currit. Vel qñ argumentum esset à termino signo particulari affecto ad eundem terminū signo vl̄i affectum: quia non sequitur, aliquis homo disputat: ergo omnis homo disputat: & intellige, vt prius alijs terminis nō variatis: quia terminis, vel altero termino variato, posset valere. Sequitur enim, aliquis homo currit: ergo omnis homo aptus natus est currere. Secundum etiam impedimentū concederent non sub eisdem verbis, exemplum tū negarent: concederent quidē hoc modo à termino accepto cōmuniter ad eundē acceptum specialiter vel singulariter nō valet. Non enim valet, bis comedi caseum: ergo bis comedi hunc caseum. nam in prima caseum accepi cōmuniter, in secunda singulariter. Nō ergo valet, quia variatur modus accipiēdi terminum, vt dicetur in Elenchis. Possunt ergo hæc duo præcepta esse vera. Primū quidem sub illa forma, vel sub hac, à termino accepto ꝑ vno suo supposito indifferenter, ad eundem acceptum pro omnibus non est bona cōsequentia. Secundum sub hac à termino accepto cōmuniter ad eundem acceptum signanter nō valet argumentum. Vt in exemplo dato, hæc præcepta sunt secundum eum modum, quo vtitur Aristo. in Elenchis. dixi ꝙ peripatetici exemplum negarent, quia ita omnis homo animal nō est, sicut omnis homo non est animal, est propositio vniuersalis negatiua, cuius prædicatum supponit distributiue, vel accipitur vniuersaliter, vt peripatetice loquar. {Præterea dico adhuc, ꝙ ex parte suppositionis non solum sunt hæc duo impedimenta, sed alia, de quibus non oportet sermonem facere, sed pro exemplo do vnum. Non enim sequitur, homo est species: ergo aliquis homo est species, quia in prima secundum Sorticolas supponit ille terminus homo materialiter, in secunda formaliter, vt vero peripatetice loquar, in prima ille terminus homo accipitur ꝑ notione, in secunda pro re significata per notionē: & sic est fallacia æquiuocationis, vel accidentis, vt in Elenchis. Possunt esse alia impedimenta ex parte suppositionis, quæ nunc relinquenda sunt, quia sine illis possumus dilucidare rem nostram. His disputatis, Primo dicemus de cōuersione negatiuarum singularium, Secundo de conuersione negatiuarū particularium. De primo

Qualis pō sorticolari.

De cõuersione singularium negatiuarum.

mo accipiamus q̃ propositio singularis negatiua est duplex, Altera, cuius prædicatum est terminus discretus, Altera, cuius prædicatum est terminus cõmunis. Tunc dicendæ sunt duæ regulæ. Prima, propositio singularis, cuius prędicatum est terminus discretus, conuertitur in singularem negatiuam. Sequitur enim, Niphus non est Plato: ergo Plato non est Niphus: similiter sequitur, Niphus non est iste homo: ergo iste homo non est Niphus. Causam autem sorticolæ ex suis præceptis assignant, quia non variatur suppositio alicuius termini, ratione cuius consequentia impediretur. Peripatetici dicerent conuersionem valere, quia ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. Si enim non sequitur, Niphus non est Plato, ergo Plato non est Niphus, detur oppositum. Tũc Plato esset Niphus, & si Plato esset Niphus: tunc Niphus esset Plato per regulas prioris quæstionis: sed dicebatur, q̃ Niphus non est Plato: ergo ex opposito sequitur oppositum: quare conuersio bona est. Secunda regula, singularis negatiua, cuius prædicatum est terminus communis, conuertitur & ad particularem negatiuam, & ad vniuersalem negatiuam. Vt Niphus non est lapis, conuertitur, ergo nullus lapis est Niphus. Probant sorticolæ, Primo, quia ille terminus lapis, erat in prima negatiue distributus, & eodem modo in secunda. Secundo, quia ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. si enim nõ sequitur, detur oppositum, & erit, aliquis lapis est Niphus: quare per regulas præcedentis disputationis sequitur, Niphus est lapis, cuius oppositum sumptum est. Insuper conuertitur in particularem negatiuam, vt Niphus non est lapis: ergo aliquis lapis non est Niphus. probatur primo, quia ad illam, Niphus non est lapis, sequitur hęc, nullus lapis est Niphus. Ad hanc, nullus lapis est Niphus, sequitur, aliquis lapis non est Niphus, à subalternante ad subalternatam. ergo ad illam, Niphus non est lapis, sequitur, aliquis lapis non est Niphus. Secũdo probatur, quia consequentia est bona, cum non impeditur ex parte suppositionis: modo, in antecedente iste terminus lapis erat negatiue distributus virtute negationis præcedentis. sed ex distributo bene sequitur nõ distributum, è contra vero non, vt dictum est in præceptis. Hæc de singularibus negatiuis.

Qualis sorticola

De particularibus negatiuis.

De particularibus vero negatiuis, Sorticolæ præmittunt, quòd duplex est particularis negatiua in proposito. Altera, cuius prædicatum distribuitur, vt, si dixero, aliquis homo non est lapis, vel aliquis homo est nullus lapis. Alteram autem, cuius prędicatum non distribuitur, vt aliquis homo animal non est. Cum enim particula negatiua non præcedat illum terminum animal, dicunt illum non distribui, propter illam eorum regulam, nullum signum vim habet supra præcedentem terminum. Tunc ponunt tres regulas.

Pria regula.

Prima est, particularis negatiua, cuius prædicatum non distribuitur, conuertitur particulariter negatiue, cuius prædicatum non distribuitur. Verbi causa, quidam homo animal non est: ergo quoddam animal homo nõ est. Probant, quia detur oppositum consequentis, scilicet omne animal homo est, & sequitur per conuersionem vniuersalis in particularem: ergo aliquis homo animal est, immo sequitur vniuersaliter, ergo omnis homo animal est, quia vniuersalis affirmatiua, cuius subiectũ est superius, conuertitur in vniuersalem. sed hæc, omnis homo animal est, contradictoria est antecedenti, ergo fuit bona consequentia.

2. regula.

Secunda vero regula est, omnis particularis negatiua siue sit de prædicato distributo, siue non distributo, cõuertitur in particularem negatiuam, cuius prædicatum non est distributum. sequitur enim, quidam homo non est lapis: igitur, quidam lapis homo non est. Similiter sequitur, quoddam animal non est homo: igitur quidam homo animal non est. non enim impeditur consequentia propter mutationem suppositionis. quia à distributo ad non distributum consequentia

A potest esse bona. Tertia regula pro mente Aristo. Nulla propositio particularis negatiua de prædicato distributo cõuertitur per se in particularem negatiuam de prædicato distributo. nõ enim sequitur, quidam homo non currit: ergo quoddam currens non est homo. Hanc probant, quia à non distributo consequentia per se nunquã sequitur distributum. vt in præceptis sorticolarum dictum est, hoc est à termino non supponente distributiue ad seipsum distributiue supponentem, consequentia non est bona per se. Hoc pacto est in casu. Quia ille terminus homo, in illo antecedente, homo non currit, supponebat non distributiue, sed determinate: in cõsequente vero supponit distributiue, in hac enim, quoddam currens non est homo, ille terminus homo virtute negationis præcedentis supponit confuse distributiue. Dicunt consequentia bona per se, quia per accidens in aliquibus terminis valet. Primo quidem, quando termini sunt conuertibiles. sequitur enim, quidam homo non

B est risibilis: ergo quoddam risibile non est homo. Secundo, quando superius negatur de inferiori, vt quidam homo non est animal: ergo quoddam animal non est homo. Tertio, quando subiectum & prædicatum sunt termini disperati, vt quidam homo nõ est equus: ergo quidam equus non est homo. Quarto, quando antecedens est impossibile, vt quidam homo non est substantia: ergo quædam substantia non est homo. Quintus, quando consequens est necessarium, vt in eodem exemplo. Sextus, quando propositio est de inesse, quę venit ex contingenti posita in actu. Hæc sorticolæ. Quæ positio videtur omnino contra peripateticos. Ideo argumentor primo, quòd in ponendo suppositionem est insufficiens. nam propositio particularis negatiua nõ solum duplex, sed triplex est. quia Alia est, cuius prædicatum est terminus discretus, vt quidam homo non est Niphus, cuius sorticolę hic nõ meminere: Alia, cuius p̃dicatũ est terminus communis distributus, & Tertia secundum eos est,

C cuius prædicatum est terminus communis non distributus: ergo non duplex, sed triplex est. Secundo errant, quia nulla propositio esse potest particularis negatiua, cuius prædicatum non est distributum, ut superius probatum est, immo in hac, quidam homo animal non est, ille terminus animal, si est prædicatum, distribuitur. Quia vel illud verbum est, erit nota eorum, quæ de altero affirmantur, vel eorum, quæ ab altero negantur. non est nota eorum, quæ de altero affirmantur, quia tunc illa propositio non esset particularis negatiua, sed affirmatiua contra eos. Sin autem est nota eorum, quæ de altero negantur, oportet hic esse aliquod prædicatum, quod de subiecto negatur: & cum illud sit ille terminus animal, ille terminus animal negabitur: ergo supponit confuse distributiue. Dixi, si ille terminus animal est prædicatum: quia, si est pars subiecti, tunc propositio erit de secundo adiacẽte, cuius subiectum erit totum illud, homo animal, & prædicatum erit existens, cum

D resoluitur propositio hoc modo, quidam homo animal non est existens in rerum natura: sic autem intelligendo non est ad eorum propositum. quare, si propositio erit de tertio adiacente, & prædicatum est ille terminus animal, siue præcedat, siue sequatur negatio, semper distribuitur, ex quibus sequitur, q̃ sicut hæc est falsa, aliquis homo non est animal, ita secundum peripateticos hæc erit falsa, aliquis homo animal non est. semper enim vis negationis cadit in illo termino vbiuis posito. Sed occurres, & quidem satis peripatetice, quia secundum Aristote. si dico, quidam homo non est grammaticus, est vera de seruo meo, qui est hõ, & non grammaticus. Si uero dixero, non quidam homo est grammaticus, est falsa, quia æquipollet illi, nullus homo est grammaticus. quia (vt Aristoteles inquit in libro de Interpretatione, negatio præposita facit æquipollere suæ contradictorię. Ex his argumentor, si negatio habet

Casus in quibus valet cõuersio. Particularis negatiuæ.

Refutatio põnis.

Propõ particularis negatiua triplex.

Nulla est propositio particularis negatiua, cuius p̃dicatum non distribuit.

1. regula.

vim ſupra terminum præcedentem, tunc iſtę ęquipollerent, aliquis homo non eſt grammaticus, & non aliquis homo eſt grammaticus. At ſm Ariſto. inter illas nō parua differentia eſt, cum altera vera, altera falſa ſit. Ex hac differentia arbitror ſorticolas accepiſſe eorꝝ regulam, ſ. negatio non habet vim ſupra præcedentem terminum.

Solutio. Dicendum, ꝙ terminum ſequi, vel præcedere negationem ſm peripateticos poteſt eſſe aut ſitu, aut intellectu. tunc dico, ꝙ in illa propoſitione, quidam homo non eſt grammaticus, negatio ſequitur ſitu, & intellectu illum terminum homo: & ideo non habet vim ſuper eum. In hac autem, quidam homo animal non eſt, licet negatio ſitu ſequatur illum terminum animal, intellectu præcedit: quia, ſi ille terminus animal eſt prædicatum, oportet vt intellectu ſequatur. Regula ergo ſorticolarum eſt uera hoc modo, negatio non diſtribuit terminum, qui ſm intellectum præcedit: hoc enim modo eſt peripatetica. His habitis, perſpicuum eſt primas duas regulas ſorticolarum eſſe falſas, Primam quidem, quia nulla eſt particularis negatiua, cuius prædicatum ſm intellectū non diſtribuatur: & ſic, hæc eſt falſa, quidam homo animal non eſt, ſicut hæc, quidam homo non eſt animal. conceditur tamen, ꝙ illa, quidam homo animal non eſt, ſicut hæc, quidam homo non eſt animal, cōuertitur in illam, quoddam animal non eſt homo, & in hanc, quoddā animal homo non eſt. Non quidem propter eorum regulam, ſed propter ſecundum caſum, quia ſuperius in conuerſa negatur de inferiori. ſecunda vero, quia nulla particularis negatiua eſt, cuius prædicatum non diſtribuat. Propterea non ſequitur, quoddā animal non eſt homo, igitur quidam homo animal non eſt: hæc enim falſa eſt.

Dilucidatio. Particularis negatiua duplex. Pro dilucidatione ergo dico, ꝙ duplex eſt particularis negatiua. altera, cuius prædicatum eſt terminus diſcretus, vt aliquis homo non eſt Niphus. Altera eſt, cuius prædicatum eſt terminus cōis, vt aliquis homo non eſt lapis, & in qualibet harum quouis modo ſituetur prædicatum, ſemper ſm intellectum diſtribuitur. Tūc ſit vna regula, nulla particularis negatiua particulariter negatiue cōuertitur, nec ſingulariter negatiue: intelligo, vt ſorticolæ intellexerunt, ſ. conſequentia bona per ſe, ac formali, vtpote propter caſus aſsignatas. Hanc vnam regulam per inſtantiam Ariſto. probamus, quia ad deſtruendum ſufficit vnum: non. n. ſequitur, aliquis homo nō eſt Niphus: ergo Niphus non eſt homo. Nec ſequitur, aliquod animal non eſt homo: ergo aliquis homo non eſt animal. Hæc enim probatio eſt peripatetica, ꝙa deſtruimus per inſtantiam, conſtruimus autē ſyllogiſmo oſtenſiuo, aut ſyllogiſmo contradictionis, vt dixit Philoponus.

Sol. rōnum. Ad primū. Tunc ad rationes, Sortic olæ omnes ſoluunt. Primam, ꝙ illa regula, quicquid repugnat conſequēti repugnat antecedenti intelligitur antecedente, & conſequente ſumptis ſignificatiue, & non tenet conſequente materialiter ſumpto: & ſic, licet conſequenti repugnet particulariter negatiue conuerti, nō oportet propter hoc, vt repugnet antecedēti, ſ. vniuerſali negatiuæ: hæc eſt cōis ſolutio, quæ conſideratione digna eſt: ſed propter breuitatem trāſeo. Poteſt tñ dici, ꝙ illa regula intelligit quicquid repugnat conſequenti repugnat antecedenti repugnantia oppoſitionis, non repugnantia negationis: negatiuæ. n. propoſitioni particulari non competit conuerti, non tñ repugnat contrarie vel contradictoriæ. vel incōpoſsibiliter: ſed ſolum, quia non neceſſe eſt cōuerti, hoc pacto non oportet vt repugnet antecedenti.

Ad ſecundū. Locus a cōmutata proportiōe, vbi ſit efficax. Ad ſecundū dam dicunt locum à cōmutata proportione non valere niſi in terminis quantitatem ſignificantibus, vel reducibilibus ad quantitatem, veluti ſunt intenſio & remiſsio, & id genus.

Confutatio. Sed cōtra hanc reſponſionem vr illud Ariſto. 2. de Interpretatione, vbi utitur commutata proportione, & tñ nec in numeris, nec in quātis, nec in talibus. tu vero lege ea, q̄ ibi ſcripſimus, quia Ariſ. ea vſus eſt nō probatiue, ſed confirmatiue. Ad tertiam ſatis patuit in quæſtionis dilucidatione. Ad cæteras. ſ. quartam & quintam patuit ſol'. in dilucidatione.

Ad ſextum. Ad ſextam circa textū diximus, ꝙ Ariſt. dixit particularē negatiuam nō neceſſe eſt conuerti, ꝙa in ꝓpōnibus de ineſſe, q̄ ſunt contingentes poſitę in actu, oēs conuertunt. Hactenus de regulis generatim.

Quæſtio de impedimentis. Enunciato 87. Dilucidatur poſuit quę eē impedimenta conuerſionis: lege ibi rem peripatetica, non ſorticolarū captiūculas. Speciatim vero quærimus, vtrū propoſitiones impeditę eodem modo conuertantur ſicut propoſitiones expeditæ. & videtur ꝙ ſic, quia omnis propoſitio, quæ conuertitur, cōuertitur aut in terminis, aut in parte: ergo ſi impeditæ propoſitiones conuertuntur in terminis, vel in parte conuertentur, ergo eodem modo, ſicut expeditę. Pro intellectu tituli quid per propoſitiones, quid per expeditas in quæſtione intelligendum ſit, dilucidemus. Impeditas ergo propoſitiones in propoſito appello, quæ cum ſint ſimplices, hoc eſt reſolubiles in ſubiectum & prædicatum, tanquā in principales partes ſuas, non facile patet illarum conuerſio. Sunt hmōi, aut quæ defectu extremorū, aut obliquitate extremorum, aut varietate ſuppoſitionū, quibus extrema ſupponunt, vel, quod idem eſt, varietate accipiēdi extrema, vel obſcuritate determinationū, quibus extrema determinantur, vel differentia appellationum vel ampliationū, quibus extrema afficiuntur, non facile conſtat earum conuerſio. Ex quibus patet, quid per expeditas propoſitiones intelligimus. Intelligimus. n. eas aut vniuerſales, aut particulares, quæ nullo impedimento detētæ facile poſſunt conuerti. Vt omne B eſt A, & nullū B eſt A, & quoddam B eſt A: de his enim ſolum Ariſt. conſtituit regulas.

Pulchra dubō. Impeditas aūt nobis reliquit conſiderādas, quæ fortaſſe egent diligentiori calamo, q̄ illæ, de quibus locutus eſt Ariſt. Sed quæritur quales ſunt propoſitiones iſtę. Ad equitandum requiritur equus, ad motum requirit tempus, & id genus. Vtrum ſint impeditæ, vel nō ſunt conuertibiles. Reſpondent Sorticolæ, quorum aſſecla eſt Ingueneus, ꝙ in prima ille terminus equus, eſt ſubiectū. Cuius rationem affert, quia ipſe eſt ſolus rectus, reſiduū vero, ſ. requiritur ad equitandum, eſt prædicatum. Simili modo de ſecunda dici poteſt. Tunc vult, ꝙ ſic conuertatur, quod requiritur ad ęquitandū, eſt, vel poteſt eſſe, vel intelligi, eſſe hic, vel hic equus: & ſic de ſingulis deſcendendo diſiunctim ſub illo termino equus, ſimili ratione de ſecunda dicunt. Sed hæc reſponſio friuola eſt: quia, ſi ille terminus equus intelligitur ſubiectum, quia eſt rectus, vt uult Ingueneus, tūc ſm grammaticos eſſet ſuppoſitum verbi, & rectus à parte ante. Ergo nulla differentia eſſet dicere, equus requiritur ad equitādum, & ad equitandum requiritur equus, quod eſt contra eos, quia in prima ſupponit confuſe, in ſecūda determinate.

Propria ſol Præterea conuerſione eorum termini non mutant ordinem: eiuſdem. n. ordinis ſunt, ad equitandum requirit equus, & ad equitandum requiritur hic vel hic. Præterea hic eſſet deſcenſus, & non conuerſio. Propterea dicēdum, ꝙ huiuſmodi propoſitiones nec ſunt impeditæ, nec expeditę, ſed ſunt non conuertibiles cōuerſionibus, de quibus loquitur Ariſto. cauſa autem eſt, quia ſunt reductiue hypotheticæ. Secūdum. n. grāmaticos hęc propoſitio & ſimiles, ad equitādum requirit equus, reducit ad hanc, vt aliquis equitet, requirit equus: hęc autem eſt hypothetica permiſsiue, quia pōt ſic ꝓmitti ad hypotheticam, ſiquis debet equitare, eget equo, ut Boethus reducit. Ex quibus ſequitur, ꝙ, cum tales ſint potius hypotheticæ q̄ categoricæ, iure conuertuntur conuerſione, qua hypotheticæ conuertuntur. Ariſt. autem poſtea docuit conuerti hypotheticas, aut conuerſione per cōtrapoſitionem, hoc eſt ab oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis, aut è cōtrario ab oppoſito antecedentis ad oppoſitum conſequentis. Ex hac cōuerſione tales conuerti poſſunt.

Quinq; ipedimenta. Ex definitione ꝓpōnum impeditarū colligunt impedimenta ꝓpōnum eſſe quinq;. Primum eſt extremoꝝ (quibus cōſtant ꝓpōnes) defectus. Secundum eſt obliquitas, Tertiū eſt varietas ſuppoſitionum, aut

aut modorum accipiendi extrema. Quartum est obscuritas determinationum. Quintum est differentia appellationum, vel ampliationum extremorum. Pro declaratione ergo tot impedimentorum debes scire propositionem tãdiu esse impeditam in cõuersione, quãdiu non apparet quid in illa sit subiectum, & quid prædicatum. Illis. n. apparẽtibus, facere facile poterimus de subiecto prædicatum, & ê contra, quod est cõuertere. Ex quibus colligitur pro pręcepto in conuersionibus, oẽm propositionem, cuius quærimus conuersionẽ, esse resoluendam in subiectum & prædicatum. His habitis, dicamus, ꝙ propositio impedita defectu extremi, aut est impedita defectu vtriusque extremi, vt hęc, pluit, ningit, & id genus. Aut defectu alterius, & hoc dupliciter: aut defectu prædicati, aut subiecti. Defectu subiecti, propositio est impedita, quia deficit subiectum respectu verbi primæ, aut secundæ personæ, vt sum bonus, es philosophus, & id genus: aut deficit subiectum respectu tertiæ personæ, veluti in verbis impersonalibus, vt incipit annus, desinit ver; sin autem fuerit propositio impedita defectu prædicati, hæc esse potest de verbo adiectiuo, vt homo currit, et de verbo substãtiuo, vt Deus est. Tũc dicamus Primo, si deficit subiectum primæ vel secũdæ, vel tertiæ personæ, qua regula conuertentur, cõmuniter ergo omnes pro regula asserunt esse supplendum subiectum fm grammaticam artem. Deinde tentanda erit conuersio. Verbi gratia, cum deficit subiectum respectu verbi primæ personæ, vt si propositio sit hæc, sum philosophus, suppleatur ego, si respectu verbi secũdæ (vt si propositio sit) es sapiens suppleatur tu, erit ergo prima propositio, ego sum philosophus: secunda, tu es philosophus. sin autem deficit subiectum respectu verbi tertię personę, iterum fm regulas grammaticæ supplendũ erit. Vt si propositio sit, incipit annus, suppleatur sic, ab aliquo incipit annus, similiter desinit ver, ab aliquo desinit ver. Patet ergo regula, ꝙ in omnibus talibus fit supplementum subiecti, prout requirit constructio grammaticę. Sed tũc quæritur quomodo conuertentur propositiones suppletæ respectu tertię verbi personę, vt ille, ab aliquo incipit annus, ab aliquo incipit ver. Nam licet postea disputabitur, dum de cõuersione loquemur earum propositionũ, quæ fiunt ex obliquis, tamen pro modo, tales oẽs resoluendæ sunt in propositiones compositas ex rectis, s. faciendo de obliquo rectum, cum supplemẽto propositionis per modum posterius dicendum, hoc modo, aliquid est ens, ê quo annus incipit. Vbi patet, facta hac resolutione, ꝙ subiectum huius est ille terminus aliquid, prædicatũ totum illud, quod sequit, videlicet, ens, è quo annus incipit: ergo faciendo de subiecto prædicatum, & è contra conuersio erit ens, è quo annus incipit, est aliqd. Verum de hac postea. De propositionibus vero singularibus suppletis per pronomina primæ & secundę personæ, non parua quæstio est apud sorticolas, quomodo conuerti debeant. Ingueneus dicit, Primo, ꝙ illa, ego sum Niphus, cõuertitur in hanc, Niphus est ego. Ista vero tu es Plato, in hanc, Plato es tu. Secundo dicit, istę nõ possunt à quolibet homine mundi cõuerti. Tertio dicit, ꝙ solum cõuerti possunt à proferente. Vt, si ego proferrem illã in persona mea, ego sum philosophus, bene conuertere possum philosophus est ego, si in ꝑsona tua proferrem hanc, tu es sapiens, egomet dicere possum, sapiẽs est tu. Alius aũt à proferente, quicunq; eas conuerteret, falso conuerteret. Vt si tu conuerteres hanc, quam ego ꝑfero, ego sum philosophus, & diceres, philosophus est ego: hæc non erat vera de te, qui pastor es: sed de me, qui sum philosophus. Simili modo & si Plato faber ipsam conuerteret, etiã falso conuerteret. Sic igitur asserit has conuerti posse, sed non nisi à proferente. Sed hæc positio est derisibilis. Nam, si inuenirentur tales propositiones derelictæ in libris Platonis, tunc oporteret, vt Plato reuiuiscceret ad conuertendum has. Præterea tunc de conuersione istarum, non esset scientia, nisi durante persona tales propositiones proferẽte, & quid ridiculosius? Propterea alĩ peritiores dixerunt, ꝙ istæ sunt conuertibiles à persona proferente per modum dictum: sed, si audiens has, vult illas conuertere, verbi causa, si vult cõuertere hanc, tu legis, posito ꝙ ego illi loquens dicam ei tu legis. Ille sic conuerte, tu legis: legẽs est aliquid, quod ego sum. Tertius vero audiens ad quem nõ loquor, eam sic conuertat, legens est ille, demõstrando illum pro quo supponebat illud pronomen tu. Volunt igitur, ꝙ hæc propositio, tu legis, dato ꝙ ego loquar Platoni, qui nũc legit, à me illam proferente potest cõuerti in propria forma, vt videlicet legens es tu. Si vult illam conuertere, Plato, quem alloquebar, sic cõuertet non in propria forma: sed dicet, legens est aliquid, quod ego sum: sic enim propositio est vera, vt prius. Sed, si vult eam conuertere tertius, & alius à proferente, & à persona. Cui fiebat locutio dicat sic, legens est ille demonstrãdo Platonem legentem. Sed ego miror tantos viros. Nam, cum multa scripserunt in logica, & quidem acutissime, non debuerunt in tam friuolis quæstiunculis, sic aperte errare. Si enim cõuertere est facere de subiecto prædicatum, & è contra, & in talibus non potest fieri de subiecto prædicatum, & è contra, nisi à proferente, non video quomodo hęc conuersiones sint, cum non maneãt eadem subiecta, nec eadem prædicata. In illa enim, tu legis: subiectũ est illud pronomen tu, quando conuertit illam persona, quam alloquebar, tale pronomen remanet prędicatum. Simili ratione non fit de subiecto prædicatum & è contra, quando illas conuertit tertius, vt intelligenti patet. Ergo istæ non sunt conuersiones, sed trãslationes. Quid igitur dicendum sit in istis friuolis, non leue fuit mihi: cum viderim viros doctos in talibus titubare. Ego igitur dicerem has propositiones conuerti posse & à proferente, & à quolibet alio. Verum à proferente conuertuntur propria virtute, & per se. Ab alĩs vero conuertuntur vicarie, hoc est in persona eius, qui protulit illas, ac si esset ille. Nam has conuerti seruata illarum forma, & conditionibus conuersionum posset dupliciter fieri: aut ad sensum proferentis, aut ad vicem sensus proferentis. Verbi causa, hæc propositio, ego sum, quam protulit Brutus hostibus eum quærentibus, ad sensum bruti seruata forma, & omnibus conditionibus conuersionis nullus potest conuertere nisi brutus: solum enim ipse dixit, ego sum. Ergo solus ipse dicere potest, sum ego. Sin autem aliquis vult conuertere ipsam in propria forma, vt eam protulit Brutus ad vicem sensus, quo illam protulit Brutus non potest illam conuertere nisi vt vicarius Bruti, & in persona illius, quæ erit vera: vel vice vere prolata, & hæc veritas sufficit in talibus. Hactenus de propositionibus, in quibus deficit subiectum. De propositionibus vero, in quibus deficit prædicatum, dicamus: est enim res non leuis. Si igitur deficit prædicatum, verbum propositionis, vel erit adiectiuum, vel substantiuum. si adiectiuum, deductis alĩs impedimentis, de quibus postea: verbum secundum Philoponum resoluendum est in eius participium, vt si propositio fuerit, Cæsar militat, resolutio erit Cæsar est militans: & tũc facta resolutione, subiectum erit Cæsar, prædicatum erit militans. Habetur enim participium loco nominis, vt Philoponus inquit. Tunc conuerte, ergo militans est Cęsar. Sin autem verbum fuerit substantiuum. Quęstio est non leuis. Sorticolarum enim nonnulli tradunt propositiones tales, quarum verbum substantiuum secundo loco adiacet, non esse conuertibiles: quia (vt dicunt) carent prædicato. Et fortasse possunt moueri, quia tales non sunt syllogisticæ, & si sunt syllogismorum conclusiones, non categoricorum syllogismorũ sunt conclusiones, sed hypotheticorum, vt Secundo Posteriorũ patet.

Sed Boethus, & Philoponus tales conuertunt, quia licet non habeant prædicatum, subordinantur alicui, quę

Quãdiu propositio dicit impedita, & ꝙprimũ expedita.

Quod modis impedita defectu extremorum.

De suppletis ꝑ tertiam personam.

Quæstio. De suppletis ꝑ primã & secundam personam. Põ Ingueneï

De ꝓpõnibus in ꝙbus deficit prædicatum.

habet prædicatum. Hæc enim, Deus est, illi subordinatur, Deus est aliquid in rerum natura. sicut illa, vacuum non est, subordinatur illi, vacuum non est aliquid in rerum natura. Modo tales possunt cõuerti: illa ergo, Deus est: conuertitur in hanc, aliquid in rerũ natura est Deus.

Regula pro tertia propositione.

Ex his patet, ꝙ propositio impedita defectu subiecti, & prædicati, supplenda est vtraque ex parte. Vt hæc, pluit, suppletur natura pluit? Hæc autem resoluitur in hanc, natura est pluens, quæ postea cõuertitur in istam, pluens est natura: dices, quomodo hæc resoluitur, curritur ad vocem iucundam. Dicendum, quòd resoluitur in hanc, vox iucunda est aliquid, ad quod curritur. Tunc sic conuertitur, aliquid ad quod curritur, est vox iucunda, simili ratione cõuertitur illa, itur in antiquam syluam fortasse aliter resoluuntur. Prima enim sic, à gente curritur, & tunc resoluitur gens est aliquid è quo curritur. Conuersio autem nunc patet. Sed non est secundum constitutionem grammaticorum. Possunt & aliæ innumeræ solui quæstiones iuxta hæc præcepta, de quibus hactenus.

De impeditis extremorum obliquitate.

Et de impeditis extremorum obliquitate differendum est post hæc. Dicamus itaque, Primo, obliquitatem propositionibus accidere, aut ex parte subiecti, aut ex parte prædicati, aut ex parte vtriusque: ex parte vtriusque, vt animam meam tædet vitæ meæ. Ex parte subiecti, vt regis est benefacere, amicorum sunt communia omnia. Ex parte vero prædicati, vt incidit in syllam cupiens vitare carybdin. Hoc officium est patris familias.

Quæstio. Vtrum obliquus sit subiectum.

Si accidit obliquitas ex parte subiecti, quæstio non leuis est, vtrum debeat reduci ad rectum ante conuersionem. Quidam supponunt obliquum posse esse subiectum propositionis, vt in ista, duorum contrariorum est scientia vna. similiter in hac, vterque istorum currit, ille terminus istorum est subiectum. nam illud syncategorema vterque, nullum categorema includit præter illum terminum istorum. Cuius signum est, quia ille terminus istorum distribuitur ab illo signo vterque. Pro hac suppositione argumentamur, quia est iste bonus syllogismus, omnium contrariorum eadem est disciplina, bonum & malum sunt contraria. ergo boni & mali eadem est disciplina. Sed in prima figura, quod est prædicatum in secunda, erat subiectum in prima. Ergo, cum in secunda prædicatum sit ille terminus contraria. In prima subiectum fuit ille terminus contrariorum, quare obliquus potest esse subiectum. Præterea, subiectum est, de quo aliud dicitur, vt patuit: sed de illo obliquo contrariorum dicitur aliud, scilicet ille terminus disciplina. Præterea, Aristote. docet syllogizare ex maiore de recto, & minore de obliquo, hoc pacto: omnis disciplina est sapientia, boni est disciplina: ergo boni est sapientia. ergo obliquus potest esse subiectum. Sed quomodo obliquus possit esse subiectum, quæstio esset per se digna perscrutatione.

Põ Neoterico rum.

Tamen quantum proposito seruit, Neoterici dixerunt, quòd, quando obliquus præcedit verbum, aliquando ponitur solitarie, vt si dixeris, contrariorum est eadem disciplina, Regis est ius suum vnicuique facere. Aliquando ponitur ante verbum cum recto: & hoc vel cum recto sequente, vt hominis equus currit. Vel cum recto præcedente, & hoc dupliciter, sicut duplex esse potest rectus, qui obliquum præcedit, vel syncategorema, & hoc sine recto præcedente obliquum fieri non potest. Vt quilibet equus hominis currit. Vel categorema, & hoc esse potest cum signo, & sine signo, vt domus vicini comburitur. Ex quo sequitur, quòd non potest syncategorema præcedere obliquum, nisi adsit rectus, vel subintelligatur rectus. Vnde in hac, vterque istorum currit, subintelligitur homo: est enim sensus vterque homo istorum currit.

Conclusiones. Pria cõclõ.

His habitis, dicunt, quòd, quando solus obliquus præcedit rectum, obliquus est subiectum, vt contrariorum est eadem disciplina, subiectum est ille terminus contrariorum. Probant. quia adueniente signo supra obliquum, propositio redditur quanta: ergo obliquus est subiectum. Consequentia patet omnibus. Antecedens vero probatur, quia hæc est vniuersalis, omnium oppositorum est eadem disciplina.

2ª cõclusio.

Secundo dicunt, quòd, quando obliquus & rectus verbum præcedunt, ita (vt obliquus præcedat rectum, iterum obliquus solus est subiectum, vt in hac, hominis equus currit, subiectum solum est ille terminus hominis: probant, quia potest obliquus solus sine recto distribui, & facere propositionem vniuersalem: ergo solus ille est subiectum. probatur assumptum, quia, si dixeris cuiuslibet hominis equus currit, hæc propositio est vniuersalis, vt omnibus patet. Quod autem in illa solus rectus distribuatur, probant: ponendo per casum, quòd quilibet homo habeat equum, qui currat: verum sit vnus equus communis omnibus hominibus, qui non currat. Et tũc quærunt, vel in illa cuiuslibet hominis equus currit, præcise ille terminus hominis distribuitur, & non ille terminus equus, vel distribuitur ille terminus equus. si præcise ille terminus hominis distribuitur, & nihil aliud, ergo præcise ille terminus est subiectum. Quòd autem non distribuatur ille terminus equus, patet, quia tũc omnis equus curreret, quod est falsum. quia equus omnibus communis non currit, vt per casum patet. Et sic stat cuiuslibet hominis currere equum, & nõ omnem equum currere. Ex hac probatione patet, quòd siue obliquus ponatur solus, siue cum recto, modo ponatur primo loco semper est subiectum ſm hanc opinionem. Et causa est, quia vniuersalis propositio fieri potest sola obliqui distributione. Ex his duabus conclusionibus soluunt duos cauillos. Primus est, omnem hominem videns est vnum solum hominem videns, equus est hominem videns: ergo equus vnum solum hominem videt. Quia posito casu, quòd omnis homo videat seipsum, hæc est vera: omnem hominem videns est vnum solum hominem videns. & quod equus videat omnem hominem. nam tunc assumptiones veræ sunt, & conclusio falsa. Cauillus ergo peccat, quia minor debet esse hæc, sed equus est homo: ergo equus vnum solum hominẽ videt. Modo, minor est falsa, hic autem cauillus non deleretur, nisi subiectum maioris esset ille obliquus omnem præcise. Secundus cauillus est, cuiuslibet contradictionis altera pars est vera. Hæc propositio, tu es lapis, est contradictionis altera pars: ergo hæc propositio tu es lapis, est vera. Dicunt, quòd non bene sumitur, quia subiectum in maiori est ille terminus contradictionis. Ideo debet sic assumi minor. sed hæc propositio, tu es lapis, est contradictio, & sic est falsa. Qui cauillus non posset solui, nisi obliquus præcise esset subiectum.

3. conclusio.

Tertio dicunt, quòd, quando ante verbum ponitur obliquus, & rectus: & rectus obliquum præcedit, aggregatum ex recto, & obliquo est subiectum, vt domus vicini comburitur, subiectum est ille terminus, domus vicini. Probant ponendo per casum, quòd sit vnus equus syluester, qui nullus hominis sit possessio. Vltra ponatur quòd aliqui homines habeant equos, & aliqui non. Et vltra ponatur, quòd omnis equus currat excepto syluestro. omnia hæc sunt possibilia. Tunc hæc propositio est vera, omnis equus hominis currit, vt patet inducendo in omnibus. Et tamen non distribuitur ille terminus equus præcise, quia non omnis equus currit, quia non syluester, nec distribuitur ille terminus hominis, quia non omnis homo habet equum: ergo aggregatum illud distribuitur, cuius signum est, quia sub illo aggregato fit descensus. Sequitur. n. & hi sunt omnes equi hoĩs: ergo hic equus hominis currit, & hic equꝰ hoĩs currit, & sic de singulis equus hoĩs. Hæc sunt, quæ forticolæ tradunt de suppositione. Tũc hac suppositione stante dicunt, propositionẽ, cuius subiectum est p̃cise obliquus, sicut ĩ illis duobus casibus duarum primarꝫ cõclusionũ, non oportet ꝓpõnem resoluere: & ideo hæc, ꝓpõ, oppositorum est disciplina eadẽ,

conuertitur ſine reſolutione hoc pacto diſciplina eadem eſt oppoſitorum. Sed hæc poſitio, quo ad regulam conuertendi errat, quia ſiue ſubiectum præciſe ſit obliquus, ſiue obliquus & rectus obliquum ſequens, ſemper propoſitio eſt reſoluenda. Hęc, oppoſitorum eſt eadem diſciplina, reſoluitur hoc pacto, oppoſita ſunt ali qua, quorum diſciplina eſt eadem: contradictionis altera pars eſt vera, reſoluitur ſic, contradictio eſt aliquid, cuius altera pars eſt vera. Ergo conceſſa eis ſuppoſitione, adhuc propoſitio dicetur impedita, donec reſoluatur ad expeditam.

De ſuppoſitione.

De ſuppoſitione vero quid peripatetice ſit ſentiendū, non leue eſt diſſerere. Arbitror tamen obliquum non poſſe eſſe ſubiectum propoſitionis, quo obliquus eſt, ſed quo obliquus poteſt reduci ad rectum. Probo, quia apud Logicum verbum vltimata reſolutione verbum eſt ſolum ſubſtantiuum, ſed tale verbum ex parte ante & poſt ſolum cum rectis, vel reducibilibus ad rectos conſtruitur. Ergo ſolum rectus eſt ſubiectum, vel prædicatum, vel obliquus, quo reduci poteſt ad rectum.

Præterea, ſi obliquus quo obliquus poſſet eſſe per ſe ſubiectum vel prædicatum verbi ſubſtantiui, tunc non oporteret propoſitionem compoſitam ex obliquis reſoluere ad propoſitionem factam ex rectis, quia iam haberemus obliquum ſubiectum, quod poſſumus conuertendo facere prædicatum, & è contra. At nos videmus nullam propoſitionem ex obliquis conuerti, niſi prius in propoſitionem factam ex rectis vertatur. Teneo ergo obliquum, quo obliquus eſt, non poſſe eſſe ſubiectum, vel prędicatum propoſitionis: ſed eouſq; quouſq; poteſt reduci ad rectum ſecūdum artem dicēdam. Tūc patet ſolutio ad argumenta primæ poſitionis. omnia enim probant obliquum poſſe eſſe ſubiectum, non quo obliquus eſt, ſed quo fieri poteſt rectus, vel quo in rectum reduci poteſt. hoc enim modo poteſt diſtribui, & diſtributus propoſitionem efficere vniuerſalem: hoc modo poteſt ex ipſo fieri ſyllogiſmus. hoc pacto de ipſo prædicatur aliquid: hoc modo poteſt reddere ſuppoſitum verbi. Signum autem, quia, ſi aliquis obliquus ponitur in propoſitione, qui nō eſt reducibilis ad rectum, nec ſubiectum, nec prædicatum eſſe poteſt. Vt ſi quis dicat, Niphus mouetur clerici motu, quia enim ille obliquus non poteſt reduci ad rectum, nulla ratione poteſt eſſe ſubiectum, vel prædicatum propoſitionis illius.

Soto argu.

Regula pulchra.

Ex his colligitur regula pulchra, quòd, quando obliquus præcedit verbum ſolus, ipſe ſolus in reſolutione propoſitionis reducendus eſt ad rectum, vt regis eſt benefacere: rex eſt aliquid, cuius eſt benefacere. Sin autem obliquus & rectus præcedunt verbum, quando obliquus præcedit rectum, iterum obliquus in reſolutione reducendus eſt ad rectum, & rectus remanere debet à parte prædicati, quia ex ea parte ſe tenebat, vt contradictionis altera pars eſt vera, ſic reſoluitur, contradictio eſt aliquid, cuius altera pars eſt vera. Quando vero rectus prędecit obliquum, nulla opus eſt reſolutione: quia obliquus tunc eſt vt pars, vel determinatio ſubiecti, vt equus hominis currit, ſubiectum totum eſt rectus & obliquus, quia obliquus eſt, vt determinatio: ponitur enim ad differentiam equi ſylueſtri, vt poſtea dicemus.

Quādo obliquus ex parte ſubiecti.

His habitis dicamus, quòd ſi obliquitas fuerit ex parte ſubiecti, vel erit ſine recto, vel cum recto. Si ſine recto, ſit hæc regula, vt obliquus reducatur ad rectum, & in relatiuum ſui caſus: poſtea propoſitio eſt conuertenda. exemplum, regis eſt beneficia conferre, rex eſt, cuius eſt beneficia conferre, tunc conuertitur, ens, cuius eſt beneficia conferre, eſt rex. ſimiliter, ſi diceretur, omnium oppoſitorum eſt eadem ſciētia: reſoluitur ſic, omnia oppoſita ſunt, quorum eſt ſcientia eadem: quædam entia, quorum eſt ſcientia eadem, ſunt oppoſita. Sin autem obliquus à parte ſubiecti ponitur cum recto, ſi obliquus præcedit rectum, obliquus debet reduci ad rectum, addito poſt verbum relatiuo eiuſdem caſus. Et rectum debet fieri, vel remanere prædicatum, vel cum prædicato. Verbi cauſa, contradictionis altera pars eſt vera, ſic reſoluitur, contradictio eſt, cuius altera pars eſt vera. Illud autem relatiuum, cuius, vt dicemus, refert participium verbi, aut illud tranſcendens aliquid, quod ſemper poteſt intelligi. Ergo erit propoſitio ſic reſoluta, contradictio eſt aliquid, cuius altera pars eſt uera, tunc conuertitur ſic, aliquid, cuius altera pars eſt vera, eſt contradictio. Similiter reſoluitur hæc, omnem hominem videns eſt vnum ſolum hominem videns: omnis homo eſt aliquid, quod videns eſt vnum ſolum hominem videns: & tunc conuertitur, aliquid, quod vidēs eſt vnum ſolum hominem videns, eſt homo. At, ſi rectum præcedit obliquum, tunc obliquus eſt pars ſubiecti, & non oportet, vt mutetur, quia remanere debet, vt prius. vt ſi dicerem equus Achillis currit, conuertitur, currens eſt equus Achillis. Cauſa autem eſt, quia aggregatum ex recto, & obliquo eſt ſubiectum, vt dictum eſt. At, ſi obliquus ponitur à parte prædicati, ſcilicet poſt copulam, tunc ſemper ſubintelligitur rectus, ſcilicet participium verbi, & tunc aggregatum ex illo recto, & obliquo erit totum prædicatum. Verbi cauſa, lapis eſt in pariete, ſic reſoluitur, lapis eſt ens in pariete, tunc conuertitur, ens in pariete eſt lapis. ſin autem obliquus ponitur à parte prædicati, cum recto explicito, ſimiliter aggregatum ex recto, & obliquo erit prædicatum. verbi cauſa, equus eſt theſaurus ciuis, totum hoc, theſaurus ciuis eſt prædicatum: quare conuertetur, ergo theſaurus ciuis eſt equus. Ex his patet, quomodo propoſitio ſit reſoluenda: quando tam ſubiectum quàm prædicatum fuerint obliqua. Tamen Ingueneus pro præcepto aſſerit tales propoſitiones eſſe ſolum de verbis perſonalibus, & tunc præcipit, vt iuxta ſenſum illarum reſoluantur ad propoſitiones de verbis perſonalibus, & poſtea ſecundum regulas conuertantur. Verbi cauſa, animam meam tædet vitæ meæ, ſic reſoluitur: anima mea habet tædium de vita mea, tunc conuertitur habens tędium de vita mea. Similiter & illa me tædet vitiorum, reſoluitur, ego habeo tædium de vitijs, & tunc conuertas pro ratione regularum: Hæc tranſeant, quia non ſunt multum aliena.

Quīdo obliquus poniť a parte prædicati.

Quīdo tam ſubiectum q̄ prædicatum eſt obliqu⁹.

De impedimēto ex ſuppoſitione.

De tertio impedimento, quod proficiſcitur, quando termini mutant ſuppoſitionem, dicamus. et primo pro more Sorticolarum, ſecundo pro more peripateticorum, qui ſuppoſitiones non cognouerunt. Quantum ad primum dicamus, quòd ſuppoſitionum aliæ ſunt penitus & omnino incompoſsibiles, vt perſonalis, & materialis vel ſimplex, quia à termino materialiter, vel ſimpliciter ſupponente ad eūdem perſonaliter ſupponentem vel è contra non valet conſequentia. non enim ſequitur homo eſt ſpecies, ergo aliquis homo eſt ſpecies, nec valet, homo eſt animal, & animal eſt genus: ergo homo eſt genus. Aliæ ſunt omnino compoſsibiles, vt omnes determinatæ, omnibus determinatis, & diſcretæ omnibus diſcretis. Aliæ vero partim ſunt compoſsibiles, partim incompoſsibiles, ut diſtributiua & determinata, & confuſa. ſimiliter determinata confuſa, & diſcreta. Hæ enim compoſsibiles ſunt, quia altera alteram inferre poteſt, non tamen omni modo. Tunc pro præcepto dicunt in conuerſionibus eandem ſuppoſitionem ſecundum genus eſſe ſeruandam, & non ſecundum ſpeciem: non enim, ſi in prima ſubiectum materialiter ſupponebat, in ſecunda formaliter ſupponere poteſt, ſed oportet utrobiq; eodem ſuppoſitionis genere terminos ſupponere. at ſecūdum ſpeciem non oportet ſuppoſitiones ſeruare, quia poteſt ſubiectū in conuerſa ſupponere diſtributiue, quod in conuertēte ſupponet determinate, ut cum conuertitur uniuerſalis affirmatiua in particularē affirmatiuā. Pręterea in conuerſa prędicatū ſupponebat confuſe, q̄d poſtea in cōuertente ſupponet determinate: ſola ergo ſuppoſitio ſecun-

dum genus seruanda est. ergo pro regula dicendum pro
suppositionis obseruatione vbi oportet, esse addenda il-
la, quibus termini eadem generali suppositione ī vtraq;
supponant. vt si voluero conuertere hanc, homo est no-
men. cum in hac homo accipiatur pro voce, dicas, no-
men est homo in voce, vel ista vox homo, vel iste termi
nus homo. Verum animaduerte aliquando loco relati-
ui esse ponendum antecedens, & è contra in suppositio-
nibus. verbi causa, omne habens filium diligit illum, sic
conuertitur, aliquod diligens filium habet illum, vbi pa
tet loco relatiui esse positum antecedens, & è contra.

Quæstiones de conuersionibus.

Sed hic quæruntur duæ quæstiones. Prima est, quo-
modo conuertitur hæc, nullo homine currente, tu es
equus. similiter & hæc, neutrum oculum habendo, tu
potes videre. Sorticolæ enituntur has conuertere per re
gulas de obliquis, alij per regulas suppositionum. Sed
quodlibet proferente contrarium stultum est sollicitum
esse. Propterea dico omnes tales esse virtute hypotheti-
cas. Prima enim sic resoluitur, si nullus homo currit, tu
es equus. Secunda, si neutrum oculum habueris, tu po-
tes videre. Quo vero modo hypotheticę conuertantur,

Pō peripate ticorum.

superius diximus. Hæc pro Sorticolis. Peripatetici ve
ro, qui suppositiones non cognouerunt, dicerēt pro prę-
cepto in conuersione terminos non esse æquiuoce su-
mendos. Sumitur autem iste terminus homo ęquiuoce,
cum sumitur in altera pro seipso in voce, & quolibet si-
bi consimili, & in altera & pro re per vocem significata.
Ideo non bene cōuerteretur hæc, homo est bisyllabum:
ergo bisyllabum est homo. nam in prima accipiebatur
homo pro voce, & quolibet sibi consimili in voce, in se-
cunda pro re. Ergo pro præcepto secundum peripateti-
cos, oportet addere terminis aliquid, vt denotetur eodē
modo accipi in vtraq;. Erit ergo conuersio, bisyllabum

De impedimēto ex parte determiationis

est hęc vox homo, hæc peripatetice. Supereſt modo age
re de eo impedimento, quod reddit propositionem ob-
scuram ex parte aduerbij, vel alicuius determinationis.
Vbi debes scire, q̄ aduerbium vel determinatio posita
in propositione potest poni in propositione ad orna-
tum, aut ad enitentiam verbi, aut ad significandum obli
quum aliquem se tenentem ex parte subiecti. ad orna-
tum quidem, vt si dixerim, Niphus est quàm lucidissi-
mus doctor, aut Niphus est perlucidus professor. & tūc
tale aduerbium in conuersione debet remanere cum eo
propositionis extremo, ad cuius ornatum ponitur: con-
uertetur ergo, quàm lucidissimus doctor est Niphus. &
perlucidus professor est Niphus. Ad enitentiam verbi,
vt si dicerem Philomela suauiter cantat, bubo horrende
cantat, & id genus. Et, quia aduerbium, quod ponitur
ad enitentiam verbi se tenet cum verbo, & sic cum par-
tipio verbi: quare cū prædicato se tenebit. Ergo in con-
uersione tales aduerbiales determinationes debent se te
nere cum prædicatis: quare conuertetur prima sic, sua-
uiter cātans est Philomela: & cæteræ id genus similiter.
Ad significandum vero obliquum ponuntur aliquan-
do, vt si dixeris omnino cygnus est albus, penitus cor-
uus est niger. est enim sensus primæ in omni tempore cy
gnus est albus. Tunc per regulam de obliquo subiecto,
reducatur sic, omne tempus est, quo cygnus est albus.
Quæ per regulam de prædicato obliquo reducitur: om-
ne tempus est ens, quo cygnus est albus, quæ postea con
uertitur quoddam ens, quo cygnus est albus, est tēpus.
Secundæ vero sensus est, secundum omnem partem cor
uus est niger, quæ debet reduci secundum regulam de
obliquis. Præterea, ter Socrates pugnauit, vel ter Pla-
to comedit panem. Hæc. n. resoluitur sic, ternis vicibus
Plato comedit panē: modo per regulā obliquorum, hæc
reducitur sic, ternæ vices sunt vices, quibus Plato co-
medit panem: tunc conuerte sic, vices, quibus Plato co-
medit panem, sunt ternæ vices. Præterea, si dicatur
mutuo cōtraria se expellunt, sic exponitur, diuersis tem-
poribus contraria se expellunt, tunc reducitur, diuersa
tempora sunt tempora, quibus contraria se expellunt,
& tunc conuerte secundum regulam, tempora, quibus
cōtraria se expellunt, sunt tempora diuersa. Pręterea,
si diceres, infinities fuit eclipsis, resoluitur sic, quodlibet
vicibus & pluribus fuit eclipsis, quæ postea reducitur
sic, quodlibet vices & plures sunt vices, quibus fuit ecli
psis, & tunc conuerte, vices, quibus fuit eclipsis, sunt
quodlibet & plures. Præterea hic, & Romæ venditur
piper, secundum vnam opinionem in hac propositione
piper supponit confuse virtute illius termini venditur,
qui est concernens actum mentis. Secundum aliam sup-
ponit confuse virtute illius particulæ, & quæ est confu-
siua. non ergo bene conuertitur, hic & Romæ venditur
piper: ergo hic & Romæ venditur hoc vel illud piper,
vt Ingueneus autumat, quia hic est descensus. Sed hæc
propositio propter illud aduerbium hic, resoluitur in
hoc loco: & Romæ venditur piper, quæ reducitur sic,
hic locus & Roma sunt loca, quibus venditur piper. Er
go loca, quibus venditur piper, sunt hic & Roma. Vbi
patet illum terminum piper supponere in vtraque con-
fuse tantū, vel ratione illius termini venditur secundum
vnam opinionem, vel ratione illius termini loca, qui est
pluralis numeri includens notam copulationis, quæ se-
cundum opinionem alteram cōfundit. De vltimo im-

De ampliationis impedimento.

pedimento magnæ quæstiones fiunt, propterea quia ali
qui negant ampliationes & appellationes siue restri-
ctiones, sorticolæ vero concedunt, propterea magnum
emersit chaos in Logica, prætermissa igitur quæstione,
alias differenda de ampliationibus, & appellationibus,
de singulis in quibus sorticolæ à peripateticis dissentiūt
differendum nobis est. Quæratur ergo, vtrum propo-
sitiones de præterito, vel futuro eodem modo conuer-
tantur, sicut propositiones de præsenti. Pro dilucidatio-

Quæ Philoponus.

ne accipiamus primo, q̄ aliqua propositio accipi potest
pertinere ad præteritum vel futurum. Primo, quando
subiectum est participium futuri vel præteriti, vt hæc,
mortuum est homo. & illa, generandum est animal. Se-
cundo, quando prædicatum est participium præteriti,
vel futuri, vt homo est mortuus, animal est generādum.
Tertio, quando verbum est futuri vel præteriti tempo-
ris, vt senex fuit puer, puer erit senex, prægnans fuit vir-
go, & virgo erit prægnans, & id genus. Quarto, quan-
do verbum in propositione significat motum vel mu-
tationem: in hac enim, homo fit, licet verbum sit de prę-
senti, quia nihil fit subito, sensus est, homo qui erit, fit:
similiter homo definit, sensus est, homo qui fuit, definit,
vt dicemus. Sunt verba hæc, incipit, definit, fit, genera-
tur, corrumpitur, extinguitur, & omne verbum si-
gnificans motum, vel mutationem. Addūt quinto pro-
positionem pertinere ad futurum vel præteritum, quan
do in ea additur aut nomen aut verbum ampliatiuum,
vt sunt verba concernentia actum mentis, videlicet ap-
peto, intelligo, promitto, & id genus. Præterea &
hęc nomina causatum, causa, calefactiuum, productiuū,
& omne nomen in iuum terminatum, de quibus dice-
mus postea. Hac distinctione prænissa, quæritur,
vtrum propositiones, quæ sunt de præterito (propterea
quia participium est subiectum, quod est de præterito:)

Prima qō. Quot modis ꝑpō de ꝑterito vel de futuro conuertatur.

conuertantur eodem modo, sicut illæ de præsenti: cuius
nec subiectum nec prædicatum nec verbum est de præ-
terito. Respondent Sorticolæ quòd sic, si fuerint affir-
matiuæ: hęc enim, aliquod mortuum est homo, conuer-
titur in parte hoc pacto, aliquis homo est mortuus, licet
huius conuersionis antecedens sit falsum, et consequens
verum. non enim quæritur veritas conuersionis, sed
necessitas. si enim prioristice conceditur, aliquod mor-
tuum est homo, sequitur aliquis homo est mortuus. si-
militer hæc est bona conuersio, aliquod generandum
est animal: ergo aliquod animal est generandum. Et si-
militer antecedens falsum est, & consequens verum.
Et dicunt notanter, si fuerint affirmatiuę, quia, si fuerint
negatiuæ,

negatiue,non confimiliter conuertuntur. Hæc enim vera eſt, nullum mortuum eſt homo, & tamen hæc falſa, nullus homo eſt mortuus. Huius rei cauſa eſt, qa, quando participium ponitur à parte ſubiecti, tam ſubiectum quàm prædicatum ſupponunt pro ſuppoſitis, quæ ſunt de tempore verbi. In illa enim, nullum mortuum eſt homo, mortuum ſupponit pro mortuis, quæ ſunt, & homo pro hominibus, qui ſunt: & ſic, hæc eſt vera, nullum mortuum eſt homo. quando vero participium ponitur â parte prędicati, ſubiectum ſupponit pro illis, quę ſunt, & pro illis quæ fuerunt, ſi prædicatum eſt participium præteriti, vel pro illis quæ ſunt, vel pro ſuppoſitis, quæ erunt, ſi prædicatum eſt futuri temporis participiũ, non tamen eodem modo in particulari vel indefinita, & in vniuerſali. In particulari enim vel indefinita diſiũctiue, in vniuerſali copulatiue. Ergo dicendo, aliquis homo eſt mortuus ſecundum ſorticolas, eſt ſenſus, aliquis homo, qui eſt, vel aliquis homo, qui fuit, eſt mortuus. Dicendo vero, omnis homo eſt mortuus, ſenſus eſt, & omnis homo qui eſt, & omnis homo, qui fuit, eſt mortuus: ideo hæc eſt falſa, omnis homo eſt mortuus, quia altera pars copulati eſt falſa. Ergo hęc propoſitio, nullum mortuum eſt homo, ſm ſorticolas conuertitur ſic, nullus homo, qui eſt, eſt mortuus, & illa, nullum generandum eſt animal, conuertitur ſic, nullũ animal, quod eſt, eſt generandum. Philoponus diceret illam, nullum mortuum eſt homo, conuerti ſic, nullus exiſtẽs homo eſt mortuus, & illa, nullum generandum eſt animal, cõuertitur, ergo nullum exiſtens animal eſt generandũ: & ſic, quãtum ad regulam cõuerſionum talium peripatetici non differũt â ſorticolis, licet quantum ad rationem regulæ ſit aliqua differentia, vt dicemus. Secundo quęritur, vtrũ propoſitio, cuius prædicatum eſt temporis pręteriti vel futuri eodẽ modo conuertatur, vt conuertitur propoſitio non talis, ſ. quæ eſt à tali impedimento expedita. Verbi cauſa, vtrum hęc, aliquis homo eſt mortuus conuertatur vt alia expedita. Pro regula proponunt ſorticolæ, ꝙ omnis propoſitio, cuius prædicatũ eſt futuri temporis, vel præteriti, æquipollet vni categoricæ de ſubiecto diſiuncto ad tẽpus verbi, et ad tempus participĩ, quod eſt prędicatum, ſi propoſitio fuerit particularis vel indefinita. ſi autem propoſitio fuerit vniuerſalis ęquipollet vni categoricæ de ſubiecto copulato eodem modo ad illa tempore. Exẽplum primi, hæc propoſitio, aliquis homo eſt mortuus, æquipollet huic, aliquis homo, qui eſt, vel aliquis homo, qui fuit, eſt mortuus. Illa propoſitio, nullus homo eſt mortuus, æqpollet huic, nullus homo qui eſt, et nullus homo, qui fuit, eſt mortuus. Et ſic, hęc eſt falſa, nullus homo eſt mortuus. hæc etiam propoſitio, omnis homo eſt mortuus æquipollet huic, omnis homo q eſt, & omnis homo, qui fuit, eſt mortuus, quæ ſimiliter eſt falſa, vt prior. Similiter ſi prædicatum fuerit de futuro aliquod animal eſt generandum ęquiualet huic, aliquod animal quod eſt, vel aliquod animal quod erit, eſt generandum. Hæc vero nullum animal eſt generandum, & illa omne animal eſt generandum eodem modo intelligantur, vt priores de prædicato pręterito. Sed propter quid ita ſit dicendum, non facile â ſorticolis exponitur. Propterea ad mentem eorum debes ſcire, ꝙ propoſitio particularis vel indefinita affirmatiua, quæ pertinet ad præteritum, vel futurum ratione prędicati, quod eſt participiũ præteriti vel futuri, habet duas cauſas veritatis, vt hæc, aliquis homo eſt mortuus, eſt vera, ſi aliquis homo, qui eſt, eſt mortuus: ſequitur enim, aliquis homo, q̃ eſt eſt mortuus: ergo aliquis homo eſt mortuus. eſt etiã vera, ſi aliqs homo qui fuit, eſt mortuus. ſequitur enim, aliquis homo qui fuit, eſt mortuus: ergo aliquis homo eſt mortuus. Particularis ergo vel indefinita affirmatiua habet duas cauſas veritatis: alteram, quæ ſumitur â tempore verbi, alteram, quæ ſumitur â tempore participĩ. Simili modo dici põt de illa, aliquis homo eſt generandus. eſt enim vera, ſi aliquis homo, qui eſt, eſt generandus, & etiam eſt vera, ſi aliquis homo qui erit, eſt generandus. Ex his ſequitur, ꝙ quælibet propoſitio particularis vel indefinita, quæ pertinet ad præteritum, vel futurum propter prædicatũ, quod eſt participium præteriti vel futuri, æquipollet vni categoricæ de ſubiecto diſiuncto diſiunctione cadente inter tempus verbi, & tẽpus participĩ. Vnde hæc, aliquis homo eſt mortuus, æquipollet illi, aliquis homo qui eſt, vel aliquis homo q fuit, eſt mortuus. Et hæc, aliquod animal eſt generandũ, æquipollet illi, aliquod animal quod eſt, vel aliquod animal, quod erit, eſt generãdum. Propoſitio vero vniuerſalis, quæ pertinet ad præteritum vel futurum ratione prædicati, habet vnam cauſam veritatis, quæ eſt vna copulatiua cadens inter tempus verbi, & tempus prædicati. Hæc enim, omnis homo eſt mortuus, vera eſt, ſi oĩs homo, qui eſt, & omnis homo, qui fuit, eſt mortuus: & niſi hęc copulatiua ſit vera, illa nõ eſt vera. Similiter hęc eſt vera, nullus homo eſt mortuus, ſi nullus homo qui eſt, eſt mortuus, & nullus homo, qui fuit eſt mortuus: et niſi hæc copulatiua ſit vera, illa vniuerſalis non erit vera. ꝙ autem hęc copulatiua ſit cauſa veritatis in talibus, patet, quia ſicut propoſitio particularis vel indefinita eſt vera ſubiecto ſupponente diſiunctiue modo dicto, ſic vniuerſalis erit vera ſubiecto ſupponente copulatiue. Præterea ſi cauſæ veritatis in vniuerſalibus eſſent illæ duæ indifferenter, tunc iſtæ contrariæ, omnis homo eſt mortuus, & nullus homo eſt mortuus, poſſent eẽ ſimul verę. Prima enim erit vera de homine qui fuit, Secunda autem de homine qui eſt. Patet ergo, ꝙ vniuerſalis in talibus æquipollet vni categoricę de ſubiecto copulato copulatione coniungente tempus verbi, & tempus prędicati. Vnde hæc, omnis homo eſt mortuus, æquipollet huic, omnis homo qui eſt, & omnis homo, qui fuit, eſt mortuus. Volunt ergo Sorticolæ in conuerſionibus talium fieri ſubiectum diſiunctum prædicatum in particulãbus, & ê contra. In vniuerſalibus vero negatiuis ſubiectum copulatum debet fieri prædicatum, in affirmatiuis autem ſubiectum copulatum debet fieri prædicatum diſiunctum. Exẽplum primi, aliquis homo eſt mortuus: ergo aliquod mortuum eſt homo, qui eſt, vel qui fuit. Exemplum ſecundi, nullus homo eſt mortuus: ergo nullum mortuum eſt homo, qui eſt, vel homo qui fuit. exemplum tertĩ, omnis homo eſt mortuus: ergo aliquod mortuum eſt homo, qui eſt, vel homo qui fuit. Hæc ſorticolæ. Secundum vero Philoponum tales propoſitiones conuertuntur additis ſubiectis earum aduerbĩs eius temporis, cuius eſt participium, quod eſt prædicatum in eis. hęc, aliquis homo eſt mortuus, ſic reducitur, aliquis homo prius eſt mortuus, modo hæc conuertitur, aliquod mortuum eſt homo prius. Similiter, aliquod animal eſt generandum, reducitur ſic, aliquod poſterius animal eſt generandum, quæ conuertitur, ergo aliquod generandum eſt poſterius animal. In vniuerſalibus addenda ſunt aduerbia vtriuſque temporis, verbi, & prædicati. vt omnis homo eſt mortuus, omnis prius & nunc homo, eſt mortuus, & tunc conuerte. Similiter in negatiua. culuerbinus autem negat omnes tales: negat enim hanc, ignis eſt extinctus, & illam, homo eſt mortuus, & ſimiles: dicit tamen, ꝙ vſus concedit illas ĩ hoc ſenſu, quod prius fuit ignis, modo eſt extinctũ, tunc cõuertetur modo extinctum fuit prius ignis, & ſic venit quaſi in idem cũ Philopono. In ſimilem opinionẽ venit Albertus, ê quo Culuerbinus potuit colligere ſuã opinionem. Alĩ dixerũt, ꝙ tales propoſitiones, anteq̃ conuertantur debent diſtingui ſm duos ſenſus. Verbi cauſa, aliquis eſt mortuus, vnum ſenſum habet, aliquis hõ, qui eſt, eſt mortuus, & ſic eſt falſa. Alium habet, hõ qui fuit, eſt mortuus, & ſic eſt vera, & tũc debet cõuerti in hoc ſenſu. Sed, ſi fuerit uniuerſalis unum tm̃ habet ſenſum, videlicet, oĩs hõ & qui eſt, & qui fuit, eſt mortuus:

Quæ Philoponus.

De ampliationis impedimento.

Prima qõ

Quot modis ꝓpõ de ipſo vel de futuro conuertatur.

Secunda qõ in ampliationibus.

Reſponſio.

De vſibus.

Quę Culuerbinus.

Põ aliorum.

& sic est falsa. Videtur huic opinioni consonum illud, quod Primo Elenchorum Arist. ait laborās sanabatur, vbi distinguit illam. Tamen quid peripatetice sit dicendum, patuit. Tertio videndum est de conuersione earū propositionum, quæ pertinent ad præteritum, vel futurum ratione verbi copulātis subiectum cum prædicato, vt de his, Prægnans fuit virgo, virgo erit mulier, decapitatus cantabit, & id genus. Respōdent sorticolæ supponendo, ꝙ copula præteriti vel futuri temporis ampliat subiectum ad supponendum disiunctiue pro suppositis, quæ sunt de tempore verbi, vel de tempore presenti in propositionibus particularibus vel indefinitis: in uniuersalibus vero copulatiue. Exemplum, prægnans fuit virgo, ille terminus prægnans in hac indefinita supponit pro eo quod est, vel fuit prægnans: vnde sensus est, quod est vel fuit prægnans, fuit virgo. Hæc enim vera est, quia licet quod nunc est prægnans, non sit nunc virgo, fuit virgo: similiter senex fuit puer etiam intelligitur eodem modo. Hæc vero, puer erit senex, æquipollet huic, quod est vel erit puer, erit senex. In vniuersalibus vero ampliat ad supponendum pro eisdem copulatiue. verbi causa, omnis prægnans fuit virgo, æquipollet huic, omne quod est, & quod fuit prægnans, fuit virgo. Præterea, omnis puer erit senex, æquipollet huic, omne, quod est, & omne quod erit puer, erit senex, quæ falsa est, veluti & prima. Hæc vero, nullus senex erit puer, æquipollet huic, nihil, quod est, & nihil quod erit senex erit puer, & quia hæc copulatiua erit falsa: ideo illa propositio est falsa. Potest etiam patere alia ratione, ꝙ illa sit falsa, nullus senex erit puer, quia sua contradictoria est vera, videlicet, aliquis senex erit puer: nam aliquod, quod est, vel erit senex, erit puer. Sed dices, quare copula de præterito ampliat subiectum ad supponendum disiunctiue vel copulatiue, pro suppositis de tempore verbi, & de tempore præsenti. ꝙ enim ampliet ad supponēdum pro suppositis de tempore verbi, hoc non caret ratione, quia verbum dat quod habet: sed cur ampliet ad suppositā de tempore præsenti, obscurum est.

De ptinentibus ad præteritū vel futurum rōne verbi. Responsio.

Dubō.

Solutio.

Dicendum hoc fortasse procedere, quia tempus præsens præsupponitur omni tempori, & sic copula de præterito, & copula de futuro subiectum disiungit ad suppositā sui temporis, & etiam ad suppositā de tempore præsenti. Ex his volunt sorticolæ in particularibus vel indefinitis vel singularibus cum conuertuntur, debere fieri de prædicato subiectum, & de subiecto prædicatum, modo quo accipiebatur subiectum. Vnde hęc propositio, prægnans fuit virgo, sic conuertitur, quod est vel fuit virgo, fuit prægnans: sic enim ille terminus virgo supponebat. Est autem hæc propositio conuertens vera, quia licet quod est virgo, non sit prægnans, quod fuit virgo annis decem elapsis, fuit prægnans proximo anno. Vniuersalis autem affirmatiua etiam conuertitur in parte hoc modo, omnis prægnans fuit virgo: ergo aliquid, quod est, vel fuit virgo, fuit prægnans. Non enim oportet vt subiectum sumatur copulatum, sed disiunctum, quia conuersio est in parte, & non in terminis. Vniuersalis vero conuertitur in subiectum copulatum, quia conuersio vniuersalis est in terminis. Sequitur enim, nullus puer erit senex: ergo nihil, quod est senex, & nihil, quod erit senex, erit puer. Et quia hæc est falsa, ideo cōuersa fuit falsa. Sed quæres quomodo conuertitur propositio, cuius copula est de pręterito, et prędicatum de futuro, vt hęc Socrates fuit generandus, vel illa, cuius copula est de præterito & prædicatum participium de præterito. vt Niphus fuit genitus. similiter in illis de futuris fieri potest eadem dubitatio. Respondent ꝙ conuertuntur sine ampliatione (addito aliquid quod fuit vel erit de tempore verbi) vt illa, Socrates fuit generandus, sic conuertitur: aliquod, quod fuit generandum, fuit Socrates. Illa vero, Socrates fuit genitus, sic conuertitur, aliquod quod fuit genitum, fuit Socrates.

Regula.

Dubōnes bonæ.

Solutio.

E

F

G

H

Sed dices, nunquid in talibus singularibus oportet prędicatum esse distributum, vt dictum fuit in conuersionibus propositionum singularium. Dicendum, quod non. Non enim sequitur, Socrates fuit generandus: ergo omne quod fuit generandum fuit Socrates. Regulæ enim, quæ dictę sunt in conuersionibus singularium, intelligebantur in conuersionibus propositionum expeditarum. Quęro secundo, quomodo conuertuntur propositiones, quarum tam subiectum, quām prædicatum sunt participia futuri, vel præteriti. vt hæc, quoddam mortuum fuit generandum, dicēdum, ꝙ eodem modo. Sequitur enim, quoddam mortuum fuit generandum: ergo aliquid, quod fuit generādum, fuit mortuum. Hęc Sorticolæ. Culuerbinus asserit omnes tales propositiones esse distinguendas, & sumpto sensu vero, in illo iubet eas conuerti. Verbi gratia, nullus senex erit puer. Hæc secundum eū distinguenda est: quia hęc propositio est multiplex, quia senex potest accipi pro sene qui est, & pro sene qui erit. si pro sene, qui est, erit sensus, nullus senex, qui est, erit puer: quæ postea in hoc sensu conuertitur: ergo nullus puer erit senex qui est. Sin autem sumatur pro sene, qui erit, sensus est, nullus senex, qui erit, erit puer. Quæ si conuertatur, erit falsa, etiam sicut conuersa erat falsa. Similiter hæc, nullus puer fuit senex: potest distingui, aut pro puero, qui est: & tunc est sensus, nullus puer qui est, fuit senex, quæ conuertitur: ergo nullus senex fuit puer, qui est. Sin autem accipitur pro puero, qui fuit, propositio est falsa, & conuertens etiam falsa. Sed in hac Culuerbini determinatione est dubitatio nō parua, quia si ita fiat, vt Culuerbinus arbitratur, erit conuersa vera, & conuertens falsa. Hæc enim vera est, nullus senex, qui est, erit puer: hæc tamen videtur falsa, nullus puer senex, qui est. Nam ab omnibus conceditur hæc, Antichristus potest esse homo, qui est. ergo â pari ab omnibus erit concedendum, aliquis puer potest esse senex, qui est. Quare hæc concedenda erit, puer erit senex, qui est, cum contingens propositio aliquando valeat vnam de futuro. Igitur hæc est falsa, nullus puer erit senex, qui est, quia eius contradictoria erit vera, scilicet aliquis puer erit senex, qui est. quare conuersa erit vera, scilicet nullus senex, qui est, erit puer: & conuertens falsa, nullus puer erit senex, qui est, quippe, cū aliquis puer erit senex, qui est. Si enim potest esse, aliquando erit senex, qui est. Philoponus ergo vult tales propositiones esse reducendas ad propositiones de pręsenti additis aduerbijs eius temporis, quod in propositionibus ponebatur. postea vult illas esse conuertendas. Vnde hæc, senex fuit puer, sic reducitur, senex est prius puer. Quæ conuertitur, prius puer est senex. Hæc vero, mulier fuit virgo, sic reducitur, mulier est prius virgo, quæ conuertitur, prius uirgo est mulier. Similiter, uirgo erit mulier, sic reducitur, virgo est posterius mulier, quæ conuertitur, posterius mulier est virgo. Similiter hæc, omnis mulier fuit virgo: reducitur sic, omnis mulier est prius virgo: tunc cōuertitur, quædam prius virgo est mulier. Hæc autem, nullus senex erit puer, sic reducitur, nullus senex est posterius puer, quæ conuertitur, nullus posterius puer est senex. Sed quæres, quomodo conuertitur hæc, decapitatus cantabit, & illa, corrupta erit virgo. Philoponus negat omnes tales, quia nullo modo possunt reduci ad propositionem de præsenti additis aduerbijs, & quia sunt falsæ, falso conuertentur. Vel dici potest, quod illa sic reducitur, posterius decapitatus, prius est cantans: tunc conuertitur, prius cantās est posterius decapitatus. Supereſt modo videre quomodo propositiones de verbis significantibus motum vel mutationem cōuertuntur. Et primo debes scire, ꝙ quędam verba significāt motum vel mutationem positiue, quædam priuatiue. Exemplum primi, fit, generatur, mutatur, & incipit, & id genus. Exemplum secundi, vt desinit, corrumpitur, remittit, & id genus. Primo ergo dicendum est de

Bona.q.

Solutio.

Quę Culuerbinus.

Dubō cōtra Culuerbini pōnem.

Quæ Philoponus.

Dubō.

Solo.to

Secūda.

De ppositionibus signifi cantibus motum priuatiue.

De ppōnibus signāntibus mutationem.

est de propositionibus de verbis significantibus motum vel mutationē positiue, deinde de alijs. De primis vero adhuc possumus loqui, aut de propositionibus: quarum verba accipiūtur sine termino sequente, vt cū dicimus, homo fit, homo generatur. Aut de propositionibus, quarum verba accipiuntur cum termino sequente. vt cum dicimus, homo fit albus, vel homo desinit esse crispus. Adhuc, si loquimur de propositionibus, quarum verba accipiuntur sine apposito, adhuc possumus loqui de propositionibus, quarum verba significant subitariam mutationem, aut successiuam. exemplum primi, vt aula illuminatur. exemplum secundi, vt domus fit. Loquemur ergo primo de propositionibus, quarum verba significant mutationem subitam, & sine apposito, vt domus illuminatur, & dicimus fm Sorticolas, ꝙ tales cum conuertuntur, in omnibus conuertentibus debet addi relatiuum quod, cum verbo significante mutationē, & verbum est. vnde hæc propositio, Aula illuminatur, cōuertitur sic, quod illuminatur, est aula. Quod enim illuminatur in conuertente remanet subiectū, quod prius erat prædicatum, aula vero remanet prædicatum, quæ fuit subiectum. Secundo loquamur de propositionibus, quarum verba significant motum sine apposito, vt sunt tales, domus fit, homo generatur, A incipit esse, & id genus. Et dico fm Sorticolas, ꝙ tales conuertuntur addito quod, cum verbo propositionis: verbum tñ substantiuū debet esse futuri temporis. Vt homo fit, conuertit, ergo quod fit, erit homo. Domus generatur, ergo quod generatur, erit domus. A incipit esse, quod incipit esse, erit A. causa autem est, quia verbum significans motum nō potest facere propositionem veram de præsenti, sed de futuro. Hęc enim homo fit, vera est, quia quod erit hō, fit. Similiter domus generatur, vera est: quia quod erit domus, generatur. Talis autem debet esse sensus conuertētis. Sed, qñ verbum significaret subitariam mutationē, vel successiuam, non semper est per se manifestum, ideo placeret mihi ad mentem Sorticolarum, vt tales conuertantur in categoricam de p̄dicato disiuncto disiunctione cadente inter verbum substantiuum de futuro, & de præsenti. Verbi causa, hæc domus fit: conuertetur ergo quod fit, est, vel erit domus. nam sensus conuersæ erat, quod est vel erit domus, fit: & talis debet esse sensus conuertentis. Verbum præterea, fit, est ambiguum an subitariam, an successiuam mutationem dicat. Simili ratione hæc, A incipit esse, conuertetur: ergo quod incipit eē, est vel erit A. Nunc dicamus de propositionibus, quarū verba significant mutationem, cum apposito, vt sunt istæ Socrates fit homo, Niphus fit Philosophus, Plato incipit esse animal, Plato incipit esse grammaticus. nā, si appositum est terminus quiditatiuus, vel acceptus per modum substantiæ sine resolutione conuertitur. vt Niphus fit homo, conuertitur, Ergo homo fit Niphus, albedo fit color: Ergo color fit albedo. Sin autem appositum sit concretum de genere accidentis cum resolutione cōuertitur. vt Niphus fit philosophus: ergo quod fit philosophus, est vel erit Niphus. Additur autem prædicatū disiunctum, quia aliquid potest simul incipere esse, & incipere esse tale. vt si aer inciperet esse sole existente supra terram, hæc est vera, aer fit lucidus, & tñ hæc esset falsa, quod fit lucidum est aer. Propterea addēdum est, quod fit lucidū, est vel erit aer. Hactenus de ꝓpositiōibus, quarum verba significant motū vel mutationem positiue.

De ꝓpositionibus significantibus motum priuatiue.

De propositionibus vero, quarum verba significant motum vel mutationem priuatiue, simili modo debent regulæ fieri: nisi, ꝙ disiunctum debet esse inter verbum substantiuum de præsenti, & de præterito, Verbi causa, Niphus desinit esse, sic conuertitur: ergo quod desinit esse, est vel fuit Niphus. Similiter Socrates corrumpitur, conuertitur, ergo, quod corrumpitur, est vel fuit Socrates. Hæc vero, Niphus desinit esse albus, non conuertitur in illam album desinit esse Niphus, sed A in hanc, quod desinit esse albū, est vel fuit Niphus. Hæc Sorticolę de propositionibus quarum verba significant motum vel mutationem. Quæ peripatetici non abhorrerent, nisi ꝙ illud, quod Sorticolæ faciunt per verbum ampliatum ad præteritum vel futurum, facerent per aduerbia temporum præteriti, vel futuri. Verbi causa, homo fit, sic conuertitur, quod fit, posterius est homo. causa est, quia cōuersa talem sensum habebat: cum enim dicit, homo fit, sensus est, posterius homo fit: quare quod fit est posterius homo, & de cæteris quis potest similiter dicere. Superest modo dicere de propositionibus, quæ pertinent ad præteritum presens, & futurum: & ad possibile ratione verborum vel aliquorum nominum significantium ampliationem. Verbi animaduertēdum est, ꝙ quædam istorum sunt verba, quędam nomina: verba quidem sunt, quæcunq; significant actum mentis, vt significo, intelligo, promitto, & id genus quæcunq; actū mentis aliquo modo concernunt. Nomina vero, quæcunq; B dicunt aptitudinem, vt sunt hæc nomina, causa, causatum, calefactiuum, effectiuum, & omnia nomina terminata in iuum, & id genus. Cum igitur in aliqua ꝓpositione ponuntur verba hæc in actiua significatione, ampliāt terminos rectos à parte post ad suppositā q̄ fuerunt vel sunt, vel erunt, vel sunt possibilia. in passiua vero significatione ampliant terminos rectos à parte ante, vt equus promittitur tibi à Nipho, ille terminus equus ampliatur vsq; ad possibiles. Causa autē est, quia actus mentis transit ad terminos, qui hoc modo ab his verbis reguntur. At actus mentis extenditur tam ad suppositā termini, quæ sunt, cū; ad ea, quę fuerunt, & erunt, & sunt possibilia. Vtrum vero eodem modo terminus qui regitur ab his verbis, supponat à parte ante sicut à parte post, hoc est extra propositum. Sorticolæ enim volunt hæc verba ampliare terminos rectos ab his verbis, siue ponantur ante, siue post: verum à parte ante terminus supponit determinate, à parte post vero confuse. Veritas tamen est, hæc verba non ampliare nisi in passiua significatione eorum subiecta: non enim ampliant terminos, nisi illi supponant determinate, aut pro suppositis, quæ sunt vel quæ fuerūt, vel quę erunt, vel quæ possunt esse. Si enim terminus supponit confuse tm̄, fortasse non est ampliabilis ad eius suppositā. Et propterea dicerem fm eos hęc verba solū in passiua significatione ampliant terminos rectos ab eis, cum ponūtur ante. Quia, si quis intelligit bouem, nec intelligit bouē qui est, nec q̄ fuit, nec qui erit: nec qui potest esse, qm̄ qui bouem intelligit, nullum bouem intelligit: & sic, ille terminus bouē, nō ampliatur cum ponitur à parte post: ampliatur ergo cum ponitur in passiua significatione verbum, & ipse à parte ante, vt cum dicitur bos intelligitur. Verum de his alias. Simili ratione patet cur nomina dicentia aptitudinem ampliant. Hoc enim est, quia aptitudo extenditur ad id quod est, vel fuit: vel erit, vel potest esse. Est ergo regula Sorticolarum, ꝙ propositiones de ver- D bis ampliatiuis, vel de nominibus ampliatiuis, conuertendæ sunt cum suis resolutionibus. Vt A intelligitur à Nipho: quia A supponit pro eo quod est vel erit vsq; ad possibile, vel vsq; ad imaginabile: fm Sorticolas conuertetur, quod intelligitur à Nipho, est vel fuit, vel erit, vel potest esse A. erat enim in conuersa subiectum sic ampliatiue supponens: ergo addito relatiuo, quod cum verbo propositionis, subiectum sic ampliate sumptum debet fieri prædicatum. nam relatiuum cum verbo relinquet subiectum. Similiter sanitas causatur à labore, conuertitur: ergo quod causatur à labore, est vel erit sanitas. Insuper, equus promittitur alicui à Nipho: sic conuertit, quod promittitur alicui a Nipho est vel fuit, vel erit, vel potest esse equus. Sed contra hæc sequitur, ꝙ nullum impossibile posset intelligi: probatur. quia, si vacuum intelligeretur, ergo quod intelligeretur esset, vel fuisset, vel posset esse vacuum. quia intelligitur non ampliat vltra

De ꝓpositionibus quarū verba significant ampliationem.

Quęstio magna.

Sorticolarū opinio.

Vera opīo.

Cur nomina aptitudinē significantia amplient.

Dubō pulcherrima.

vltra possibilia: consequens autem falsum, quia vacuum nec est, nec fuit, nec erit, nec potest esse, ꝓpter hoc argumentū Alij Sorticolæ dixerunt, ꝙ verba talia ampliant terminum rectū ab eis suppositō, quod est, vel fuit, vel erit, vel potest esse, vel potest intelligi esse: & sic vacuū intelligitur: ergo quod intelligit est vel fuit, vel erit, vel potest esse, vel potest intelligi esse vacuum. Et ita cōuersio debet fieri. Sed pace horum dixerim isti ꝓpter Logicam destruunt philosophiam: non enim potest intellectus, nec eius actus ampliari vltra terminū sui obiecti. At suum obiectum est ens reale: ergo non potest se extēdere vltra possibilia. Tunc dico, ꝙ, quādo intellectus intelligit aliquod impossibile, illud intelligit intelligendo res quę sunt. Intelligit enim vacuum, intelligendo locū, corpus, intelligit autem vacuū quatenus hæc intelligit, vt non possunt esse. Similiter, cum intellectus intelligit infinitū, intelligit finita: sed modo quo non possunt esse, s. fine termino. Cum intelligit chimæram intelligit partes diuersorum animalium eo modo tñ compositas, quo non est possibile ipsas componi. Ergo intellectus non se extendit vltra possibilia: quia impossibilia nō intelligit, nisi intelligēdo possibilia, mō quo illa esse non possunt: ex quo patet, non esse bene dictum verba concernentia actū mentis ampliare terminos ab ipsis rectis vltra possibilia, s. vsq; ad imaginabilia: non enim intellectus potest se extendere vltra adęquatū suum obiectum. Sed quid peripatetici dicerēt de conuersione talium propositionum, longum esset disputare: breuibus tamen dicēdum, ꝙ peripatetici omnes tales propositiones distinguerent ſm omnem sensum, quem possunt habere: deinde, ꝓ sensu vero eas connerterent. Verbi causa, si dicatur, equus promittitur Platoni à Nipho. Hæc propositio est multiplex, quia potest intelligi de equo qui est: & si sic intelligitur, cōuersio erit, quod promittitur Platoni à Nipho, est equus. Aut potest intelligi de equo, qui fuit, & si in hoc sensu esset vera, tunc cōuertitur, quod promittitur Platoni à Nipho, fuit equus. Eodem modo fieri potest in cæteris. Quod autem tales propositiones sint hoc modo distinguendæ, patet: quia possunt facere paralogismum, hoc modo, Omne rubeum est coloratum: Equus, qui Platoni à Nipho promittitur, est rubeus, dato ꝙ rubeus equus promittatur. ergo equus, qui Platoni promittitur à Nipho, est coloratum: Conclusio est falsa, ponendo, ꝙ Niphus promiserit rubeum equum, qui nondum est natus. Hic ergo est paralogismus ex æquiuocatione verbi (promittit:) quod est multiplex, vt dictiones est, ergo oēs tales ꝓpositiones sunt distinguēdæ. Hactenus de ꝓpositionibus de ineſſe, & de suis cōuersionibus.

Qui alii.

Refutatio.

Intellectus quō ipossibilia non esse, intelligat.

Quid peripatetici.

Caput tertiū De necessariarū ꝓpositionū cōuersione.

EOdem aūt modo se habebit & in necessarijs propositionibus. Nā vniuersalis quidem priuatiua vniuersaliter cōuertitur. Affirmatiuarum autem vtraq; particulariter.


Com. 18.

Nunc de conuersione necessariarum: & quidem non ab ratione. nam necessariæ quasi modo eodem conuertuntur, veluti illæ, quæ sunt de ineſſe. Proponit ergo nunc tres regulas in his, quartam vero relinquēs in fine capitis. quarum prima est, vniuersalis priuatiua vniuersaliter conuertitur, hoc est in terminis. Secunda vero, vniuarsalis affirmatiua particulariter. Tertia, particularis affirmatiua particulariter conuertitur. Quo vero ad verba attinet. Debes scire, necessarias propositiones cō siderari posse, & quo ad modos, & quo ad dicta: q̄ græci esse vel non esse appellant, Neoterici dicta. Est enim ꝓpositionis necessariæ dictum, totū illud, quod relinquit, dempto necessitatis modo. Vt necesse est nullum B esse A, dictum est, nullū B esse A. Si considerentur quo ad modos, Sic Aristoteles docuit eas cōuertere secundo de Interpretatione: Quarum conuersiones Hammonius appellauit ęquipollentias: Hęc enim propositio necesse est nullum B esse A, conuertitur, ergo non contingit aliquod B esse A: Verum de his postea. Sin autem considerentur, quo ad dicta, cum dicta sunt propositiones vniuersales vel particulares, affirmatiuæ, vel negatiuæ. ideo eodem modo conuertuntur, vt illæ de ineſſe: & de conuersione harum penes dicta loquitur nunc.

Dictum in ꝓpositione necessaria q̄d sit.

ęquipollētię

Nam, si necesse est A quidem nulli B ineſse, necesse est & B nulli A ineſse. Si enim alicui cō tingit, & A alicui B continget vtiq;.



Cont.

Quod vlis negatiua de necessario cōuertitur i terminis.

Com. 19.

Positis regulis, nunc illas probat. primo, ꝓbat primā, s. ꝙ vniuersalis negatiua conuertatur vniuersaliter. vt si necesse est nullum B esse A, necesse est nullum A esse B, cuius regulæ probatio multifariam fieri potest. Primo modo supponendo tanq; posterius declarandum, contingēt em particularem particulariter conuerti. vt si cōtingit aliquod B esse A, cōtingit aliquod A esse B. Tunc hac suppositione stante, Quęratur vtrū sequatur, necesse est nullum B esse A, ergo necesse est nullū A esse B. siquidē enim sequitur, ergo regula bona. sin autem non sequitur, detur oppositum: & erit, non necesse est nullum A esse B. Sed hæc æquipollet illi, contingit aliquod A esse B: Tunc vltra, contingit aliquod A esse B: igitur cōtingit aliquod B esse A, per suppositionem, qua diximus contingentem particularem affirmatiuam cōuerti in parte. Sed hoc est antecedentis contradictorium: ergo conuersio bona est. Sed hæc deductio petit principium, & cōmittit circulū. Principium quidem petit, quia procedit per ignota: nō enim adhuc patet quomodo conuertitur particularis ꝓpositio affirmatiua contingens. Cōmittit vero circulū, quia conuersio particularis affirmatiuæ contingentis, ꝓbabit per conuersionē vniuersalis negatiuæ necessariæ.

Prima ꝓbō.

Qualis deductio.

Verior deductio.

Refutatio primi modi.

Deductio Auerro.

Auerroes vero alio modo hanc regulam probat. supponit enim possibile esse, quo posito ineſse, nullum sequitur impossibile. tunc probat regulam. Si non sequit, necesse est nullum B esse A, ergo necesse est nullum A esse B, sequetur oppositum per principium omnium bonarū consequentiarum regulatiuum. Sequitur igitur, non necesse est nullum A esse B: sed hoc ęquipollet illi, contingit aliquod A esse B, per regulam æquipollentiarum: ergo sequetur, aliquod A contingit esse B. sed per suppositionē, ponatur ineſse, tunc aliquod A est B: sed per regulam illarum de ineſse, sequitur, aliquod A est B: igitur aliquod B est A. sed hoc repugnat illi, necesse est nullum B esse A: igitur bona fuit conuersio. Aristoteles ergo non per cōuersionem contingentis, sed per positionem contingentis ineſse regulam intendit probare: & sic non argumentatur per ignotum. Quæ probatio nō videtur conueniēs. primo, quia verbis Aristotelis non potest conuenire.

Deductio q̄ fuit ĩtuēta a

Præterea etiam vtitur ignoto, vtitur enim definitione contingentis, quæ nondum patet. Præterea hic syllogismus non ducit ad oppositum antecedentis, sed ad repugnans: non enim hæc contradicunt, necesse est nullum B esse A, & aliquod B est A. Quia licet illæ repugnēt, atq; incōpossibiles sint, contradictoriæ nō sunt. In iuuēta diximus aliter, ꝙ s. vlis negatiua necessaria, s. hæc, necesse

ceſſe eſt nullum B eſſe A, habet duas oppoſitas: Alteram ſolum penes dictum, vt neceſſe eſt aliquod B eſſe A, alteram penes dictum & modum, videlicet contingit aliquod B eſſe A, vt libro de Interpretatione dictum eſt. Hac ſuppoſitione ſtante, vel dicta conuerſio valet, vel non valet: ſi valet, ergo regula bona. ſin autem non valet, detur oppoſitum de dicto, & erit, neceſſe eſt aliquod A eſſe B, ſit iſtud c. & argumentor expoſitorie, hoc demonſtrando, c neceſſe eſt a: eſt enim vnum eorũ, quæ ſunt A. Hoc demonſtrando idem c. per te, neceſſe eſt eſſe b. igitur neceſſe eſt aliquod b eſſe A: quod eſt con
Refutatio. tradictorium antecedenti, ſaltem quo ad dictum. Hæc probatio licet ſit vtilis, tamen non eſt ad verba Ariſto. Ariſtoteles enim ſimpliciter ſumit oppoſitum propoſitionis neceſſariæ: quia illud ſumit per negationem propoſitam toti, quæ negatio præpoſita ponit oppoſitum de dicto, & de modo. Melius ergo dicamus, q̃, ſi non ſequitur, nullum B neceſſe eſt eſſe A: ergo nullum A neceſſe eſt eſſe B, ſequitur oppoſitum: detur ergo, & erit, non neceſſe eſt nullum eſe B: ſed hæc æquipollet huic, contingit aliquod A eſſe B: ergo, ſi illud non ſequitur, ſequetur, contingit aliquod A eſſe B: ſit illud A, quod contingit eſſe B, ipſum C: tunc expoſitorie argumẽtor, Hoc demonſtrando, C eſt A: hoc idem demonſtrando, per te contingit eſſe B: ergo expoſitorie, contingit aliquod B. eſſe A: quod eſt oppoſitum primæ oppoſitionis. Vnde dic, nam, ſi neceſſe eſt A quidem nulli B ineſſe, ita vt neceſſe ſit nullum B eſſe A: neceſſe eſt & B nulli A ineſſe, ita vt ſit neceſſaria illa, neceſſe eſt nullum A eſſe B. Si enim (vt inquit) alicui contingit, ita vt contingat aliquod A eſſe B, ſit illud ſupple C: & ſequetur per ſyllogiſmum expoſitorium, vt A alicui B contin-
Qualis deductio. gat vtiq̃: & ſic continget aliquod B eſſe A: cuius oppoſitum dicebatur. Et licet hæc probatio ſit colorata, fortaſſe non valet, vt videbitur, quando dabimus
Verior deductio. regulas ſyllogiſmorum de contingenti, vel regulas ſyllogiſmorum mixtorum ex altera contingenti, & altera de ineſſe. Vſq̃ ergo ad illud tempus probatio differatur. Dico ergo, quòd Ariſtoteles ſupponit hanc conſequentiam valere, contingit aliquod A eſſe B: ergo contingit aliquod B eſſe A. Supponit aũt hanc partim ex dictis, partim ex principijs regulatiuis conſequentiarum, quæ ſunt nota ex terminis. Ex dictis quidem, quia ſupponit hanc eſſe bonam conſequentiam, aliquod A eſt B: ergo aliquod B eſt A, vt per conuerſionem patet. Ex principijs vero regulatiuis conſequentiarum, quia ſupponit, quòd, quando ad antecedens contingens ſequitur conſequens contingens. Ergo ſi ſequitur, aliquod A eſt B, aliquod B eſt A, Sequetur contingit aliquod A eſſe B: ergo contingit aliquod B eſſe A. Supponendo ergo illam conſequentiam eſſe neceſſariam contingit aliquod A eſſe B: ergo contingit aliquod B eſſe A: ex oppoſito conſequentis deducit oppoſitum, & ſic regula bona. Cum tu dicis Ariſtoteles ergo vtitur conuerſione particularis affirmatiue contingentis: ergo vtitur ignotis & committit circulum. Dicendum, quòd vtitur conuerſione illius non ea ratione, qua eſt conuerſio illius. ſed ea ratione, qua eſt conſequentia neceſſaria, & ſic non committit circulum: quia vero vtitur conſequentia illa partim ex dictis, partim per principia regulatiua conſequentiarum, quæ nobis nota ſunt naturaliter, ideo non vtitur ignotis, ſed notis.

Si autem ex neceſsitate A omni vel alicui B ineſt, & B alicui A neceſse eſt ineſse. Si enim non ex neceſsitate ineſt, neq̃ vtiq̃ A alicui B ex neceſsitate inerit.




Quod vtis affirmatiua, & Particularis, in parte cõuertãtur.

Simul ſecundam & tertiam regulam probat. nam, ſi neceſſe eſt omne B eſſe A: ergo neceſſe eſt aliquod A eſſe B. quia, ſi non ſequitur, detur oppoſitum: & primo de dicto: & erit, neceſſe eſt nullum A eſſe B: ſed per primam re
B gulam, ſequitur, ergo neceſſe eſt nullum B eſſe A: & ſic habetur oppoſitũ primæ, ergo regula bona. Vel ſecũdo detur ſimpliciter oppoſitum, & erit, contingit nullum A eſſe B: ponatur ineſſe, & erit, nullum A eſt B: ſed per regulam illarum de ineſſe ſequitur, ergo nullum B eſt A: ergo ex oppoſito conſequentis ſequitur repugnãs primo antecedenti: quare regula bona. Tertio deduci poteſt ſupponendo hanc conſequentiam eſſe neceſſariam, contingit nullum A eſſe B: ergo contingit nullum B eſſe A: & quidem non quo conuerſio eſt, ſed quo eſt conſequentia neceſſaria partim nota ex regulis cõuerſionum illarum de ineſſe, partim ex principio illo regulatiuo bonarum conſequentiarum, ſ. q̃, ſi ad antecedens eſſe ſequitur conſequens eſſe, ad antecedens poſſibile ſequitur conſequens poſsibile: ergo, ſi ſequitur, nullum A eſt B ergo nullũ B eſt A neceſſitate conuerſionis, neceſſitate principij regulatiui ſequet, poſſibile eſt nullum A eſſe B: ergo poſsibile eſt nullum B eſse A: & ſic deductio patet. Supponit er-
C go illam conuerſionem, non quidẽ qua conuerſio eſt, ſed qua eſt neceſſaria conſequentia.

Com. 20.

Particularis vero priuatiua non conuertitur, ꝓpter eandẽ cauſam quã et ſupra diximus.



Particularis negatiua de neceſſario nõ cõuertit.

Com. 21.

Vltima regula eſt, q̃ particularis negatiua non conuertitur, ꝓpter eandem cauſam propter quam & ſupra
D diximus particularem negatiuam de ineſse non conuerti: hoc eſt propter inſtantiam. Non enim ſequitur, neceſſe eſt aliquod B non eſse A, ergo neceſse eſt aliquod A nõ eſse B: termini ſunt B animal, A homo, vbi patet non ſequi neceſse eſt aliquod animal nõ eſse hominem: igitur neceſse eſt aliquem hominem non eſse animal. Hæc habemus ab Ariſtotele de conuerſionibus neceſsariarum.

Sed contra has regulas fieri ſolent inſtantiæ. & primo contra conuerſionem vniuerſalis affirmatiuæ. Quia nõ ſequitur, neceſse eſt omne grammaticum eſse animal. ergo neceſse eſt aliquod animal eſse grãmaticũ. Præterea nec ſequitur, neceſse eſt omne creans eſse deum. ergo neceſse eſt deum eſse creantem. Contra vero conuerſionem particularis affirmatiuæ fiunt inſtantię: quia non ſequitur, neceſse eſt aliquod nauigans eſse animal: ergo neceſse eſt aliquod aĩal eſse nauigans. Nec ſequit, neceſse eſt aliquod ridẽs eſse hominem: ergo neceſse eſt aliquem

aliquem hominem esse ridentem. Præterea non sequitur, impossibile est omne animal esse hominē: ergo impossibile est aliquē hominē esse animal. Et tamen impossibile & necessarium idem est. Quôd vniuersalis negatiua non conuertatur, probo: quia nō sequitur necesse est nullū B esse A. ergo necesse est nullum A esse B. Quia stat illam propositionem, quæ est antecedens, nullum B est A, esse, nulla alia propositione existente: & sic stat illam esse, quæ est antecedens, consequēte non existente: ergo consequentia non fuit bona. In hac disputatione primo disputabimus Sorticolarum positiones: Secundo veniemus ad peripateticos. Circa primum sunt pro mo

De modalibus. 1. opinio.

do duæ opiniones Sorticolarū. Prima opinio constituit duas suppositiones. quarum prima est, ꝙ reperiuntur quidam modi, qui possunt propositionem facere aliquā do de sensu diuiso, aliquando de sensu composito: vt isti, necessarium, possibile, siue contingēs, & impossibile, & cæteri id genus. tales sunt quicūq; possunt esse subiecta, vel prædicata propositionum, & possunt aduerbialiter teneri. vtpote quicunq; apti sunt verificari de aliqua tota propositione, vt propositio, vel de dicto æquiualenti illi ꝓpositioni. Appellant dictam orationem infinitam (vt deum esse) vel hominem currere: propositio vero huic æquipollens, est talis propositio, deus est. Secunda suppositio est, ꝙ huiusmodi modi pñt facere propositionem de sensu composito. & propositionem de sensu diuiso. Faciunt quidem propositionem de sensu composito, cum nominaliter sumpti, accipiuntur vt subiecta vel prædicata propositionum respectu suorum dictorum. vt in hac, possibile est Socratem currere, vel Socratem currere est possibile: In prima enim modus nominaliter sumptus est subiectum: & dictum propositionis etiā nominaliter sumptum est prædicatum, In secunda dictum propositionis nominaliter sumptū est subiectum: & modus similiter nominaliter sumptus est prædicatum. Faciunt vero propositionem de sensu diuiso, cum modus aduerbialiter intelligitur cum verbo, quasi modificans inhærentiam prædicati ad subiectum. vt si dicatur, hominem possibile est currere, vel homo contingēter currit: vel deus necesario est, vel deum necesse est eē. Vbi licet modus accipitur vt nomen, nō tamē fm intellectū intelligitur nisi aduerbialiter tanq̄ verbi affectio, vel determinatio, hæc de suppositionibus. Secundo vidēdum est de differentijs harum propositionum, de quibus Hesberus, & complures alij multa fabulantur. nos vero eas assequemur, quę nostro proposito deseruiunt. Prima

Prima differentia.

ergo differētia est ꝙ propositio de sensu composito affirmatiua non est modalis, sed de inesse. propositio vero de sensu diuiso sola est modalis. Primam partem ꝓbant: quia est de simplici inhęrentia prædicati ad subiectū. In hac enim propositione, Socratem currere est possibile: ita simplici inhærentia, Ille terminus possibile prædicatur de illo dicto, Socratem currere, vt in hac homo est animal, ille terminus animal prędicaī de homine. ergo sicut altera est de inesse, ita & altera. Ex quo sequitur, ꝓpositionem negatiuam de sensu composito, esse præcise de non esse, vt deum eē non est necessarium: hæc est præcise de non inesse. Secundam partē etiam probant, quia ꝓpositio de sensu diuiso non ē de simplici inhærentia p̄dicati ad subiectum, sed de inhærentia modificata p aliquem illorum modorum aduerbialiter conceptorum. Ex hac differētia sequitur hanc consequentiam non valere, in hac propositione est modus: ergo est modalis, sed oportet addere, ꝙ in ea sit modus, qui nec sit subiectum, nec prædicatum propositionis: tunc enim erit modalis. nec valet, in hac propositione est modus qui facit propositionē de sensu composito: ergo est modalis: sed oportet addere, ꝙ in esse sit modus, qui nec est subiectum, nec prædicatum. Vbi autem ita sit, tunc non faciet propositionem de sensu composito, sed modificabit verbum, ac inhærentiam prædicati ad subiectū ergo propositio de sensu diuiso sola erit modalis.

Secunda differentia.

Secunda vero differentia est: quia propositio de sensu composito affirmatiua asserit atq; infert suum dictum esse cum dictum fuerit subiectum, & propositionem quæ illi dicto æquipollet. At propositio de sensu diuiso nec affirmatiua, nec negatiua infert orationem infinitiuam esse, vel propositionē illi æquiualētem, sed si est affirmatiua, potest inferre suū subiectum esse. Prima pars patet, quia sequitur, hominē esse animal est necessarium: ergo hominem esse animal est. Similiter sequitur, hominem esse animal est necessarium: ergo talis propositio, homo est, animal est. Causa est quia, cum sit de inesse affirmatiua de tertio adiacēte, infert illā de secundo. Sequitur enim, homo currit, ergo homo est. Ergo similiter sequetur hominem currere est necessarium: ergo hominē currere est: quia totum illud dictum erat subiectum. & cū illi dicto æquipolleat hæc propositio, talis propositio homo currit, sequetur, hominem currere est necessarium: ergo talis propositio homo currit, est. Diximus quando propositio de sensu cō-

F

posito fuerit affirmatiua, quia si sit negatiua, non oportet: quia negatiua de tertio adiacēte non infert affirmatiuam nec negatiuam de secundo. Diximus quando dictum est subiectum, quia quando est prædicatum, non oportet. Non enim sequitur, necessarium est non hominem esse animal: ergo hominem esse animal est, vel hominem esse animal non est. quia stare potest oppositum vtriusq; consequentis cum antecedente. Secunda vero pars est perspicua: non enim sequitur, hominem possibile est currere, vel homo contingēter currit: ergo hominē currere est, vel ergo talis ꝓpositio, homo currit, est: quia antecedens est verum nulla propositione existēte. Bene tñ si fuerit affirmatiua infert fm quosdam suum subiectum eē: Sequitur enim, homo contingēter currit, ergo homo est: de hoc tamē est quæstio, sed non curo: quia est extra principale nostrum intentum. Satis est enim accipere, ꝙ propositio de sensu composito affirmatiua, cum dictum est subiectum asserat & illud esse: propositionē quæ est illi æquiualens. Tertia differentia est, ꝙ propositio de sensu composito est cuius subiectum, & prędicatum dicti simul sunt apta verificari de eodem, si fuerit affirmatiua, vel simul negari si fuerit negatiua. Et ꝓpter hoc est falsa hæc, album esse nigrum est possibile. Quia album, & nigrum non sunt apta simul verificari de eodem. Hęc autem vera, album non esse nigrum est possibile, quia album, & nigrum simul negantur de eodem: & hac ratione dicitur de sensu composito. Propositio vero de sensu diuiso est, cum subiectum & prędicatum non sunt apta simul affirmari vel negari de eodem, sed pro diuersis temporibus ad bonum sensum. Vnde hæc est vera, album potest esse nigrum, vel contingit esse nigrum: quia quod vno tempore est album, alio tempore erit vel potest esse nigrum. Similiter hæc est falsa, album non contingit esse nigrum. Quia esset sensus, idem pro diuersis temporibus non posse esse album & nigrum. & propter hāc causam appellatur hæc de sensu diuiso. hæc de differētijs. Tertio vidēdum est fm hanc positionem de quātitate propositionum de sensu composito: quoniā de quantitate propositionū de sensu diuiso, nulla est difficultas, cum omnes illæ sint quantæ determinatione eorum, quæ sunt subiecta in eis. Pro quantitate ergo supponunt dictum in talibus propositionibus esse terminū cōmunem, saltem ad seipsum & ad quodlibet sibi consimile, vt hoc dictum, deum esse, est terminus cōmunis ad seipsum in voce, & ad quodlibet sibi simile in voce, vtpote ad aliud sibi simile in voce tua, & in voce Marci, & in voce Platonis, & sic ad omnia talia, quæ sunt in voce alicuius illud dictum proferētis. Simili ratione modus materialiter sumptus est terminus ad se ipsum in voce, & ad quodlibet sibi consimile in quacunq; voce: & ita si sumantur in scriptis similiter sunt termini cōmunes ad se ipsos: & ad quodlibet termino consimiles in scriptis.

Obiectio. Solutio.

Opinio Sorticolarum.

Tertia differentia.

Vnde dicat ꝓpositio de sensu cōposito & diuiso.

De quātitate

Materialiter sumptum

Propositio de sensu cōposito duplicit̄ ꝓbatur, iuxtā primā opinionem.

Propositio de sensu cōposito officialiter probatur.

scriptis. Tũc dicunt propositionem de sensu composito esse vniuersalem, cuius eius subiectum signo vniuersali determinat, vt hęc, omne Deum eẽ est necessarium, vbi ille terminus complexus Deum esse, supponit materialiter pro se, & quodlibet sibi consimili. Hæc est particularis, quoddam Deum esse est necessarium: quia ille terminus Deum esse, supponit materialiter diſiũctiue pro se, vel quolibet sibi consimili. Hæc est indefinita, Deũ esse est necessarium: quia ille terminus Deum esse nullo signo determinatur, cum sit cõmunis. Hæc est singularis, hoc Deum esse est necessarium: demonstrato illo, qđ est in libro tuo scriptum. Sed dices quanta est hæc, nullum hominem currere est necessarium. Dicendum ꝙ si illud signum, Nullum, determinat totam propositionem, hæc est vniuersalis negatiua: cuius sensus est, nulla talis propositio, homo currit, est necessaria. si determinat illum terminum hominem, tunc erit indefinita: quia est sensus, talis propositio, nullus homo currit, est necessaria. Ex quibus sequitur, ꝙ propositio, quæ æquipollet dicto propositionis de sensu composito, debet designari per hoc relatiuum talis affectum, sicut dictum afficitur. Vt si dictum vniuersaliter afficeretur, illud relatiuum talis debet etiam vniuersaliter affici. Exemplum, omne Deum esse est necessarium. Propositio huic æquiualens est, omnis talis propositio, Deus est, est necessaria. Similiter, si dicatur, quoddam Deum esse est necessarium, ꝓpositio huic æquiualens erit, quædã talis profitio, Deus est, est necessaria: & similiter in alijs. Causa est, quia, si demonstraretur per pronomen demonstratiuum, nõ semper æquiualeret, sed solum fieri potest, quando propositio de sensu composito esset singularis. vnde æquiualens huius, hoc Deum esse est necessarium est, hęc propositio, Deus est, est necessaria: vel hæc talis ꝓpositio, Deus est, est necessaria. Alia positio Sorticolarum differt ab hac. primo, quia vult propositionem de sensu composito solum esse, cum modus prædicatur, vt in hac, Deum esse est necessarium. Cuius ratio est, quia modus verbo aſſimilatur, quod semper tertio loco adiacet ſm Aristotelem: cum vero ponitur à parte ante siue prope verbũ, siue in principio, tunc semper (vt aduerbium intelligit) & facit propositionem de sensu diuiso modificando inhærentiam prædicati ad subiectum. Secundo, quia volunt omnem propositionem de sensu composito esse singularem, probant: quia dictum non supponit nisi pro seipso discrete. non enim habet ab aliquo, vt supponat materialiter, cum nullus terminus secundæ intentionis sit, qui ipsum ad talem suppositionem limitet. ex quo patet, omnem talẽ propositionem, omne Deum esse est necessarium, esse impropriam, sicut illam, omnis Niphus currit: & sic de cæteris alijs. Patet secundo, dictum propositionis de sensu cõposito æquipollere vni ꝓpositioni singulari, quæ præcise idem significet, quod illud dictũ. vnde hæc, Deum esse æquipollet huic propositioni, quę est, Deus est, quæ præcise significat illud dictum Deum esse. vnde hæc propositio, Deum esse est necessarium, ęquipollet huic, hæc propositio, Deus est, est necessaria: quæ præcise significat Deum esse, & nihil plus, neqꝫ minus. Ex differentia harum opinionum patet, ꝙ ſm primam opinionem propositio de sensu composito aliquãdo resolubiliter, aliquando exponibiliter probatur, vt vtar verbis eorum. Hæc enim, omne Deum esse est necessarium sic exponitur, Deum esse est necessarium, & nihil est Deum esse, quod non sit necessariũ: ergo omne Deum esse est necessarium. Hæc vero resoluitur, quoddam Deum esse est necessarium, quia hoc est necessarium, hoc est Deum esse, ergo quoddam Deum esse est necessarium. Secundum vero positionem secundam, ꝓpositio de sensu composito probatur officiabiliter, vt vtar verbis eorum: vtpote per suam æquiualentem hoc pacto, Deum esse est necessarium: hæc ꝓpositio, Deus est, est necessaria, quæ præcise neque plus, neque minus significat, nisi Deum esse: ergo Deum esse est necessarium. Verum licet hæ opiniones differant, omnes conueniunt, ꝙ propositio affirmatiua de sensu composito, cuius dictum est subiectum, asserit suum dictum esse, & propositionem illi æquiualentem. hęc de prẽmissis.

Nunc supereſt venire ad conuersiones. Primo ergo respondẽt ad conuersiones propositionum necessariarũ de sensu composito secundum se totas, Secundo ad conuersiones talium quo ad dicta. Tertio ad conuersiones taliũ de sensu diuiso. De primo, qui tenẽt propositionem necessariam de sensu composito esse de sensu composito, quando modus vel sequitur, vel præcedit, asserunt tales propositiones ſm se totas conuerti, vt conuertuntur illę de ineſſe, in quibus non ponitur aliquis modus. Probant, quia istæ sunt de ineſſe, sicut illæ: & sunt vniuersales, particulares, vel indefinitæ, aut singulares, sicut illæ. igitur conuertuntur sicut illæ. Hęc enim vniuersalis affirmatiua, omne Deum esse est necessarium, conuertitur particulariter, ergo quoddam necessarium est Deum esse. Similiter hæc particularis affirmatiua, quoddam Deum esse est necessarium, cõuertitur, ergo quoddam necessarium est Deum esse. Vel cõuersiones fieri posunt hoc modo, omne Deum esse est necessariũ: ergo quoddam necessarium est talis propositio, Deus est. similiter quoddam Deum esse est necessarium, ergo quoddam necessarium est talis propositio, Deus est. Simili ratione vniuersalis negatiua conuertitur, nullũ hominem currere est necessarium: ergo nullum necessariũ est hominem currere: vel nullum necessarium est talis ꝓpositio, homo currit. Secunda vero positio dicit tales ꝓpositiones ſm se totas non posse conuerti, quia tunc argumentum esset à propositione de sensu composito ad propositionem de sensu diuiso, vel econtra. In quo argumento est cauillus figuræ dictionis. quia conuersa est de sensu composito: conuertens vero de sensu diuiso. Ergo tales propositiones ſm se totas non posunt conuerti.

De conuersionibus vero earũ, quo ad dicta concordãt: asserunt enim ꝙ tales propositiones, quo ad earum dicta conuertantur, sicut illæ de ineſse, modo supponatur in antecedente constantia consequẽtis, vel constantia ꝓpositionis, pro qua supponit dictum consequẽtis. Vnde sequitur B esse A, est necessariũ: & talis propositio, A est B, est: Ergo, A esse B, est necessarium. Similiter sequitur, omne B esse A, est necessariũ: & talis propositio, quoddam A est B, est: ergo quoddam A esse B, est necessarium. Similiter sequitur, nullum B esse A, est necessarium. & talis propositio, nullum A est B est: ergo nullum A esse B, est necessarium. Causa vero huius conditionis est: quia oĩs propositio de sensu composito asserit suum dictum eẽ, & propositionem pro qua supponit, vel æquiualentem illi dicto. ergo, nisi addatur constantia consequẽtis, vel propositionis, pro qua supponit dictum consequẽtis, cõ sequẽtia non valebit. non oportet hoc obseruari in propositionibus de ineſſe, in quibus non ponitur modus: quia nulla propositio de ineſſe, in qua non ponitur modus, asserit suum dictum esse, vel propositionem pro qua supponit suum dictum. Qũo vero conuertantur necessarie de sensu diuiso. Respondent. & primo de affirmatiuis. dicunt enim affirmatiuam vtranꝫ conuerti in particularem contingentem. Sequitur enim omne grãmaticum necesse esse hominem: igitur contingit aliquẽ hominem esse grammaticum: quia, si non sequitur, sequetur oppositum: oppositum est, non contingit aliquẽ hominem esse grammaticum. hęc vero ęquialet illi, necesse est nullum hominem esse grammaticum: sed hæc conuertitur, necesse est nulllum grammaticum esse hominem: quæ oppoſita antecedenti est. Necessaria vero negatiua conuertitur in terminis, quia sequitur, nullum B necese est ese A: ergo nullum A necese est ese B. probatur per syllogismum contradictionis, vt prima. At si sint modales de sensu diuiso, in quibus modus est ĩpossibile

Secũda dif ferẽtia.

Obiectio. Solutio.

Opinio Sorticolarum.

Tertia differentia.

Vnde dicit ꝓpositio de sensu cõposito & diuiso

De ꝓpositionibus talibus secundum se totas.

De talibus quo ad dicta

Quomodo conuertãtur necessarię de sensu diuiso.

Propositio de sensu cõposito duplici ter ꝓbatur, iuxta primã opinionem.

Propositio de sensu cõposito officialiter probatur.

Materia ꝓpositionis sumpta

bile vel non neceſſe, ſunt cõuertẽdę vt conuertunt̃ ęqui-
ualentes, vt impoſsibile eſt omne B eſſe A, valet hanc, ne-
ceſſe eſt nullum B eſſe A: modo hæc conuertitur in termi
nis. Similiter non neceſſe eſt nullum B eſſe A, valet hanc,
contingit aliquod B eſſe A. Modo hæc cõuertitur in par-
te. Hæc Sorticolæ de neceſſarijs propoſitionibus, Sed
in hac poſitione ſunt tot errata, quot verba. Ideo percur
rendo omnia eorum dicta, Circa primam eorum ſuppo-
ſitionem errant, cũ dicunt eſſe quoſdam modos, qui fa-
ciunt propoſitionem aliquando de ſenſu diuiſo, & aliqñ
de ſenſu compoſito. Quoniam alij peritiores dixerũt ta-
les modos non facere aliquando propoſitionem de ſen-
ſu compoſito, & aliqñ de ſenſu diuiſo. Dicunt enim ꝙ ꝓ
poſitio, vbi ponuntur tales modi, ſemper eſt diſtinguen
da ſm duplicem ſenſum, ſ. compoſitum, & diuiſum, vt
ſumunt ab eo textu, qui ponitur Primo Elenchorum.

Cap. 3. Propria opi nio.

Ego vero dico hos modos nõ facere ꝓpoſitionem de ſen
ſu compoſito vel diuiſo. Nec facere propoſitionẽ diſtin-
guibilem, quo tales modi ſunt, cuius probatio patebit F
infra. Præterea ſecunda eorum ſuppoſitio eſt etiam fi
ctio, cum dicunt tales modos facere ſenſum compoſitũ
propoſitionis, cum ſubñciuntur, aut prædicãtur: ſenſum
diuiſum vero, cum mediant. Peritiores quidam negant
hanc ſuppoſitionem, quia tales modos dicunt facere, ꝓ-
poſitionem diſtinguibilẽ vbicũqꝫ ponuntur, ſiue à parte
ſubiecti, ſiue à parte p̃dicati, ſiue à parte verbi. alioquin
nulla eſſet neceſſitas ponendi regulam ſcribendi huiuſ-
modi ſophiſmata. Ego vero dico tales modos, quo ta

Propria po ſitio,

les modi ſunt, nec facere propoſitionem de ſenſu diuiſo,
nec compoſito, nec multiplicem. hanc enim ſuppoſitio-
nem ipſi fecerunt, & non probarunt: nec ſunt tantæ au-

Confutatio tertii erroris

ctoritatis vt eis ſine ratione credatur. Tertio errant
cum dicunt, propoſitiões de ſenſu compoſito, in quibus
ponũtur tales modi, eſſe de ineſſe: quia ſm Ariſtotelem
& omnes eius interpretes propoſitio de ineſſe eſt ꝓpoſi-
tio contingens poſita ineſſe ſiue poſita in actu. vt ſupius

Quartus er ror.

fuit dictum. Modo nulla talis eſt huiuſmodi. Quarto G
errant quia ſm peripateticos propoſitio neceſſaria, quæ
eſt re & modo neceſſaria, eſt ſemper de modo neceſſa-
ria, vt modus intelligitur aduerbialiter, licet proferatur
nominaliter. Vbi enim acciperetur nominaliter, tunc
neceſſarium idem eſſet quod res vel ens neceſſarium. &
ſic facit propoſitionem coniunctiuam ſm Hammoniũ.
Vnde dicere neceſſarium eſt Deum eſſe, vt neceſſariũ
accipitur pro re neceſſaria, eſt ſenſus, res neceſſaria eſt,
ꝙ Deus ſit. Similiter res contingẽs eſt, ꝙ homo curret.
Propterea, ſi modus neceſſarium, debet eſſe ſignũ vel
nota propoſitionis neceſſariæ, debet intelligi aduerbia-

Quintus er ror.

liter. Sic enim (vt vtar verbis eorum) eſt ſyncategorema
propoſitionis neceſſariæ. Quinto iſti non intelligunt
quid ſit ſenſus compoſitus propoſitionis, & quis ſit di-
uiſus, & quid ſit aliquem terminum compoſitæ, & diui
ſe intelligi vel quid ſit propoſitio diſtingui ſm ꝙ aliquis
terminus in ea poteſt diuiſe & cõpoſite intelligi. omnis
enim propoſitio, ſi ſit affirmatiua, eſt de ſenſu diuiſo, &
priuatiua p̃dicationis prædicati de ſubiecto. Vnde ne-
ceſſaria, cõtingens, de ineſſe omnis, ſi eſt affirmatiua ſm
peripateticos, eſt de ſenſu compoſito, & prędicatiua: oĩs
vero propoſitio, ſi ſit negatiua, eſt de ſenſu compoſito,
& prędicatiua, ſiue cõpoſitiua: ſi autem eſt priuatiua, eſt
diuiſiua, & de ſenſu diuiſo: propoſitio vero diſtinguibi-
lis ratiõe alicuius termini eſt, in qua ponitur terminus,
qui poteſt compoſite & diuiſe intelligi. Termini vero,
qui intelliguntur in propoſitione aliquando compoſite,
aliquando diuiſe, ſunt termini denominatiui, quos Neo
terici appellant concreta accidentalia, vt album, gram-
maticum, nauigans, philoſophum, & id genus. Quoties
ergo tales denominatiui termini ponuntur ſubiecta pro
poſitionum, ſemper poſſunt intelligi compoſite, & diui
ſe. vt patet primo Elenchorum de illo termino ſciben-
tem. & hoc tam in propoſitionibus de ineſſe, q̃ in propo
ſitionibus contingentibus, q̃ in propoſitionibus neceſſa
riis. Album eſt pomum poteſt diſtingui ſm compoſitio
nem, quia album intelligitur compoſite, & ſic eſt falſa:
quia eſt ſenſus ſubiectum album, vt album, eſt pomum.
Et poteſt diſtingui ſm diuiſionem, qua intelligitur albũ
pro ſubiecto ſolum, & eſt vera: qua vero intelligitur pro
qualitate erit falſa. Quare hæc eſt diſtinguenda, ſicut il-
la, neceſſe eſt album eſſe pomum. non ratione modi, ſed
ratione ſubiecti concreti. Hoc pacto. Ariſtoteles diſtin-
guit illum terminum ſcribentem Primo Elenchorum,
contingit ſcribentem non ſcribere, & non ſcribentẽ ſcri
bere. Non enim diſtinguit illam ratione modi quod eſt
contingens, ſed ratione illius termini, qui eſt denomina
tiuum. Ex quibus ſequitur ſigna hæc neceſſarium, con-
tingens, poſſibile, cum ſint notę propoſitionum, non fa-
cere ratione ſui propoſitionem diſtinguibilem de ſenſu
diuiſo, vel compoſito. ſi enim aliqua ꝓpoſitio eſt neceſſa
ria, quia ſubiectum eſt per ſe aliquid prædicati, vt hæc,
homo neceſſario eſt animal, hæc propoſitio nec eſt mul-
tiplex, nec diſtinguenda: verum quia eſt affirmatiua, eſt
compoſitiua de ſenſu compoſito, ſin autem propoſitio
fuerit, cuius ſubiectum eſt terminus denominatiuus, eſt
diſtinguibilis. Hæc enim propoſitio neceſſario nauigãs
eſt animal, poteſt intelligi dupliciter compoſite. & diui-
ſe, intelligendo ſubiectum, & ſic non ratione modorum
tales ꝓpoſitiones ſunt diſtinguendæ, ſed quando aliquis
terminus fuerit denominatiuum quoddam. Hæc de er-

Contra regu la Sorticola rum.

roribus ſuppoſitionum. De regulis vero peripatetici
valde differunt ab eis, quia ſm Ariſtotelem, q̃ tales ꝓ-
poſitiones conuertuntur ſm ſe totas, tales modi ſumun-
tur nominaliter, ſ. vt neceſſarium idem ſit ꝙ ens neceſſa
rium, cõtingens idem, ꝙ ens contingens. ſic ſumẽdo nõ
ſunt conuerſiones, ſed æquipollentiæ illæ, quas Sortico-
læ appellant conuerſiones propoſitionum ſm totũ. Hæ
enim æquipollent, neceſſaria res eſt, ꝙ Deus ſit, & quòd
Deus ſit, eſt neceſſaria res, vt patet per Hammonium
Secundo de Interpretatione. Similiter hæ æquiualent,
neceſſaria res eſt, ꝙ nullus homo ſit lapis, & ꝙ nullus
homo ſit lapis, neceſſaria res eſt. Quæ Sorticolæ non ad
uertentes detruduntur in puerilia. Præterea errant in
conuerſionibus penes dicta, cum dicunt eſſe addendam
conſtantiam conſequẽtis: hoc eſt falſum, quia ſupponit
tales propoſitiones aſſerere ſua dicta eſſe, & eſt falſum:
quia, ſi eſſet verum, ſolum tunc eſſet verum, cum accipe
rentur nominaliter: modo, ſi ſic dicimus, neceſſaria res
eſt, ꝙ Deus ſit, in tali caſu non aſſeritur dictum eſſe, nec
propoſitionẽ aliquam eſſe. vnde hæc additio fabella eſt.
Cum vero loquuntur de illis, vt ſunt de ſenſu diuiſo, pa-
tet ꝙ non intelligunt ſenſum diuiſum, nec compoſitum.

Præterea non modo affirmatiua neceſsaria conuerti
tur in cõtingentem, ſed etiam negatiua & propoſitio de
ineſse, quoniã, ſi ad antecedens eſse ſequitur conſequẽs
eſse, ad antecedens eſse ſequitur conſequens contingẽs
contingentia cõiter, vt ipſi loquuntur. Et ſic ad omnem
propoſitionem, ad quam ſequitur ſua conuertens de in- H
eſse, vel de neceſsario ineſse, ſequitur illa conuertens de
contingenti cõmuniter, quia contingens cõmuniter ſe-
quitur ad ineſse, & ad neceſsario ineſse. Præterea, ꝓ-
bationes eorum petunt principia, vt patet cõſideranti.
probant enim alteram per alteram. Pro dilucidatione
ergo dicendũ eſt, ꝙ propoſitio neceſsaria, de qua loquit

Dilucidatio.

Ariſtoteles, eſt illa, cuius ſubiectum per ſe eſt aliquid p̃-
dicati, ſ. aut inferius aut conuertibile, verum eſt aliqua
propoſitio neceſsaria, cuius ſubiectum eſt terminus de-
nominatiuus, vt neceſsario grammaticum eſt animal:
& talis, antequam conuertatur, debet diſtingui ſm præ-
ceptum peripateticum in libro Elenchorum, facta autẽ
diſtinctione, tunc ſenſus verus cõuertatur. Grammati-
cum ergo poteſt accipi diuiſe pro qualitate, & ſic eſt fal-
ſa: & ſi conuertitur, non conuertitur niſi in falſam: & po
teſt ſumi pro ſubiecto, cui ineſt grammaticæ, quod eſt

illu

illud compositè sumere, & sic est vera: ideo sequitur necessario, omne grammaticum est animal, ergo necessario aliquod animal est aliquid quod est grammaticum. Aristoteles ergo loquitur in primis. verum docuit secũdas propositiones conuertere in præcepto libri Elenchorum. Sed circa textum dubitat Philoponus, quia Aristoteles hic appellat propositiones negatiuas, in quibus esse negatur, & affirmatiuas, in quibus esse affirmatur. In libro de Interpretatione appellat negatiuas, in quibus modus negatur, & esse: ergo sibi cõtradicit. Laborat Philoponus in hac re. Sed ego breuibus dicerem has opponi posse bifariam. ſm modum tantum, ſm dictum tantum: & ſm totas, ſ. dictum & modũ. Secundum modum tantum, quoties modi tantum aduersantur, nõ autem dicta, vt necesse est hominem esse animal, & contingit hominem esse animal. Secundum dicta tantum, vt si dicta in quanto & quali aduersentur, non autem modi. Verbi causa, necesse est omne B esse A, necesse est quoddam B non esse A. Secundum se totas vero, cum aduersantur ſm modos & dicta: Hoc est in modis, & in quanto & quali: vt hæ necesse omne B esse A, non necesse est omne B esse A: nam hæc secunda virtute negationis proposita, æquipollet huic, contingit quoddam B non esse A, vbi modus modo, & quantum quanto, & quale quali opponuntur: & sic loquitur in libro de Interpretatione, & sic tollitur contradictio.

Dubõ.

Solutio.

Contra tpm la Sorticol rum.

Cap. 4. De cõtingẽtium ꝓpositionũ cõuersione.

IN contingẽtibus vero, quoniam multipliciter dicitur contingere: (etenim necessarium, & non necessarium, & possibile contingere dicimus.) In affirmatiuis quidem, similiter se habebit ſm conuersionem in omnibus. Nam si A omni, aut alicui B contingit, & B alicui A continget vtiq;. Si enim nulli, nec A nulli B. Ostensum est enim hoc prius.

Com. 22.

Hæc de de conuersione necessariarum, nunc de conuersionibus propositionum contingentium regulas intendit proponere. Primo tamen præponit vnam suppositionem, quæ est distinctio eius, quod est contingere. & Albertus, quẽ Culuerbinus imitatur, vult ꝙ Aristoteles velit trifariam contingens dici. vno modo pro eo, qđ sequitur ad necessarium, quo modo dicere solemus, si Deus est, necessario, contingit Deum esse. Solemus dicere contingit solem oriri, etiam dicimus, contingit solem vel lunam deficere. vbi semper per contingens intelligimus necessariũ. Secundo modo contingere capitur, vt est distinctum contra necessarium, & ad impossibile: & hoc per duplicem negationem. Describitur, quod si nec est necessarium, nec est contingens. vt hominem disputare, & hoc proprie dicitur cõtingens. Tertio modo accipitur pro possibili, quod quidem est genus ad hæc duo. vtrunq; enim contingens est posſibile. Sed dices contra hęc, vniuersale non diuiditur contra particulare: non enim genus ponit in numero cum speciebus. non enim solemus dicere animal multipliciter dici, vt aliud sit homo, aliud equus, aliud animal. Culuerbinus defendit Albertũ ex verbis eius: dicens, ꝙ hæc diuisio non est per species, sed per acceptiones diuersas: vnde sensus diuisionis est, ꝙ vna est acceptio contingentis in cõmuni: quæ significatur pro possibile: & ꝙ duæ sint speciales acceptiones eiusdem sub vniuersali acceptione cõtentæ: quæ significãtur per verba illa necessarium, & nõ necessarium. Et licet bene defendat quantum ad hoc, tamen videtur mihi, ꝙ Aristoteles ſm hanc diuisionem erit diminutus, quia contingere non modo de necessarijs, sed de ipso inesse dicitur. solemus enim dicere de homine currente, ꝙ contingenter currat: modo hoc prętermisisset Aristo. in hac diuisione. Secundo ad nihil videtur vtile tertium membrum. {Pro regulis enim dandis nihil seruit, ergo oportet dicere ꝙ Aristo. vult bifariam ipsum contingere dici. Vno modo cõmuniter, quod est cõmune ad necessarium, & ad inesse: quæ hic necessariũ appellat, & non necessarium. Et pro contingere ꝓprie, quod est possibile distinctum contra necessarium, & inesse. Quod enim distinguitur contra necessarium, distinguitur contra impossibile: cum impossibile esse idem sit ꝙ necesse non esse. ergo vno modo contingere accipitur cõmuniter, alio modo specialiter inquit {in contingentibus vero, multipliciter dicitur contingere: vno modo cõmuniter, quia & necessarium, & non necessarium, qđ est inesse, contingere dicimus: & sic vno modo dicitur vniuersaliter pro quodam cõmuni ad necessarium, & ad inesse: quod est non necessarium. Et etiam dicimus secundo modo cõtingere possibile, quod est distinctum contra illa: hoc modo exponendo nihil est diminuti, & nihil superflui. Legatur vero textus suspensiue propter verbum quoniam, cuius suspensio terminatur ibi, in affirmatiuis quidem. Hoc modo exponendo non oportet facere tot dubitationes, quot Albertus & Culuerbinus fecerunt. Quod vero ad necesse est esse, sequatur contingens est esse, probatur. & facio hanc consequentiam, necesse est esse: ergo contingit esse: vel sequitur, vel non sequitur. si sequitur, regula: & suppositio optima: si non sequitur, detur oppositum: oppositum autem est, non contingit esse: Sed quod non contingit esse, non possibile est esse: & quod non possibile est esse, impossibile est esse: & quod impossibile est esse, necese est non esse. ergo à primo ad vltimum, si detur illud oppositum, si necesse est ese, necese est non ese: quod est primo oppositum. Eodem potest probari, ꝙ contingens sequatur ad inesse. nam, si homo de inesse currit, ergo hominem contingit currere: quia, si non sequitur, sequetur oppositum. oppositum est, non contingit hominem currere. Tunc vltra, non contingit hominem currere: ergo non posibile est hominem currere: non posibile est hominem currere: ergo impossibile est hominem currere. modo, hoc repugnat antecedenti. Patet ergo, quòd contingere vno modo capitur pro communi & vniuersali quoddam ad necesario, & ad inesse: alio etiam pro speciali, quod distinguitur contra hæc. Hac suppositione stante, de affirmatiuis ponit hanc regulam, quouis modo capiatur contingens, eodem modo propositiones contingentes conuertuntur, sicut illæ de inesse: quia, sicut vniuersalis & particularis de inesse in parte conuertuntur, ita vniuersalis & particularis affirmatiua contingens, quouis modo accipiatur contingens, particulariter conuertuntur. Exemplum, contingit omnem stellam ese ortam: ergo contingit aliquod ortum ese stellam. Similiter, contingit omne album ese dulce: ergo contingit aliquod dulce ese album. vbi patet primam ese re ipsa necesariam, secundam vero re ipsa de inesse. Potest exemplum etiam dari in contingentibus: quia contingit omne amans ese patiens: ergo contingit aliquod patiens ese amans. Aristo. autem probat regulam. quia si contingit omne vel aliquod B ese A, quouis modo accipiatur contingens, contingit aliquod A ese B. nam si non contingit aliquod A ese B, necese est nullum A ese B. Illa enim æquipollet huic, necesse est nullum A esse B, : ergo necese est nullum B ese A: quod est oppositum, vt patet deducenti. Inquit. Quoniam supple tu contingere est dupliciter, in affirmatiuis similiter se habuerit secundum conuersionem in omnibus: similiter dico: sicut se habet in his, quæ de inesse, quoniam vniuersalis & particularis vtraq; particulariter cõuertitur. Nam (vt inquit) si A omni aut alicui B inesse contingit: quouis modo contingere intelligatur, & B alicui A continget vtiq;. ergo, si contingit omne B ese A, contingit aliquod A ese B. si enim nulli contingit, etiam A nulli B. continget, vt ostensum est prius.

Contingere dupl'r sumiť cõiter, & ꝓpric.

Quod ad necesse esse sequatur cõtingens, hic ꝓbatur.

Regulę.

In his


Contingens sumiť tripliciter.

Dubõ cõtra hoc.

Defensio culuerbini.

Refutatio.


2. expositio.



Prima regula vlis affirmatiua contingens conuertit i gte.

Resolo textus ad tres regulas. 1.regula.


In his verbis Aristo.innuit tres regulas:prima est particularis vel vlis ꝓpositio affirmatiua contingens,quæ ſm rem est necessaria,conuertiť particulariter. Vt si cõtingit omne B esse A,cõtingit aliquod A esse B:quia si nõ, detur oppositum: & erit non contingit aliquod A esse B. sed hæc ęquiualet illi,necesse est nullum A esse B:ergo necesse est nullum B esse A: quod est oppositũ antecedenti.



Particularis affirmatiua, & vlis contingẽs de inesse, particulariter conuertitur.

2 regula.

Secũda regula particularis & vlis affirmatiua contingens,q̃ ſm rẽ est de inesse, cõuertiť particulariter. sequiť enim,oē B contingit esse A: ergo aliqđ A contingit esse B: ꝙ si nõ,tũc nullũ A necesse est esse B:& arguať (vt prius) Verum hæc est differẽtia, quòd in prima oppositũ datũ æquiualet ad necesse est nulli inesse, oppositũ datum in secunda ęquiualet ad nulli inesse: & sic vtroq; mõ valet.



Affirmatiua vtrãq; contingens particulariter cõuertitur.


E Tertia affirmatiua vtraq; contingens proprie: conuertitur particulariter: quia valet,omne B cõtingit esse A: ergo contingit aliquod A esse B:Si non, detur oppositum & potest dari duplex oppositum. Proprie contingentis,vel quia necesse est omne A esse B,vel quia necesse est nullum A esse B. contingens enim proprie dictum habet duplex oppositũ:necesse esse, & impossibile esse. si datur oppositum per necesse esse, tũc oppositum erit, ergo necesse est omne A esse B: sed sequitur, necesse est omne A esse B: ergo necesse est quoddam B esse A: quod est oppositum primæ. si detur oppositum per impossibile esse, tunc cum impossibile esse, & necesse non esse idem sit,eius oppositum erit,necesse est,nullum A esse B: sequitur necesse est nullum A esse B.ergo necesse est nullum B esse A:& sic necesse est aliquod B non esse A: quod est alterũ oppositũ primæ. Hæ ergo tres regulæ patent. 3 regula.

In negatiuis vero non similiter: sed quæcunq; quidem contingere dicũtur, aut ex eo, F ꝙ ex necessitate non insunt, aut ex eo ꝙ non ex necessitate insunt similiter. vt siquis dicat hominem contingere non esse equum,aut album nulli tunicæ inesse: horum enim hoc q-dem ex necessitate non inest, illud vero non ex necessitate inest. Et similiter conuertitur propositio. si enim contingit nulli homini equum inesse, & hominem contingit nulli equo inesse. & si album contingit nulli tunicæ,& tunica contingit nulli albo.si enim alicui necessario,& album tunicę alicui inerit ex necessitate:hoc enim ostensum est prius. similiter autem in particulari negatiua.

Hactenus de affirmationibus,nunc de negationibus: Com.23. G quarum ponit tres regulas. sumendo contingens communiter. Prima est, sumendo contingens pro necessario non esse, vniuersalis negatiua conuertitur in terminis. 1.regula. Secunda, sumendo contingens pro nõ inesse:vniuersalis negatiua conuertiť in terminis. Secunda. Tertia,sumendo contingens vtroq; modo particularis negatiua non conuertitur. vnde dicit, in negatiuis vero, non similiter se habet in omnibus,sicut in illis de inesse.nam quę cunq; contingere dicunť, aut ex eo ꝙ ex necessitate non insunt, vt est æquiualens ad necesse non esse: aut ex eo ꝙ non ex necessitate insunt.vt est illud, quod æquiualet ad non inesse, similiter conuertuntur vt ille de inesse: quia vniuersales conuertuntur, particulares non cõuertuntur.Quæcunq; vero sunt de contingenti proprio,nõ similiter.vt dicemus.Harum exempla sunt,vt siquis hominem contingere non esse equum, siue nullum hominem esse equũ dicat,aut album nulli tunicæ inesse, hoc est aut nullam tunicam contingit esse albam. Horum H (vt inquit) exemplorum,hoc quidem,s.primum ex necessitate non inest, Vt contingat nullum hominem esse equum: quia necessario nullus homo est equus. Illud vero,s.secundum non ex necessitate inest, scilicet contingit nullam tunicam esse albam: quia de inesse nulla tunica est alba.Et similiter conuertitur propositio, quia prima conuertitur, vt vniuersalis negatiua necessaria, secunda,vt vniuersalis negatiua de inesse. Quod prima conuertatur,vt vniuersalis negatiua necessaria, probatur: quia (vt inquit) si contingit nulli homini equum inesse: & hominem contingit nulli equo inesse. Quod vero secunda conuertatur (vt negatiua vniuersalis de inesse. Probat, quia si album contingit nulli Tunicæ inesse, & tunica contingit nulli albo inesse. non contentus exemplo, Probat per Syllogismum contradictionis, & inquit: {Si enim alicui necessario, hoc est, vt si contingit nullam tunicam esse albam: ergo

Epilogus. Prima con. Secunda. Tertia. Cũm.24.

go contingit nullum albū esse tunicam. Quia si aliquod album necessario est tunica, per conuersionem particularis de inesse, cui hæc æquiualet, aliqua tunica necessario est alba, quod est oppositum, vt prius ostensum est.



De particulari vero negatiua in talibus ait, ꝙ similiter particularis negatiua non conuertitur. Ergo si continge re capitur pro necessario non esse, & pro non inesse, vniuersales conuertuntur, particulares vero non conuertuntur. Quid vero sit dicendum, si contingens capitur proprie, in textu sequēti dicemus. Expositiones autem Alberti, & Culuerbini nullatenus verbis Aristote. conueniunt: quoniam male intellexerunt suppositionē.

Epilogus. Hucusque ergo epilogando, patet. Primo, ꝙ necessariæ & vniuersales, & particulares eodem modo conuertuntur sicut illæ de inesse, tam negatiuæ, quàm affirmatiuæ. Particulares vero negatiuæ non conuertuntur, sicut nec illæ de inesse. secundo patet, quòd contingentes quouis modo sumpto ipso contingere affirmatiuæ omnes eodem modo conuertūtur sicut affirmatiuæ omnes de inesse, quia particulares, et vniuersales particulariter. Tertio patet tertio, quòd sumpto contingere communiter, vt sequitur ad necessarium, & vt sequitur ad inesse, vniuersales negatiuę omnes vniuersaliter conuertuntur, particulares vero nullo modo conuertuntur. vt dictum est in illis de inesse. Restat ergo solum videre, quomodo vniuersales siue particulares negatiuæ conuertantur, cum propositiones sunt contingētes proprie, scilicet ipso contingere distincto contra necessarium esse, & contra impossibile esse: nam solum in his est differētia. Hoc autem in sequentibus videbitur.

Prima con.

Secunda.

Tertia.

Quæcunque vero vt in pluribus, & in eo ꝙ nata sunt, dicuntur contingere (secundum quem modum determinamus contingens) non similiter se habet in priuatiuis cōuersionibus. Sed vniuersalis quidem priuatiua propositio non conuertit, particularis vero conuertitur. Hoc autem erit manifestum, quando de contingenti dicemus.

Cōm.24. Antequam de regulis in negatiuis dicamus, videndum est quid est commune propositionibus de quouis contingenti proprie. deinde videbimus, quot modis dicitur contingens proprie. Tertio ad regulas veniemus.

ōia oībus pōnib⁹ de ontingenti oprie. Quantum ad primum dicendum, quòd quælibet propositio de quauis specie proprī contingentis, dupliciter destruitur, & eius oppositum duas habet veritatis causas. Verbi causa hæc propositio, contingit quoddam A esse B, siue sit de contingenti nato, siue de contingenti ęqualiter, destruitur per necessarium esse illi oppositum in quanto, & per impossibile esse illi oppositum etiam in quanto. Verbi causa, quia valet necesse est omne A esse B: ergo non contingit aliquod A esse B. Iterum impossibile est omne A esse B: ergo nō contingit aliquod A esse B. Causa est, quia contingens proprie dicit duplicem negationem, scilicet necessarī, & impossibilis. Patet ergo, ꝙ à qualibet istarum disiunctiue destruitur particularis contingens: sed, quia impossibile esse valet idem, quod necesse nō esse. ergo idem est dicere impossibile est omne A esse B, & dicere, necesse est omne A non esse B. sed hæc æquipollet suæ contrariæ: ergo idem est dicere, necesse est omne A non esse B, & dicere necesse est nullum A esse B. Quæ ratio docet illam propositionem, contingit aliquod A esse B, posse indifferenter destrui pro qualibet harum: sequitur enim necesse est omne A esse B: ergo non contingit aliquod A esse B. similiter sequitur, necesse est nullum A esse B: ergo non contingit aliquod A esse B. Ex quibus vlterius sequitur, ꝙ propositio contingens proprie copulatiue infert contradictoria earum. Sequitur enim, contingit proprie aliquod A esse B: ergo non necesse est omne A esse B, & non necesse est nullum A esse B. Patet, quia contingens proprie includit duplicem negationem, scilicet necessarī, & impossibilis. Sequitur secundo, quòd contradictoria contingentis proprie habet duas causas veritatis, quarum qualibet disiunctiue infertur. Sequitur enim, necesse est omne A esse B: ergo non contingit proprie aliquod A esse B. Sequitur etiam necesse est nullum A esse B: ergo non contingit aliquod A esse B. Ergo à quęlibet illarum indifferenter contradictoria illius contingentis particularis potest esse vera. Et sicut diximus de particulari contingenti, ita de vniuersali dici potest, & affirmatiua, & negatiua. hæc de communibus, quę competunt propositionibus, cuiusuis modi contingentis proprī. Nūc de speciebus contingentis proprī dicamus. {Vbi patet omnes conuenire, ꝙ contingens proprie, quod cōtra necessarium, & impossibile distinguitur, est duplex. Alterum infinitum, alterum natum. Infinitum quidem vocamus æquale ad vtrunq; Quod alterum oppositū comparatiōe alterius sit æqualiter indeterminatum euenire. Natum vero, quod est aptum esse magis, quàm non esse. vt hominem canescere in senectute, & hominem esse dentatum in virilitate. Hoc quidem comparatione sui oppositi, scilicet comparatione eius, quod est non esse, dicitur natum. eius oppositum comparatione huius est contingens raro. De raro enim homo non canescit in senectute. Hac ratione contingens raro non enumeratur inter species contingentis proprī, cum sit altera pars contingentis nati: quia, si contingit plerunq; hoīem in senectute canescere, cōtingit rarēter non canescere. Sunt ergo duæ species contingentis proprie dicti, quarū altera dicitur contingens infinitum siue æquale, altera contingens natum. His præmissis, veniamus ad regulas Aristote. Albertus ergo & Culuerbinus asserūt Aristotelem ponere duas regulas vniuersales in propositionibus contingentibus negatiuis secundum vtranque speciem contingentis.


Corollariū, ꝙ cōtingēs copulatiuæ inferat duo opposita.

Secundū corollarium, qđ contingētis proprii oppositū habeat duas cās veritatis.


De spēbus.

Contingens duplex.

Regule.



Quarum Prima est, vniuersalis negatiua de contingenti siue nato, siue æquali, non conuertitur vniuersaliter: non enim sequitur, de contingenti æquali vel nato, contingit nullum B esse A: ergo de cōtingenti nato vel ęquali contingit nullum A esse B.




Secunda vero eſt, particularis negatiua contingens ſiue de nato ſiue de æquali contingenti conuertitur particulariter. Quia ſequitur de contingẽti æquali vel nato, contingit aliquod B non eſſe A. ergo de contingenti æquali vel nato, contingit aliquod A non eſſe B. Ego vero dico ꝙ iſte duæ regulæ, vt ponit Albertus, ſunt veræ (vt probabitur. Verum Ariſt. ſolũ regulas ponit de contingenti nato: non. n. fecit mentionem de contingenti æquali, vel quia nõ eſt ſcientificũ, vel quia poſtea de eo loquet. Solũ. n. fecit mentionem de contingenti vt in pluribus: modo contingens plerunq;, & contingens natum idem eſt. vnde hæc eadem ſunt contingens aptũ, contingens natum: contingens propenſum, & contingens plerũq;, vt Philoponus aſſerit. Et ꝙ ita ſit lege verba, quæcunq; vero vt in pluribus, & exponit verbum in pluribus, & inquit, et in eo ꝙ nata ſunt, dicuntur contingere. Secundum quem modũ determinamus nunc contingens, ſ. vt diſtinguitur contra neceſſarium, & contra impoſsibile: non ſimiliter ſe habebit in priuatiuis conuerſionibus. Ecce qũo per contingẽs vt in pluribus, & per contingẽs natum idem intelligitur. Deinde exponit regulas, & inquit { ſed vniuerſalis quidem priuatiua non conuertit, ſ. vſr, particularis vero conuertitur. Hæ ſunt duæ regulæ: & quia probationes regularum patebunt poſtea, ideo ſe remittit ad poſterius dicta, & inquit { hoc autẽ erit manifeſtum, quando de contingẽti dicemus. Ergo hic ſunt duæ regulæ ſolum de contingenti nato, quæ licet vere ſint de contingenti æquali, vt patebit, tamen Ariſtot. illud non dicit. Circa has regulas, Primo probabimus ipſas, Secũdo dubitabimus contra eas. { Pro probatione primæ ſupponamus ꝙ vniuerſalis affirmatiua de contingenti nato & etiam de contingenti æquali conuertitur ad oppoſitam qualitatem, vt infra dicemus. Sequitur enim de contingenti nato, vel æquali, contingit omne B eſſe A: ergo contingit nullum B eſſe A. Valet enim licet non ſeruata eadem contingentis ſpecie: eſt enim ſecunda de cõtingenti raro. Sit ergo hæc ſuppoſitio, quòd hæc conſequentia valet de contingenti nato, contingit omne B eſſe A: ergo contingit nullum B eſſe A. Hac ſuppoſitione ſtante, quæro vel vniuerſalis negatiua de contingenti nato conuertitur vniuerſaliter, vel non conuertitur. ſi non conuertitur, habetur regula: ſi conuertitur, ſit hęc contingit nullum B eſſe A. Ergo contingit nullum A eſſe B, & argumentor ab illa ſuppoſitione, ſi ſequitur, cõtingit omne B eſſe A, contingit nullum B eſſe A, vt ſuppoſitio dicit: ergo, ſi ſequitur, contingit nullum B eſſe A: cõtingit nullum A eſſe B. A primo ad vltimum ſequetur, contingit omne B eſſe A: ergo contingit omne A eſſe B. Et ſic vniuerſalis affirmatiua conuerteretur in terminis in talibus, cuius oppoſitum dictum eſt. Et ꝙ ſequatur, deduco, Nam, ſi contingit omne B eſſe A, contingit nullum B eſſe A, per ſuppoſitionem, contingit nullum B eſſe A: ergo per te contingit nullum A eſſe B. Et per ſuppoſitionem iterum ſequetur, ergo contingit omne A eſſe B, per cõuerſionem ad oppoſitam qualitatem. Quare â primo ad vltimum ſequitur, contingit omne B eſſe A: ergo contingit omne A eſſe B. Quod eſt contra regulas prius aſſignatas: non poteſt ergo vniuerſalis negatiua in terminis conuerti, quia tunc vniuerſalis affirmatiua in terminis conuerteretur. Secunda etiam regula probatur. Quia ſi contingit aliquod B non eſſe A: cõtingit aliquod B eſſe A, per conuerſionem ad oppoſitã qualitatem, contingit aliquod B eſſe A: ergo contingit aliquod A eſſe B, per regulas ſuperius dictas, contingit aliquod A eſſe B: ergo contingit aliquod A non eſſe B, per conuerſionem ad oppoſitam qualitatem. Ergo â primo ad vltimum, ſi cõtingit aliquod B non eſſe A, contingit aliquod A non eſſe B. & ſic particularis negatiua conuertitur, quæ eſt ſecunda regula. Sed dubitatur contra primam regulam, quia videtur, ꝙ vniuerſalis negatiua de contingenti nato conuertatur in terminis, vt patet ſyllogizando per ſyllogiſmum contradictionis, hoc modo, ſi de contingenti nato contingit nullum B eſſe A. Ergo contingit nullum A eſſe B. Probatur, quia ſi non, detur oppoſitum, & erit non contingit nullum A eſſe B.

Qualis Ari. intentio.


De ꝓbatiõe regularum. Probatio primæ.

Probõ. 2.

Dubitatio Pulchra.



Sed hæc æquipollet illi, neceſſe eſt aliquod A eſſe B. tunc vltra, neceſſe eſt aliquod A eẽ B: ergo neceſſe eſt aliquod B eſſe A. Et dicebatur contingit nullum B eſſe A: ergo ex oppoſito ſequitur oppoſitum, & ſic conſequentia fuit bona. Pro alia parte eſt textus Ariſtote. & eſt inſtantia, quia non ſequitur contingit nullum hominem eſſe dentatum in ſenectute: ergo contingit nullum dentatum in ſenectute eẽ hominem. Stat. n. oppoſitum conſequẽtis, ꝙ neceſſe eſt aliquod dentatum in ſenectute eẽ hoĩem.



Et licet hæc quæſtio ſit mihi pergrandis, tamen cum proteſtatione, nunc dicerem Ariſtotelem velle vniuerſalem negatiuam contingentem proprie loquendo de contingenti, non conuerti vniuerſaliter ad vniuerſalem contingentem, proprie loquendo de contingenti, vt inſtantia monet: non tamen negat tales poſſe conuerti ad uniuerſales contingentes communiter loquendo de contingenti, ſcilicet ſumendo contingens, vt diſtinguitur contra impoſsibile. Quia ſumendo contingens, vt diſtinguitur contra impoſsibile, ſequitur, contingit nullum hominem eſſe dentatum in ſenecta. Ergo contingit nullum dentatum in ſenecta eſſe hominem. Quia non eſt impoſsibile. Poteſt enim nullus dentatus in ſenecta eſſe homo, quia poteſt nullus dentatus eſſe, & ſic poteſt nullus dentatus eſſe in ſenecta: & ita poteſt nullus dentatus in ſenecta eſſe homo. Ergo contingens vniuerſalis negatiua, de contingenti nato, poteſt conuerti ad contingentem

Reſponſio

tingentem vniuersalem, hoc est ad non impossibilem vniuersalem.

Nunc autem tantum sit cum ijs, quæ dicta sunt, manifestum quòd contingere nulli, aut alicui nõ ineſſe affirmatiuam habet figuram: nam ipsum contingere ipsi est similiter ordinatur: ipsum autem est, quibuscunq; adiacens prædicatur, affirmationẽ semper facit, & omnino. Vt est non bonum, vel est non album, vel simpliciter est non hoc. ostendetur autem hoc per sequentia. secundum conuersiones autem similiter se habebunt alijs.

Cõm. 25. Quia necessarias propositiones et posſibiles, quarum dicta sunt negata appellauit negatiuas, quarum vero dicta sunt affirmatiua appellauit affirmatiuas, quęrit vtrũ sit simpliciter verum hoc. Respondet, ꝙ necessariæ vel contingentes, quarum modi nõ negantur non sunt simpliciter negatiuæ, etiam dictis illarum negatis. Et hoc proponit cum dicit {nunc aũt tantũ sit cum ijs, q̃ dicta sunt, manifestum: qm̃ cõtingit nulli, aut cõtingit alicui, nõ ineſſe affirmatiuã habet figurã, hoc est spẽm, & qualitatem. Vt hæc est simpliciter affirmatiua, cõtingit nullũ B esse A. & cõtingit aliquod B non esse A. cuius rõnem asserit, quia ita se habet modus in ijs, sicut verbum ĩ illis de ineſſe. Sed verbum affirmatũ facit affirmationem, & negatũ negationẽ: ergo modus affirmatus facit affirmationem, & negatus negationẽ. Vñ inquit {nam ipsum contingere ipsi est sil'r ordinat̃, quo. s. ad qualitatẽ. {At ipsum est quibuscũq; adiacens p̃dicatur, affirmationem semper facit, & oĩno.} Vt cũ dicit̃, est non bonum, vel est non album, vel simpliciter siue vl'r est non hoc: intelligendo per non hoc oẽ prædicatũ infinitatũ, vt non musi cum, aut non aĩal, aut quoduis non tale, semper & oĩno propositio erit affirmatiua. Quæ ita esse, in fine libri huius declarabitur. Et licet ita sit, ꝙ sint simpliciter affirmatiuæ, cũ modi non negentur, tñ conuersiones talium necessariarum, & posſibiliũ, eõuersiones erunt, vt dictum est in alijs de ineſſe, præterq; in propositionibus negatiuis tm̃ de contingenti proprie, in quibus vl'es non cõuertuntur, sed particulares. Sunt qui referunt hæc vltima verba ad ꝓpõnes de prædicato infinito, quę sunt simpl'r affirmatiuæ. Vt sit sensus, quanq; est non bonũ, est non album, & similes: quare verbum est affirmatũ, prædicatum negatũ: sunt simpliciter affirmatiuæ & fm quid priuatiuę: tñ hæ eodẽ modo conuertunt̃, vt illę, quarũ prædicata non sunt infinitata. quia vniuersalis & particularis affirmatiua conuertunt̃ in parte. Sequitur. n. oẽ B est non A, ergo aliquod nõ A est B. Sil'r & particularis eõuertitur. Vniuersalis autem negatiua, vl'r. Sequitur enim, nullum B est non A: ergo nullum non A est B. Particularis autem non conuertitur, quia datur instantia. Non. n. sequitur, aliquod ens non est non homo. ergo aliquis non homo non est ens. Quia prima est vera, nam sua æquipollens est vera, aliquod ens est homo. Secunda vero falsa, quia oĩs non homo est ens. Harum regularũ causam assignãt Iuniores, quia talis est infinitationis proprietas, vt semper terminũ vniuersaliorem faciat minus vl'em. Iste enim terminus homo, licet sit infimus, tñ infinitatus est supremus. & sic de alijs suo ordine. Ergo ĩ talibus sunt tres regulæ. Prima vniuersalis affirmatiua conuertitur particulariter. Quia sequitur oĩs lapis est non homo: ergo quidam non hõ est lapis. Secunda particularis conuertitur particulariter, quia valet quoddam aĩal est non homo: ergo quidam non homo est aĩal. Tertia regula est, vniuersalis negatiua conuertitur vl'r. Quia sequitur nullus hõ est non substantia: ergo nulla non substãtia est hõ. Et licet hęc, quæ isti dicũt, vera sint ad verba Aris. non sunt. Non. n. Aristo. debebat obiter dicere, quæ requirunt principalem pertractationẽ. Propterea de his partim in libro de Interpretatione, partim in fine huius Primi dicendum est. Hactenus de conuersionibus.

Cap. 5. De syllogismis trium figurarum ex propõnibus inexistẽtibus.

DEterminatis autem his, dicemus iam p quæ, & quando, & quomodo fit omnis syllogismus. Postea vero dicendum est de demonstratione. Prius enim de syllogismo dicendum est quàm de demõstratione, eo quia vniuersalior est syllogismus. Nam demonstratio quidem aliquis syllogismus est. Syllogismus vero non omnis demonstratio est.

Cõm. 26

His ergo suppositis tanq; necessarijs ad pertractationem de syllogismis, nunc redit ad tractandum de illis. Verum pertractaturus de syllogismis, proponit procœmium, vt & intentio habeatur, & ordo ad alios libros. vnde dicit: {His vero determinatis} tanq; suppositionibus necessarijs ad pertractationẽ de syllogismis. {Dicemus iam per quæ, s. per quas propositiones, & {quãdo} supple syllogismi vtiles, quandoue inutiles fuerint: & {qũo}, s. quo ad medĳ dispositionem {fit oĩs syllogismus.} Hæc quo ad præsentem librum. Quo vero ad librum Posteriorum. {Inquit. {Postea uero dicendum est de demonstratione. Cuius ordinis causam affert, & dicit: Prius. n. de syllogismo dicendum est, q̃; de demonstratione, eo ꝙa syllogismus vniuersalior est demonstratione. nam demonstratio quidẽ aliquis syllogismus est, & sic oĩs demonstratio syllogismus est: syllogismus vero non omnis demonstratio est. Modo ab vniuersalioribus semper innata est doctrina procedere ad minus vniuersalia. Tu vero intelligas ab vniuersalioribus esse ꝓcedendũ ad minus vniuersalia in eadẽ doctrina totali. Nã in diuersis doctrinis totalibus diuersoꝝ generum, possumus incipere à minus vniuersalibus: ĩcipimus. n. à Physicis, licet minꝰ vniuersalibus, & ꝓcedimus ad metaphysica, licet vl'ora. qm̃ sunt doctrinę diuersoꝝ generũ. At posterioristica, & ꝓoristica ptes sunt vnius doctrinę totalis, q̃ est analytica: ideo ꝓus de syll'o in illa agendũ est q̃ de demonstratione. Hactenus de ordine atq; procœmio.

Nota.

Prima Figura.

QVando igit̃ tres termini sic se hñt adinuicem, vt postremus sit ĩ toto medio, & mediũ sit vel nõ sit in toto primo, necesse est extremitatum esse syll'm perfectum.

Cõm. 27.

Nunc prosequitur de syllogismis. & primo de syllogismis, qui constant ex ꝓpõnibus de ineſſe. Verum anteq; ad rẽ deueniamus, quædam cõia oĩbus syilogismis dicenda sunt. Accipiamus ergo primo figuram syllogisticam esse syll'm. Syll'm autem oẽm constare ex duabus duntaxat ꝓpõnibus, vt eius definitio indicat. Tunc dicendum est, ꝙ ꝓpõnes duę, ex quibus syllogistica oratio constat, aut conueniunt in vtriſq; terminis, vt oĩs homo est aĩal, oĩs homo est aĩal: aut in vtriſq; differunt, vt oĩs hõ est iustus: oĩs equus est albus. Aut in altero differũt, & in altero cõueniunt. Si in vtriſq; conueniunt, nihil sequitur, vel siquid sequetur, illud non diuersum est ab assumptis. Sin autem in vtriſq; differunt, nihil ex eis syllogizatur. nihil. n. sequitur, omnis homo est iustus: omnis equus est albus positis. ergo oportet (vt ĩ altero differãt, & in altero conueniunt) Verum hoc eẽ potest, vel quia ꝓma ex vno est termino, vt omnis homo est homo: omnis homo est animal, vel, ꝙa secũda est ex vno termino, vt oĩs homo est animal: oĩs homo est hõ, & quouis modo dicat̃, ex his positis nihil diuersi syllogizat̃. Patet ergo oẽm figuram, oẽmq; syllogismũ tribus terminis constare, vltimo, s. primo, & horum medio. Hæc de figura.

De figura.

De numero figurarum.

De numero vero figurarum agamus. Nã, cum omnis figura trib⁹ terminis cõstet, s. duob⁹ extremis, ac medio:

Medius terminus, aut vtriſq; extremis ſubñcitur: aut de vtroque prædicatur: aut alteri ſubñcit̃, & de altero vero prædicatur. ſi alteri ſubñcitur, & de altero prædicat̃, erit prima figura. Si autem de vtroq; prædicatur, erit ſecunda figura. ſin autem vtriq; ſubñcitur, erit figura tertia.

De ordine figurarum.

De figurarũ vero ordine dicamus. Ea itaq; diſpoſitio, in qua medius alteri extremorũ ſubñcitur, de altero vero prædicatur, probe prima figurarum eſt. Primo quidem, quia in nulla aliarum terminus medius habet rationem veri medñ, cum in hac prædicati & ſubiecti vices ſubeat. Ea vero diſpoſitio, in qua terminus medius bis prædicatur, dicitur ſecunda, & prior tertia, quia prædicatum eſt ante ſubiectum. Præterea in prima diſpoſitione omnia problemata ſyllogizãtur, & vniuerſalia, & particularia, & affirmatiua, et negatiua. In ſecũda negatiua, ſed vniuerſalia: in tertia diſpõne particularia tantũ.

Præterea prima diſpoſitio potiſsimum demonſtrationi conuenit. Poſt illam ſecunda diſpoſitio. Tertia vero diſpoſitio cum particulariter ſyllogizet, demõſtrationi nullatenus conuenit. Præterea prima diſpoſitio aſsimilatur animæ, quæ medium obtinet corruptibilium & æternorum. Secunda diſpoſitio aſsimilatur formæ, ſ. ratione prædicati, quia, ſ. in ea medium prędicatur. Tertia aſsimilatur materiæ, quia mediũ quod vtriſq; extremis ſubñcitur, materia eſt. At anima eſt prior forma. Forma vero eſt prior materia, quo fit vt prima diſpoſitio ſit bene inſtituta in primo loco figura prima, in ſecundo loco ſecunda, in tertio tertia. Et de ordine hactenus.

De modis.

De modis vero dicamus quot ſunt in prima figura. Nam, cum duæ propoſitiones ſint cuiuſq; ſyllogiſmi, illæ quadrifariam combinari poſſunt. Quoniam aut ambę ſunt affirmatiuæ, aut ambæ negatiuę, aut altera affirmatiua, altera vero negatiua. ex vtraq; negatiua inutilis eſt coniugatio. Si vtraque eſt affirmatiua, aut vtraq; vniuerſalis, & hic primus modus primæ figuræ eſt. Aut vtraq; particularis, & ſic inutilis eſt. Aut maior vniuerſalis, & minor particularis: & ſic eſt tertius modus primæ figuræ. Aut cõtra maior particularis, & minor vniuerſalis: & ſic iterum inutilis eſt. Sin autem altera ſit negatiua, altera affirmatiua, ſi maior quidẽ affirmatiua eſt, minor autem negatiua, inutilis eſt. Sin autem contra, maior eſt negatiua, minor affirmatiua, aut ambæ particulares ſunt, & ſic inutilis eſt. Aut ambæ vniuerſales: & ſic vtilis eſt, & eſt ſecundus modus primæ figuræ. Aut maior particularis, & minor vniuerſalis: & ſic inutilis eſt. Aut contra maior vniuerſalis & minor particularis, & ſic eſt quartus modus primę. Hi ergo ſunt omnes modi primę figuræ vtiles. vtrum vero aliqui alñ ſunt, poſterius diſputabitur.

De verbis.

His habitis ueniamus ad verba: Ariſtoteles ergo primo deſcribit eam diſpoſitionem, quam diximus eſſe primam figuram, & dicit {quando igitur tres termini ſic ſe habent adinuicem, vt poſtremus ſit in toto medio, & medium ſit vel non ſit in toto primo, neceſſe eſt extremitatum eſſe ſyll'm perfectum.} In quibus verbis innuit quid ſit prima figura.

Quid prima figura.

Nã eſt diſpoſitio trium terminorũ, ſecũdum quã poſtremus eſt in medio, & mediũ eſt, vel nõ eſt in primo. Innuit etiam ſimul deſcriptionẽ primorũ duorum modorũ vniuerſaliũ illius, cũ dicit {ꝙ eſt diſpoſitio trium terminorũ, ſecundum quã mediũ eſt vel non eſt in toto primo, & poſtremum in toto medio. Cum.n. dixit eſt in toto primo, innuit primũ modum: cùm aũt dixit, vel non eſt in toto primo, innuit ſecundũ modum. {Intelligit aũt per medium eẽ in toto primo, medium eẽ in primo (vt in ſuo toto.) Hoc aũt eſt primũ vl'r prędicari de medio. Similiter medium non eſſe in toto primo, eſt primum de nullo medio prędicari. Poſtremum vero eſſe in toto medio eſt medium prædicari vl'r de poſtremo. Cauſa autem eſt, quia eſſe in toto et dici de omni idem eſt, & de nullo prædicari, & non eſſe in toto, etiam idem eſt. Dixit neceſſe eſt extremitatum eſſe ſyllogiſmum, quia cõcluſio eſt ex maiore & minore extremitatibus. non enim medium cõcluſionem ingreditur, quaſi dicat neceſſe eſt ſyll'm eſſe concluſionis, quæ componitur ex extremis, & non ex medio. Dixit etiam perfectum, quoniam in prima figura ſunt particulares ſyllogiſmi imperfecti, ad quorum excluſionem ſubiecit perfectum. Cum.n. medium eſt vel non eſt in toto primo, & poſtremum eſt in toto medio ſyllogiſmi ſunt vniuerſales, & ſic perfecti. Hæc generatim de prima figura, & de primis eius modis.

Dubũ.

Sed dubitatur, quia fieri poteſt ſyllogiſmus perfectus, qui non erit ex tribus terminis: quorum medium ſit in primo, & poſtremum in medio. Vt hic ſyllogiſmus, omne biſyllabum eſt ſcriptũ, quodlibet omne eſt biſyllabũ. Ergo quodlibet omne eſt ſcriptum. Vbi To omne non eſt terminus, qui ſit in toto medio, quia cum to omne ſit ſyncategorema: in nullo eſt nec biſyllabum in toto primo, vt patet. Præterea verbum ingreditur concluſionem, quod aſſumebatur in propoſitionibus: ergo ſyllogiſmus non eſt extremitatum tantũ, ſed verbi. Tertio dubitatur, quia iſte ſyllogiſmus eſt optimus: omnis eſſentia diuina eſt pater: omnis Deus eſt eſſentia diuina: ergo omnis Deus eſt pater. ſyllogiſmus eſt optimus, & tamen nec medium eſt in toto primo, nec poſtremum in toto medio: qm̃, ſi eſſentia diuina eſſet totum ad Deum, eſſet vniuerſale, quod eſt falſum. Ad primam quanq; ſyllogiſmus ille ſit ridiculus, nec in eis peripatetici elaborarunt, ſed ſolum de hiſ ſyllogiſmis, qui fiunt ex terminis categorematicis, hoc eſt formaliter ſignificatiuis, quales ſunt homo, animal, & id genus, tamen, vt ſatisfaciã importunitati externorũ, (quorum ſtudiũ totũ eſt ĩ verbis, & nullatenus in rebus, quarum ſcientiam oẽs homines natura deſiderant: dico pro regula, ꝙ quotieſcunq; ſyncategoremata materialiter capiuntur, ſecundum eam ſignificationem materialem, efficiũtur categoremata, & ita poſſunt eſſe media, vel extrema, & ſic dico, ꝙ medium, ſ. biſyllabum materialiter ſumptum erit ĩ toto primo, & poſtremum erit in medio, & ſic ſunt tres termini. {Mantuanus autem longe externis importunior, negat oẽs tales propoſitiones, homo eſt biſyllabum, oẽ eſt biſyllabum, homo eſt ſpecies, & huiuſmodi. Dicit tamen has concedi ab aliquibus breuitatis cauſa. Verum longum eſſet diſputare ſuam opinionem.

Solutio.

Ad ſecundam dicendum eſt per ea q̃ ſuperius diximus de verbo, ꝙ verbum nõ eſt terminus, cũ ſumitur pro copula, quia eſt ſyncategorema, in quod non reſoluitur propoſitio. Et ita licet ingrediatur cõcluſionem, quia tñ medius illam non ingreditur, ſyllogiſmus dicitur extremitatum tm̃, & non medñ termini. Si quidem verbũ nec ſit extremitatum aliqua, nec medius terminus.

Syllo in diuinis.

Tertia dubitatio eſt abſtruſiſsima, Propterea nonnulli facile ſe expedientes dixerunt, regulas Ariſto. habere ſolum locum in creaturis, non autem in diuinis. Non.n. Ariſto. cognouit aliquam rem ſingularem eſſe eandem cuilibet diuerſarum rerum, & ſic non cognouit aliquam propoſitionem eſſe de omni, in qua ſubiectum non ſit in toto prædicato, tanq; in ſuo vniuerſali, nec cognouit aliquod poſſe dici de omni, & non eſſe vl'e. Modo pro veritate nos tenemus eſſentiam diuinam dici de omni Deo, & non eſſe vniuerſalem ad omnem Deum.

Regula omne ſyncategorema ẽ categorema.

Confutatio.

Sed licet hæc non nouerit Ariſtot. Pono per caſum, ꝙ non ſit niſi vnus ſingularis motus in mundo, vt potea alteratio, qua calefit vnum ſingulare lignum. Deinde obligo te ad eam opinionem, quæ dicit de mente Ariſt. ꝙ motus ſit paſsio, & ꝙ motus ſit actio, ſic videlicet, ꝙ quælibet talis prædicatio ſit formalis. Tunc ſyllogizo, omnis motus eſt per caſum A: omnis actio eſt motus per opinionem: ergo omnis actio eſt A. vbi patet ſyllogiſmũ eſſe optimum, & tamen nec medium eſt in toto primo, nec in medio toto eſt terminus poſtremus. Nõ enim primum eſt vniuerſale ad medium, nec medium eſt vniuerſale ad poſtremum: cum A ſit vnum ſingulare, ad nihil vniuerſale. Sil'r motus non eſt vniuerſale ad actionem:

cum

cum sit vnus singularis motus, quæ est actio & passio. Ergo stantibus his, cogitur Aristot. dicere, ꝙ in plus est dici de omni q̃; vniuersale. cum aliquid possit dici de oĩ aliquo, ad quod nec est commune, nec vniuersale. In casu enim A dicitur de omni motu, & tamen nec est quid commune, nec quid vniuersale ad motum. ſimiliter motus dicitur de omni actione, ad quam nec est quid cõmune, nec quid vniuersale. Ideo catholici dicunt, ꝙ pater dicitur de omni essentia, & tamen nec est quid commune, nec quid uniuersale ad omnem essentiam. Et essentia dicitur de omni Deo, ad quem nec est quid vniuersale, nec quid commune. Potest ergo dici, ꝙ Aristo. regula est vniuersalis, excepto vno casu, ſ. cum vna res singularis esset eadem cuilibet diuersarum rerum. Excepto. n. hoc vno solo casu, omnis syllogismus perfectus vniuersalis est ex tribus terminis, quorum medius est in toto primo, & postremus in toto medio. at in hoc casu syllogismus est vniuersalis, quia primus prædicatur de omni medio, & medius terminus de omni postremo. Hęc deberent sufficere pro dilucidatione eorum, quæ Aristot. dicit. De veritate illarum propositionum, omnis essentia est pater, & omnis Deus est essentia, digladiãtur externi dialectici. Omnes tamen conueniunt, ꝙ, si ille terminus essentia distribuitur ad suppositа termini essentiæ, quæ sunt vna res singularis, diuersa tamen in voce solum vel in scripto, prędicatio est vera. est enim sensus, ꝙ hæc essentia diuina sit pater, & illa essentia diuina sit pater, & ꝙ non est aliqua essentia diuina, quæ non sit pater. & in hoc sensu est vera, quia per hæc suppositа non demonstramus diuersas essentias, sed vnam essentiam singularem, quæ est eadem patri, quia cum sint suppositа, termini erunt diuersi in voce, vel in scripto, non autẽ in re. {Similiter de illa omnis Deus est essentia, & de illa, omnis Deus est pater. Hanc eandem distributionem possumus facere in omni termino, cuius non est secundum rem, nisi vnum singulare suppositum. Bene enim dicimus omnis Sol lucet, vbi sensus est, quòd iste Sol luceat, & ille Sol luceat, & ꝙ non est aliquis Sol, qui non lucet: non enim hæc sunt diuersa suppositа in re, sed solum in voce vel scripto, & dicuntur suppositа termini, quia non est descensus ad suppositа alio termino appellata. At, si ille terminus essentia distribuitur pro suppositis rei, quæ est essentia, quæ suppositа appellantur suppositа extra terminum, propositio est falsa. Est enim sensus, ꝙ omnis res, quæ est essentia, sit pater, quia descẽsus fit extra terminum essentiæ ad suppositа rei, quæ est essentia per terminum transcendentem appellata, hoc modo, hæc res, quæ est essentia diuina, est pater: & illa res, quæ est essentia diuina, est pater, & non est aliqua res, quæ est essentia diuina, quæ non sit pater: modo hæc est falsa de filio. Ideo, si ille terminus essentia distribuitur distributione extra terminum essentiæ, est falsa. Dicuntur autem hæc suppositа extra terminum, quia non descẽdimus per illum terminum essentia, sed per illum terminum, res, quæ est essentia. Quæ suppositа etiam differunt non solum in voce vel scripto, sed in re. Pater enim & filius differunt realiter. Hæc suppositа etiam â nullis dicuntur mediata, suppositа vero termini dicuntur immediata: sed de nominibus non sit nobis cura. Addere consueuerunt externi distributionem extra numerum, quoties descẽderemus ad suppositа alterius numeri per terminum etiam transcendentem. Quo in casu trinitas ab his dicetur suppositum extra numerum illius termini essentia, pater vero suppositum in numero, quia conuenit in vnitate. Trinitas vero denominatur numero trinario. Quo in sensu negabitur hæc, omnis essentia est persona, quia trinitas est essentia, quæ non est persona. sed de his ad Theologos. Satis sit pro logico præcepto accipere aliquem syllogismum eẽ vniuersalem in prima figura, vbi nec medium est in toto primo, nec postremũ in toto medio, vtpote cum vna singularis res est eadem cuilibet diuersarum rerum diuisiue, vt diximus. Hæc licet sint superflua, cum deberent in libris Theologorum disputari, importunitas externorum, qui plerunque miscent omnia in vno libro, coegit nos facere digressionẽ.

Circa verba Aristotelis solet dubitari, quia in syllogismis vniuersalibus primæ figuræ nõ videtur ꝙ medium sit in toto primo, & postremum in toto medio semper, quia tũc oporteret (vt semper primum sit in plus quàm medium, & medium in plus q̃ postremum. & ita nullus posset esse syllogismus vniuersalis in prima figura ex terminis cõuertibilibus. Iuniores dicebant ꝙ extrema & medium possunt considerari in conuertibilibus quo ad id, quod sunt, & hoc pacto non est alterum conuertibilium pars vel totum, cum quo ad id, quod sunt, æqualia sunt, aut possunt considerari quo ad rationes prædicati & subiecti formales: & hac ratione primum, quod prædicatur de medio, habet rationem totius, medium vero quod est subiectum, habet rationem partis. Eodem modo medium ea ratione, qua prædicatur de postremo, habet rationem totius. Postremum vero ea ratione, qua est subiectum, habet rationem partis. Sed hæc responsio non placet, quia ratio, quam nomen significat, est rei definitio: quare, si quo ad res ipsas alterum non est alterius aut totum aut pars, nec etiam quo ad rationes poterit alterum alterius esse aut totum, aut pars. Pręterea, si primum quatenus prædicatur de medio, est totum ad medium, quatenus prædicatur, continebit mediũ & aliquid vltra. vt patet per definitionẽ totius. At primum ipsum nec quo ad id quod est, nec quo ad rõnem prædicati continet medium, et aliquid vltra: igitur nullatenus esse potest totum ad medium. Simili ratione & de medio respectu vltimi. Melius ergo dici potest aliquod eẽ verum per se, & falsum per accidens. Per se enim omne animal est aptum videre, per accidens tamen potest aliquod animal esse non visiuum, vt talpa. Sic ad propositum per se omnis syllogismus in prima terminorum dispositione, quæ dicit prima figura, est quoties medium est in toto primo, & vltimum in toto medio. Per accidens vero potest esse syllogismus in prima figura, vbi medium non erit in toto primo, nec vltimũ in toto medio. Verbi causa in conuertibilibus. Hæc est expositio græcorum, & mens Aristotelis.

Voco autem medium quidem, quod & ipsum in alio, & aliud in ipso est, quod & positione fit medium. Extrema vero, & quod ipsum in alio est, & in quo aliud est.

Cum exposuit figuram, nunc exponit terminos. Et supponit in conclusione esse duo extrema, prædicatum, & subiectum: prædicatum quidem est maior extremitas, & quidem in omni syllogismo, subiectum vero minor. Hoc supposito, quid mediũ, & quæ extrema exponit, cum dicit {Voco autem medium quidem, quod ad prædicatum conclusionis est subiectũ, ad subiectum vero eiusdẽ est prædicatũ. Vñ dicit, voco aũt medium qdem, quod & ipsum in alio, ſ. prædicato cõclusionis, & aliud, ſ. subiectũ conclusionis in ipso est, quod & positione fit medium. Aĩaduersione dignum medium ipsum bifariam considerari, aut quo ad vsum, quo vtimur eo, vt vnitiuo prædicati & subiecti in cõclusione, & quo ad modum, quo ipso vtimur, vt vniat subiectum cum prædicato conclusionis. Quo quidem ad vsum in omni figura ipso vtimur vt vnitiuo prædicati cum subiecto. nam in omni figura accipitur semel cum prædicato, & semel cum subiecto: & hoc pacto vtendo ipso, vnit, ac vim mediꝫ habet. Quo vero ad modũ vtendi, ac quo ad rõnem, qua ipso vtimur, non eodem modo medium se habet in oĩbus, ꝙa in prima figura, cum sortiatur rõnem subiecti, ac prædicati, rationem veram mediꝫ subit, quæ est participare vtroq; extremo. In aliꝭ figuris eo vtimur potius vt extremo, quia in secunda eo vtimur, vt p̃dicato,

Pulchra. Dubõ.

Refutatio.

Alia rñsio græcorũ.

Cõm. 22.

Quid mediũ.

Bifariam medium.

In tertia vero vt ſubiecto tantum. Qua ratione fit, vt in omni figura medium ſit medium, quatenus accipiendo ipſum cum vtroq; vnit illa in concluſione. In prima vero figura, & quo ad vſum, & quo ad rationē vtendi medium eſt medium, cum & ſit vnitiuum, & participet vtroque extremo. Quo vero ad verba attinet, dicit: {quod & poſitione fit medium} quod dicit ad differentiam mediorum in alijs figuris. Nam in aſsignatione terminorum, in quibus omni vel nulli ineſſe ſyllogizamus in prima figura, medium volumus intelligere eſſe poſitum ſecundo loco: nam primo loco in ordine ponitur prædicatum concluſionis, quæ eſt maior, ſecundo loco ponitur medium, tertio ponitur ſubiectum cōcluſionis. vt A. Primo, Secundo B, Tertio C. In ſecunda vero figura ī aſsignatione terminorum Primo ponitur medium, ſecundo prædicatum concluſionis, tertio ſubiectum. In tertia deniq; Primo loco ponitur prædicatum concluſionis, quod eſt maior extremitas, ſecundo loco ponitur minor extremitas, ſcilicet ſubiectum concluſionis, tertio ponitur medium veluti ſubiectum vtriuſque. Hæc de medio. Deinde quę extrema ſint, exponit: & dicit, {extrema vero voco, & illud}, ſcilicet ſubiectum concluſionis. {Quod ipſum eſt in alio} ſcilicet in medio. Quod quidē dicitur minor extremitas. {Et illud in quo aliud eſt} ſcilicet prædicatum concluſionis, in quo eſt medium, quod quidem dicitur maior extremitas. Quo vero ad verba attinet Ariſtot. dixit voco autem mediū, quia reuera in ſyllogiſticis nullum proprie eſt extremū, nullum quoq; medium. Sed ſolum in rebus naturalibus ac in rebus corporeis, quia vero hæc trāſumptiue dicuntur in ſyllogiſticis, ideo dixit voco autem.

Verbi ponderatio.

Quid extremā.

Quæ Auer. Animaduerſione dignū quid ſit quæſitū ſyllogiſticū apud Auer. Eſt. n. quęſitū ſyllogiſticum duplex, Alterū ſyllogiſticum proprie, quod eſt concluſio determinatæ qualitatis, & determinatę quantitatis. Vt cum ſyll's eſt ex vtraq; vniuerſali affirmatiua, ſyllogiſticū quæſitū eſt vniuerſalis affirmatiua, & quo ad qualitatem ac quantitatem determinatā, quo vero ad materiam indeterminatam, cum abſtrahat ab oī materia. Alterum eſt ſyllogiſticum ſm quandam apparentiam, ſed reuera å ſyllogiſticum eſt, vt concluſio indeterminata quo ad qualitatē & quantitatem. Vt cum in ſyll'o vtraq; propoſitio fuerit negatiua. Nam concluſio non eſt determinata, cum poſsit eſſe vniuerſalis & particularis, affirmatiua, & negatiua. ſimiliter cum propoſitiones eſſent particulares.

Secundo ex eodem cōmentario colligitur in ſyll'o eſſe mediū, & duo extrema, maius, & minus: atq; duas propoſitiones, alteram quam propoſitionem maiorem, alteram quam minorem appellamus. In prima quidem figura maius extremum eſt concluſionis prędicatum. minus illius ſubiectum, mediū vero quod ad prædicatum cōcluſionis eſt ſubiectū, ad ſubiectū vero eſt prædicatū. Maior vero ꝓpoſitio ea eſt, in qua p̄dicatum concluſionis de medio prędicaſ, ſiue primo, ſiue ſecundo loco ponaſ. Minor vero ꝓpoſitio ea eſt, in qua mediū eſt prędicatū ad ſubiectum concluſionis. At figura nihil aliud eſt q̄ ordo termini ad extrema ipſa, aut ſm ſubiectionem et prędicationē, aut ſm p̄dicationem tm̄, aut ſm ſubiectionem ſolum. His ꝓſpicuum oēm figuram ſyllogiſticam aſsimilari triangulo. Nam (triangulis tribus punctis) tribusq; lineis clauditur: ſic ſyllogiſtica figura tribus terminis, tribusq; propoſitionibus cōſtare videtur. Et quemadmodum ex tribus punctis duæ fiunt lineæ claudentes vnam baſim trianguli, ſic è tribus terminis duæ exoriuntur propoſitiones vnam concluſionē veluti baſem concludentes. Qua rōne fit, vt termini ſint (vt puncta trianguli propoſitiones vt lineę cauſales. Concluſio vero, vt baſis trianguli. Figurantur autem diuerſa ratione, vt diſcipuli ex illarum differentia facilius diſcant: oēs tamen vim habent figuræ triangulæ. Vltimo ex cōmentario ſoluitur quæſtio Galeni. Galenus. n. quartam figuram

Quæ figura ſyllogiſtica.

De quarta figura Galeni argumentū.

perſuaſit ſic, quot modis medium diſponiť, tot poſſunt eē figuræ: quatuor modis medium diſponiť, quia aut eſt ſubiectū ad vtrunq; terminum, aut prędicatū de vtroq;, aut prædicatum ad minorē, & ſubiectum ad maiorem. At contra prædicatū ad maiorē & ſubiectum ad minorē: ergo quatuor ſunt figuræ. Soluit Auer. Et quidem perdocte, q̄ tres tantū ſunt figuræ naturales. Figura vero quarta, in qua medium de prædicato cōcluſionis prędicatur, & ſubiecto eiuſdē ſubñcitur, eſt p̄ternaturalis: ideo de ea ars non loquitur, cum ars imitetur naturam. Quod vero hæc ſit præternaturalis, declaratur: quia eſt præternaturalis ex parte nr̄a, & ex parte rei. Ex parte noſtra quidem, quia nullus homo naturali impetu cadit ad ſyllogizādum per quartā illam Galeni figuram, ſed aut cadit ad ſyllogizandum per primā, aut per ſecūdam, aut per tertiam. Ex parte rei vero. nā præter naturam eſt, vt prædicatū cōcluſionis, q̄ in ea eſt maius terminus, ſubñciatur medio, & mediū ſubñciaſ ſubiecto concluſionis, quod ſubñciebaſ prædicato eiuſdē. nam naturali ordine quicquid prædicaſ de p̄dicato concluſionis, prædicabiť de ſubiecto eiuſdē. Ergo præternaturale eſt vt medium de prædicato concluſionis prędiceť, & ſubiecto illius ſubñciatur. Sed dices in baralipton mediū prædicatur de prædicato cōcluſionis, & ſubñcitur ſubiecto. Hæc. n. eſt optima figura, omne B eſt A: omne C eſt B: ergo quoddā A eſt C: vbi patet B prędicari de C, & ſubñci ipſi A, & tamen A eſt ſubiectum concluſionis, & C prędicatum. Dicendum oēs quinq; modos vltimos, qui ponūtur de prima figura, reuera eſſe de quarta figura. Auerroes ergo non explodit illam ſimpliciter, ſed dicit nec eſſe naturalem, nec eſſe artificialem artificio ſequente naturam, tamen artificio ſequēte intellectum. Illa poteſt artificialis eſſe, quia ſola concluſionis conuerſione vertitur ad naturalē.

Soto Auer.


Obiectio.

Soto.

Valla temerarius, qui voluit os ad cęlum attollere, negat tertiā figuram aſſerens illā non eſſe naturalē, q̄ ruſtici, & īperitæ gentes ea naturali impetu non vtanť. Sed errat dupliciter, Primo, quia eſſe pōt naturalis ex parte rei, cum mediū poſsit & ſubiecto & p̄dicato cōcluſionis naturali rōne ſubñci, hoc. n. non repugnat naturali ordini terminorū. Ex parte nr̄a vero, quia in tertia figura & ruſtici & docti impetu naturali utunť expoſitorio ſyll'o, quo nec in ſecunda, nec in prima ſic facile vti videntur.

Laurē. Val. tertiam figuram prorſus ſuſtulit. Refutatio dupliciter.

Si enim A de omni B, & B de omni C: neceſſe eſt A de omni C prædicari. prius enim dictum eſt, quomodo de omni dicimus. Similiter autem & ſi A quidem de nullo B: B autem de omni C, quoniam A nulli C inerit.



Prima vtilis cōiugatio.

Secunda vtilis coniugatio.

Hactenus


Cõm.49. Hactenus posuit in prima figura duas coniugationes vniuersales vtiles, nunc probat illas, vt placet Auerroi, ex definitione dicti de omni, ac dicti de nullo. Et dicit, ꝙ, si A prædicetur de omni B, & B prædicetur de omni C, necesse est A de omni C prædicari, quia prius dictum est quid sit de omni prædicari. Nam diximus de omni prædicari aliquid, quãdo nihil illius est sumere, de quo non dicatur prædicatum. & sic patet primus modus. Secundum vero modum dicit, esse, quando A quidem de nullo B, B autem de omni C prædicatur. Quia ex his sequitur, quòd A de nullo C prædicatur. patet autem hoc per definitionem dicti de nullo. est enim de nullo dici, quando nihil est subiecti sumere, ẽ quo prædicatum ipsum non negetur. Sed dices, qui sunt termini primæ coniugationis, quiue secundæ. Innuit Philoponus Solis & vult, ꝙ termini primæ coniugationis sint genus altius, vt prædicatum, & maior extremitas. Subiectum siue minor est species, at genus intermedium est medium, vt substantia, animal, homo. Termini vero secundę sunt genus, vt terminus medius, species, vt subiectum, & minor extremitas, genus alienum maior, vt lapis, animal, homo. Hæc (vt inquit) innuit Aristoteles, & causam simul coniugationum asignat. Sed dices primæ coniugationis hi possunt esse termini, animal, sensibile, homo. Termini vero secundæ esse possunt lapis, sensibile, homo. Modo patet, nec primos, nec secundos se habere, vt dicit Philoponus. Dici potest hos eẽ terminos per accidens, quia quatenus sensibile accidit contineri sub animali, similiter secundi termini per accidens dicuntur eadem ratione. At Philoponus loquitur in terminis per se, qui sunt tales per se.

De terminis

Obiectio

Solo.

Si autem primum quidem ad omne mediũ consequens est, medium vero nulli postremo ineſt, non erit syllogismus extremitatum. nihil enim necessarium accidit eo ꝙ hæc sunt. nam & omni & nulli contingit primum postremo ineſſe. quare neque particulare, neque vniuersale fit necessarium. cum autem nihil est necessarium, per hęc non erit syllogismus. Termini eius quod est omni ineſſe, sunt animal, homo, equus. Eius vero, quod est nulli ineſſe, sunt animal, homo, lapis.



Prima inutilis coniugatio.

Cõm.50. Agit nunc de coniugationibus, quas Græci à syllogisticas appellant, nostri vero inutiles. Quarum prima est ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore vniuersali negatiua: ex his enim à syllogistica siue inutilis fit coniugatio. & probat, quia talis coniugatio nõ est omnino in qua quibusdam positis aliquid necessario accidit, eo ꝙ hæc sint: ergo non est syllogismus. erit ergo combinatio à syllogistica: vnde dicit, {si autem primum quidem ad omne medium consequens est, ita vt maior sit vniuersalis affirmatiua: medium vero nulli postremo ineſt, ita vt minor sit vniuersalis negatiua, non erit syllogismus extremitatum. Cuius causam affert ex definitione syllogismi, & dicit {nihil enĩ necessarĩ accidit eo ꝙ hæc sunt.} Nam cũ hac dispositione terminorum & oĩ & nulli postremo primum contingit ineſſe. Quare, cum hac termi A norum dispositione neq; particulare, neq; vniuersale fit necessarium, Cum autem nihil est necessarium propter hanc terminorum dispositionem, per hæc sic disposita non erit syllogismus: erit ergo à syllogistica coniugatio. Disponit ergo terminos instãtiæ, & dicit {termini eius, quòd est omni ineſſe}. i. termini, in quibus à syllogizat prædicatum omni subiecto conclusionis ineſſe, sunt, A animal, B homo, C equus. Quia, si dicatur omnis homo est animal, & nullus equus est homo, constat, ꝙ omnis equus est animal. Termini vero nulli essendi, ideſt ĩ quibus stat prædicatum nulli subiecto ineſſe, sunt, animal, homo, lapis: quia, si omnis homo est animal, et nullus lapis est homo, stabit cum his, ꝙ nullus lapis est animal. Hæc est prima à syllogistica coniugatio.


Quo vero ad verba attinet debes scire, ꝙ coniugatio est duarum propositionum quantitate ac qualitate possibilis dispositio: quæ, si debita fuerit, erit vtilis, ac syllogistica, sin autem indebita dicitur inutilis ac assyllogistica. debita quidẽ est, in qua datis tribus terminis & duabus propositionibus in aliqua figura dispositis, vna tantũ conclusio necessario sequitur. Assyllogistica vero est, in qua tribus terminis & duabus propositionibus positis in aliqua figura, reperiri possunt termini in consimili dispositione constituti, quibus dabitur conclusio in qua prædicatũ ineſt omni subiecto, & conclusio, in qua prędicatum ineſt nulli subiecto. Qua ratione fit, vt dare terminos in quibus omni, est dare terminos, ex quibus constituuntur duæ propositiones simul veræ in aliqua figura, cum quibus stat vna vniuersalis affirmatiua in veritate facta ex extremitatibus illarum propositionum. Dare vero terminos in quibus nulli, est dare terminos, in quibus constituuntur in aliqua figura duæ propositiones simul verę {cum quibus stat in veritate vna vniuersalis negatiua facta ex extremitatibus illarum propositionum. Ex quibus sequitur, ꝙ quando in prima figura maior est affirmatiua, & minor negatiua, termini in quibus omni sunt genus, duæ disperatæ species sub illo genere contentæ. vt animal, homo, equus. termini vero in quibus nulli, sunt genus, & species illius generis, & vnum extraneum ab vtroq; vt animal, homo, lapis.

B

C

Quando vero nec primum medio, nec medium postremo nulli ineſt, nec sic erit syllogismus. Termini essendi, scientia, linea, medicina. Non essendi, scientia, linea, vnitas. Vniuersalibus igitur existentibus terminis, manifestum est in hac figura quando erit, & quãdo non erit syllogismus. Et, quoniam cum est syllogismus, necessarium est terminos sic se habere, vt diximus. etsi sic se habẽt, manifestum est, quoniam erit syllogismus.

D



Secunda inutilis coniugatio.

Secunda vero assyllogistica coniugatio est ex vtriſq; vniuersalibus negatiuis. Propterea dicit. {Qñ vero nec primum extremum ineſt medio, nec mediũ vlli postremo ineſt, nec sic erit syllogismus. Probat hanc esse à syllogisticã p instantiã, qa possunt dari termini oĩ essendi, & nulli essendi. Termini quidem omni essendi, sunt

Cõm. 51.

ſcientia,linea,medicina. Quoniã,ſi nulla linea eſt ſcien-
tia,& nulla medicina eſt linea. Cum veritate harum pro
poſitionum ſtat,ꝙ omnis medicina ſit ſcientia. Termi-
ni vero nulli eſſendi ſunt,ſcientia,linea,vnitas. Quoniã,
ſi nulla linea eſt ſcientia,& nulla vnitas eſt linea. Cũ ve-
ritate harum propoſitionum ſtat nullam vnitatem eſſe
ſcientiam. Tunc epilogat cum dicit: ⁊ vniuerſalibus igi
tur exiſtentibus terminis,manifeſtum eſt in hac figura,
quando erit,& quando non erit ſyllogiſmus. Erit enim
vtriſqꝫ exiſtentibus vniuerſalibus,modo minor ſit affir-
matiua,nõ erit vero,quando minor eſt negatiua. Pre-
terea patet etiam & quoniam cum eſt ſyllogiſmus, ne-
ceſſarium eſt terminos ſic ſe habere (vt diximus),ſ. vel
vt primum inſit omni medio,& medium omni vltimo.
Vel vt primum nulli medio inſit,et medium oĩ vltimo,
& ſi ſic ſe habent termini,manifeſtum, quoniam erit ſyl
logiſmus. Suppleuit autem Ariſtoteles hanc conuerſio-
nem,vt innueret hanc fuiſſe definitionem primę figurę.
nam definitio cum ſuo definito conuerti debet.

Dubõnes prima.

Secunda.

Quomõ ex negatiua affirmatiua ſequitur p modum conſequentiæ.

Diuiſio.

Prima pars.

Sed dubitatur Primo cõtra hęc,ſyllogiſmo Platonis,
quo vtitur Boethus,qui fit ex vtraqꝫ negatiua, nullum
non diſciplinabile eſt homo:nullus equus eſt diſciplina-
bilis:ergo nullus equus eſt homo. ⁊ Secundo obĵcitur
contra ſecundam regulam,quia infra dicetur ex minore
negatiua fieri ſyllogiſmum in Fapeſmo, & in Friſeſo-
morum. Circa præſentem dubitationem, primo vi-
deamus,quomodo per modum conſequentiæ ex nega-
tiua ſequitur affirmatiua. Secũdo an ex negatiua ſequa-
tur negatiua. Tertio veniemus ad propoſitum Ariſtot.
De primo concordant Logici in tribus : quorum Pri-
mum eſt,ꝙ ex vna diſiũctiua negatiua poſsit ſequi pro-
poſitio affirmatiua,immo duæ affirmatiuæ. verbi cauſa
ſit hæc diſiunctiua negatiua, non Socrates non currit,
vel homo non eſt albus:quoniam omnis diſiunctiua ne-
gatiua æquipollet vni copulatiuæ factæ ex partibus con
tradictoriꝫ partibus illius diſiunctiuæ : ergo hæc æqui-
pollet illi,Socrates currit,& omnis homo eſt albus. Tũc
argumentor,quicquid ſequitur ad hãc copulatiuam af-
firmatiuam ſequitur ad illam diſiunctiuam negatiuam
illi copulatiuæ æquipollentem. Sed ad hanc copulatiuã
affirmatiuam ſequitur formaliter quælibet ſuarum par
tium affirmatiua: igitur ad illam diſiunctiuam negati-
uam ſequitur quælibet pars illius copulatiuę. Quicquid
enim ſequitur ad æquipollentem,ſequitur ad eius ęqui-
ualentem. & ſic patet primum. Secundum eſt,quòd ad
vnam propoſitionem ſimplicem negatiuam, ſequitur
formaliter vna diſiunctiua affirmatiua. Probatur, quia
omnis propoſitio infert formaliter ſeipſam cum qua-
cunqꝫ alia ſub diſiunctione. ſequitur enim nullus homo
currit:igitur nullus homo currit,vel Deus eſt. vbi pa-
tet,ꝙ antecedens eſt vna propoſitio ſimplex negatiua,
& conſequens eſt vna diſiunctiua affirmatiua,& ſic pa-
tet ſecundum. Tertio dicunt, ꝙ nunquam ex ſimplici
propoſitione negatiua ſequitur ſimplex propoſitio affir
matiua conſequentia formali:& hoc pro mente Ariſto-
teles Secundo libro de Interpretatione. Cuius cauſam
experiuntur aſsignare,quia nunquam eſt formalis con-
ſequentia à propoſitione habente plures cauſas verita-
tis ad propoſitionem habentem vnam ſolam veritatis
cauſam. at ſemper negatiua habet plures cauſas verita-
tis. Poteſt enim negatiua eſſe vera vel quia ſubiectũ pro
nullo ſupponit,vel quia prædicatum pro nullo ſuppo-
nit,vel quia dato ꝙ vtrũqꝫ ſupponat pro aliquo, tamen
non eſt idem pro quo ſupponit vnum & alterũ. At pro-
poſitio affirmatiua vera eſt ex eo ſolo,quia vtrunqꝫ ſup-
ponit pro eodem:hæc propoſitio pulchra eſt, tamen re-
gulas negatiuas Ariſtoteles docet probare per vnã ſin-
gularem tantum,quia ad deſtruẽdum ſufficit vnum Se-
cundo Topicorum. Quia igitur non ſequitur nihil eſt,
ergo aliquid eſt:nec ex hac Deus nõ eſt, ſequitur aliqua
affirmatiua,ergo ex negatiua ſimplici non ſequitur affir-
matiua ſimplex. Verum,vt Ammonius in Secundo de
Interpretatione gloſauit, hoc ſorticolarũ decretum de-
bet intelligi ſine conſtantia ſubiecti : quia, cum ſubiecti
cõſtantia ex negatiua ſequitur affirmatiua. Sequitur.n.
homo non eſt lapis,& homo eſt : ergo homo eſt non la-
pis. De ſecundo omnes ſorticolæ aſſerunt ex ſimplici
negatiua & formali & materiali conſequentia ſequi ne-
gatiuam ſimplicem. Formali quidẽ,quia à ſubalternan-
te negatiua ſequitur formaliter ſubalternata. ſimiliter
ex conuerſa vniuerſali negatiua ſequitur cõuertens vni-
uerſalis negatiua. Conſequentia vero materiali, quia ſe-
quitur,nullum animal eſt,igitur nullus homo eſt. Pre-
terea,ex ĩpoſsibili negatiuo ſequitur quodlibet. Valet
enim,Deus non eſt:ergo tu es Romæ. Hæc ſorticolarũ
decreta non ſpernit Philoponus, vt patebit poſtea, qui
aſſerit ex vna ꝓpoſitione poſſe aliquid ſequi conſequen
tia neceſſaria,& cum dicitur ex vna propoſitione nihil
ſequitur, Reſpondet, ꝙ Ariſtoteles intelligit ex vna
propoſitione nihil ĩſequi ſyllogiſtice. De tertio vero
dixerunt in quatuor caſibus poſſe ſyllogiſticã coniuga-
tionem fieri ex puris negatiuis. Primus eſt, ſi medium,
quod ſimpliciter ſumitur in maiori ſumatur in minori
cum relatiuo differẽtię,quia ſequitur,nullus homo cur-
rit:nullum album eſt aliud ab homine, ergo nullum al-
bum currit. Præterea ſequitur etiam,Socr.non currit:
nullus homo eſt alius à Socrate : ergo nullus homo cur-
rit. Secundus caſus eſt,quãdo in vna propoſitione vnus
terminus negatur de aliquo termino, & ille idem etiam
infinitatus negabitur de eodem termino non infinitato.
nam tunc ex illis duabus propoſitionibus ſequitur vna
negatiua de hoc verbo(eſt)ſecundo adiacente. Sequitur
enim,nullus homo eſt lapis : nullus homo eſt non lapis:
igitur nullus homo eſt. & tenet per illud medium,omne
quod eſt,aut eſt lapis,aut non lapis: ſed nullus homo eſt
lapis,vel non lapis:ergo in cameſtres, nullus homo eſt.
Tertius caſus eſt,quando ad ſimilitudinem primæ figu-
ræ medium variatur ſecũdum finitum & infinitum. Se-
quitur enim,nullum non diſciplinabile eſt homo,nullus
equus eſt diſciplinabilis : ergo nullus equus eſt homo.
Quartus caſus eſt,ex duabus negatiuis de cõtingenti fit
bonus ſyllogiſmus,vt poſtea dicemus. Quare patet his
caſibus ablatis,ex puris negatiuis uia ſyllogiſmi nihil ſe-
qui. Sed iſti (vt mihi videtur) non intelligunt regulas
Ariſtotelis,quia multum refert aliquam cõiugationem
eſſe ſyllogiſticam per ſe, & eſſe ſyllogiſticam per acci-
dens. ex puris.n. negatiuis coniugatio non eſt per ſe ſyl-
logiſtica,quia ſic in omnibus eſſet ſyllogiſtica : per ſe.n.
& de omni idem eſt. 1. Poſterior. Quod autem non ſit
de omni ſyllogiſtica,probauit Ariſto. quia datur inſtan
tia ſeruata ſimili forma in oĩbus per terminos eſſendi &
non eſſendi. Quod igitur valeat in aliquibus,hoc eſt per
accidens,quia in eis non eſt ſimilis forma ſyllogizandi
in omnibus,ſicut in illis Ariſtot. Sed quæres propter
quid ex puris negatiuis per ſe nihil ſequitur. Quidam
experiuntur aſsignare cauſam,quia licet quæcunqꝫ vni
& eidem ſunt eadem,inter ſe ſunt eadem: & ideo ex pu-
ris affirmatiuis aliquid ſequitur:tamen non quęcunque
differunt ab eodem illa differunt ĩter ſe. Et propterea
ex negatiuis nulla ſequi poteſt negatiua. Verbi cauſa,li-
cet homo & riſibile differant ab equo, non propter hoc
ſequitur,vt differant inter ſe. Similiter nec oportet, vt
quæcunqꝫ differunt ab aliquo,inter ſe ſint eadem. quia
licet homo & equus differant à lapide, non propter hoc
ſequitur,vt ſint eadem inter ſe. Hac ratione aſſerunt ex
puris negatiuis,ꝙ nec ſequiť ꝓpoſitio vniuerſalis negati
ua,nec propoſitio vniuerſalis affirmatiua. Et quãquam
hæc ratio ſit bona,non eſt neceſſaria Logico : trãſcendit
enim terminos huius Analyticæ. Ariſtoteles proba-
uit coniugationes vtiles vniuerſales per principia regu-
latiua,quę ſuppoſuit. Coniugationes vero inutiles pro-
bat per inſtantiam. vtpote, quia poſſunt dari conſimiles

Secunda.

Tertia. In quatuor caſibus ex puris negatiuis arguere licet.

Secundus.

Tertius.

Quartus.


Confutatio

Dubõ. Rñſio.

termini

termini omni & nulli eſtendi:& hoc eſt proprium logi-
co, qui ad deſtruendum aſſerit vnum ſufficere. Ergo
Ariſtoteles conſtruxit per principia regulatiua, deſtru-
xit vero per inſtantiam. Ad illud quod ſecundo loco
dicebatur, ꝙ in Fapeſmo ex minore negatiua aliquid ſe-
quitur, Auerroes reſpondet illud non fieri in prima figu
ra, ſed in quarta: vbi nō via naturę fiunt ſylli, ſed via ar-
tificiali, vtpote cōuerſa minore vel maiore, vel vtraq;.

Si autem hic quidem terminorum vniuer-
ſaliter, alius vero particulariter ad alium: quā-
do vniuerſale quidem ponitur ad maiorē ex-
tremitatem ſiue prædicatiuū ſiue priuatiuū:
particulare vero ad minorem prædicatiuum:
neceſſe eſt ſyllogiſmum eſſe perfectum.




Darii Ferio.

Com.32. Hactenus de vniuerſalibus coniugationibus, nunc & de particularibus duas affert tegulas. quarū prima eſt, ꝙ ex maiore vniuerſali affirmatiua, & minore particulari affirmatiua, in prima figura ſyllogizat particularis affir matiua. Secunda vero eſt, ꝙ ex maiore vniuerſali nega-
tiua, minore vero particulari affirmatiua, concluſio erit
Nota regulā Com.33. particularis negatiua. Annotatione dignum concluſio nem ipſam ſemper ſequi deteriorem ſyllogiſmi partem. Cum igitur in prima coniugatione particulari vna tan-
tum pars ſit deterior ac diminuta, videlicet minor ipſa:
idcirco concluſio eſt particularis ob ſolam ipſius mino-
ris particularitatem. Cum vero in ſecūda coniugatione
ſunt duæ imperfectiones, in maiore quidem negatio, in
minore vero particularitas: conelusio ratione maioris
erit negatiua, ratiōe minoris erit particularis. Cur vero
concluſio ipſa à maiore qualitatem, à minore vero quan
titatem mutuetur, poſtea diſputabitur. Dicit{ſi autem
hic quidem terminorum vniuerſaliter fuerit ſe habēs ad
alium terminum, alius vero terminorum fuerit ſe habēs
ad alium particulariter, poteſt fieri ſyllogiſtica, & aſſyl-
logiſtica coniugatio: nam, quando vniuerſale quidē po-
nitur ad maiorem extremitatem ſiue vniuerſale illud ſit
prædicatiuum, hoc eſt affirmatiuum, ſiue priuatiuum,
hoc eſt negatiuū: particulare vero prædicatiuū ponitur
ad minorem, neceſſe eſt ſyllogiſmum eſſe perfectum.
Hæ ſunt duæ ſyllogiſticæ coniugationes.

Quando vero ad minorem, vel etiam quo-
libet modo aliter ſe habeant termini, poſſibi- D
le eſt. Dico autem maiorem extremitatem qui
dem, in qua medium eſt, minorem vero, quæ
ſub medio eſt.

Com.33. Quæ vero aſſyllogiſticę ſint, nunc edocet: & dicit, qñ vero additur priuatiuum ad minorem, quolibet modo aliter ſe habeant termini q̄ dictum eſt, ſ. ꝙ vel maior ſit particularis, & minor vniuerſalis: vel vterq; particula-
ris, vel vterq; priuatiuus, impoſſibile eſt fieri ſyllogiſmū perfectum. repetit expoſitionē extremitatum & dicit, Dico autem maiorem extremitatē quidem, in qua me-
dium eſt. Minorē vero, quæ ſub medio eſt. repetit vero
definitiones extremitatum hic fortaſſe, ne quis credat
terminos ipſos aliter ſumi in vniuerſalibus coniugatio-
De ſitu pro. poſitionum. nibus & in particularibus. Ambiges, quia Arabes
plerunq; propoſitionem minorem reponunt, ſ. primo lo-
co, Latini vero ſecundo. ideo quæritur vnde hæc diffe-
A rentia exorta ſit. Dicendum, ꝙ ſyllogiſmus poteſt fieri,
aut per dici de omni hoc pacto, ſubſtātia prædicatur de
omni corpore. corpus vero de omni animali. ergo ſub-
ſtantia prędicatur de omni animali, & hoc modo maior
primo loco accipitur, minor vero ſecūdo. {Alio modo
ſyllogiſmus fit per eſſe in toto, hoc modo, omne animal
eſt corpus, omne corpus eſt ſubſtantia: ergo omne aīal
eſt ſubſtantia. & in hoc ordine minor ponitur primo lo-
co, maior ſecūdo: quia ſic quaſi aſcendimus. Tūc patet,
vnde orta eſt differentia. Latini enim credētes non eſſe
differentiā inter ordinare ſyllogiſmos per dici de omni,
& per eſſe in toto, eodē modo propoſitiones ordinarūt.
Arabes vero credentes non eſſe differentiam inter hæc,
ſicut ordinantur propoſitiones in ſecundo modo. ita or-
dinarunt in primo modo, græci vero vtrūq; ordinē ob-
ſeruarunt, vt patet in Cōmentariis Philoponi.


Inſit enim A quidem omni B: B. autē alicui Darii.
B C: ergo ſi eſt de omni prædicari, quod in prin-
cipio dictum eſt, neceſſe eſt A alicui C ineſſe.



Probatio primę vtilis cōiugatiōis.

Com.34. Probat nunc coniugationes ſyllogiſticas: & primo primam per principium regulatiuum, cum dicit, inſit enim A quidē omni B: B vero alicui C: ergo, ſi eſt de omni
C prædicari, quod in principio dictum eſt, neceſſe eſt A ali cui C ineſſe. {Quo vero ad verba attinet. Ariſtoteles ꝑ hunc modum loquendi dat intelligere ꝙ maior, & me-
dius terminus debent eſſe ſubalterni, cum inquit: {inſit
enim A quidem omni B, vt animal omni homini: Minor
vero vtroq; cōmunior, cum inquit {B autem alicui C, vt
homo alicui aīato. Quoties igitur maior, & medius ter-
minus ſubalterni ſunt, & minor vtroq; illorum cōmu-
nior, tunc poſſumus abundare in hoc modo, Quo fit, vt
ſimul & ſemel Ariſto. ponat regulæ probationem, & in
nuat regulam, qua abūdi ſunius in terminis ſyllogizan-
di per hunc modum.

Et ſi A quidem nulli B ineſt: B vero alicui C Ferio.
ineſt: neceſſe eſt A alicui C non ineſſe. determi
natū eſt enim & de nullo quomodo dicimus.
quare erit ſyllogiſmus perfectus.



Probatio ſecundę coniugationis.

Probat nunc ſecundam coniugationem, & ſimul do-
cet terminos, quibus poſſumus abundare in hoc ſyllogi
zandi modo. Probat autem coniugationem hanc ſecun
dam per dici de nullo. Diximus enim aliquid de nullo ꝑ
dicari, quoties nihil ſubiecti ſumitur, quin ab eo remo-
ueatur prædicatum. Abundamus vero in hoc ſyllogi-
zandi modo, quoties maior, & medius terminus erunt
oppoſite

oppositæ ſpecies cõtentę ſub minore, vt homo & equus ſub animali. Vnde dicit, ſi A quidem nulli B ineſt, ita vt ſint ſpecies oppoſitæ ſub vno genere, B vero alicui C ineſt, ita vt ſit genus ſaltem ad B: neceſſe eſt A alicui C non ineſſe. Determinatũ eſt enim vt inquit: E de nullo quomodo dicimus. Quia vero vtraq; harum coniugationũ primis principijs regulantur, ſubdit ¶ quare in vtroq; horum modorum ſyllogiſmus erit perfectus.


Similiter autem & ſi indefinitum ſit B C prędicatiuum: nam idem erit ſyllogiſmus & indefinito, & particulari ſumpto.

Com. 56. Nunc ponit duas ſyllogiſticas coniugationes indefinitas, cum dicit: ¶ Similiter autem & ſi indefinitum ſit B C, minor propoſitio, modo, ſupple B C. ſumatur prædicatiuum: nam idem erit ſyllogiſmus & indefinito, & particulari ſumpto. Quæ ratio docet quatuor eſſe cõiugationes ſyllogiſticas non vniuerſales: duas quidẽ penes particulares, B C duas vero penes B C indefinitum: hæc Ariſtoteles de ſyllogiſticis coniugationibus.

Dubõ pulchra. Sed dices videtur q̃ indefinita non magis cum particularibus debeat coordinari, q̃ cum vl'ibus: quia indefinita aliqñ æquipollet vniuerſali, vt in materia neceſſaria, aliquando particulari, ſ. in materia de ineſſe: ergo nõ magis cum particularibus q̃ cum vniuerſalibus erit ordinanda. Innuit Auerroes.

Soluti. q̃ indefinita ordinatur cum vniuerſali gratia materiæ, ſ. per accidens, ordinatur cum particulari per ſe, quia gratia formæ, cum careat ſigno vniuerſalitatis.

Si autem ad minorem extremitatem vniuerſale ponatur, vel prædicatiuum, vel priuatiuum, non erit ſyllogiſmus, ſiue affirmatiuũ, ſiue negatiuum, vel indefinitum, vel particulare ſit. Vt ſi A quidem alicui B. ineſt, vel non ineſt: B autem omni C ineſt. Termini eſſendi, bonum, habitus, prudentia: non eſſendi, bonum, habitus, inſcitia. Rurſus, ſi B quidem nulli C: A vero alicui B ineſt, vel non ineſt, vel nõ omni ineſt, nec ſic erit ſyllogiſmus. Termini quidẽ omni ineſſe, album, equus, cygnus: nulli ineſſe, album, equus, coruus. Idem autẽ eſt, & ſi A B. indefinitum ſit.




Prima & ſecunda inutilis coniugatio.

Tertia & quarta inutilis cõiugatio.

Com. 57.

Nunc aſſyllogiſticas particulares docet: & ſunt quatuor è minoris propoſitionis quantitate ſumptæ. quarũ Prima eſt ex maiori particulari negatiua, minori vniuerſali affirmatiua. ¶ Secunda ex maiori particulari affirmatiua, minore vniuerſali negatiua. ¶ Tertia ex maiore particulari negatiua, minore vniuerſali affirmatiua. ¶ Quarta ex maiore particulari negatiua, minore vniuerſali negatiua. At ſi pro particulari indefinitum ſumatur, excreſcet numerus ad octo. Primo ergo docet quando minor eſt vniuerſalis affirmatiua, & maior ſiue negatiua, ſiue affirmatiua particularis. Secundo docet quando minor eſt vniuerſalis negatiua, maior vero particularis ſiue negatiua, ſiue affirmatiua: & dicit: ¶ Si autem ad minorem extremitatem vniuerſale ponatur vel prædicatiuum, vel priuatiuum, non erit ſyllogiſmus: ſiuẽ negatiuum, ſiue affirmatiuum ſumatur particulare vel indefinitum, quod in maiore ponitur. veluti ſi A quidẽ alicui B ineſt, vel non ineſt: B autem omni C ineſt. erunt termini eſſendi vniuerſaliter, bonum, habitus, prudentia, non eſſendi bonum habitus inſcitia. Hæc quãdo minor eſt vniuerſalis affirmatiua, quando vero eſt vniuerſalis negatiua, dicit. ¶ Rurſus, ſi B quidem nulli C, A vero alicui B ineſt vel non ineſt; vel non omni ineſt, nec ſic erit ſyllogiſmus. & probat per terminos, vt perſpicuum eſt. Simili ratione aſſyllogiſtica eſt coniugatio,, ſi maior ſ. a B, ſit indefinitum.

Neq; quando ad maiorem extremitatem q dem vniuerſale ponatur vel prædicatiuũ, vel priuatiuum, ad minorem vero particulare priuatiuum, non erit ſyllogiſmus, & indefinito & particulari ſumpto. Veluti ſi A quidẽ omni B ineſt: B aũt alicui C non ineſt, vel non omni ineſt. cui enim alicui non ineſt medium, hoc & omne & nullum ſequetur primum. Ponantur enim termini, animal, homo, albũ, deinde & de quibus albis non prædicatur homo, ſumantur cygnus, & nix. ergo animal de vno q dem omni prædicatur, de altero vero nullo: quare non erit ſyllogiſmus.



Hactenus de aſſyllogiſtieis, quando minor eſt vniuerſalis, & maior particularis. nunc, quando minor eſt particularis negatiua, & maior vniuerſalis ponit aſſyllogiſticas. & eſt prima, quando maior eſt vniuerſalis affirmatiua: vnde dicit: ¶ neq; quando ad maiorem extremitatem quidem vniuerſale ponatur, ſiue illud ſit prędicatiuum, ſiue ſit priuatiuum: ad minorem vero particulare priuatiuum, erit ſyllogiſmus & indefinito & particulari ſumpto in minori. nam, ſi minor eſt negatiua, ſiue ipſa fuerit particularis, ſiue fuerit indefinita, nunquam erit ſyllogiſmus. Cuius exemplum eſt. Veluti ſi A quidẽ omni B ineſt: B autem alicui C non ineſt, vel non omni C ineſt: quod eſt indefinitum & idem eſt: nam nec ſic erit ſyllogiſmus. Quòd autẽ nec ſic erit ſyllogiſmus, probat: ¶ quia illud extremum minus, cui alicui mediũ nõ ineſt,

hoc &

hoc & omne & nullum ſequitur primū. }Hoc eſt, quia, ſi medium non ineſt minori extremitati particulariter, poſſunt dari termini omni & nulli eſſendi, in quibus maior extremitas inerit omni minori, & nulli minori. Vt ſi B medium nō ineſt alicui C, eidem C omni & nulli ineſſe poteſt primum: & hoc probat per terminos. & dicit, ponantur termini, animal, homo, album: deinde alba, de quibus homo non prædicatur, ſumātur, nix, & cygnus. Homo enim nec de cygno, nec de niue prædicatur. ergo animal de vno quidem oī prædicatur, ſ. albo pro cygno. de altero vero nullo, ſ. de albo pro niue. Quare non erit ſyllogiſmus: quia erit concluſio de omni, quatenus albū pro cygno ſumitur, & de nullo, quatenus album ſumitur pro niue. Qua ratione, vt Auer. dicit cum veritate illarum propoſitionum ſtabunt duæ vniuerſales accōmodatæ ſimul veræ: erit enim, omne album, & nullum album animal. verum album in prima accommodatur cygno, in ſecunda niui. Dico vniuerſales accommodatæ, quia non ſunt vniuerſales ſimpliciter abſolute.

Dubōnes. Sed quæres propter quid non poſſumus dare terminos in quibus omni ineſſe, et nulli ineſſe dicatur, niſi ſub accipiamus ſub minore, vtpote ſub albo, cygnum, et niuem. at in minoribus vniuerſalibus poſſumus reperire terminos ſimpliciter non ſubaccipiendo, vt viſum eſt.

Secūda dubitatio. Præterea in illa minore cū damus omni ineſſe, videlicet, quæ eſt album non eſt homo, aut album, vt vtar verbis Sorticolarum, ſupponit pro cygno: & ſic æquipollet vniuerſali negatiuæ, videlicet illi, nullum album, quod eſt cygnus, eſt homo. Si vero ſupponit ꝓ aliquo, cui homo competit, vt pro ſcytha, tunc æquipollet vniuerſali affirmatiuæ, & ſic non erit particularis negatiua, immo erit primus modus primæ.

Tertia dubitatio. Tertio dubitatur, cur coniugationes non dicuntur aſſyllogiſticæ, quando cum veritate propoſitionum ſtat ſimul veritas duarum contradictoriarum, ſicut quando ſtat ſimul veritas duarū contrariarū. Et ſi dicuntur aſſyllogiſticæ, quando ſtat ſimul veritas duarum contradictoriarū, tunc poterimus oſtendere hanc coniugationem eſſe inutilem, quando dantur termini omni ineſſe, & alicui nō ineſſe, vel nulli & alicui ineſſe: & ita non oportet accipere vniuerſales accōmodatas.


Solutio. Pro ſolutiōe accipiamus aliquam particularem ꝓpoſitionē poſſe eſſe verā vel falſam aut ſuiipſius veritate, vel falſitate ſuæ, aut veritate, vel falſitate ſubalternæ. Verbi cauſa, hæc, aliqs hō nō eſt albus vera eſt ſuiipſius veritate, quia ſcytha eſt aliquis hō, qui nō eſt albus. Illa vero, aliquis hō non eſt lapis, vera eſt veritate illius ſubalternæ, nullus homo eſt lapis. Particularis quidē vera ſuiipſius veritate ſtat cū ſua ſubcontraria. hæ enim ſtant ſimul, aliquis homo non eſt albus, & aliquis homo eſt albus, Particularis autem, quæ eſt vera veritate ſuæ vniuerſalis, vim habet contradictoriæ, vel contrariæ ad ſuā ſubcontrariam, vt hæ, aliquis homo nō eſt lapis: aliquis homo eſt lapis.

Ad primā. {Tunc ad primam dico, ꝙ niſi ſubaccipiemus, minor nō haberet vim particularis negatiuæ, ſed vim vniuerſalis negatiuæ, veluti illa, aliquis homo non eſt lapis. Cum enim minor debeat eſſe particularis ſm rem, non poteſt maior de minore extremitate cōcludi, niſi ſub minori accipiatur aliquid particularis, cui oī inſit primum, & alterum, cui nulli inſit.

Ad ſecūdū. Ad ſecundum dico, ꝙ in illa minore aliquod album non eſt homo, album ſupponit (vt vtar verbis ſorticolarum) pro cygno, niue, & ſcytha, & alīs albis, non tamen vniuerſaliter copulatiue, ſed determinate ſiue particulariter diſiunctiue: ideo poteſt dari, ꝙ omne albū ſit animal, vt cygnus: & ꝙ nullum albū ſit animal, vt nix. Et ſic patet ꝙ aliter dātur termini omni & nulli ineſſe in aſſyllogiſticis de minore particulari negatiua, et aliter de minori vniuerſali: nam de vniuerſali minori, termini ſunt ſimpliciter & abſolure de omni & nulli ineſſe. De minori particulari vero, ſunt de omni & nulli ineſſe accōmodate, vtpote ſubaccipiendo, vt dictū eſt.

Ad tertium. Ad aliam Herminius vult aſſyllogiſticas coniugationes poſſe oſtēdi per terminos omni, & alicui non ineſſe, vel nulli & alicui ineſſe, ſicuti per omni, & nulli ineſſe. Sed hæc Solutio nō valet, quia ſi ita eſſet Ariſtoteles non ſic elaboraſſet dare terminos per ſubacceptionem omni & nulli ineſſe, ſi vidiſſet illud ſufficere, ſ. dare terminos omni & alicui ineſſe. Præterea tunc tertius & quartus primæ erunt aſſyllogiſtici, quia ſunt dabiles termini nulli, & alicui non ineſſe. Verbi cauſa, In ferio termini nulli ineſſe, homo, equus, quadrupes. Alicui vero ineſſe, homo, equus, animal. In darī vero, termini omni ineſſe, animal, equus, quadrupes, alicui vero non ineſſe, animal, equus, viuum. Ergo aſſyllogiſticæ nō pñt oſtēdi niſi ꝑ terminos oī & nulli ineſſe.

A Rurſus A quidem nulli B inſit: B autem alicui C non inſit: & ſint termini inanimatum, homo, album: deinde ſumantur alba, de quibus non prædicatur homo, cygnus, & nix. nā B inanimatum de hoc quidem omni prædicatur, de illo vero nullo.



Secūda inutilis cōſiugatio ex maiori vlī negatiua, & minori particulari negatiua.

Com. 59. Secunda aſſyllogiſtica eſt ex minore particulari negatiua, maiore vero vniuerſali negatiua, ſic enim non conſtat coniugatio: poſſunt enim reperiri termini, quibus cum veritate propoſitionum ſtat maiorem omni minori ineſſe, et alī, quibus cum propoſitionum veritate ſtat maiorem nulli minori ineſſe, non quidem ſimpliciter, ſed ſubaccipiendo vniuerſales accōmodatas. Vnde dicit {rurſus A quidem nulli B inſit: B autem alicui C non inſit: } ſupple, nec ſic erit ſyllogiſmus. Cuius ꝓbatio eſt per inſtantiam terminorum, & ſint termini inanimatū, homo, album: deinde ſumantur alba, de quibus nō prædicatur homo, cygnus, & nix. nam inanimatum de hoc quidem omni prædicatur, vt de albo ꝓ niue, de illo vero nullo, vt de albo pro cygno: & ſic ſtat cum veritate propoſitionum omni & nulli ineſſe, & ſi nō ſimpliciter, ſaltem accōmodate per ſubacceptionem. Cauſa autem dicta eſt, quare nō poſſunt dari termini omni & nulli ineē ſimpliciter, ſed per accōmodationem. dictum eſt enim, quia minor eſſe nō poteſt niſi particularis negatiua, quę nō eſt niſi ſit talis ſm rem, nō ergo termini omni & nulli ineſſe reperiri poſſunt ſeruata particularitate minoris niſi per ſubacceptionem, vel accōmodationē. Quo fit, vt inutilis ſit cōiugatio tam ſi reperitur inſtantia per terminos omni & nulli eſſendi ſimpliciter, q̄ omni & nulli eſſendi accōmodate, vt ꝓximo textu ſatis explicauimus.

Amplius, quoniam indefinitum eſt alicui eorum, quæ ſunt C non ineſſe B. verum eſt autem etſi nulli ineſt, etſi non omni, quoniam alicui non ineſt. ſumptus autem his terminis, velut nulli ineſſe, non fit ſyllogiſmus: hoc enim dictum eſt prius. manifeſtum ergo eſt, qñ in eo ꝙ ſic ſe habent termini, non erit ſyllogiſmus: eſſet enim & in his. ſimiliter autem oſtēdetur, etſi vniuerſale ponatur priuatiuū.

Et græci

Com.40. Et græci & omnes dixerunt Aristotelem nunc afferre secundam rationem cur ex minore particulari negatiua,& maiore quouis modo sumpta assyllogistica ē cō iugatio:& duo facit, & primo ostendit coniugationem esse assyllogisticam, cum maior est vniuersalis affirmatiua,secundo cum maior est vniuersalis negatiua, dicitur autem hæc probatio per indefinitum. Sed quid velit Aristoteles intelligere per ostēsionem per indefinitum, dicamus. Et primo,quæ in iuuēta diximus,quæ licet nō sint ad mentem Aristotelis dicta,sunt arguta. Pro cuius expositione accipiamus primo, ꝙ propositio particularis siue affirmatiua siue negatiua habet duas suæ veritatis causas: per quarum quamlibet indifferenter vera est. Prima est ob suam subalternantem vniuersalem. verbi causa,hæc est vera,aliquis homo nō est equus:quia nullus homo est equus.illa etiam,aliquis homo est animal, quoniam omnis homo est animal. Secunda vero est copulatiua facta de partibus subcontrarijs,quæ si fuerit vera,particularis est vera.verbi causa,hæc est vera,aliquis homo est albus, si aliquis homo est albus: & aliquis homo non est albus.similiter hæc est vera, Aliquis homo non est albus, si hęc est vera, aliquis homo est albus, & aliquis homo non est albus. Secundo accipiamus, ꝙ licet aliquid possit sequi ad antecedens,quod non sequitur ad consequens, tū nihil potest sequi ad consequens, quod non sequatur ad antecedēs. Similiter,si aliquid nō sequitur ad antecedēs aliquo coassumpto, illud minime sequetur ad consequens eodē coassumpto. his acceptis, dico,ꝙ probari ex minore particulari negatiua nihil sequi per indefinitum, est quia ex minore vniuersali negatiua nihil sequitur.quia, si ad antecedēs nihil sequit,nec ad antecedens aliquid sequetur. cū igitur ex minore vniuersali negatiua,quæ est antecedens ad particularem negatiuam,nihil sequitur,nec ad minorem particularē negatiuam,quæ est ad illam consequens,aliquid sequetur. Diximus enim si aliquid non sequitur ad antecedens aliquo coassumpto, nec poterit sequi ad consequens eodē coassumpto. Dicitur autem hæc probatio per indefinitum, hoc est per alterā causarum veritatis indefinite ac indifferenter sumptā:hæc ergo expositio in iuuenta fuit arguta,nō tamen consonat verbis Aristotelis. Philoponus ergo asserit ꝙ probare ex particulari minorē negatiua non sequi aliquid per indefinitum,est,quia ex minore negatiua indefinita nihil sequitur. in materia enim necessaria propositio negatiua indefinita æquialet vniuersali negatiuæ. Quia igitur ex indefinita minore negatiua cum maiore vniuersali affirmatiua nihil sequitur, & particularis negatiua æquialet indefinitæ negatiuę, ergo,sicuti ex minore indefinita negatiua cum maiore vniuersali affirmatiua nihil sequitur, quia.s.æquialet vniuersali negatiuæ in materia necessaria,sic nec ex particulari negatiua minore cum maiore vniuersali affirmatiua poterit aliquid sequi, cum particularis æquialeat indefinitæ. Vnde dicit Aristoteles:{Amplius, quoniā indefinitum est alicui eorum,quæ sunt C non inesse B.} Quasi dicat,quoniam hæc propositio,aliquod C non est B,est indefinita,vel illi æquialens:tota litera est suspensiua,vsq; ibi,manifestum ergo: autem pro &,quoniam alicui non inest, & si nulli inest, & si non omni inest: A enim alicui B nō inest:si A nulli B iuest vniuersali, & etiā A alicui B non inest:si A nō omni B inest indefinite: autē pro &:sumptis his terminis,s.in propositione indefinita negatiua minore,velut nulli inesse,cū illi æquialeat in materia necessaria,non fit syllogismus, vt dictum est prius.manifestum est ergo,quoniā in eo ꝙ sic se habent termini in minore particulari negatiua,minime erit syllogismus. Esset enim & in his,s.in minore vniuersali negatiua,vel indefinita negatiua. Addit, ꝙ similis pbatio per indefinitum fieri potest,si minor sit particularis negatiua, & maior vniuersalis priuatiua. Quòd igitur ex minore negatiua non sit syllogistica coniugatio, patet p

Prima expō

Secunda

E hoc:quia ex minore indefinita negatiua nō est vtilis cō- Obiectio.
iugatio. Hæc est expositio Philoponi. Sed dices,tunc Aristoteles non dedisset regulam assyllogisticam, nisi quando minor est particularis in materia necessaria: nā hæc æquipollet negatiuæ indefinitæ,& vniuersali negatiuæ. Philoponus concedit cōsequens & consequentiā. Vult enim,ꝙ solum ponat regulam assyllogisticam, qñ minor est particularis negatiua in materia necessaria, quia de alijs nō est ars,nec doctrina. Hoc enim casu stante,indefinita negatiua æquialet vniuersali negatiuę,& particularis negatiua æquialet indefinitę.sed dices,cur hęc ostensio non dicitur per vniuersalem,sicut dicit per indefinitam:nam ex minore particulari negatiua non sequitur aliquid,quia ex minore indefinita negatiua nihil sequitur,ex minore vero indefinita negatiua nihil sequitur, quia ex minore vniuersali negatiua nihil sequitur. Ergo à primo ad vltimum ex minore particulari negatiua nihil sequetur, quia ex minore vniuersali negatiua
F nihil sequetur.ergo hæc probatio dici potest per vniuersalem negatiuam. Præterea,particularis negatiua videtur æquialere in materia necessaria ita vniuersali negatiuæ,sicut indefinitæ negatiuæ.ergo hæc ostensio potest dici per vniuersalem negatiuam. Potest etiam pro expositione Philoponi dici,ꝙ reuera hæc ostēsio est per vniuersalem negatiuam,ex eo enim,quia ex minore vniuersali negatiua nihil sequitur,sic ex minore particulari negatiua nihil sequetur. Sed dicitur per indefinitā,quia particularis negatiua non potest propter signum particulare subiecti habere ęqualitatem cum vniuersali,sicut habet cum indefinita. Hæc ergo ostensio dicetur per indefinitam,quia particularis cum indefinita habet ęqualitatem,& nō impeditur ppter signum. Sed quicquid sit,hæc expositio Philoponi videtur dubia: quia Aristoteles loquitur de particulari de inesse, quæ est ppositio contingens posita in actu:modo hæc particularis est secundum rem particularis,& non est in materia necessa-
G ria particularis tantum propter signum. Quare hæc probatio non videtur conuenire ei, quod proposuit. Possum ergo dicere,ꝙ duplex est particularis, altera de inesse, quæ est re & signo particularis. Et ꝙ ex minore particulari negatiua tali nihil sequatur,probatur per terminos in quibus omni & in quibus nulli non simpliciter,sed accōmodate per subacceptionem,vt dictum est. Altera particularis in materia necessaria,quæ nō re, sed signo est particularis,& ꝙ ex minori negatiua tali nihil sequatur, Aristoteles ostēdit per indefinitam, s.quia ex indefinita negatiua minore nihil sequitur. Hęc sunt,quę habētur ex Philopono. Facilius tamen dici potest,supponendo primo,ꝙ quicquid non sequitur ad antecedēs cum aliquo coassumpto,non sequitur ad cōsequēs eodē coassumpto.secundo,ꝙ indefinita negatiua,& particularis negatiua aut idem sunt,aut æquialent.tunc argumentor,quicquid non sequitur ad antecedens aliquo coassumpto,non sequit ad cōsequens eodem coassumpto.
H ergo quicquid nō sequitur ad minorem indefinitam cū maiore qualitercūq; sumpta,non sequitur ad particularem negatiuam,quæ est illam cōsequens.sed ad indefinitam minorem negatiuam nihil sequitur, ergo nec ad minorem particularem negatiuam. Quòd autem ad infinitam minorem negatiuam nihil sequatur, patet,quia ad minorem vniuersalem negatiuam nihil sequitur: modo indefinita negatiua sequitur ad vniuersalem negatiuā. vnde breuiter hæc est probatio ad minorem vniuersalē negatiuam cum maiore sumpta qualitercūq; nihil sequitur,ergo ad infinitam minorem particularem negatiuā cum maiore qualitercūq; nihil sequetur, ad indefinitam minorem negatiuam nihil sequitur,ergo nec ad minorē particularem negatiuam aliquid sequitur. Hæc igitur ostensio est per indefinitam ratione habita ad proximū antecedens,quod est,quia ad minorem negatiuam indefinitam nihil sequitur,ratione habita ad remotū antece-

Defensio.

Refutatio.


Alia ratio.

Facilior responsio.

dens:

dens:hæc probatio dici potest per vniuersalem, hoc est, quia nihil sequitur ad vniuersalem. Et si dices, ꝙ particularis ita immediate sequitur ad vniuersalem, sicut ad indefinitum, dici potest, ꝙ particulare immediatius sequitur ad indefinitū, cum sit quasi illi idem. vniuersali vero est subalternum. Indefinitum quasi est vniuersale, quia paruo addito fit vniuersale. Hoc ergo modo intelligendo probatio est ꝙ ad particularem minorem negatiuã fm rem nihil sequitur. Non enim oportet facere distinctionem de particulari, vt fecit Philoponus.

Neꝙ etiam si ambo interualla particularia, siue prædicatiue, siue priuatiue dicantur, siue hoc quidem prædicatiuum, illud vero priuatiuū, siue hoc qdē idefinitū, illud vero definitum, siue ambo indefinita, erit syllogismus ali quo modo. Termini vero cōmunes omniū, animal, album, equus: animal, album, lapis.



Inutiliū cōsiderationū particulariū & indefinitarum exemplum.

Com. 41. Nunc quæ assyllogisticæ sint particulares, atqꝫ indefinitæ, tradit: sunt enim quatuor assyllogisticæ particulares. Prima, quando vtræqꝫ sunt affirmatiuæ, Secunda, quando vtreqꝫ sunt negatiuæ, Tertia, quando maior est affirmatiua, & minor est negatiua, Quarta, quando ecōtrario. Ergo particulares sunt quatuor. Totidem quoqꝫ assyllogisticæ indefinitæ. nã aut ambæ sunt indefinitæ, aut altera indefinita, altera definita, quæ ductæ per affirmatiuum,, & negatiuum erūt quatuor: quare oēs erunt octo. Quo vero ad verba attinet, Aristoteles propositiones διασήματα: hoc est interualla, Horū vero extrema dicuntur ὅροι: hoc est termini: dispositio vero terminorum dicitur σχῆμα: hoc est figura: nam subiectum & p̄dicatum, vt puncta, propositio vero vt linea ac interuallum, dispositio vero syllogistica, vt figura est. Huius basis est conclusio, in qua maior prædicatur de subiecto. maior vero propositio est interuallum, quod protrahitur è maiore ad medium, maior autem est interuallum quod protrahitur è medio ad minorem, & sic tota figura fit, quæ syllogismus est.

Manifestū est igitur ex his quæ dicta sunt, ꝙ, si sit syllogismus in hac figura particularis, quoniam necesse est terminos sic se habere, vt diximus: & si sic se habent termini, necesse est fieri syllogismum: aliter autem se habentibus nullo modo fit. Palam autem & quoniã oēs, qui hac sunt syllogismi, perfecti sunt (omnes enim perficiuntur per ea, quæ ex principio sumuntur.) & quoniã omnia problemata ostenduntur per hanc figuram: & enim omni, & nulli & alicui & non alicui ineſſe. Voco autē huiusmodi figuram, primam.

Com. 42. Epilogat, & in epilogando addit aliqua: quasi ex dictis illa inferendo. & dicit esse manifestum ex his, quæ dicta sunt, si in hac figura particularis est syllogismus, ita necessario terminos sese habere, vt diximus, ſ. vt maior propositio sit vniuersalis, siue affirmatiua, siue negatiua, minor vero semper particularis vel indefinita affirmatiua: at si sese habent aliter, nullatenus fit. hæc de epilogo. Addit tamē duo ex dictis quasi deducta, & omnes syllogismos qui fiunt in hac figura esse perfectos, quia regulātur per prima principia, ſ. dici de omni, & dici de nullo. Addit etiam, ꝙ oīa problemata possunt per hanc figuram syllogizari, vt vniuersalia & particularia, affirmatiua, & negatiua. Ex his sequitur nō ab ratione figuram hanc esse primam, ꝙ sit perfecta, & ꝙ omnia nulla problemata syllogizent: at in secunda sola negatiua, & vniuersalia, & particularia: in tertia sola particularia affirmatiua & negatiua.

Sed circa hęc dubitatur. Primo, quia ex his, quę Aristoteles dicit, habemus solum. xvi. coniugationes, quatuor syllogisticas, duodecim vero assyllogisticas. Modo videtur Aristoteles non sufficienter syllogisticas enumerasse, eū Theophrastus & Eudemus, ac Porphyrius addidere quinqꝫ alios: qui per has dictiones à Sorticolis annotantur, videlicet baralipton, celantes, dabitis, fapesmo, frisesomorum: qua ratione fit vt nouē sint vtiles coniugationes. Aristotelem defendit Auerroes asserens illos modos esse prætermissos ab Aristo. quia hic enumerauit solū eos modos, in quibus syllogizatur conclusio naturalis. naturale est enim vt maior extremitas syllogizetur de minori extremitate, cum sit semper aut vniuersalior, aut æqualis ipsi minori: at, cum concludit minor de maiori, illud est innaturale, & solum ex arte, cum illud fiat cōuersione, & sic ex arte. Hac ratione Galenus hos modos reposuit in quarta figura, quæ non est naturalis. aristo. ergo cum hic enumerauit solū modos naturales, ideo illos hic subticuit, Postea vero de his loquetur. Secūdo dubitat quia vt Theophrastus inquit, sunt nonnulli syllogismi, qui dant duas conclusiones: in negatiuis enim vniuersalibus, syllogismus infert tam cōuersam, q̄ conuertentem. ergo plures sunt modi vtiles, q̄ quatuor. Auer. respondet tales conclusiones nō esse principales, sed syllogisticas potestates, de his enim non hic, sed Secundo libro dicetur. Quæritur, vtrū ex particularibus puris fiat syllogismus. Respondemus primo declarando ex vna particulari vel pluribus non quidem syllogistice, se consequētia necessaria sequi aliquid, in multis casibus. Primo quidē via conuersionis. sequitur enim quoddam album est animal: ergo quoddā animal est albū. Secundo sequitur via æquipollentiæ, quia valet, quidam homo currit: ergo nōnullus homo currit. Tertio cum mutatur prædicatum de infinito ad finitū, vt cum ex affirmatiua de prædicato infinito infertur negatiua de prædicato finito: similiter econtra, ex affirmatiua enim de prædicato finito sequitur negatiua de prædicato infinito: quia, si homo est iustus, sequit ergo, homo non est non iustus. Quarto, quando antecedens fuerit vna particularis impossibilis, vt quidam homo est lapis: ergo tu curris. Quinto, quando cōsequens est necessarium, sequitur enim tu curris, ergo deus est. Sexto, cū arguitur à tota disiunctiua, cum destructione vnius partis super alterā partem. Septimo, cum arguitur ex vna particulari ad seipsam cum vna alia in vna disiunctiua. Octauo, cum arguitur à positione antecedētis alicuius hypotheticæ ad positionem consequentis. Nono, cum arguitur ab vna copulatiua ad quālibet eius partē. Sed de hoc nulla quęstio est, quia non syllogistice, vt postea dicet Philoponus, ex particulari vel particularibus potest aliquid sequi, & quidem consequentia necessaria. Est ergo quæstio, vtrum ex puris, & solis particularibus syllogistice aliquid sequatur. Respondent nonnulli, in quatuor casibus ex puris particularibus posse aliqd syllogizari. Primo quidem in secūda figura ex duabus particularibus affirmatiuis, cum medium est terminus singularis. Sequitur enim. Quoddam animal est Niphus: quoddam album est Niphus: ergo quoddam album est animal.

Dubō. Solutio. 2. dubō. Responsio. Quęstio. Responsio. Vtrū ex puris particularibus syllogistice aliquid sequatur. Vis qōnis. Prima opio.

animal. Secundo dicunt in omni dispositione valere syl E logismū ex particularibus, in quibus valet syllogismus expositorius, modo medium in altera propositionum sumatur cum relatiuo identitatis. quia sequitur, quoddā album est Socra. & illud currit: ergo currens est Socrates. Tertio dicunt syllogismum valere in secūda figura, quando prædicatum distribuitur. quia sequitur, quoddam circulo motum est omnis luna: quoddam lucēs est luna: igitur quoddam lucens est circulo motum. Quarto ex particularibus puris & negatiuis potest syllogizari particularis negatiua de incosueto modo loquendi. quia sequitur, quoddam animal non est homo: quoddā animal non est album: ergo quoddam album hō nō est. In nullis autem casibus præterquā in his potest syllogistice ex solis particularibus ppositiōibus aliquid seq, vt Arist. probauit. Ego vero arbitror in vno solo casu ex particularibus posse syllogistice aliquid sequi, vtpote solum, cum syllogismus est ęquiualens expositorio, vel cū reducitur ad expositorium. Hic enim, quoddam animal est Socrates: quoddam album est Socrates: infert, ergo quoddam album est. quia conuersione reducitur ad expositorium. reducitur enim ad hunc hoc demonstrato Socrates est animal, hoc demonstrato eodem Socra. est album: ergo aliquod album est animal, vtpote conuersione vtriusq; propositionis. alle vero quoddam albū est Socrates: & illud currit: ergo quoddam currens est Socrates æquipollet Syllogismo expositorio, vt intelligēti patet. Tertium casum negaret Philoponus, quia illa propositio, quoddam circulo motum est omnis luna, nō est apud ipsum intelligibilis, vt postea dicet. Quia, cum signum vniuersale additur ad prædicatum, propositio est impropria, et in intelligibilis: et ita nec vera, nec falsa, cū non sit ppositio. Impropria enim & in intelligibilis propositio neq; est propositio, neq; vera neq; falsa. Præterea nec habet cōtradictoriā intelligibilem. Hæc enim, nullum circulo motum est omnis luna apud Philoponū est impropria & simpliciter in intelligibilis. verū de his G in ludicris dialecticis, & dicemus postea. Quartū casum negant expresse peripatetici, quia, si ex illa combinatione non sequitur propositio de consueto modo loquēdi, nec sequitur propositio de inconsueto. Hæ enim (vt sæpius diximus (æquiualent in significando, quoddam album homo non est: & quoddam album non est homo, & apud eos omnes sunt synonymę. ergo, si alter non sequitur, nec alter potest sequi. Vlterius contra illos quatuor modos syllogisticos multæ feruntur obiectiones. Contra primum quidē, quia dantur termini in quibus omni et in quibus nulli. Termini quidem in quibus omni, sunt animal grammaticum, homo. Termini vero in quibus nulli sunt naturale, ęs, idolum. Contra etiam fm modū dantur termini in quibus omni, & in quibus nulli. Termini quidē in quibus omni sunt animal, exangue, lapis. Termini vero in quibus nulli, sunt, vigilans, animal dum dormit, piscis: quia omnis piscis, animal est dum dormit: & nullum animal dum dormit, vigilat: & tamen stat cum his ꝙ omnis piscis vigilet. Contra tertium modum etiam dantur termini in quibus omni & in quibus nulli per subacceptionem. Termini quidem in quibus omni & in quibus nulli sunt, animal, homo, album: nam sub albo accipiēdo cygnum: animal de omni cygno prædicabitur: subalbo vero accipiendo niuem, animal de nullo albo prædicabitur. Contra etiam quartum dantur termini omni & nulli in essendi. Termini quidē in quibus omni, & in quibus nulli, sunt, animal, lapis, album: sub albo vero accipiatur cygnus, & nix: nā animal de omni cygno, & de nulla niue prædicabitur: alī vero obīciunt adhuc per instantias contra primum modum, quia non sequitur, omne animal, si est risibile, est homo: omnis equus est animal, si est risibile. Præterea nec sequit omnis homo vel equus est equus: omne rationale est homo vel equus: ergo omne rationale est equus. Præterea non sequitur, cuiuslibet cōtradictionis altera pars est vera: quælibet tua conclusio est cōtradictionis altera pars: ergo q̄libet tua conclusio est falsa.

Præterea non sequitur omnes propositiōes sunt verę vel falsæ. omnes tuæ conclusiones sunt propositiones: ergo omnes tuæ conclusiones sunt veræ vel falsæ. Præterea nō sequitur omnis essentia diuina est pater: omnis filius est essentia diuina: ergo omnis filius est pater. Contra vero fm modum ferunt instantias, quia nō sequitur, nullum viuum est mortuum: omnis homo viuit: ergo nullus homo est mortuus. Prętera non sequitur, nullus pater est filius: omnis essentia diuina est pater: ergo nulla essentia diuina est filius. Contra vero tertium fit instantia, quia non sequitur, omnis homo est totum distributum siue omnis homo est totum in quantitate: aliquis homo est homo: ergo aliquis homo est totū in quātitate, siue totum distributum. Contra quartum fit instātia, quia non sequitur nullum mortuum est viuum. aliquis homo est mortuus. igitur aliquis homo non est viF uus: quæ conclusio falsa est, quia eius cōtradictoria vera est, videlicet omnis homo est viuus. Circa obiectiones has, quidam dixerunt hos quatuor modos esse formaliter per se syllogisticos: modo termini sint simplices, & recti: & syllogismus sit categoricus, & non hypotheticus, & termini cōmunes, & non discreti: & ꝙ nihil addatur medio in vna propositione plusquā in alia. Dicunt termini sint simplices, quia vbi termini sint complexi, nō oportet, vt sint in aliqua trium figurarum. Hic enim non est in aliqua trium figurarum, cuiuslibet hominis oculus est dexter. Socrates est homo: ergo Socra. oculus est dexter. quoniam subiectum maioris est terminus cōplexus. Dico recti, quia syllogismus ex obliquis non est in aliqua figurarum, vt iste, omnē hominē videt equus: Socra. est homo: ergo Socra. videt equus. Dico & syllogismus sit categoricus, quia syllogismi hypothetici non sunt in aliqua trium figurarum fm eos. Dico & termini sint cōmunes, quia, si mediū est terminus discretus, non G est in aliquo horum modorum. vt si fiat hoc argumentum, iste Sol lucet: omnis Sol est iste Sol: ergo ois Sol lucet: qui non est syllogismus in aliquo modo istorū. Dico, ꝙ nihil addatur in medio plus in vna q̄ in alia propositione. vt cum medium in minore fuerit cum relatiuo identitatis. nam hic est bonus syllogismus, & in nullo illorum modorum, quoddam album currit: Socrates est illud album': & sunt alī casus de quibus non curo. Dicunt tamen hos quatuor modos esse formales syllogismos, exceptis diuinis, in quibus vna res est eadem cuilibet diuersarum rerum. Verum, si additione eius particulę quod est accipiatur subiectum maioris & minoris, in omnibus tenent. Vnde debent sic combinari, omne quod est B est A. omne quod est C est B: ergo omne quod est C est A. Sic enim in vniuersalibus & particularibus affirmatiuis: & negatiuis syllogismi isti sunt formales, & quidem in omnibus. Ego vero arbitror hæc esse superflua. nam exceptis syllogismis, quibus vtimur in diH uinis, omnes hi modi, cum accipiūtur fm artem prioristicā, sunt per se formales. Dico fm artem prioristicā, scilicet vt syllogismus constet tribus terminis, & duabus propositionibus: quarum quælibet resoluatur ad duos per se terminos. Sic enim intelligendo coniugationes huiusmodi sunt syllogisticæ, & formales. aliæ vero quę feruntur, non sunt ad propositum, cum non sint per has regulas. Tunc ad obiectiones: Ad primam contra primum, cum ponuntur termini in quibus omni. dicendum ꝙ medium æquiuocatur, quia ęs est naturale fm formam & materiam, idolum vero fm materiā tantum. Ad secundam dicendum, ꝙ illa præpositio dum potest teneri specificatiue, & sic est sensus nullī animal dormiens est vigilans: & sic minor est falsa. & potest teneri temporaliter: & sic est, nullum quando dormit est vigilans: & conceditur, & tunc negatur iterum minor.

Non

Propria pō. fit ex puris particularib⁹ bonus syllogism⁹ si reducibilis ad expositoriū fit.

Obiectiōes.

Prima sol.

Confutatio.

Ad obiectiones.

Ad instantiā

Caput. vi. De secunda figura quę i est ppositionibus i existentibus. Com. 45.

Rō cordis.

Quid secūda figura scilm Boethum.

Quę Arist.

Ogo ad verba.

Non enim piſcis eſt animal quando dormit, cum non ſit animal dormitabile. Ad alias obiectiones patet ſolutio: quia in Darñ homo de albo pro niue de nullo prædicaſ: & ſic nec vniuerſalis minor abſolute, nec per accõmoda

Ad inſtantiã

tionem. Ad inſtantias vero: Ad primam quicquid alñ velint, ego arbitror ſm Peripateticos omnem propoſitionem, de quouis extremo conditionato vel diſiuncto æquipollere conditionali, vel diſiunctiuæ: quare illa, omne animal ſi eſt riſibile eſt homo æquipollet illi animal ſi omne animal eſt riſibile, omne animal eſt homo. nam propoſitio de extremo conditionato ſm Boethum eſt inuenta gratia breuitatis, tamen æquipollet ſemper vni conditionali. Smiliter illa, omnis homo vel propoſitio eſt propoſitio, æquipollet illi, omnis homo eſt propoſitio vel omnis propoſitio eſt propoſitio: et tunc patet ꝙ nõ arguitur ſm regulam Ariſtotelis. Quia Ariſtoteles arguit in ſyllogiſmis categoricis, & nõ in hypotheticis. ex hypotheticis enim nihil ſyllogizatur in aliqua figura. ſic igitur neganda eſt forma. Ad tertiam dicendum, ꝙ maior eſt reſoluenda hoc pacto, quælibet cõtradictio eſt, cuius altera pars eſt falſa: tunc minor debet eſſe, quælibet tua concluſio eſt contradictio, quæ eſt falſa, & ita ſyllogiſmus nihil concludit. Ad quartam maior eſt ſimpliciter falſa: quia eius ſenſus eſt, omnes propoſitiones ſunt veræ, vel omnes propoſitiones ſunt falſæ: quæ pro vtraq; parte falſa eſt. Ad quintam obiectionem, quæ fit in ſyllogiſmis diuinis, patuit ſol'. Ad ſextam quicquid velint alñ, dico, ꝙ maior eſt vera & minor eſt vera, & concluſio vera: ſi intelligitur ille terminus homo in concluſione, veluti in minori: erat enim ipſa minor intelligenda de homine qui eſt: modo hæc eſt vera, omnis homo, qui eſt viuit: & ſic concedo concluſionem, ſcilicet, ꝙ nullus homo, qui eſt, eſt mortuus. Ad ſeptimam patuit ſolutio. Ad octauam dicendum, ꝙ maior eſt falſa ſecundum noſtra ludicra: quia prædicatum non poteſt verificari de ſubiecto materialiter ſupponente, niſi addatur ſignum materialitatis: & ſic hæc eſt falſa, omnis homo eſt terminus communis diſtributus, niſi addatur ſignũ materialitatis, quod eſt iſte terminus. Ergo ad hoc, vt illa ſit vera, debet ſic enunciari iſte terminus, omnis homo eſt terminus cõmunis diſtributus: ſiue totum in quantitate, quod idem eſt, & tunc minor erit falſa. verũ de his in ludicris noſtris diximus. Ad nonum dico eodẽ modo ſicut ad ſextum. nam minor eſt falſa de homine, qui eſt, & etiam concluſio de homine, qui eſt, eſt falſa. Patet ergo hos modos eſſe ſyllogiſticos per ſe nulla conditione addita, cum bene intelliguntur.

Caput. vi. De ſecunda figura quę ĩ eſt, ꝓpoſitionibus ĩ exiſtentibus. Com. 43.

QVando vero idem huic quidem omni, illi vero nulli ineſt: aut vtriq; omni, aut nulli, figurã quidẽ huiuſmodi voco Secũdã.

Rõ cordis.

Hactenus de ea terminorum diſpoſitione, quę prima figura dicitur, at nunc de ea, quę Secũda dicitur. nec abratione, ſiquidem prima figura ſimilis demonſtrationi ſit: concludit enim vniuerſale affirmatiuum. Secunda vero ſimilis eſt dialectico ſyllogiſmo, qui ſemper conſenſum reſpondentis deſtruit, quod quidem eſt negatiue ſyllogizare. Tertia vero ſophiſtico comparatur, quãdo ſophiſta ſemper circa particularia verſet. Bene ergo poſt primam, nunc de ſecunda, & poſtea de tertia dicet. Boethus in ſuo de ſyllogiſmis categoricis definiens ſecundam figuram dicit, figura ſecunda eſt quoties terminus medius de vtriſq; extremis prędicatur. Verum hæc definitio non explicat omnes coniugationes & ſyllogiſticas, & aſſyllogiſticas: propterea Ariſto. oꝫs explicans dicit, qñ vero idem, ſ. terminus, huic quidem extremo omni, illi vero nulli ineſt, aut vtriq; extremo omni, aut vtriq; extremo nulli, talem quidem figuram voco ſecũdam. & recte dixit voco, quia ſolus ipſe ſyllogiſticas cõiugationes, vt geometrię ſtudioſus appellauit. Auer. probat figuram talem eſſe naturalem, quia imperitæ gentes ſine arte quaſi à natura inſtitutæ illa vtuntur. Quod exemplo oſtendit, vt ſi mulier abortum paſſa ſit, & obſtetrix dicat hoc abortiuum non viuit. nam ſi quæratur ab obſtetrice, quare abortiuum nõ viuit, reſpondebit, quia omne viuum aptum eſt clamare. vbi patet eã vſam eſſe ſecunda figura nulla arte prędedẽte, ſed ſolum naturali inſtinctu nota. ſumpſit enim maiorem, minorẽ vero innuit. Erit enim ſyllogiſmus, omne viuum eſt aptum clamare: hoc abortiuum non eſt aptum clamare: ergo hoc abortiuum non viuit. Obſeruatione etiam deprehenſum eſt, ꝙ imperitæ gentes ſemper cum reſpondent negatiue, & poſtea de cauſis earum reſponſum quærit, vt plurimum vtuntur ſecunda figura. Alñ auctoritate Alexan. dixerunt hanc figuram eſſe naturalem, quia eo quod per hanc ſyllogizatur, nihil prius per naturã ſyllogizetur. Hac ratione diximus illos quinq; modos vltimos in prima figura non eſſe naturales, quia eſt illis coniugationibus directius, & quidem per naturã aliud concluditur q̃ principale quæſitum.

Rõ Alex.

Medium autẽ in hac dico, quod de vtriſq; prædicatur: extremitates vero, de quibus dicitur hoc: maiorem quidem extremitatem, quę iuxta medium poſita eſt, minorem vero, quæ longius ſita eſt à medio, Ponitur autem medium extra extremitates quidem, primum vero poſitione.




Figura ſyllĩ quo ad terminorũ & ꝓpoſitionũ diſpoſitionẽ.

Hactenus de figura, nunc & de terminis: ſunt enim neceſſarĩ ſyllogiſticę figuræ vt puncta triangulo: ſiquidem ex punctis fluentibus lineæ, ex lineis triangulus ꝓficiſcitur, ita quoq; ex terminis propoſitiones, ex propoſitionibus autem ſyllogiſmus. Vnde dicit {medium autem in hac} ſcilicet figura {dico, quod de vtriſq; prædicatur:} ſcilicet ſubiecto & prædicato cõcluſionis. Quia vero medium & extrema ſunt relatiua, ideo per oppoſitum definit extrema. & primo in generali, cum dicit: {extremitates vero dico, de quibus dicitur hoc mediũ. Speciatim autem quid vnaquæq; ſit, deſcribit, & dicit. {Maiorem quidem extremitatem, quæ iuxta medium poſita eſt, Minorẽ vero, quæ longius ſita eſt à medio.} Addit {ponitur autem medium extra extremitates:} quia, cum exemplificamus in terminis ignotis, non ponimus medium inter extrema. ſimiliter cum exemplificamus in terminis, in quibus omni, & in quibus nulli, medium intelligitur, quod primo loco ponitur, ſecundo vero loco poſitum extremitas maior eſt, quod vero tertio loco ponitur, eſt minor.

Com. 44.


Sed acidunt dubitationes. Prima quidem, quia, ſi medium in vtraq; propoſitione prędicatur, ergo non medium, ſed extremi rationem habebit. Secunda quid intelligit per extremitatem maiorem eſſe prope medium, minorem vero procul à medio. Præterea tertia, in his verbis videtur contradictionis implicatio: quia medũ dicitur per æquidiſtantiam ab extremis, & ſic non poteſt alterum extremorum proprius ac longius ſe habere ad medium. Quarta, cur ſi medium eſt extra extremitates, debeat dici primum. Vltima, quæ ſunt huius figurę propoſitiones. Herminius opinatus eſt in hac ſecũda figuram

Dubõnes. prima.

Quę Herminius.

figuram veluti in prima syllogismos cõcludere ex vi ter
minorum, vtpote, quia prædicatum conclusionis est na-
turaliter prædicatum, subiectum vero naturaliter subie
ctum. Contra obiicit Alex. asserens non esse simile in se
cunda, & prima. In secunda enim cum sit negatiua, non
Declaratio figura syllogismorum. est ex vi terminorum constituta, quia potest vniuersali-
ter in terminis cõuerti. {Ad primam ergo dicamus me
dium quo ad vnitiuã extremorum vim in omni figura
medium habere vim medij. a t quo ad situm terminorũ,
quibus vtimur in exemplis, in secũda figura est primũ,
& habet rationem extremi, ideo narratur primo loco.
{Ad secundam dicendum maiorem extremitatem esse
prope medium, vt Auer. dicit, quo ad situm descriptio-
nis terminorum, quia quando termini describuntur,
Primo loco ponitur M medium, Secundo loco ponitur
N maior extremitas, Tertio loco ponitur X minor extre-
mitas. Vt omnes sic describantur M N X. vbi semper per
M medium intelligi vult. Per N vero extremitatem ma-
iorem, per X denique minorem extremitatem. Philopo-
nus vero asserit maiorem extremitatem esse prope me-
dium conditione, quia medium bis prædicatur, maior
extremitas semel. Minor vero extremitas procul est à
medio, quia nunquam prædicatur. Ad aliam patet sol.
Est enim medium per æquidistantiam ab extremis, quo
ad vim vnitiuam, quo vero ad situm vel conditionem
alteri extremitatum magis, alteri minus appropinquat.
Ad aliam dico, q̃ in hac figura medium ponitur extra
extremitates, cum habeat conditionem prædicati tan-
tum, vel quia in descriptione terminorum non ponitur
inter extremitates, sed primo loco. Ad aliam dico, quòd
propositio maior in hac figura est in qua affirmatiue vel
negatiue medium dicitur de prædicato conclusionis. mi
nor vero propositio, in qua medium affirmatiue, vel ne-
gstiue dicitur de subiecto eiusdem. Ex his patet figuram
hanc scribi ad modum trianguli, cuius basis, X N, re-
fert conclusionem, latus M N refert maiorem, Latus ve-
ro M X refert minorem, & sic latera sunt propositiones,
puncta termini.


Perfectus quidem igitur non erit syllogis-
mus vllo modo in hac figura: possibile vero
erit & vniuersalibus, & nõ vniuersalibus exi-
stentibus terminis. Vniuersalibus quidẽ exi-
stentibus terminis, erit syllogismus, quando
medium huic quidem omni, illi vero nulli in-
erit: & si ad vtrumuis sit priuatiuum, aliter ve
ro nullo modo. Prædicetur enim M de N qui-
dem nullo: de X vero omni; quoniam igitur
cõuertitur priuatiua, nulli M inerit N: at M oĩ
Cesare. X supponebatur: quare N nulli X inerit, hoc
enim ostensum est prius.



Cæsare. Prima vtilis cõiugatio in primo secun dæ, quæ ma ioris cõuer sione indiget vt ad primã reducatur, s. colligat.

Hactenus de figura, ppositionibus, & terminis, nunc
de coniugationibus. Et primo proponit nullum in hac
figura syllogismum esse perfectum actu, sed solum pote
state: quatenus & vniuersalibus, & non vniuersalibus
existentibus terminis perfici potest conuersione. Et hoc
dicit {perfectus quidem igitur non erit syllogismus vllo
modo actu in hac figura, possibile vero erit, vt reduca-
tur ad perfectum & vniuersalibus, & non vniuersalibus
existentibus terminis. }et quo ad hoc hæc figura excel-
lit tertiam, quæ nõ erit possibilis, nisi particularibus exi
stentibus terminis. Quo vero modo vniuersalibus exi-
stentibus terminis syllogismi in hac figura ad perfectos
reduci possint, primo edocet, cũ inquit. {vniuersalibus
quidem existentibus terminis, erit syllogismus per redu
ctionem: hoc verum est, quando medium huic quidem
omni, illi vero nulli inerit: & si ad vtrumuis, s. maiorem
vel minorem, sit supple additum priuatiuum: quia siue
maiori, siue minori addatur, potest syllogismus per redu
ctionem fieri perfectus, aliter vero nullo modo, quia fie-
ri non potest syllogismus, nec si vtraq; propositio sit af-
firmatiua, nec si vtraq; fuerit negatiua. hæc generatim
de coniugationibus. Per exempla vero speciatim docet
has coniugationes cum dicit {prædicetur enim M de N
quidem nullo: de X vero omni: sequetur ergo nullum
X est N. probat: quia, cum conuertatur propositio pri-
uatiua in terminis, s. maior, quæ erat, M N, cum nulli M in
erit N: at M omni X. supponebatur inesse in minori, pposi
tione: erit ergo syllogismus, nullum M est N: omne X est
M: ergo nullum X est N. Quare N nulli X inerit in secundo
primæ: quod esse perfectum syllogismum ostensum est
prius. Patet ergo syllogismum huiusmodi potestate fie-
ri posse perfectum, vtpote conuersione, s. maioris propo
sitionis. Quo vero ad ordinem attinet, Arist. ordinauit
prius cõiugationem ex maiore vniuersali negatiua, illi,
quę est ex minori vniuersali affirmatiua: quia hæc vnius
conuersione indiget, illa vero conuersione plurium. De ordine

Rursus, si M N quidem omni inest: X vero
nulli: neq; N X nulli inerit. nã, si M nulli X, neq; camestres
X nulli M inerit. at vero, M omni N inerat: qua
re X nulli N inerit. facta est. n. rursus prima figu
ra. quoniam autem conuertitur priuatiuum,
neq; N nulli X inerit: quare erit idem syll's.



camestres Secunda vtilis coniugatio quæ minoris & con clusionis cõuersione ad secundũ primæ reducit.

Secunda coniugatio est ex maiori vniuersali affirma-
tiua, & minori vniuersali negatiua, syllogizatur vniuer
salis negatiua, hoc pacto, omne N est M: nullum X est M:
ergo nullum X est N. Nam conuersa minore in terminis,
syllogizabitur conclusio dicta conuersa: quibus fit rur-
sum prima figura hoc pacto, omne N est M: nullum M est
X: igitur nullum N est X. Dicit, {rursus, si M inest omni
N, X vero nulli, tunc nulli X inerit N. Probatur. nam, si
M nulli X inest, nec X nulli M inerit per conuersionem in
terminis.

Modus reducendi cõiugationẽ p præmissarũ transpõnẽ.


Deductio ad impossibile in vtrisque cõiugationibus.

Com. 47.


Cõm. 46.

terminis. Sumatur ergo hæc pro minore, cum M omni N inerat, pro maiori: tunc conuersa conclusione, X nulli N inerit. Facta est enim rursus prima figura, quoniam autem conuertitur priuatiuũ, tunc neq; N vlli X inerit: quare erit idem syllogismus, qui fuit in secundo Primę conuersis minore & conclusione in terminis. Ex ꝝs patet, ꝙ transpositio non est necessaria in reductione, quia vt diximus, si syllogismus fit per esse in toto vel non esse, minor pria est, secũda maior: sin autẽ fit ꝑ dici de omni, vel de nuilo prima est maior, secunda minor. ergo transpositio non est necessaria ad reductionem syllogismi.

Modus reducendi cõiugationẽ ꝑ præmissarũ transpõnẽ.




Est autem ostẽdere hæc, & ad impossibile ducẽtes. Quoniam ergo fit syllogismus sic se habentibus terminis, manifestum est, sed non perfectus. non enim solum ex ꝝs, quę ab initio sumpta sunt, sed & ex alijs perficitur.



Deductio ad impossibile in vtrisque cõiugationibus.


Com. 47. Secundo probat hos modos ducendo ad oppositum. cum enim ex opposito conclusionis cum altera propositione infertur oppositũ alterius, syllogismus est necessarius. quòd autem ex opposito conclusionis cum altera, ꝑ positione sequatur oppositum alterius, deducitur in primo mõ. & fiat syllogismus, nullũ N est M: omne X est M: ergo nullum X est N: nam, si non sequitur, detur oppositũ, & erit, quoddam X est N: tunc ex maiore pro maiore, & tali opposito pro minore syllogizo in quarto primę oppositum conclusionis hoc modo, nullum N est M. hęc erat maior. quoddã X est N: hęc fuit cõtradictorium conclusionis. ergo quoddam X non est M, at hæc conclusio est prioris minoris cõtradictorium: dicebatur enim, oẽ X est M: ergo syllogism⁹ est vtilis. Secũd⁹ iterũ ꝓbat, ꝙ syllogizet sic, oẽ N est M: Nullũ X est M: ergo nullũ N est N: nam si nõ sequitur, detur oppositum conclusionis, & erit, quoddam X est N: tunc sumo maiorem, vt prius, videlicet, oẽ N est M, & per te, quoddam X est N: igitur in tertio primę quoddam X est M: quod est minoris prioris syllogismi cõtradictoriũ. ergo syllogismus fuit necessarius. Sed dices, cur ĩ syllogismis, qui probant ex oppositio conclusionis nõ sumitur cõtrariũ cõclusionis cũ altera propositionũ, sicut sumit cõtradictoriũ. Dicendum hoc esse pro tanto, quia nõ oportet duorũ cõtrariorum si vnum sit verũ, vt alterũ sit falsum, vel, si alterũ sit falsum, alterũ sit verũ. Quia cõtraria possunt esse simul falsa: at cõtradictoriorũ necessario si alterũ falsum est, alterũ verũ: & si alterũ verũ fuerit, alterũ falsum erit. vnde Arist. dicit, {est aũt hęc & ad impossibile ducẽtes. Tacuit aũt modũ deductionis, ꝙa res facilis est. deinde epilogat, & inquit {Qm̃ ergo fit syllogismus sic se habentibus terminis, manifestũ est, nõ tñ ꝑfectus. cuius causam repetit, ꝙa nõ perficit ex ꝝs solũ, q̃ sunt sumpta ab initio, s. ꝑ dici de omni, vel dici de nullo, sed ꝑficit alĩs, s. cõuersione vnius, vel pluriũm, & deductione ad impossibile. Sed dubitãt, ꝙa Arist. ꝓbat hos modos eẽ necessarios ꝑ syllogismũ ad impossibile. sed hic syllogismus nõdũ patet, & ita ignoto vtetur. Iuniores dixerũt syllogismum ad ĩpossibile, quo ad eã partẽ, qua ostẽsiuus est, ab Aris. acceptũ esse in taliũ regularũ ꝓbatione. Quo vero ad eã partem, qua cõuersiuus est, declarabit Secũdo huius, & hoc pacto eo nõ vtitur Arist. Sed hæc solutio per difficilis vr̃, ꝙa syllogismus ad impossibile ea parte, qua ostẽ siuus est, non infert oppositũ alicuius ꝓpositionis, sed ea parte, qua cõuersiuus est. cũ igitur eo Arist. vtat̃ ea parte, qua infert oppositũ alterius propositionis, vr̃ eo vti ea parte, qua conuersiuus est. Fortasse dici põt Arist. eo vti ad cõfirmãdũ, & ita non erit incõueniẽs Arist. eo vti tanq; posterius notificãdo. Vel fortasse eo vtit̃ vt naturaliter noto, quia posterius declarabit ipsum ꝑ artem. Secũdo quęres ꝓ quid si ex cõtradictorio conclusionis cũ altera propositionũ infert̃ alterius cõtradictoriũ, syllogismus est necessarius. Dicendũ, ꝙa cõclusio se habet vt cõsequẽs in syllogismo, ꝓpõnes, vt antecedẽs. modo principiũ regulatiuũ necessariũ cõsequẽtiarũ est, ꝙ quoties ex oppositio cõsequẽtis infert̃ oppositũ totius antecedentis, vel alterius partis cũ altera parte, syllogismus fuit cõsequẽtia necessaria: & sic hęc secũda probatio est per primũ regulatiuum principium consequentiarum.

Si autem M de omni N & X prędicetur, non erit syllogismus. Termini inesse, substãtia, animal, homo, non inesse, substantia, animal, numerus: medium, substantia. Nec qñ de N, nec de X nullo, p̃dicetur M. Termini inesse, linea, animal, homo: non inesse, linea, animal, lapis. Manifestum ergo, quoniam si sit syllogismus ex vniuersalibus terminis, necesse est terminos sic se habere, vt in principio diximus: aliter enim se habentibus terminis, non fit conclusio necessaria.



Prima affyi logistica, siue inutilis cõiugatio ex puris affirmatiuis.

Secunda assyllogistica, siue inutilis ex puris negatiuis coniugatio.



Cõm. 48. Hactenus de syllogisticis coniugationibus, nunc de assyllogisticis. & sunt duę. Prima qdem ꝙ ex vtrisq; vtibus affirmatiuis nihil constet: & dicit {Si aũt M de omni N} & subaudi de oĩ x p̃dicetur {nõ erit syllogismus} Hoc probat dando instantiam per terminos, & dicit: {termini inesse} subaudi sunt substantia, aĩal, hõ. } Q m̃ si omne aĩal est substantia: & omnis hõ est substantia: cum hac syllogizandi forma stat in veritate, oẽm hoĩem esse aĩal. Termini vero non inesse sunt substãtia, animal, numerus. Medium vero vt inquit, in vtraq; dispõne est substantia. Q m̃, si oẽ aĩal est substantia, & oĩs numerus est substantia, cum his stat nullum numerũ esse animal.

Quo vero ad verba attinet, aĩaduerte in quibusdã grę-cis codicibus legi ἀριθμός, hoc est numerus. Vbi patet numerum accipi fm positionem Pythagoricorum, qui numerum rerum substantiam esse dixerunt. hæc de prima assyllogistica coniugatione. De secunda vero ait, ꝙ ex vtrisq; vniuersalibus negatiuis etiam nihil cõstet. Et dicit {nec quando de N nec de X nullo prædicetur M} subaudi syllogismus est. Probat dando instantiam per terminos, & dicit. {Termini inesse} subaudi sunt, {linea, animal, homo. Nam si nullum animal est linea, & nullus hõ est linea, cum his stat oẽm hominem esse aĩal. Termini vero non inesse sunt, linea, animal, lapis. Q m̃, si nullum animal est linea, & nullus homo est linea: cum his stat, nullum lapidem esse animal. Deinde epilogat, & dicit {manifestum ergo, quoniam si sit syllogismus ex vniuersalibus terminis, necesse est terminos sic se habere, vt in principio diximus, aliter enim se habentibus terminis, non fit conclusio necessaria.

Quo vero ad verba attinet, dixit, non fit conclusio necessaria: quia contingenter & quasi per accidens in terminis conuertibilibus fieri potest, vt si termini essent, homo, rationale, risibile. nam si omne rationale est homo: & omne risibile est homo: sequitur, vt omne risibile sit rationale: non enim hisce terminis, qui cõuertuntur, accipi possunt termini omni & nulli essendi, sed hoc est per accidens & gratia materiæ, siue terminorum. Animaduersione dignum, vt iuniores sentiunt, esse huic figuræ proprium, vt propositiones sint dissimilis qualitatis. Si enim ambæ affirmatiuæ sint, nõ repugnat aliqua in tertio affirmari, quæ inter se negantur vt homo, & equus in animali. simili ratione prohibet nihil aliqua in tertio negari, quæ inter se affirmantur, vt animal, & hõ: in linea. Oportet ergo propositiones in hac figura esse qualitatis dissimilis. & quidem propositione quauis affirmatiua, vel negatiua. Quippe cum medium indifferẽter extrema tanquam sibi supposita respiciat.

Cum autem medium ipsum ad alterum extremorum sumatur vniuersaliter, siquidẽ ad maius vniuersale ipsum collocetur, siue affirmatiuum, siue negatiuum, ad minus vero particulare atq; opposito modo ipsi vniuersali sumptum sit, necesse est syllogismum negatiuum particularem esse. dico autem opposito modo hoc pacto, vt si vniuersale sit negatiuum, particulare sit affirmatiuum, vel si vniuersale sit affirmatiuum, particulare sit negatiuum. Hęc Arist. generatim speciatim aũt inqt. {Nã si M nulli qdẽ N insit, X vero alicui, necesse est ipsum N alicui X inesse. Probat per cõuersionem maioris in terminis: & inquit, negatiuum siquidem conuertatur, N sane nulli inerit M: at ipsum M alicui inerat X: quare N alicui X inerit. Fit. n. syll's rursus sic ipsa maiore conuersa, per primã figuram.

Rursus, si M quidem omni N insit, X vero alicui non insit: necesse est N alicui X non inesse. Nam si omni insit: & M prædicabatur de omni N necesse est M omni X inesse: sed supponebatur alicui non inesse. Et si ipsum M N quidẽ omni insit: X autẽ non omni: erit syllogismus, ꝙ non omni X insit N. Demonstratio autem eadem est, quæ antea.

E uersale sit affirmatiuum, particulare sit negatiuum. Nam si M nulli quidem N insit, X vero alicui: necesse est ipsum N alicui X inesse. Negatiuum si quidem conuertatur, N sane nulli inerit M: at ipsum M alicui ierat X: quare N alicui X inerit: fit enim syllogismus per primã figurã.

In rationale. Animal.

Festino. Tertius modus q maioris cõuersione ad Ferio quartum primæ reducit.


Cõm. 49. Hactenus de vniuersalibus, nunc de particularibus. & primo generatim sumit omnes vtiles, Secũdo speciatim docet eas per exempla. De primo inquit {cum autẽ medium ipsum ad alterum extremorum quoduis sumatur vniuersaliter: si quidem ad maius vniuersale ipsum collocetur, siue affirmatiuum, siue negatiuum, ad minus vero particulare atq; opposito modo secundum qualitatem ipsi vniuersali sumptum sit: necesse est syllogismũ negatiuum particularem esse. Et exponit se & inquit: {dico autem opposito modo, hoc pacto, vt si vniuersale sit negatiuum, particulare sit affirmatiuum: vel si contra vle sit affirmatiuum, particulare sit negatiuum. Hęc Arist. generatim speciatim aũt inqt. {Nã si M nulli qdẽ N insit, X vero alicui, necesse est ipsum N alicui X inesse. Probat per cõuersionem maioris in terminis: & inquit, negatiuum siquidem conuertatur, N sane nulli inerit M: at ipsum M alicui inerat X: quare N alicui X inerit. Fit. n. syll's rursus sic ipsa maiore conuersa, per primã figuram.

Inutilis coniugatio.

Secunda inutilis coniugatio.

Rursus, si M quidem omni N insit, X vero alicui non insit: necesse est N alicui X non inesse. Nam si omni insit: & M prædicabatur de omni N necesse est M omni X inesse: sed supponebatur alicui non inesse. Et si ipsum M N quidẽ omni insit: X autẽ non omni: erit syllogismus, ꝙ non omni X insit N. Demonstratio autem eadem est, quæ antea.

Cõm. 51.



Barocco. Quartus secundæ figuræ modus, per impossibile reductus ad Barbara primum figuræ primę modum.

Secund

Cõm.50. Secunda cõiugatio eſt ex vniuerſali affirmatiua & particulari negatiua. Inquit rurſus ſi M quidem omni N inſit X vero alicui non inſit: neceſſe eſt N alicui X nõ ineſſe. Probat hanc deductione ad impoſſibile. Nam ſi omni inſit, quod eſt contradictorium concluſionis & M prędicabatur de omni N: neceſſe eſt M omni X ineſſe: nam, ſi omni N ineſt M, et omne X eſt N per te: igit omne X eſt M & ſupponebat alicui non ineſſe. Hæc igitur deductio fit ſumendo contradictorium concluſionis pro minore, & maiore eadem quæ erat prius, inferendo ccntradictoriũ minoris. Hæc de particularibus. De indefinitis vero inquit, & ſi ipſum M omni quidẽ N inſit, vt prius: X autẽ non omni indefinite, demõſtratio autem eſt, quę antea, videlicet ſumendo contradictorium concluſionis inferendo contradictorium minoris.

Sin autem de X quidem omni, deq; N non omni prædicetur: non erit ſyllogiſmus. Termini eſſendi ſumantur, animal, ſubſtantia, coruus; non eſſendi vero animal, album, coruus. B

Animal. M. N. Nõ.O. O. X. Subſtantia. O. N. Coruus. Album.

Inutilis coniugatio.

Præterea neq; ſi de X quidem nullo, deq; N aliquo prædicetur, ſyllogiſmus erit: Termini eſſendi ſumantur, animal, ſubſtantia, vnitas: non eſſendi vero animal, ſubſtantia, ſcientia. C Igitur cum vniuerſale atq; particulare oppoſito ſumantur modo, dictum eſt quãdo erit ſyllogiſmus, & quando non erit.

Animal. M. Al. N. N. X. Subſtantia. O. N. Vnitas. Scientia.

Secunda inutilis coniugatio.

Cõm.51. Docet nunc aſſyllogiſticas particulares, & primo per contrapoſitionem in qualitate, & inquit {Sin autem de X quidem omni, deq; N nõ omni ſiue indefinite, non erit ſyllogiſmus}, & ita ex minore vniuerſali affirmatiua, maiore particulari negatiua, nihil cõſtat. Docet abundare terminis, & inquit {termini eſſendi ſumantur, ſubſtantia, animal, coruus. Nam ſi aliqua ſubſtantia non eſt animal: & omnis coruus eſt animal, cum his ſtabit omnem coruum eſſe ſubſtantiam. Non eſſendi vero animal, album, coruus: nam ſi quoddam album non eſt animal, & omnis coruus eſt animal, cum his ſtabit nullum coruum eſſe album. hęc eſt prima, data ſecundam & inquit. {Præterea neq; ſi de X quidem nullo, deq; N aliquo prædicetur, ſyllogiſmus erit. & ſic ex minore vniuerſali negatiua, maiore particulari affirmatiua nihil conſtat: termini eſſendi ſumantur, animal, ſubſtantia, vnitas. Nam ſi quædam ſubſtantia ſit animal: & nulla vnitas ſit animal, cum ñs ſtabit omnem vnitatem D A eſſe ſubſtantiam. Et vtitur vnitate more pitagorico, qui numeros ſubſtantias fecit. non eſſendi vero animal, ſubſtantia, ſcientia. Nam ſi quædam ſubſtantia ſit animal, & nulla ſcientia ſit animal, cum ñs ſtat nullam ſcientiam eſſe ſubſtantiam. Epilogat & inquit, igitur cum vniuerſale atq; particulare oppoſito ſumuntur modo, dictum eſt quando erit ſyllogiſmus, & quando non erit.

Cum autem conformes ſint propoſitiones ipſę aut negatiuę ambę, aut affirmatiuę, nullo pacto erit ſyllogiſmus. Sint enim primo negatiuę ambæ, & vniuerſale ipſum ad extremum maius cõſtituatur. vt M nulli N, alicui vero nõ inſit X, poterit igitur & omni, & nulli X ineſſe N. Termini quidem non eſſendi ſumantur, nigrum, nix animal.

Animal. M. N. Al.nõ. N. X. Nix. N. Nigrum.

Inutilis coniugatio ex puris negatiuis.

Cõm.52. Nunc docet aſſyllogiſticas ex propoſitionibus in qualitate conſimilibus: & primo ſumit omnes aſſyllogiſticas generatim, ſecundo ſpeciatim. Generatim quidem inquit, cum autem conformes ſint propoſitiones ipſę, hoc eſt aut ambæ negatiuæ, aut ambę affirmatiuæ, nullo pacto erit ſyllogiſmus. Hæc Ariſtote. generatim Speciatim inquit, ſint enim primæ negatiuæ ambæ, & vniuerſale ipſum ad extremum maius conſtituatur, ſupple & particulare ad extremũ minus: Dico, ſupple hoc modo non eſſe ſyllogiſmum, vt per exemplum. M nulli quidem N: alicui vero inſit X: Poterit igitur terminis ſic diſpoſitis, cum propoſitionibus illis & omni & nulli X ineſſe N. Statuit terminos non eſſendi, & inquit {termini quidem non eſſendi ſumãtur nigrum, nix, animal: Nã ſi nulla nix eſt nigra: & aliquod animal non eſt nigrum: cum ñs ſtat nullum animal eſſe niuem.

Termini vero omni ineſſendi ſumi nõ poſſunt: ſi M alicui quidem X inſit, alicui vero nõ inſit. nam ſi N quidem omni inſit X, inerat autem M nulli X. ipſum igitur M nulli X inerit. at alicui ineſſe ſupponebatur.

Cõm.53. Hactenus docuit in hac aſſyllogizatione terminis abundare: quibus nulli ineſſe contingit. Diſputat nunc vtrum poſſumus abundare terminis omni ineſſendi. Et tenet: & probat q̃ non. Ad cuius euidentiam animaduerſione dignum vt dicebatur, particularem negatiuã bifariam eſſe: alteram quidem veram propter vniuerſalem ſibi ſubalternam, vt aliquis homo non eſt lapis. hæc enim vera eſt, quia ſecundum rem nullus homo eſt lapis. Alteram autem veram ſuapte natura, quia eſt de ineſſe in materia contingenti, ceu aliquis homo non eſt albus: nam aliquis non eſt albus, ut Aethiops, aliquis eſt albus, vt Scytha. Differunt autem hæ, nam particularis eiuſmodi de re contingenti conuertitur ad oppoſitã qualitatem. ſi enim aliquis homo non eſt albus: etiã aliquis eſt albus: aliter non eſſet particularis de re: particularis aũt primo modo nõ cõuertitur. nõ enim q̃a aliquis homo non eſt lapis, aliquis homo eſt lapis. illa enim fm rem eſt vniuerſalis. ex ñs ſequitur in particularibus de re quicquid cõtradicit vni cõtradicere alteri. Quicquid enim contradicit illi, aliquis hõ non eſt albus, cõtradicit

illi,aliquis homo eſt albus.ſunt enim ambæ & æquiualentes, & conuertibiles: at particularibus primo modo ſecus eſt.non enim quicquid contradicit illi, aliquis homo non eſt lapis,contradicit illi, aliquis homo eſt lapis. Huius rei cauſa eſt, quia particulares primo modo ſunt de re vniuerſali, particulares vero ſecũdo modo ſunt de re particulari.Per hęc igiť Ariſtoteles probat in eiuſmodi aſſyllogizatione nõ poſſe dari terminos omni ineſſendi,quando in illa minor ipſa ſit particularis de re. Dicebatur enim abundare terminis eſſendi vel non eſſendi eſſe, quando illis conſtitutis in ſimili forma, datur concluſio non repugnans propoſitionibus,vel alteri,vel alicui quod conuertitur cum altera,ppõnum. At in eiuſmodi aſſyllogizatione termini eſſendi dant concluſionẽ repugnantem aut minori,aut ei quod cum minore conuertitur.Et ſic dari non poſſunt.Exemplum vbi termini ſunt animal, nix album.minor erit quoddam album non eſt animal:cuius æquiualens erit aliquod album eſt animal. Vbi itaq; acciperetur hæc cõcluſio,omne albũ eſt nix,& fieret ille Syllogiſmus,nulla nix animali ? aliquod albũ non eſt animal:& concluſio ſit, omne album eſt nix. Tunc ſumpta maiore & hac concluſione pro minore hoc modo nulla nix animal. Omne album nix,contrario eſſent nullum album animal. At hæc repugnat illi,aliquod album animal:quod ſtabat cum minore,videlicet aliquod album non eſt animal. Igitur non poſſunt eſſe termini eſſendi. Hinc ſume quod requiruntur ad terminos vt ſint eſſendi,vel non eſſendi. Primo vt omnes propoſitiones ſint verę:quia in ſyllogiſmis poſſunt dari termini eſſendi & non eſſendi non ſeruata veritate. {Secundo vt omnes conformes ſint conformes qualitate,quantitate,& figura.{Tertia,vt concluſio vniuerſaliter & negatiue & affirmatiue ſtet cum propoſitionibus.{Quarto quòd nec repugnet omnibus, vel alteri, vel alicui cum altera compoſſibili.& ſic defectu quartæ in eiuſmodi aſſyllogizatione diſponi non poſſunt termini oĩneſſendi. nã concluſio minori repugnat,aut alicui cum minore compoſſibili, vt patet ſumendo maiorem, & ipſam pro minore inferendo oppoſitum compoſſibilis cum minore.Inquit termini vero omni ineſſendi ſumi non poſſunt:ſi M alicui quidem X inſit:alicui vero nõ inſit,hoc eſt, ſi minor ſit particularis de re.cuius rationẽ ſubſcribit & inquit.{Nam ſi N quidem omni inſit X, vt ſit concluſio, omne album nix: inerat autem M nulli N: hoc eſt erat autem maior,nulla nix eſt animal:In ſecundo primæ erit Syllogiſmus, igitur M nulli X inerit:hoc eſt igitur nullum album animal. At alicui ineſſe ſupponebatur:quia ſumptum fuit,aliquod album non eſt animal:quod fuit particulare de re,& ſic cõcluſio repugnat minori.Non poſſunt igitur termini eſſendi dari.


Quales termini eſſendi vel nõ eſſendi,

Dubõ. Ambiges quod non poſſunt dari per ſubacceptionẽ ad album, vt fuit dictum in aſſylogizationibus primæ figuræ ſumendo ſub albo cygnum, & glaciem.nam erit nix de cygno quidem nullo, de glacie vero omni dicta.

Solutio. Dici poteſt, ꝙ nec ſic dari poſſunt:quia cum concluſio ſit vniuerſalis: licet ex maiore cum concluſione ſemper inferre oppoſitum eius quod cum minore erat compoſſibile.ſic autem fieri non poteſt in prima figura,quia ſumendo maiorem & concluſionem erit Syllogiſmus ex ambabus affirmatiuis in ſecũda figura, & ita in eiuſmodi aſſyllogizatione,nec ſimpliciter, nec per ſubacceptionem ſumi poſſunt termini. in prima autem ſaltem per ſubacceptionem.

Hoc igitur pacto termini eſſendi ſumi non poſſunt.Sed ex indefinito erit oſtendendum. nam,cum verum ſit M alicui X non ineſſe, ſi & nulli inſit: atq; cum nulli inſit, non erat ſyllogiſmus: perſpicuum neq; nunc ſyllogiſmum conſtare.

E



Oſtẽſio per impoſſe q nõ concludatur de oĩ niſi ex indefinito, i particulari ex põne, nõ natura.

F

Docet nunc quo nam modo ſit illud oſtendendum, & vult eſſe oſtendendum ex indefinito. Erat enim,(vt dixi maxima,quicquid nõ ſequitur ad vniuerſale antecedens aliquo coaſſumpto,nec ſequetur ad conſequens eodem coaſſumpto. Et ita quicquid non ſequitur ad minorem vniuerſalem negatiuam coaſſumpta maiore vniuerſali negatiua,nec ad minorem particularem negatiuam ſequetur eadẽ aſſumpta. Habet nanq; vniuerſale, vt antecedens.particulare vero vt conſequens. Dicitur autem hęc oſtenſio ex indefinito,aut quia eſt ex vniuerſali,quæ indefinita ſiue indifferens cauſa veritatis particularis, vel quia eſt ex minore indefinita, quæ habet vim vniuerſalis. Inquit{hoc igitur pacto termini eſſendi ſumi non poſſunt,vt ratione nunc patet.}Propterea dat regulam qua poſsit oſtendi,& inquit {ſed ex indefinito erit oſtendendum. nam, cum verum eſt M alicui X non ineſſe,ſi & nulli,ſupple x inſit: hoc eſt propter vniuerſalem illam,nullum X eſt M:atq; cum nulli inſit dicebatur non eſſe ſyllogiſmum.Ex minore enim vniuerſali negatiua nihil conſtare diximus, perſpicuum neq; nunc ſyllogiſmũ conſtare. Ex ĩjs tollitur contradictio. Nam primo dixit poſſe ſumi terminos eſſendi & non eſſendi. deinde probat nõ poſſe ſumi terminos eſſendi. Tollitur enim,nam primo dixit dari poſſe virtute vniuerſali ſibi ſubalternę. Deinde dixit dari non poſſe virtute propria. hæc Ariſto.in hac obſcura ratione.


Cõm. 14.

Oſtẽſio per impoſſe q nõ concludatur eſt oĩ, niſi ex indefinito vt in ſuperiori.

Sofo contradictionis.

Rurſus ſint ambæ propoſitiones affirmatiue,colloceturq; vniuerſale ſimiliter. ceu M oĩ q̃dẽ N alicui vero inſit x põt ipſum N, & omni & nulli x ineſſe. Termini nulli ieſſendi ſumantur,albũ, cygnus,lapis. Omni vero ineſſendi eandẽ ob cauſam quam antea diximus, ſumi non poſſunt, ſed ex indefinito eſt oſtẽdendũ.

H




Inutilis conſequentia maioris particularis negatiua.

Hactenus ſi conformes ſint negatione docuit non eſſe ſyll'm,nunc ſi cõformes ſint affirmatione.{Et vult ex ambabus affirmatiuis vniuerſali ipſo addito ad maiorem, particulari ad minorem,nõ eſſe ſyllogiſmum.Huius terminos nulli ineſſendi abũdare docet,ſed omni ineſſendi probat non poſſe ſumi per eandem quam dixit rationẽ.

Cõm.16.

Nam


Nam ex conclusione cum maiore concluditur in primo primæ oppositum eius quod cum minore erat compossibile. Nam cõcluditur vniuersalis affirmatiua, quę cum maiore vniuersali affirmatiua, infert aliam vniuersalem affirmatiuam, quæ cõtradicit particulari negatiuæ, quæ cũ minore erat cõposibilis. Præterea ait hoc esse ostendendum ex indefinito. nam si ex maiore vniuersali affirmatiua & minore vniuersali affirmatiua non fit syllogismus, nec ex minore particulari affirmatiua erit syllogismus. Quod enim non sequitur ad antecedens aliquo coassumpto, nec ad cõsequens assumpto eodem sequetur. Inquit {rursus sint ambę propositiones affirmatiuę, colloceturq; vniuersale similiter ad extremũ maius, & particulare ad extremum minus.} supple, nec sic est syll'us. Ceu M quidem omni N insit: alicui vero X insit, potest terminis sic dispositis, ipsum N & omni & nulli X inesse.



Ostẽsio per impoſe qđ non concludatur est oĩ, nisi ex indefinito vt in superiori.

Termini nulli ineſſendi ſumantur album, cygnus, lapis. nam, ſi omnis cygnus albus, & quidam lapis albus, cum his ſtat, nullum lapidem eſſe cygnum. Omni vero ineſſendi ob eandem causam, quam prius diximus ſumi non poſſunt: ex eo, quia ex concluſione pro minore & maiore concludetur aliquod incompoſsibile minori. Propterea ſubſcribit regulam, qua oſtenditur, & inquit {ſed ex indefinito eſt oſtendendum. nam quod non ſequitur ad minorem vniuerſalem affirmatiuam, quæ eſt vt indefinita aliquo coaſſumpto, nec ad particularem minorem affirmatiuam ſequi poteſt illo coaſſumpto: at oſtenſum eſt ex vniuerſalibus ambabus affirmatiuis nihil ſequi: igitur nec ſic erit ſyllogiſmus.


At ſi vniuerſale ad extremum minus ponatur, atq; M nulli quidem X, ipſi autem N alicui nõ inſit: fieri poteſt, vt N & omni & nulli X inſit. Termini eſſendi album, animal, coruus ſumantur: non eſſendi album, lapis coruus.



Inutilis coniugatio maiori particulari negatiua.

Cõm. 56. Rurſus docet inutiles qñ propoſitiones ſunt conformes, ſed mutant vſe, & incipit à negatiuis, & inquit {at ſi vſe ad extremũ minus ponatur: & particulare ſupple ad extremum maius, atq; M nulli quidem X, ipſi vero N alicui non inſit: fieri poteſt, vt N & omni & nulli X inſit. Deinde docet abundare terminis, & inqt {termini eſſendi ſumantur, album, animal, coruus. nam, ſi quoddã animal nõ eſt album, & nullus coruus eſt albus: cum ñjs ſtat omnem coruum eſſe animal. non eſſendi vero ſumãtur, album, lapis, coruus. Nam, ſi quidam lapis nõ eſt albus, & nullus coruus ſit albus: cum his ſtat, nullum coruum eſſe lapidem. Hæc de negatiuis.


Sin vero ambæ propoſitiones affirmatiuę ſint: termini quidem non eſſendi ſumantur, album, animal, nix: eſſendi vero, albũ, animal, cygnus. Perſpicuum igitur cum conformes ſint propoſitiones, & altera vniuerſalis, & altera particularis ſumatur nullo pacto fieri ſyllogiſmum.



Inutilis conſugatio ex affirmatiuis, maiori particulari & minore vniuerſali.

Secundo docet ſi ambæ ſint affirmatiuę & inquit {ſin vero ambæ propoſitiones affirmatiuæ ſint} & ſupple, maior particularis, minor autem vniuerſalis. Termini quidem non eſſendi ſumãtur, album, animal, nix. Nã, ſi quoddam animal album: et omnis nix alba: cum ñjs erit, nulla nix animal. Eſſendi vero, albũ, aĩal, cygnus. Quia, ſi quoddam animal album, & omnis cygnus albus: cum ñjs erit, omnis cygnus animal. Epilogat et inquit, perſpicuum igitur cum conformes ſint propoſitiones in qualitate, & diſformes in quantitate, quia altera ſit vniuerſalis, altera particularis ſumatur, nullo pacto fieri ſyllogiſmum. Hæc de conformibus in qualitate. Cõm. 57.

Præterea nec erit ſyllogiſmus ſi vtriq; alicui inſit, aut nõ inſit. Vel alteri quidem alicui inſit, alteri vero alicui non inſit. Aut vtriq; non omni, vel indefinitæ, vel inſit vel nõ inſit. Termini communes omnium, eſſendi quidem ſumantur, album, animal, homo: non eſſendi vero, album, animal, inanimatum.



Inutilis triſ coniugationum exemplum.

Quatuor triplicitas in his verbis ĩdicat incõnexiones: quaꝝ prima ex ambabus particularibus affirmatiuis, & hoc inqt. {Præterea nec erit ſyll'us, ſi vtriq; alicui inſit} ſupple, M ipſum. Secunda ex ambabus pticularibus negatiuis, & hoc inqt aut nõ inſit. Tertia ex altera illarum affirmatiua, altera negatiua: & hoc ſiue maior, ſiue minor ſic vel ſic, & hoc inquit, vel alteri quidẽ alicui inſit, alteri vero alicui non inſit. & ſic ſunt quatuor. Sil'r quatuor aliæ eſſe poſſunt, ſi ambæ ſint indefinitæ. & hoc inquit, aut vtriq; non oĩ, ſiue ĩdefinite, quod idẽ eſt vel inſit, vel non inſit, vel huic quidem inſit, illi vero nõ inſit. Docet abundare terminis, & quod dicit exemplo patet. Cõm. 58.

Patet igitur ex his quæ dicta sunt, syllogismũ necessario fieri, si termini sic inter se disponantur, vti diximus: atq; si syllogismus sit, ita terminos inter se necessario dispositos esse, vt constituimus. Perspicuum etiam omnes syllogismos, qui in hac figura conficiuntur, imperfectos eẽ (Omnes siquidem quibusdam sumptis perficiantur, quæ quidem aut in terminis ipsis necessario insunt, aut vt suppositiones ponuntur, veluti cum per impossibile deduximus) Rursus patet nullum in hac figura syllogismum affirmatiuum effici, sed oẽs negatiuos cõfici, siue vles, siue particulares fuerint.

Cõm. 56

His sic examinatis, Primo epilogat coniugationes, & inquit {patet igitur ex his, quæ dicta sunt, syllogismum necessario fieri, si termini sic inter se disponant vti diximus. Atq; si syllogismus sit, ita terminos inter se necessario dispositos esse, vt constituimus. } Hæc quo ad coniugationes. Deinde epilogat naturam talium syllorum, et inquit {perspicuum etiam oẽs syllogismos, qui i hac figura cõficiuntur, imperfectos esse. cuius causam repetit ex eo, quia aut per proprias terminoꝝ affectiones perficiunt, vt per conuersiones, aut per suppositiones, q̃bus deducitur ad impossibile. & hoc inquit {oẽs siquidem quibusdam sumptis perficiant: quę quidem aut in terminis ipsis necessario insunt, vt conuersiones: aut vt suppositiones ponuntur, veluti cum per impossibile deduximus. } hęc quo ad syllogismorum naturam. Deinde epilogat quo ad syllogismorum qualitatem, & inquit {rursus patet nullum in hac figura syllogismũ affirmatiuum effici, sed omnes negatiuos confici, siue uniuersales, siue particulares sint. } Hæc de qualitate.

Syllogismi secũdæ figuræ oẽs imperfecti sunt.

Quo vero ad uerba attinet, debes scire conuersionem esse terminoꝝ affectionem: quatenus p̃ conuersionẽ termini afficiuntur transpositione, & ordine. & propterea ait, quæ quidem aut in terminis ipsis ĩsunt necessario. & hæc syllorum reductio, siue perfectio ostensiua, est. Per suppositiones vero intelligit syll'm ad impossibile. nam in illo ab aduersario conceditur oppositum cõclusionis, quam quidem assumens arguẽs cum altera propositiõnum infert oppositum alterius. Sed, quia hoc facere non potest, nisi aduersarius concedat oppositũ conclusionis, propterea ostensio dicitur ex suppositione, quibus perspicuum transpositionem propositionum non esse syllogismi principium reductiuũ, vt sentiũt forticolę. Aĩaduersio. Aĩaduersione dignum differre syll'um ex suppositione & conuersiuum. {Syllogismus enim conuersiuus in Secundo Priorum declaratur. In illo enim arguens non intendit conclusionem, sed ex oppositio conclusionis cum altera propositionum, intendit oppositum alterius pro vltima conclusione. & propterea conuersiuus dicitur. Syllogismus vero ex suppositione est, à cõsensu respondentis, & est ostensiuus. nam sumpto consensu respõdentis in conclusione, cum alia propositione infertur oppositum alterius. sed non vt vltimo intẽtum, sed vt ostendatur priorem conclusionem fuisse veram. Et hunc syllogismum ad impossibile esse dixit, qui tamen secundum rei veritatem est ostensiuus ex suppositione. & hoc modo Aristoteles nihil ignoti accepit ad probationem sui propositi, cum hic syllogismus vt ipse sumit ostẽsiuus sit: nam per ipsum non nisi conclusio intendit, & non conuertere ad oppositũ alterius propositionis. Multa circa eiusmodi figuram disputant Iuniores, quæ quidem cum minus ad verborum Aristotelis intellectum faciant, bona ratione p̃termittimus. Nostra nanq; intentio nõ est nisi verba interpretari Aristo. & illa translata exponere. Ea quoq; addere, quæ ad verborum faciunt intellectum.

Aĩaduersio.

Excusatio.

E AT si eidem, alterum quidem omni, alterum autem nulli, aut vtrunq; vel omni, vel nulli ineſt, figuram quidem talem appello tertiam. Medium vero in ipsa id dico, de quo vtraq; prædicantur, at extrema ea, quę prædicãtur: maius quidem extremum id nuncupo, quod è medio ipso longius est, minus vero quod eidem propinquius est. Medium vero ipsum, extra quidem extrema ponitur, positione tamen vltimum est.

Cap. 7. De tertia figura.

Et de tertia vult trãsigere. Quam quidẽ Boethus describit, & ĩquit Tertia figura est, quoties ambo extrema de eodem prædicantur medio, cui Aristot. addit aut vlr affirmatiue, aut vniuersaliter negatiue, aut vlr affirmatiue in vna, & vniuersaliter negatiue in altera. Tacet autem particulares, quia in vniuersalibus continentur. Inquit {at si eidem medio siue subiecto, alterum quidẽ extremorum insit omni illi, alterum autem nulli illi, aut vtrunq; vel omni illi, vel nulli illi ineſt, figuram quidem talem appello Tertiam. Et cum ipse solus, vt studiosus geometrię terminorum dispositionem talẽ figuram vocauit: ideo dixit appello. In q̃bus verbis & vtiles & inutiles tetigit cõiugationes, vt in cæteris figuris fecit. Hęc de figura. De terminis inquit medium vero in ipsa id dico, de quo vtraq; extrema prædicãtur. Et ita medium est quod vtriq; subĩcitur, vt Boethus dixit. Hęc de medio. Et de extremis ĩquit at extrema ea appello, quę prędicantur de medio. Hæc de extremis generatim, de ipsis speciatim inquit {Maius quidẽ extremum id nũcupo, quod è medio ipso lõgius est. & intellige longius ꝓprietate & põne. Proprietate quidẽ, quia est p̃dicatum tm̃, & nullo mõ subiectum. Positione vero, quia dum docet abũdare terminis primo loco scribit. Minus vero, quod eidẽ propinquius est. Proprietate q̃dem, q̃a saltẽ in conclusione subĩcit, positione vero, q̃a dum docet terminis abundare ipsum iuxta mediũ statuit. Hæc de extremis speciatim. Sed cũ in hac figura medium nõ sit medium positione & ꝓprietate, vt inerat mediũ ipsum in prima figura, sed tm̃ virtute, quatenus est extremorum coniunctiuum, nec ordinetur ꝑm subĩci & prædicari, nec in medio terminorum scribatur, inquit {medium vero ipsum extra quidem extrema ponit, ſ. dignitate. Positione tm̃ vltimũ est, quia vltimo loco describit. Quo fit, ut mediũ ipsum ꝓprietate extremũ sit, q̃a subĩcit tm̃. Virtute vero mediũ est, quia extrema coniungit. Hęc de terminis.


Cõm. 60.

Aĩaduersione dignũ, figurã hanc vt triãgulus figurari, sed euersus ẽ ad dr̃iam secũdæ figuræ. Huius figuræ puncta angulorꝝ sunt, P R S, quæ q̃dem tres lineas constituũt ĩstar trium ꝓpõnum syllogismi. Quarum quidem linea P S, representat maiorẽ hanc, S est P: linea vero R S, representat minorẽ hanc, S est R. Linea aũt P R, quæ est basis, representat basem siue conclusionem syllogismi.

Annotatio.

H Auerroes vero hanc figuram tertiam vult esse naturalem, tum quia in illam hoies per impetum incurrunt, nulla prȩcedente disciplina in ipsa dianœa siue parte cogitatiua. tum quia nihil plus concluditur conclusione, quæ per syllogismum concluditur.

Quæ Auerroes.



Tertiæ figuræ dispõ.

Perfectus

Darapti. Vtilis coniugatio q̃ mõstris cõuersione reducitur ad Dari.

Ostẽsio eiusdem & p impoſe. & per expõnem.

Cõm. 61.

Perfectus igitur nec in hac figura conficitur syllogismus: potest tamen perfici & vniuersales & particulares si sumantur ad mediũ termini ipsi. vniuersales quidem si sumantur termini, nam cum & P & R, omni S inerint, syllogismus erit, ꝙ alicui R P ipsi sit necessario. affirmatiuum nanq; cum conuertetur, ipsum S alicui R inerit. Quare cum ipsi S, omni quidem inerat P: ipsi autem R alicui insit S, necessario P alicui R inerit. Fit enim syllogismus per primam figuram. Præterea etiam idem per impossibile ostendi potest, insuper expositione fieri potest ostensio. Nam, cum vtrunq; omni S insit, si aliquid ipsorum S sumatur, ceu N: huic profecto & P & R insunt: quare alicui R P inerit.



Darapti. Vtilis coniugatio q mioris cõuersione reducitur ad Darii.

Ostẽsio eiusdem & p impoſe. & per expõnem.

Cõm. 61.

Hactenus de figura & terminis: nunc de syllogismor huius figuræ natura trãsigit, & inquit{ perfectus igitur nec in hac figura conficitur syllogismus, potest tamen perfici & vniuersales & particulares, si sumantur termini ipsi ad mediũ. Et primo docet perficere vniuersales, deinde particulares: & inquit{ vniuersales quidem si sumantur termini: nã, si ambæ propositiones sunt vniuersales affirmatiuæ conclusio est particularis affirmatiua, & hoc inquit{ nam cum & P & R omni S inerint. Syllogismus erit, ꝙ alicui R P insit necessario. Docet autem eiusmodi syllogismum trifariam perfici. Primo conuersione minoris. nam sic fit rursus prima figura. Secundo ostensione per ipossibile, sumpto videlicet opposito conclusionis cum minore inferendo oppositũ maioris. Tertio expositione, siue syllo expositorio. De primo inqt

A {affirmatiuum nanq; cum conuertetur, ipsum S alicui R inerit: & sic minor erit, quoddam R est S: tunc totum syllogismum conficiendo inquit{ quare, cum ipsi S omni quidem inerat P: ipsi autem R per cõuersionem alicui insit ipsum S: necessario P alicui R inerit. Fit enim syllogismus per figuram primam. Hęc de primo. De secundo inquit præterea idem etiam per impossibile ostendi potest. sed quonam modo subticuit. Fit autem ex opposito conclusionis sumpto pro maiore, & minore eadem concludendo oppositum maioris. est. n. oppositum conclusionis, nullum R est P. cui addo minorẽ, videlicet omne S est R: conclusio erit, ꝙ nullum S est P. Hoc autem est contrarium maioris. hæc de secundo. De tertio inquit insuper expositione fieri potest ostensio, sumendo indiuiduum, vel aliquod sensile sub medio contentum. Supponit enim Aristo. regulam illam, quicquid sequitur ad prẽmissas singulares, sequitur ad prẽmissas vniuersales. cuius regulæ causa est. nam singulares ꝓpositiones sunt

B vt consequens, vniuersales autem, vt antecedẽs. Modo quicquid sequitur ad consequens, sequitur ad antecedens, & non ẽ contra. Inquit{ nam, cum vtrunque omni S insit: si aliquid ipsorum S sumatur, ceu N, vt illius, aut indiuiduum, aut sensile: huic profecto & P, & R insunt: quare alicui R, P ipsum inerit: nã si hoc, demonstrato N, est P, & hoc, demonstrato eodem N, est R: necessario aliquod R est P. Dubitauerit forte quispiam cur syllogismos tertiæ expositione probauit, & non particulares primæ, nec particulares secundæ. Daucus sentit solum in hac figura fieri posse expositionem siue syllogismum expositorium. non autem in prima aut secunda. iam cum medium debeat esse res demonstrata, id esse non potest nisi sit vtrique subiectum. hac ratione ait tacuisse in illis figuris. Sed an in cæteris figuris fieri possit expositio, siue designatio, siue syllogismus expositorius, postea proprio loco disputabitur: nunc vero in prima figura id non feciſſe scias, quia illi perfecti sunt om-

C nes: in secunda vero, quia expositorius syllogismus nullus est negatiuus, nisi medium sit hoc aliquid sumptum. Frequenter enim in expositorio negatiuo minor falsa est. Hæc enim quidam hippocentaurus non currit, non potest expositione probari. nam licet illa, hoc, demonstrando hippocentaurum, non currit, sit vera: hæc tamen falsa est, hoc est hippocentaurus. Proprerea in negatiuis non fit. Sed vtrum possit fieri etiam in his, posterius dicemus.


Rursus, si R quidem insit S: P autem nulli insit, erit syllogismus, quo P alicui R, necessario non ineſſe concludetur: idem nanq; demonstrationis erit modus, si R S propositio cõuertatur. Demonstrabitur etiam per impossibile, veluti primus modus demonstratus est.

Dubõ.


Soto. Dauci.

Propria sol.

D



Felapton. Secunda vtilis coniugatio quæ mioris cõuersione ad ferio primæ figuræ reducit.




Euſtat oſtẽſio per impoſsibile.

E matiui fuerint, erit ſyllus, quo alterum extremum de altero extremo concludetur: at cum vtriq; fuerint negatiui, non erit. Cum alter tñ eſt negatiuus, alter affirmatiuus: ſi maior quidem ſit negatiuus, minor vero affirmatiuus, ſyllogiſmus conficitur, quo de aliquo extremo, concludetur alterum extremum. ſin vero è conuerſo ponantur, non erit ſyllogiſmus.

Hactenus de vniuerſalibus, demum epilogat quo nã modo ex vniuerſalibus cõficitur ſyllogiſmus. ſunt enim vniuerſales propoſitiones aut ambæ negatiuæ, & hoc modo nihil per ipſas conſtat: aut ambæ affirmatiuæ, & hoc modo per ipſas conſtat. Aut altera affirmatiua de altera negatiua, quæ eſt dupliciter: nam, ſi maior eſt negatiua, minor vero affirmatiua, conſtat: ſi vero è contra, maior eſt affirmatiua, minor negatiua, nõ conſtat. Erũt igitur omnes coniugationes quatuor, quarum duæ ſunt vtiles, duæ autem inutiles. Hæc de vniuerſalibus. Cõm. 64.


Cõm. 63. Secunda eſt ex vniuerſali negatiua maiore, vniuerſali affirmatiua minore. nam conuerſa minore, erit rurſus prima figura. Inquit { rurſus ſi R quidem omni inſit S: P autẽ nulli inſit S, erit ſyllogiſmus, quo concludetur P alicui R neceſſario non ineſſe. Idem nanq; demõſtrationis erit modus ſi R S, quæ fuit minor in parte conuertatur. Secundo probat idem per impoſsibile, nam, ſumpto oppoſito concluſionis pro maiore, & minore pro minore, erit concluſio contraria maiori. Inquit { demõſtrabitur ẽt per impoſsibile, veluti primus modus demõſtratus eſt. Per expoſitionem vero non, quia nullus eſt negatiuus expoſitorius, niſi ſubiectum conſtet vt dicemus. F

At, ſi R quidẽ nulli, P vero omni S inſit: non erit ſyllogiſmus. Termini quidem eſſendi ſumantur, animal, equus, homo: non eſſendi vero, animal, inanimatum, homo.



Inutilis cõiugatio ex maiore vniuerſali affir. & minori vti negatiua. G


Neq; ſyllogiſmus erit, cum vtrũq; de nullo S prædicatur. termini quidẽ eſſendi ſumantur, animal, equus, inanimatum: non eſſendi vero, hõ, equus, inaĩatum: mediũ ſit inaĩatum.



Secũda inutilis cõiugatio ex omnibus negatiuis.

Cõm. 65. Hactenus de vniuerſalibus vtilibus, nunc ponit duas aſſyllogiſticas: quarũ prima eſt ex maiore vniuerſali affirmatiua, & minore vniuerſali negatiua. Secunda vero ex ambabus negatiuis. Quæ ambæ per exempla perſpicuæ ſunt.


Patet igitur hac etiam in figura, ſi vniuerſales ſumantur termini, quãdo erit ſyllogiſmus, & quando nõ erit. nã, cum vtriq; termini affir



Diſamis: Tertia vtilis coniugatio maioris & concluſionis conuerſione, & præmiſſarũ tranſpoſitione, ad Darii reducitur.

Rurſus, ſi R quidẽ alicui S: P vero omni eidem inſit, neceſſe eſt P alicui R ineſſe. Erit enim idem demonſtrationis modus.

H




Datiſi vtilis coniugatio, quæ minoris conuerſione reducitur ad Darii.


Poſſunt

Possunt autem hæc & per impossibile: & per expositionem vt præcedentia demonstrari.

Officio Tertii modi per impossibile, & per expositionem.



Demonstratio 3rti modi p impossibile, & p expositionem.



Cõm. 66. Hactenus de vniuersalibus, nunc & de particularibus duas ponit coniugationes. Primo tamen generatim tangit ambas. Et inquit {at vero, si alter terminorũ sit vniuersalis ad medium, alter particularis: si vterq; affirmatiuus fuerit, necesse est syllogismum fieri, si sit terminorũ quiuis vniuersalis, hoc est siue maior, siue minor.

Primus modus. Hæc generatim. Speciatim describit duas, quarum prima est ex maiore particulari, minore vli. Inquit {nã, si R quidẽ omni insit S: P vero alicui eidẽ insit: necesse est, P alicui R inesse. Probat p cõuersionẽ maioris inferẽdo conuersionẽ conclusionis. Inquit {cũ enim affirmatiuũ conuertat: } vtpote maior: ipsum S alicui P. inerit. Tunc format totũ syll'm: & inquit {quare, cum R quidem oĩs S insit: S vero alicui P, per conuersionem: & R alicui P inerit: veluti & ipsum P alicui R. inerat per syllogismum primum. Hic est primus. {De secundo inquit rursus, si


Quintus modus. R quidem alicui S, P vero omni eidem insit: necesse est P alicui R inesse. Erit enim idem demonstrationis modus quo ad conuersionem. nam conuersa minore, sequitur conclusio: quæ prius. Addit possunt autem hæc & per impossibile, & per expositionem, vt præcedentia demonstrari. Per impossibile quidem sumendo oppositũ conclusionis pro maiore. & minorem inferendo oppositum maioris. Per expositionem vero sumendo aliquod sensile sub medio, De quo ambæ prædicantur, vt fecimus in vniuersalibus modis. Hæc de particularibus.

Quę Theophrastus. Theophrastus vero mutauit ordinem. nam quartũ modum in tertio loco posuit, & tertium in quarto. Hoc autem fecisse videtur, quia primus eget duplici conuersione, maioris & conclusionis. Hic autem vna tantum, minoris videlicet. Quare hic minus à prima figura distat.

Quę alii. Alĩ vero in hac figura aiunt minorem principalitatẽ sortiri, cuius signum est, quia Arist. semper primo loco sumit illam. & quia tertius modus habet minorem vniuersalem, hic autem habet eam particulare, hac ratione fit vt ille sit tertius, hic quartus. Sed hæc parum ad rem. Ordo enim omnis coniecturalis est, & non necessarius.

At si alter negatiuus, affirmatiuus alter sumatur, sitq; affirmatiuus vniuersalis ipse, cum minor quidem affirmatiuus sit, erit syllogismus. si enim R quidem omni S insit: P vero alicui eidem non insit: necesse est P alicui R non inesse. Nam si omni insit, & R omni S inerat: P etiam omni S inerit. sed alicui non inesse supponebat̃. Demonstrabitur ẽt sine deductiõe, si aliqd ipsorũ S sumatur, cui ipsum P nõ insit. Brocardo.

B




Quinta vtilis coniugatio per deductionem ad impossibile.

C

Cõm. 66. Tertius modus particularis est ex maiore particulari negatiua, minore vniuersali affirmatiua. Sumpto. nanq; oppositio conclusionis pro maiore, & minore ipsa, habebitur oppositum maioris. Inquit {at, si alter negatiuus, affirmatiuus alter sumatur: sitq; affirmatiuus vniuersalis ipse, Quia hoc esse potest & in maiore & in minore: Inquit {cum minor quidem affirmatiuus sit, erit syllogismus. si enim R quidẽ S insit: P vero alicui eidem S non insit: necesse est P alicui R non inesse. Probat per oppositum, & inquit {nam si omni insit, & R omni S inerat: P etiam omni S. inerit. sed supponebatur in maiore alicui non inesse. Secundo probat idem & inquit demonstrabitur etiam sine deductione, si aliquid ipsorum S sumamatur, vtpote sub homine Aethiops, cui ipsum P puta album non insit. Verbi causa sint termini album, aĩal, homo: si sub homine accipiatur Aethiops, valet hoc demonstrando Aethiopem non esse album. Hoc demonstrando Aethiopem est animal. Igitur quoddã animal non est album. Ex his perspicuum posse fieri expositionem etiam in negatiuis, verum hoc est, quando subiectũ constat. Tacuit vero probationem per conuersionem: nã particularis negatiua nõ conuertit̃. vlis vero affirmatiua si cõuertit̃, syllogismus ex puris particularibus erit. Aethiops.

D

Sed cum maior terminus sit affirmatiuus, minor vero negatiuus, nõ erit syll's. veluti si P quidẽ oĩ S insit: R vero alicui S, nõ insit: Termini quidẽ essendi sumant̃ aĩatum, homo, aĩal




Inutilis coniugatio ex maiori vli affirmatiua minori particulari negatiua.

Com. 67. Docet nunc assyllogisticas contra hunc modum, & vult, ꝙ econtra ex maiore vniuersali affirmatiua, minore particulari negatiua nihil constat. veluti si P quidem omni S insit, R vero alicui S nō insit: termini quidē essendi sumantur animatum, homo, animal. Si enim omne animal animatum: & quoddam animal non homo. cum his stabit, omnem hominem esse animatum.

Non essendi vero sumi non possunt: si R quidem alicui insit S, alicui autem non insit. Nā, si nulli R P ineſt, R autem alicui S ineſt: P etiā alicui S nō inerit. at supponebatur omni ineſſe. Præterea P quidem omni S ineſt: R autem alicui S: etiam P alicui R inerit: supponebatur autem nulli ineſſe.

Demonstratio qui non concludatur de nullo nisi ex indefinito velut i ſe cūda figura.




com. 68. Termini nulli cēndi quot modis impediantur.

Disputat nūc, vtrum possint sumi termini nulli essendi. Vbi debes scire, ꝙ multipliciter possunt impediri termini nulli essendi. Aut quia ex conclusione pro maiore, & composſibili minori infertur oppositū maioris. Aut, quia ex maiore & composſibili minori infertur oppositum tui intenti in conclusione. Tertio alijs modis vt in prima & secunda figura dixit. Aristoteles igitur tangit primum & inquit, non essendi vero sumi non possunt: si R quidem alicui insit S, & alicui non insit, hoc est, si minor sit particularis de re, erunt enim hæ composſibiles, quoddam S non est R & quoddam S est R: nam si in conclusione nulli R P ineſt per te, qui vis dare terminos non essendi, sumo hanc pro maiore, videlicet nullum R est P: R autem alicui S ineſt. erat enim hæc composſibilis minori, & ꝓpterea hæc sumatur ꝓ minore videlicet quoddam S est R: P etiam alicui S non inerit. At supponebatur pro maiore omni ineſſe: ecce, ꝙ ex terminis datis à te sumendo conclusionem pro maiore, & composſibile minori pro minore, dabitur oppositum maioris, & sic tales termini peccant contra primum requisitum ad terminos. Secundo ostendit non posse sumi propter secundam rationem: Et inquit præterea, P quidem omni S ineſt in maiore: R autem alicui S: hęc enim erat propositio composſibilis: etiam P alicui R inerit. Supponebatur autem nulli ineſſe per te, qui terminos non essendi sumpsisti. Ecce quomodo in terminis tuis ex maiore et cōpossibili minori pro minore concluditur oppositum eius: qđ dabas in conclusione. Et ita propter has duas causas termini dari non possunt.

Sed agendum est vt fecimus prius. nam, cū sit indefinitum alicui non ineſſe, sitq; verum dicere alicui nō ineſſe: si sit verum dicere nulli ineſſe. at si nulli ineſt, non erat syllogismus.

com. 69. Probat igitur illam esse assyllogisticam per regulam indefinitæ: Nam quicquid non sequitur ad antecedēs aliquo coassumpto, non sequitur ad cōsequens illo eodem assumpto. Sed ad minorem vniuersalem negatiuam nō sequitur aliquid maiore quauis assumpta, igitur nec ad particularem negatiuam: quæ est vt consequens. Inquit sed agendum est vt fecimus prius: Nam cum sit indefinitum alicui non ineſſe, aut æquiualens indefinito: Sitque verum dicere alicui non ineſſe: Si sit verum dicere nulli ineſſe. At si nulli ineſt in minore, non erat syllogismus: igitur si alicui non insit in minore non erit syllogismus. Quia quod non sequitur ad antecedens, non sequitur ad consequens. Et sic illa coniugatio est assyllogistica. Hæc Aristoteles.


Ferison. Atsi terminorum vniuersalis quidē sit negatiuus, particularis vero affirmatiuus, cum maior quidem est negatiuus, minor vero affirmatiuus, erit syllogismus. Nam, si P quidē nulli S insit, R vero alicui insit: P alicui R inerit. Erit enim rursus prima figura, R S propositione conuersa.



Ferison. Ex maiore vl'i negatiua et minori pticulari affirmatiua, minoris cōuersione, reducitur ad Ferio.

com. 70. Quartus particularis est ex maiore vniuersali negatiua, minore particulari affirmatiua. Inquit, at si terminorum vniuersalis quidem sit negatiuus, particularis vero affirmatiuus: cum maior quidē sit negatiuus, minor vero affirmatiuus, erit syllogismus. Cuius exemplum est. Nam si P quidē nulli S insit, R vero alicui insit, P alicui R inerit. Probat coniugationem per cōuersionē minoris, & inquit, erit enim rursus prima figura R S propositione minore conuersa in parte. Theophrastei hunc modū vltimum penultimum faciunt, & penultimum vltimū. Quia sola minoris conuersione reducitur. Penultimus vero deductione ad impossibile. Modo ostensio per cōuersionem prior est deductione ad impossibile. Alexander vero & Arist. ordinant vt diximus: quia minor in illo est vniuersalis. In tertia vero figura minor obtinet principatum. Ex his sequitur decem esse syllogisticas cō nexiones hac in figura, duas vniuersales, quatuor vero particulares, atq; quatuor indefinitas. Igitur decem.

Quando vero minor est negatiuus, nō erit syllogismus. Termini quidem essendi sumantur animal, coruus, ferus. Nō essendi vero animal, scientia, ferus. Atque medium sit vtrumque ferus,




Inutilis coniugatio ex maiori particulari affirmatiua, minori vniuersali negatiua.

Demonstratio per ipſe quod nō cōcludatur de omni nisi ex idefinito, vt superius.

Com.71. Contra modum vltimo loco positum talem ponit in connexionem: si ecõtra ex minore vniuersali negatiua, maiore particulari affirmatiua fiat syllogismus, non erit vtilis: Nam possunt sumi termini omni & nulli inesse.

Quo vero ad verba attinet illud verbum (ferus) quod in vtraq; cõnexione mediũ sumptũ est: græce est ἄγριον. Hoc enim dicit de plantis etiam. Nã latine syluestre est, quod brutis & plantis cõuenit. Homini vero minime.


Nec etiam cum ambo negatiui ponuntur, sitque alter quidem vniuersalis, alter autẽ particularis. cum minor est vniuersalis ad mediũ, non essendi quidem termini sumãtur animal, scientia, ferum: essendi vero, animal, hõ, ferũ.



Inutilis coniugatio ex maiori particulari nega. et minori vlî negatiua.

Com.72. Secunda inconnexio est ex ambabus negatiuis: Verũ hæc dupliciter: vna, quãdo minor est vniuersalis, & maior particularis inquit {nec etiam est syllogismus cum ambo termini negatiui ponuntur, sitq; alter quidẽ vniuersalis, alter autem particularis. Et primo docet inconnexionem cũ minor est vniuersalis, & inquit {cum minor est vniuersalis ad medium, & maior} supple particularis: non essendi quidem termini sumantur animal, scientia, ferum: Essendi vero sumantur, animal, homo, ferum. Hæc est secunda.


Sed cum maior fuerit vniuersalis, minor vero particularis: nõ essendi quidem, coruus, nix, album, sumantur.



Inutilis coniugatio ex maiori vlî negatiua, & minori particulari negatiua.

Essendi vero sumi nõ possunt termini. Nã si R quidem alicui non insit S, alicui autem insit: Siquidem P omni R insit, R vero alicui S: ẽt P alicui S. inerit. at nulli inesse supponebatur.


Sed ex indefinito est demonstrandum.



Demonstratio per ipſe quod nõ cõcludatur de omni nisi ex idefinito, vt superius.

A Probat nunc terminos essendi non posse sumi. Propterea, quia ex conclusione pro maiore, & compossibili cum minore, infertur oppositum maioris. Dicebatur autem terminos tunc posse sumi cum nulla inter conclusionem & propositiones est incompossibilitas. Huius exemplum est si termini possunt sumi, sint verbi causa animatum, albũ, lapis: modo nullus lapis est animatus: quidam lapis non est albus, vt adamas. Cum ĩjs non erit hæc conclusio compossibilis, omne album animatũ est: quia hac sumpta pro maiore, illa propositione cum minore compossibili etiam sumpta, videlicet quidam lapis est albus: erit conclusio in tertio primę, quidam lapis est animatus. & sic habetur oppositum maioris. Propterea ait regulam hanc esse probandam ex indefinito: nam, si ad minorem vniuersalem negatiuam nihil sequebatur, nec ad minorem particularem negatiuam eadem maiore sumpta aliquid sequetur. Quicquid enim non sequitur ad antecedens aliquo coassumpto, nec ad consequẽs sequetur eodem coassumpto. Inquit {essendi vero sumi non possunt termini: nam, si R quidem alicui nõ insit S, alicui autem insit: ita hæe sint compossibiles, aliquod S est R: aliquod S non est R: Siquidem P omni R insit in conclusione per te: hac sumpta pro maiore, R vero alicui S: etiam P alicui S inerit in tertio primæ. At nulli inesse supponebatur in maiore. Igitur conclusio repugnat propositionibus: vel alicui compossibili cum propositionibus, & sic sumi non possunt. Propterea inquit {sed ex indefinito est demonstrandum, vt diximus in alijs. Hæc Aristoteles. B

Com.73. Præterea {neq; si vterq; alicui medio insit, aut non insit: aut alter ineſt, alter non ineſt. Aut alter quidem alicui, alter vero nõ omni, aut indefinite, vllo pacto syllogismus conficitur. Termini cõmunes omnium, essendi quidem sumantur, animal, homo, album: non essendi vero, animal, inanimatum, album. C



Inutiliũ coniugationum cõmune exẽplum.

Tertia est ex ambabus propositionibus non vniuersalibus: & hæc potest multiplicari per particulare & indefinitum. Et quælibet harum per affirmatiuum & negatiuũ: & hoc inquit {præterea neq; si vterq; alicui medio insit, aut non insit.} Hæ sunt duæ: Prima quidem ex ambabus affirmatiuis, secunda vero ex ambabus negatiuis {Aut alter ineſt medio, alter non ineſt} quæ & per duas potest multiplicari: quarum vna est à parte maioris, & altera à parte minoris: & sic sunt quatuor. Aut indefinitæ siue non omni, & hæ sunt quatuor aliæ. Igitur omnes sunt octo. Docet abũdare terminis: & sermo patet. Hæc Aristoteles. D

Perspicuum igitur est & in hac figura quãdo est syllogismus, & quando non est. Et si ita sese habent termini, vti diximus, syllogismũ necessario fieri: & si sit syllogismus, terminos ita sese habere. Patet etiam & huius figurę syllogismos omnes imperfectos esse. Omnes siquidem assumptis quibusdam perficiuntur.

Insuper


Insuper etiam non posse per hanc figurã vniuersale quicquam aut affirmatiuum, aut negatiuum syllogizari. E

Com.76. Epilogat tria, quæ disseminauerat iam per totum hoc capitulum. Quorum primum est syllogismum fieri terminis dispositis, vti diximus, aliter vero sumptis non fieri. Secundum est, omnes syllogismos hac in figura esse imperfectos. omnes nanq; quibusdam assumptis perficiuntur, vt conuersione, aut deductione, aut expositione. Tertium est, nullam conclusionem in eiusmodi figura posse esse vniuersalem, tametsi coniugationes aliquæ sint vniuersales, illę videlicet, quarũ ambę propositiones vniuersales sunt. Aliquæ particulares, quando altera propositionum particularis erit. Multæ sunt dubitationes circa tertiam figuram, sed potissimæ sunt duę. Prima propter quid in tertia figura oportet minorem esse affirmatiuam. Respondent Iuniores, quia minore existente negatiua, nec affirmatio, nec negatio sequitur. Affirmatio quidem non, quia extrema possunt esse opposita, vt animal, lapis, homo, negatio verò minime: quia extrema possunt esse subalterna, & minor sub maiore, vt substantia, lapis, homo. Secunda ratio eorum est, quia hæc figura descendit à prima per conuersionem minoris. at minor primæ figuræ est tantum affirmatiua. Propterea minor in hac figura non nisi affirmatiua erit. Hæ rationes bonæ sunt. Potest etiam dici minorem esse affirmatiuam, quia vbi sit negatiua dari possunt termini omni & nulli inessendi. & hoc sufficit prioristico. Quærunt Secundo, quare conclusio esse non potest, nisi particularis. Sorticolæ aiunt hoc esse, quia prædicatum minoris propositionis non supponit distributiue: quia siue minor sit vniuersalis, siue particularis, cum non possit esse, nisi affirmatiua, semper prædicatum eius, quod est extremum minus, stat non distributiue: & ideo in conclusione non potest distribui, dum ponitur subiectum in illa. Hæc responsio non est peripatetica, sed Sorticolaria, ideo prętermittatur. Iuniores aiunt hoc pro tanto est, quia medium subñcitur extremitatibus, & ita est tanquam pars illarum. ideo per ipsum non potest concludi alterum extremum de altero, nec affirmatiue nec negatiue, nisi particulariter: quia non possunt concludi conuenire per tale medium, nec differre nisi in parte. Hæc solutio bona est, sed potius metaphysica. Melius dicerem nihil posse concludi in hac nisi particulare, quoniam conclusio sequitur quo ad quantitatem minorem. at minor in hac est potestate particularis, cum descendat à prima figura per conuersionem minoris: propterea omnes syllogismi huius figuræ sunt potestate aut tertius primæ, aut quartus primæ, Propterea omnis in hac figura est particularis. Multa alia dici possunt, quæ quia partim bene dicta sunt ab aliis, partim quia non faciunt ad intellectum libri, prætermitto.

Dubõ.. 1.dubõ. Solutio. Iuniorum. 2.dubõ. Rñsio sorticolarum. Qualis sol. sorticolarũ. Qualis sol. Iuniorum. Propria sol.

Caput. viii. Quę nã in oĩbus figuris ĩutiles cõiugationes penitus, vel nõ penitus sint ĩutiles. Quo pacto etiam syllogismi oẽs perficiantur, & ĩ vles, primę figurę reducantur.

PErspicuum aũt est & oĩbus in figuris qñ non fit syllogismus. Affirmatiuis nãq;, aut negatiuis vtrisq; terminis atq; particularibus sumptis, nihil fit penitus necessarium. sumpto vero affirmatiuo ac negatiuo, si negatiuus sumatur vniuersalis, semper minoris extremi negatiui ad maius syllogismus conficietur. Veluti si A quidem omni B, aut alicui insit, B autem nulli inest C. nam si conuertantur propositiones, necesse est ipsum C alicui A non inesse, similiter autem & in cæteris figuris. Semper enim fit ob conuersionẽ syllogismus.




Quo pacto inutilis cõiugatio ex maiori affirmatiua minori negatiua in prima figura vtilis fiat. Frisesomorum.

F

Com.76. Consequẽter Aristoteles quędã cõmuia sumit ad oẽs figuras. Vbi debes scire, q̃ coniugationũ quædam sunt assyllogisticæ siue incõnexiles: quædã syllogisticæ, siue cõnexiles. Assyllogisticarũ siue incõnexilium, aliæ sunt penitus incõnexiles, veluti ex ambabus particularibus, vel indefinitis, & ex ambabus negatiuis: Hæ enim sunt penitus assyllogisticæ, siue incõnexiles, quia nullã prorsus concludunt conclusionẽ: hoc est, nec primariã, nec secundariam, siue nec directam, nec indirectã: vel, vt vtar verbis Auerrois, nec naturalẽ, nec innaturalẽ. Quędam vero sunt assyllogisticæ, siue inconnexiles fm quid: Hæ aũt sunt, quæ quidẽ primariã, siue directã, siue naturalẽ conclusionẽ non concludũt, quę est maioris de minore. Sed secũdariã siue indirectã, siue innaturalẽ: quia minorem de maiore. Hæ aũt in Secundo huius potestates appellantur syllogisticæ. Fiunt aũt hæ in oĩbus figuris, qñ minor est vĩis negatiua, & maior affirmatiua, siue vniuersalis, siue particularis. In prima quidem, cum maior est vniuersalis: Termini sumantur coloratum, homo, lapis. nam oĩs homo coloratus: nullus lapis homo: quoddam coloratũ non est lapis. Si. n. conuertatur maior in parte, & minor in terminis, syllogismus est: nullus homo est lapis: Quoddã coloratum est homo: Quoddam coloratum non est lapis. Simili modo fieri potest si maior est particularis. Termini sumantur, album, homo planta. Nam quidam homo est albus: nulla planta est homo: sequitur, quoddã coloratum non est planta. Conuersis enim propositionibus, maiore quidẽ in parte, minore vero in terminis, erit hæc eadem conclusio,


G

H




In secũda

In secunda vero termini sumantur animal, ferum, planta. Nam quoddā ferum est aīal: Nulla plāta est aīal: igitur quoddā ferum non est planta. Conuersa.n.minore, erit sylls, nullum animal planta: quoddam ferum animal: quoddam ferum non est planta, in quarto primæ.



In tertia autem termini sumantur album, cygnus, lapis. Nam quidā lapis albus: nullus lapis cygnus: quoddam album cygnus. Conuersa enim maiore, erit syllogismus, nullus lapis cygnus. quoddam album est lapis. Igitur quoddam album non est cygnus.



Inquit{perspicuum autem est & omnibus in figuris quando non fit syllogismus. Hoc.n.declaratum est. Tamen repetit affirmatiuis nanq; aut negatiuis vtriusq; terminis, atq; particularibus sumptis, nihil fit penitus necessarium:}Hoc est nec primarie, nec secundarie. Sumpto vero affirmatiuo atq; negatiuo, si negatiuus sumatur vniuersalis. subaudi & ad minorem, semper minoris extremi ad maius syllogismus conficietur. Et ita secundarie saltem aliquid concludetur. Veluti si A quidem omni B, aut alicui insit: B autem nulli inest C. hoc enim modo cōnexio est concludens aliquod A nō esse C. Nam si conuertantur propositiones, necesse est ipsum C A alicui A non inesse. Nihil autem Aristoteles meminit transpositionis, quia siue propositiones transponantur, siue non, semper proprijs rationibus intelliguntur constitutę. Subticuit autem exempla in alijs figuris, quia facile quis potest terminis abūdare. Verum in oībus his fieri non pōt perfectio eodē modo: In prima nāq; fit cōuersis vtrisq;, in secūda vero conuersa minore tm̄, in tertia aūt conuersa maiore. Debes scire, q; Aristoteles tacuit cæteros tres modos, qui his verbis designantur videlicet baralipton, celantes, dabitis. Quia eiusmodi in, p positionibus nō differunt ab alijs, sed solū quo ad cōclusionem: aut quia eiusmodi sunt potius potestates syllogisticæ, vt dixit Auerroes. Secūdo debes scire in eiusmodi cōnexionibus ideo conclusionē esse particularē, quia vt sapide dicunt Iuniores, in his minor est sub maiore, et

A cum necesse sit conclusionē esse negatiuam, & superius non negatur ab inferiore nisi in parte, propterea cōclusio est particularis. Qua ratione fit, vt è contra, videlicet maiore negatiua & minore affirmatiua, nulla fit conclusio indirecte, nisi potestatiue, quia minor continetur sub maiore, & ibi est vis rectitudinis. Aut melius dici potest conclusionem sequi ipsam minorem quo ad quantitatem. Sed qm̄ in talibus minor est potestate maior. Et maior potestate minor. Sed qm̄ ipsa minor est particularis, facta reductione: ideo conclusio est particularis. Quæ Auer.

Inquit Auerroes q; Aristoteles non enumerauit tales modos in proprijs locis figurarum, quia non sunt naturales: nam in eis nō cadit vis dianoetica siue cogitatiua per naturam, sed potius per ipsum artificium.

Perspicuum etiam est indefinitā propositionem eundem omnibus in figuris syllogismū efficere, positam loco partcularis affirmatiuę.


B Secundum commune omnibus figuris est. indefinitam propositionem eundem syllogismum efficere, positam loco particularis affirmatiuæ. Com. 77.

Sed occurres, nam, vt partes inter se, ita tota etiam inter se: sed particulares & indefinitæ differunt specie, igitur syllogismi ex indefinitis, & syllogismi ex particularibus etiam specie differūt. Nisi esset, q; tales syllogismi forma cōueniunt, materia vero differūt. Forma quidē, qm̄ conuersione, expositione, & deductione eodē modo perficiuntur: materia vero, quatenus propositiones eorum differunt. Secundo occurres, quare signanter dixit propositionem indefinitam affirmatiuam, particularis loco poni, negatiuę vero nihil meminit. Dicunt nō nulli in vno opposito alterum dedisse intelligere. Antiquiores expositores dixerunt indefinitam negatiuā magis poni loco vniuersalis negatiuæ. Propterea solū affirmatiuæ submeminit. Dubō.1. Solutio. 2.Dubō. Prima solo. Secūda sol.

Patet insuper syllogismos, qui imperfecti

C sunt oēs per primam perfici figuram. Omnes enim aut ostensione, aut deductione ad impossibile perficiuntur: at vtroq; modo prima fit figura. Nam etsi ostenstone perficiuntur, conuersione perficientur. Conuersio autem figuram efficiebat primā. Sin vero deductione ad impossibile demonstrantur falso posito, syllogismus fit per primam figuram. Ceu vltima in figura, si A, & B omni C insint, ipsum A alicui B inerit. Nam si A nulli B insit: ipsum autē B omni C inerat: A profecto nulli C inerit. at omni ineſſe supponebatur. Idem & in cæteris fiet.

D




Darapti prima tertię figuræ coniugatio, qūo p impossibie monstreť.

Tertium

Com.78. Tertium cõmune eſt,oẽs ſyllogiſmos,qui imperfecti ſunt, perfici per primam figurã. Cuius rationem dicit. & ſic cõponitur. Quæcunq; oſtenſione, aut deductione perficiuntur, per primam perficiuntur figuram: ſed oẽs ſyllogiſmi aut oſtenſione aut deductione perficiuntur: igitur omnes per primam perficiuntur figuram. Inquit {patet inſuper ſyllogiſmos,qui imperfecti ſunt, omnes per primam perfici figuram. Hæc concluſio. Deinde ſumit minorem: & inquit{omnes enim aut oſtenſione, hoc eſt demonſtratione recta:}aut deductione ad impoſſibile perficiuntur.} Hæc eſt minor. Deinde ſumit maiorem,& inquit{at vtroq; modo prima fit figura.} hęc eſt maior. Quam probat dicens,{nam,ſi oſtenſione perficiuntur,conuerſione perficiuntur. Conuerſio autẽ (vt diximus) figuram faciebat primam: ſin vero deductione ad impoſſibile demonſtrantur, falſo poſito,fit ſyllogiſmus etiam per primam figurã: Et declarat hoc per exemplum in tertia,de qua minus videtur: Et hoc vt habeat in ſecunda eſſe eodem modo. In tertia.n.ex cõcluſione pro maiore & minore,in prima figura infertur oppoſitum maioris. Inquit {ceu vltima in figura: ſi A & B omni C inſint:ipſum A alicui B inerit. Deducit{nam,ſi A nulli B ineſt: Ipſum autem B.omni C inerat: A profecto nulli C. inerit:at omni ineſſe ſupponebatur in maiore. Addit idem & in cæteris fieri. verum non dedit exempla, quia ſuperius illa poſuit. Sic igitur patet maior, & per conſequens totus ſyllogiſmus.


Præterea licet & omnes ſyllogiſmos ad vniuerſales primæ figuræ ſyllogiſmos reducere. Patet nãq; per illos ſecundæ figuræ ſyllogiſmos perfici, quãquam non ſimiliter omnes. nam vniuerſalis quidem negatiua conuerſa, particularium vero vterq;, deductione ad impoſſibile. At particulares primæ figuræ ſyllogiſmi,& per ſe quidem ipſos perficiuntur: & per ſecundam etiam figuram deductione ad impoſſibile licet oſtendere. Ceu ſi A quidem omni B ineſt: B autem alicui C: ipſum A profecto alicui C inerit. nã ſi nulli ineſt, B vero omni inerit, nulli quoq; C, B inerit. hoc.n. ſcimus per ſecundam figuram.

Darii.



Darii tertia primę figurę vtilis cõiugatio deducẽdo ad impoſſibile qũo p primũ ſecunde oſtẽditur.

Ferio. Similiter & in negatiuo erit demonſtratio. Nam ſi A quidem nulli B ineſt: B autem alicui C: A profecto alicui C nõ inerit. Si enim omni ineſt: B autem ipſi nulli inerat: null C B ipſum profecto inerit. At hæc media erat figura.



Ferio quarta primę figuræ vtilis coniugatio qũo reducẽdo ad ſecundã. ſecunde deductione ad impſſe.

Quare cum quidem, qui in media ſunt figura ſyllogiſmi omnes ad vniuerſales reducantur primæ: & particulares primæ ad ſyllogiſmos figuræ mediæ: patet etiam particulares primæ figuræ ſyllogiſmos, ad vniuerſales eiuſdem reduci.

Com.79. Quartum commune eſt cæteris figuris, & particularibus modis primæ, vt omnes perficiãtur per duos primos vl'es primæ. Qua ratione fit, vt prima figura cæteris ſit perfectior: nã ad illam aliæ reducunt. Et de modis primę primi duo vniuerſales ſunt pfectiores. Quia ad illos omnes alĩ cuiuſuis figuræ reducũtur. Inquit{præterea licet & omnes ſyllogiſmos ad vniuerſales primæ figuræ ſyllogiſmos reducere.}hæc eſt cõcluſio: hanc probat: & vt mihi videtur inductione, inducendo videlicet per omnes modos ſecundæ vniuerſales & particulares, & per particulares omnes primæ, & per omnes tertiæ tam vniuerſales, q̃; particulares. Et inquit{patet nanq; per illos ſecũdæ figuræ ſyllogiſmos perfici, vt viſum eſt longa cõmentatione. Quãq; (vt ait) nõ ſimiliter omnes. nam vniuerſales quidem reducuntur negatiua propoſitione cõuerſa in terminis. Particularium vero vterq; deductione ad impoſſibile. Debes ſcire vniuerſales reduci conuerſione negatiuę propoſitionis, nõ tamen eãdem propoſitionem. Nam primus modus ſecũdæ reducitur cõuerſione maioris tãtum. Secũdus vero eiuſdem cõuerſione minoris & cõcluſionis. Particulares vero licet omnes deductione ad impoſſibile demonſtrentur, tamen primus particularis ſecundæ cõuerſione & deductione ad impoſſibile perficitur. Hæc de modis ſecũdæ. De modis vero primæ inquit{at particulares primæ figure ſyllogiſmi,& per ſe quidem ipſos perficiũtur}hoc eſt per principia regulatiua vniuerſalium, videlicet dictum de omni,& de nullo: & per ſecundam etiam figuram deductione ad impoſſibile licet oſtendere. Nã ſumpto oppoſito cõcluſionis pro minore, & maiore pro maiore, infertur oppoſitum minoris in ſecunda figura. Inquit{ceu ſi A quidẽ omni B ineſt, vt ſit hæc vera, omne B eſt A: B autem alicui C, vt ſit hæc vera, aliquod C eſt B. ipſum A profecto alicui C inerit. Nam ſi nulli ineſt, ita vt hæc ſit vera, nullum C eſt A, hac ſumpta pro minore: B: vero omni inerat: erat enim hæc vera, omne B eſt A: Igitur in ſecundo modo ſecundo, nullum C eſt B: erit enim totus ſyllogiſmus, omne B A: nullum C A: igitur nullum C B: ſupponebatur autem aliquod C: eſſe B. Hoc enim inquit{ſcimus per ſecũdam figuram: hæc de affirmatiuo. De negatiuo vero inquit{ſimiliter & in negatiuo erit demonſtratio: videlicet ex oppoſito concluſionis p minore, & minore pro maiore inferendo oppoſitum minoris, Inquit{nam ſi A quidem nulli B ineſt: B autem alicui C: A

Nota hæc.

C:A profecto alicui C non inerit.probat dicens.{Si enim omni ineſt,ita vt ſit hæc vera,omne C eſt.A: hac ſumpta pro minore:B autem ipſi nulli inerat A, ita vt ſit hæc vera,nullum B eſt.A.tunc arguo,nullum B eſt A: omne C eſt A:igitur in ſecundo ſccũde,nullum C eſt B.& hoc ſubdit, nulli C B. ipſum profecto inerit.at hæc media erat figura.& ſic patet particulares primæ reduci ad vniuerſales ſecundæ.tunc complet rationem,& inquit{quarc,cum ñ quidem,qui in media ſunt figura ſyllogiſmi,omnes ad vniuerſales reducantur primæ,& particulares primæ ad ſyllogiſmos vniuerſales figuræ mediæ:patet & particulares primæ figuræ ſyllogiſmos ad vniuerſales eiuſdẽ reduci.Hæc de modis ſecundę & particularibus primę.

Dubõ. Sed occurres,nam particulares primæ eſſent tunc imperfectiores vniuerſalibus ſecundæ: quod quidem falſum eſt. Iuniores reſpondent hos particulares non reduci ad illos,vt in terminum vltimum,ſed velut nullam ad tranſitum. Sed hoc videtur ſtare non poſſe:primo quia propinquus perfectiori eſt perfectius. Modo vniuerſales ſecundæ propinquiores ſunt vniuerſalibus primæ.igitur vniuerſales ſecundæ perfectiores ſunt,Secundo,natura incipit ab imperfectiori ad perfectius: igitur & ars.quare particulares eiuſmodi ſunt imperfectiores, cum ab his ars incipiat.Proptetea dici poteſt particulares tales quatenus perfici poſſunt proprijs regulatiuis principijs perfectiores eſſe vniuerſalibus ſecundæ.Quatenus vero particulares, ſic ſunt illis imperfectiores, & quo ad hanc rationem perficiuntur per illos. Et cum in vniuerſalibus primæ congregẽtur ambo hęc,propterea cæteris ſunt perfectiores.Hęc Ariſtoteles.

Solutio. Iuniorum. Confutatio.

Propria ſolutio.

Com.77.

Syllogiſmi vero tertiæ figuræ ſi vniuerſales quidem ſint termini, per vniuerſales continuo ſyllogiſmos primæ figuræ perficiuntur.ſin vero particulares ſumantur per ſyllogiſmos particulares eiuſdẽ primæ figuræ perficiuntur: at tales ſyllogiſmi ad illos iam ſunt reducti:quare & ſyllogiſmi particulares figuræ tertiæ ad eoſdem profecto reducuntur. Perſpicuum igitur eſt omnes ſyllogiſmos ad vniuerſales primę figuræ ſyllogiſmos reduci. Syllogiſmorum igitur hi qui eſſe vel non eſſe indicant,dicti ſunt quonam modo ſeſe habẽt, & per ſeipſos,qui ex eadem ſunt figura,& inter ſe,qui ex diuerſis ſunt figuris.

Notãt.

Com 80.

De ſyllogiſmis vero tertiæ,quo nam modo reducuntur ad illos primæ vniuerſales,nũc docet:& inquit{ſyllogiſmi vero tertiæ figuræ ſi vniuerſales quidem ſint termini}vt ſunt duo primi{per vniuerſales continuo ſyllogiſmos primæ figuræ perficiuntur.}& ſic vniuerſales tertiæ ad vniuerſales primæ reducuntur. De particularibus inquit{ſin vero particulares ſumantur,per particulares eiuſdem primæ figuræ perficiuntur.}At tales ſyllogiſmi ad illos iam vniuerſales primæ(vt dictũ eſt) ſunt reducti. Quare & ſyllogiſmi particulares figuræ tertiæ ad eoſdem vniuerſales primæ profecto reducuntur. Et ita omnes reducuntur ad illos. Demum epilogat,& ſermo patet.

Dubõ verborum.

Quo vero ad verba attinet, dubitabis, quare Ariſtoteles dixit vniuerſales tertiæ continuo,ſiue ſtatim reduci ad vniuerſales primæ.Nec intelligere poteſt de reductione per impoſſibile:quia etiam particulares reducuntur ad illos immediate per deductionẽ ad impoſſibile. Nec per conuerſionem, quia hoc modo reducuntur ad particulares. Ego nihil boni habeo, quo poſſim mihi ipſi ſatisfacere nunc. tu vero conſidera. Vnum tamen ſcias vniuerſales tertiæ reduci ad particulares primę per

A conuerſionẽ,& ad vniuerſales per deductionem ad impoſſibile. Similiter & particulares reducuntur tum ad vniuerſales primæ deductione: Tum ad particulares cõuerſione:quare omnes reducũtur ad vniuerſales primæ pluribus modis. Hæc Ariſtoteles de cõiugatiõibus triũ figurarũ.Quibus verſus annecti poſſunt.

Primæ figuræ quidem verſus eſt, Verſus figurarũ greci.
Grammata egrapſe graphidi Technicos.
Verſus ſecundæ, Ver.2.
Egrapſe cateche Metrion acholon.
Verſus tertiæ, Ver.3.
Apaſi ſtenaros hiſacis aſpidi omalos pheriſtos.

In his enim verſibus ponũtur quatuor literæ, A E I O: & A,vt ſcis,ſignificat vniuerſalẽ affirmationem:E vero, vniuerſalem negationem: I autem, particularem affirmationem: O deniq;, particularem negationem. Sunt etiam ñ verſus ſignificatiui rei alicuius: eſt enim eorum ſenſus, artifex qui literas calamo ſcripſit: & qui ſcripſit B atq; detinuit:dulce carmen: his clypeo valens eſt omnibus: æquales mitis atq; optimus. Hi ſunt verſus: quos in Ariſtotelis codicibus grẽcis ſcriptos reperi. An vero ſint Ariſtotelis, tu conſidera. Digreditur hic Auerroes de quarta figura, quoniam Galenus conceſſit illã. Ego vero pro declaratione mentis eius dicerem quadrifariam poſſe fingi figuram quartam. Nam aut in cõcluſione maior de minore, aut minor de maiore prædicatur:ſi quidem maior de minore,adhuc bifariam, aut qa mediũ minori ſubñcitur,& de maiore prædicatur, quo pacto Galenus fortaſſe quartam figuram contendit: & hoc modo eſt omnino innaturalis: eſt enim contra naturam, vt medium de maiore prædicetur: quod minori ſubñcitur:& tamen minor etiam non prædicetur de maiore.Naturale nanq; eſt prædicatum de aliquo prædicari de eo quod illi ſubñcitur.Aut quia maior de medio:et medium de minore prædicatur: ſed tranſpoſite,ita vt minor præcedat propoſitio in ſyllogiſmo:Et hoc pacto C eſt naturalis:& prima figura præmiſſis tranſpoſitis. Vñ Philoponus dixit ſuperius terminos poſſe ordinari aut per prædicari,aut per ineſſe.Per prædicari quidem propoſitio maior debet præcedere, minor ſequi. Per ineſſe vero econtra minor propoſitio præcedit,maior ſequit. Licet latini ſemper minorem faciunt ſecundo loco. Si vero minor de maiore prædicatur in concluſione, hoc rurſus vt prius bifariam eſt: Nam aut medium minori ſubñcitur:& de maiore prædicatur:Et hoc pacto omnino eſt innaturalis propter rationem tactam.Aut mediũ ſubñcitur maiori & de minore prædicatur:Et hoc pacto concludunt illi duo modi primæ figurę ſapeſmo,friſeſomorum:quo nanq; ad propoſitiones naturales ſunt, ſed quo ad concluſiones ſunt innaturales. Hæc de quarta figura.

Digreſſio Auer.de.4. figura.

D CVm vero ipſum ineſſe, atq; etiam neceſſario ineſſe, & contingenter ineſſe, differant:(Multa ſiquidem, non tamẽ neceſſario inſunt: multa vero nec neceſſario, nec penitus competunt,ſed contingenter inſunt)patet ſyliogiſmos cuiuſuis horum differre:atq; non ſimiles habere terminos: quatenus alius ex ijs,quæ neceſſario inſunt,alius ex ijs quæ inſunt, alius ex ijs, quæ contingenter inſunt conficitur.

Caput. 9. De ſyllogiſmis ex ambabus de neceſſario ĩ tribus figuris.

De ineſſe.

Com.81.


Hactenus de tribus figuris,nunc de miſtionibus propoſitionum in ſyllogiſmos vult pertractare. Et primo ſyllogizat intentionem tractatus, hoc pacto: ex dierſis propoſitionibus diuerſi conficiuntur ſyllogiſmi:propoſitio neceſſaria contingens,& de ineſſe ſunt diuerſæ:igitur

tur ex his diuersi conficiuntur syllogismi. De ratione tã E
git minorem, & probationem: Et inquit {cum vero ip-
sum ineſſe, atq; etiam neceſſario ineſſe, & contingenter
ineſſe differant} cuius probationẽ ſcribit, & lege ſuſpen
ſiue, & inquit {multa ſi quidem, non tamen neceſſario
inſunt, vt homo eſt albus, & animal eſt grammaticum:
multa vero nec neceſſario, nec penitus de ineſſe compe-
tunt: ſed contingenter} vt nauale prælium eſt, & Socra
tes vincit olimpide. Hæ enim non ſunt de ineſſe veræ,
ſed contigenter: ſunt enim falſę posſibiles. Ponit tunc
concluſionem, & inquit {patet ſyllogiſmos cuiuſuis ho
rum differre, atq; non ſimiles habere terminos, nec pro-
poſitiones, quatenus alius ex ijs quæ neceſſario inſunt,
alius ex ijs quæ inſunt, alius ex ijs quæ contingenter in-
ſunt, conficitur. Hæc eſt cõcluſio, & intentio & cauſa in
Dubitatio. tentionis. Occurres fortaſſe, quia quæ hoc in libro tra-
ctantur, pertinent ad ſyllogiſmum, quo ſyllogiſmus eſt:
at neceſſario ineſſe, ineſſe, & cõtingenter ineſſe, ſunt ma
Solutio. teriæ ſyllogiſmorum: de quibus nihil tractatur hic. Di-
ci poteſt neceſſario ineſſe, ineſſe, contingenter ineſſe ab- F
ſtrahũt à demonſtratiuo, probabili, & ſophiſtico: & ita
licet pertineant ad materiam, non pertinent ad materiã,
niſi quatenus illa eſt ſyllogiſmi, vt ſyllogiſmus.

In ijs igitur quæ neceſſario inſunt, ſimili fe-
re ſeſe habent modo perinde atq; in, ijs quæ
inſunt: ſimiliter enim in ipſo ineſſe, atq; neceſ
ſario ineſſe, vel non ineſſe, & erit, & non erit
ſyllogiſmus: differunt tamẽ ob ipſum neceſſa
rio ineſſe, vel non ineſſe: quod quidem termi-
nis ipſis additur. Nam & ipſum negatiuum ſi
militer conuertitur, & ipſum eſſe in toto, & de
omni prædicari ſimiliter aſsignamus.

Commẽ. 82. Propoſuit intentionem & rationem intentionis, nũc
exequitur, & proponit vniuerſalem regulam ſyllogiſ- G
morum neceſſariorum, & inquit {in ijs igitur, quæ ne-
ceſſario inſunt, ſyllogiſmi fere ſimili ſeſe habent modo
Dubitatio. ceſſario quoddã animal nõ eſt album. Quia quocũq; tali animali dato, illud effici poteſt albũ. Sed dices ſicuti po ſuit in Barocco duas inutiles, Alterã penes maiorẽ, alterã penes minorẽ, cur nõ poſuit duas in feſtino, alterã penes maiorẽ, alterã penes minorẽ. Solutio. Dicerẽ hoc eſſe factũ pro tanto, quia poſſet alicui videri ex minore in Barocco neceſſaria effici neceſſariã cõcluſionẽ: quia eſt negatiua, ex minore vero in feſtino nulli poteſt videri: quia in generali regula continetur, quæ dicit, ex affirmatiua neceſſaria nõ ſequitur neceſſaria cõcluſio in ſecũda figura: quia facta cõuerſione affirmatiua ſemp relinquit in prima figura minor. Quæ Philoponus. Debes ſcire vt Philoponus inqt has cõiugationes eſſe inutiles nõ quidẽ ſimpliciter, ſed ſecũdũ quid: quia licet ſint inutiles ad neceſſariũ cõcludẽdũ, ſunt vtiles ad ineſſe. Quia quod neceſſariũ eſt, etiã eſt de ineſſe, & ſic ſemper cõcluditur de ineſſe, qm̃ quod de neceſsitate eſt, aut nõ ſemper ſimpliciter de ineſſe, aut non ineſſe dicitur. Secũdo debes ſcire etiã, vt Philoponus ait q̃ ideo ex particulari negatiua neceſſaria in Barocco nõ fit cõcluſio neceſſaria, quia illa nõ poteſt ad ſe cõuerti: & ꝓpterea nõ poteſt remanere nec maior, nec minor in prima figura. Quales dubitationes Iuniorum. Subtiles dubitationes excitãt Iuniores, an ex affirmatiua vniuerſali neceſſaria in Barocco ſequatur cõcluſio neceſſaria, atq; vtrum ex particulari negatiua neceſſaria: que cum recte determinentur, nec pateat nunc qualis ſit mixtio ipſius ineſſe, & cõtingentis, vel neceſſarij & contingentis, bona cauſa prætereundę ſunt ne ingenia tirunculorum deterreantur.

Miſtio in tertia figura.

Caput. 12. Miſtio neceſſarii & in eſſe in tertia figura. IN poſtrema autẽ figura, ſi termini quidem ad medium vniuerſales fuerint, atq; vtręq; propoſitiones affirmatiuæ: quæcũq; propoſitio neceſſaria fuerit, cõcluſio etiam neceſſaria erit, ſin autẽ altera negatiua, altera affitmatiua ſit: cum negatiua quidem neceſſaria fuerit, etiam concluſio neceſſaria erit: cum autem affirmatiua, concluſio non erit neceſſaria.

Cõm. 94. Expoſitio. Hactenus de ſecũda: nũc de tertia: & ponit regulã generalẽ et ait ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis in hac figura, quæcũq; illarum fuerit neceſſaria ſiue maior, ſiue minor, omnino ad hãc ſequetur cõcluſio neceſſaria, hæc generatim de affirmatiuis. De negatiuis vero regula generalis eſt: q̃, cum fuerit altera affirmatiua, & altera negatiua: ad negatiuam neceſſariam quidem neceſſaria ſequitur cõcluſio: cauſa eſt, vt dicemus, quia in prima cõmiſtione cõuerſa propoſitione altera, quæ eſt de ineſſe, & in ſecũda conuerſa affirmatiua: & reuerſione facta ad primã figurã, maior inuenitur negatiua, in prima autem figura ad maiorẽ ſemper concluſio ſequitur. At ſi affirmatiua fuerit neceſſaria, & negatiua de ineſſe, concluſio erit de ineſſe, & nõ neceſſaria: Propterea q̃ reductione facta ad primã: minor inueniť neceſſaria. Inquit {in poſtrema aũt figura, ſi termini quidem ad mediũ vniuerſales fuerint: atq; vtręq; ꝓpoſitiones affirmatiuę, vt darapti: q̃cũq; propoſitiõ neceſſaria fuerit, ſiue maior ſiue minor, cõcluſio etiã neceſſaria erit. ſin aũt altera negatiua, altera affirmatiua ſit, cum negatiua quidẽ neceſſaria fuerit, etiã concluſio neceſſaria erit. cũ aũt affirmatiua fuerit neceſſaria, & negatiua de ineſſe, cõcluſio non erit neceſſaria: ſed de ineſſe. Regula gẽalis. Ex ijs colligiť hęc regula generalis, tũc videlicet eſſe cõcluſionẽ neceſſariã, cũ ea propõnũ fuerit neceſſaria, quę facta cõuerſione ad primã figuram, inuenitur maior: hęc regula eſt Philoponi etiã, quã approbauimus in ſecunda figura.

Sint enim primo vtręq; propõnes affirmatiuę: atq; ipſum A & ipſum B omni C inſint: ſitque neceſſaria A C propõ: cũ igiť ipſum B oi C ineſt, etiã ip̃m C alicui. B. inerit ꝑ cõuerſionem E vlis in ꝑte. Quare, ſi ip̃m A oi C. ineſt neceſſario: & ipſum C alicui B, ipſum A alicui B ineſſe neceſſum erit, nã B ipſum ſub C eſt: propterea quia facta eſt rurſus prima figura.



F

Darapti ex maiori de neceſſario, minori de ineſſe ambabus affirmatiuis habet cõcluſionẽ neceſſariam.

Datis regulis atq; cõſtitutis, nunc probat illas. Et primo primã: quę fuit ex ambabus vniuerſalibus affirmatiuis maiore exiſtente neceſſaria: per cõuerſionẽ ſolius minoris. Et inquit {ſint enim primo vtręq; propoſitiones affirmatiuę, atq; ipſum A extremũ maius: & ipſum B extremum minus omni C medio inſint: ſitq; neceſſaria A C ꝓpoſitio, hoc eſt maior, videlicet, neceſſario oẽ C eſt A: cũ igitur ipſum B omni C ineſt in minore: ẽt ipſum C alicui B inerit per conuerſionẽ vniuerſalis propoſitionis in parte. Tũc quaſi epilogãdo totũ ſyllogiſmũ inquit {quare, ſi ipſum A omni C ineſt neceſſario: & ipſum C alicui B: ipſum A alicui B ineſſe neceſſum eſt. Probat nunc reductionẽ per cõia prĩcipia, & inquit {nã ipſum B ſub C eſt: conuerſione & reductione facta. Propterea, quia facta rurſus eſt prima figura. vt tertius primę per ſolam minoris conuerſionem in parte.

Cõm. 95.

G

Simili ratione oſtenditur & ſi B C propoſitio eſt neceſſaria: cõuertitur enim ipſum C alicui A ineſſe. Quare, ſi ipſum B omni C neceſſario ineſt, & ipſum C alicui A, etiam ipſum B alicui A inerit neceſſario.



Coiugatio ſuperiori oppoſita quo ad modos.

H

Probat ſecũdã, qm̃ minor eſt neceſſaria: & hoc ꝑ duas conuerſiones, maioris videlicet propõnis in parte, & cõcluſionis: & inquit {ſimili rõne oſtendiť & ſi B C propoſitio, videlicet minor eſt neceſſaria: conuertitur enim ipſum C alicui A ineſſe: quod relinquitur vt minor. Quare, ſi ipſum B omni C neceſſario ineſt, & ipſum C alicui A, ꝑ conuerſionem nunc factã, etiã ipſum B alicui A inerit neceſſario, per conuerſionem concluſionis. Animaduerte tamen, vt recte Philoponus monet, hanc concluſionem concludi, q̃ eſt, neceſſario aliquod A eſt B: nõ tm̃ hęc erat concluſio q̃ſita, ſed cõuerſio q̃ſitæ. Occurres forſitan

Comm. 96.

Solutio.

nam

nã ex maiore vniuerſali affirmatiua de ineſſe, & minore vniuerſali affirmatiua neceſſaria, põt concludi cõcluſio de ineſſe, ſi minor neceſſaria in parte conuertaẽ: igiẽ non neceſſaria. Dici põt, quicquid velit Philoponus, ꝙ põt vtraq; cõcludi, ſed mõ diuerſo, per cõuerſionẽ enim maioris & cõcluſionis neceſſaria cõcluditur. Per cõuerſionem vero minoris neceſſaria concluditur cõcluſio de ineẽ tm̃. Quid vero velit Philopon⁹, lege: qa aſſr vr̃ dicere.

Felapton.

Rurſus ſit A C qdẽ negatiua: B C aũt affirmatiua: atq; negatiua ſit neceſſaria. Cũ igiẽ affirmatiua cõuertiẽ, inerit alicui B, C ipm̃: ſed ipm̃ A nulli C ierat neceſſario: ipm̃, pfecto A alicui B neceſſario nõ inerit: nã ipſum B ſub C ipſo eſt.




Felapton ex maiori de necio, & minori de ineẽ vtibus, altera negatiua, altera affirmatiua.

Cõm. 97.

Hactenus quãdo ambæ ſunt affirmatiuæ: Nũc quãdo altera eſt negatiua, & altera affirmatiua agit: nam, ſi negatiua ſit neceſſaria, etiã concluſio erit neceſſaria per cõuerſionem minoris in parte: inquit {rurſus ſit A C quidẽ negatiua, vt pote maior: B C vero affirmatiua: cum igitur affirmatiua minor cõuertitur, alicui B ipſum C inerit per conuerſionem: ſed ipſum A nulli C inerat neceſſario: ipſum profecto A alicui B neceſſario non inerit, nam facta reductiõe, ipſum B ſub ipſo C eſt: & ſic inuenitur maior neceſſaria in prims figura.

Felapton.

Sin autẽ affirmatiua ſit neceſſaria, cõcluſio ſane nõ erit neceſſaria. Sit enim B C affirmatiua propoſitio, atq; neceſſaria: A C autẽ negatiua & non neceſſaria: cũ igitur conuertatur affirmatiua, inerit & ipſum C alicui B neceſſario. Quare, ſi ipſum A quidem nulli C ineſt: ipſum vero C alicui B neceſſario: ipm̃ A ſane alicui B inerit, ſed nõ neceſſario. Oſtẽſum eſt enim prima in figura cõcluſionem neceſſariam nõ fore, ſi negatiua propoſitio eſt non neceſſaria.



Felaptõ Cõ iugatio ſuperiori oppoſitæ quo ad modos.

A Coniugatio inutilis eſt in Felapton, ſi minor quæ eſt vniuerſalis affirmatiua, fuerit neceſſaria, nam concluſio erit de ineſſe: quia cõuerſa minore, in prima figura fit reductio: vbi minor inuenietur neceſſaria, ex qua non concludebatur neceſſaria concluſio. Inquit {ſin autem affirmatiua ſit neceſſaria, concluſio ſane non erit neceſſaria. Probat in terminis, & inquit } ſit enim B C affirmatiua propoſitio: atq; neceſſaria, ita vt ſit hæc minor, de neceſſitate omne C eſt A: A. C. autem negatiua, & non neceſſaria: ita vt ſit hæc maior, de ineſſe nullum C eſt A: Cum igitur cõuertatur affirmatiua illa, quæ fuit minor, inerit & ipſum C alicui B neceſſario: & ita reſtabit minor hæc, de neceſſitate aliquod B eſt C Tunc epilogat totum ſyllogiſmum, & inquit {quare, ſi ipſum A quidem nulli C ineſt: ipſum vero C alicui B. neceſſario, vt per cõuerſionem patuit: ipſum A ſane alicui B inerit, ſed nõ neceſſario. Cuius cauſam ait dicens: oſtenſum eſt enim prima in figura cõcluſionem neceſſariam non fore, ſi negatiua propoſitio
B eſt neceſſaria, vt eſt in propoſitio facta reductione. Cõm. 98.

Præterea & per terminos res hęc erit perſpicua, ſit enim ipſum A quidem bonum: B autẽ animal: C æquus. Bonum igitur contingit nulli ęquo ineſſe: Animal autẽ neceſſario omni ęquo ineſt: ſed nõ neceſſario aliquod animal non eſt bonum: cõtingit ſiquidem omne animal eſſe bonum. Vel, ſi non fuerit hoc poſsibile, vigilans aut dormiens loco termini ſumendum ſane erit. Nam omne animal capax eſt vtriuſq; horum. Quo nam igitur modo ſi ad mediũ vniuerſales ſint termini, concluſio neceſſaria eſt, dictum eſt.

Termini in ſuperiori figura leguntur.

Cõm. 99.

C Idem per terminos probat ſumendo bonum, animal equum, A videlicet bonum, B animal: C equum. Patet nõ ſequi neceſſariam. Quia non ſequitur de ineſſe, nullus æquus eſt bonus: De neceſsitate omnis æquus eſt animal: Igitur de neceſsitate quoddam animal non eſt bonum, nam cõtingit omne animal eſſe bonum. Inquit & {per terminos res hæc erit peſpicua. ſit enim ipſum A qdem bonum: B autem animal: C æquus, tunc arguit, bonum igitur cõtingit nulli æquo ineſſe, animal autem neceſſario omni æquo ineſt: ſed non neceſſario aliquod animal non eſt bonum, contingit ſiquidem omne animal eſſe bonum.

Sed occurres terminis: primo, quia maior eſt falſa: nam hæc propoſitio, nullus ęquus eſt bonus, eſt falſa: qa omnis æquus eſt naturale bonum, & neceſſario. Secundo, quia cõcluſio eſt neceſſaria, aliquod enim animal neceſſario nõ eſt bonum, vt animal quod ſagittas proñcit: Propterea docet mutare terminos, & loco boni vult eẽ ſumendum vigilans, aut dormiẽs. Inquit {vel ſi nõ fue-
D rit hoc poſsibile, Philoponus refert ad maiorem: Poteſt etiam referri ad concluſionem, vigilans aut dormiens loco termini maioris ſumendum erit: nam omne animal capax eſt vtriuſq;, & indifferens ad illa: & propterea videtur retuliſſe illud ad concluſionem. Occurres Ariſt. vt Iuniores dubitat, quia, ſi non ſequitur illa concluſio, neceſſario quoddam B nõ eſt A: ſequetur oppoſita, videlicet non neceſſario quoddam B eſt A: Hæc equipollet illi, contingenter omne B eſt A, quæ ponatur ineſſe, & conuertatur in parte, & ſumatur pro minore, & ſyllogizo ſic, de neceſsitate omne C eſt B: quoddam A eſt B, igitur de neceſsitate, quoddam C eſt A: quæ contradicit maiori. Reſpondent, ꝙ quando illa de contingenti ponitur ineſſe, non plus ſumitur, quã illa de contingenti. Sed melius eſt dicere ꝙ ſyllogiſmus quæſtionis eſt in ſecũda figura ex ambabus affirmatiuis, quomodo cõiugatio eſt penitus a ſyllogiſtica, vt diximus.

Dubitatio.

Solutio. cõfutatio & propria ſolutio.

Si

Si vero alter vniuersalis, alter particularis: E atq; affirmatiui sint ambo, cũ vniuersalis quidem necessarius efficitur, etiam conclusio necessaria efficietur, eritq; demonstratio eadem, vt prius, cõuertetur enim particularis affirmatiua. Si igitur necesse est omni C B ipsum inesse: & A sub C est: necesse est ipsum B alicui A inesse. Nam si ipsum B, alicui A: & ipsum A alicui B ineſſe necessum est: quia conuertitur.

Disamis.

Album. Animal.

A. Al. nec̃io. B.

Disamis ex maiori de iesse minori nec̃ia pticulari affirmatiua.

Al. ĩesse. O. nec̃io.

C.

Homo.

Al. necesario.

Simili ratione & si A C sit necessaria, atque vniuersalis propositio fuerit: nam ipsum B sub C est.

Animal. Album.

A. Al. nec̃io. B.

Datisi Coniugatio superiori opposita quo ad ꝓpositionũ q̃titatem.

O. nec̃io. Al. ies̃.

C.

Homo.

Al. ineſſe.

Cõm. 100.

Hactenus de vniuersalibus, nunc de particularibus talem ponit regulã, q̃ necessaria conclusio sequitur ad vniuersalem necessariam. causa huius est, quia facta reductione in prima figura, ipsa inuenitur maior. Inquit {si vero} supple terminorum {alter vniuersalis, alter particularis: atq; affirmatiui sint ambo: cum vniuersalis quidem necessarius efficitur, etiam conclusio necessaria efficietur: eritq; demõstratio eadẽ vt prius, conuertetur. n. particularis affirmatiua. & primo ponit exẽplum in disamis, & inquit {si igitur necesse est omne C, B ineſſe, quæ erat minor in tertia figura, sed nunc vt maior proponit: & A ipsum sub C est: videlicet facta cõuersione maioris, necesse est ipsum B alicui A ineſſe: quod est conuersio conclusionis. Et quia posses dicere hanc non esse conclusionem propositam, sed illius potestatem: inquit {nam si ipsum B alicui A, et ipsum A alicui B necessum est ineſſe: quę fuit cõclusio nostra: nam cõuertitur hæc de disamis. De datisi inquit {simili ratione, & si A C maior propositio sit necessaria, atque vniuersalis: nam ipsum B, & B C est per conuersionem vt prius. Hæc de syllogisticis ad necessarium.

Sin autẽ particularis est necessaria, non erit conclusio sane necessaria. sit enim B C particularis & necessaria: atq; ipm A omni C insit, sed non necessario: cum itaq; B C propositio conuertetur, prima redit figura: & quidẽ vniuersalis propositio nõ est necessaria, particularis autem est necessaria. At cum hoc pacto propositiones disponebantur, non erat cõclusio necessaria. Quare nec in his erit necessaria.

Datisi.

Cõm. 101.

Hactenus quando vniuersalis est necessaria, nũc quãdo particularis est necessaria, & supponit ambas esse affirmatiuas: & ait, q̃, si vniuersalis sit de ineſſe, particularis vero necessaria, ad vniuersalem iterum sequitur conclusio, siue maior illa fuerit, siue minor, & primo ostendit eam, quæ habet ad extremum maius necessariã propositionem per cõuersionem minoris. Et inquit {sin autem particularis est necessaria, non erit conclusio sane necessaria, & hoc indicat primo in disamis, vt dixi: & inquit {sit enim B C propositio particularis & necessaria, hoc est minor: atq; ipsum A omni C insit, sed non necessario, ita vt maior hæc sit de ineſſe, omne C est A. cum itaq; B C propositio, quę est minor cõuertitur, prima redditur figura. Vbi quidẽ vniuersalis propositio non inuenitur necessaria, particularis autem inuenitur necessaria. At cum hoc pacto in ipsa prima figura propositiones disponebantur, non erat cõclusio necessaria. Quare nec in his est necessaria. Hæc est regulæ probatio.

F

Præterea idẽ & per terminos est perspicuũ, sit enim ipsum A quidem vigilia: ipsum autẽ B bipes: C ipsum sit animal. Ipsum itaq; B alicui C necesse est ineſſe: ipsumvero A omni C ineſſe cõtingit: quare ipm A alicui B inerit, sed nõ necesario, non enim necesse aliquod Bipes dormire, aut vigilare.

G

Bipes. Vigilia.

Vigilia. Bipes.

A. Al. ies̃e. B.

Datisi ac Disamis. Cõiugatio ex maiori de inesse, minori necessaria, affirmatiua particulari, & superiori opposita quo ad ꝓpositionum quantitatem.

O. ineſſe. Al. nec̃io.

Al. nec̃io. O. ies̃e.

C.

Animal.

Al. ineſſe.

Vide in superiori figura.

H

Simili quoq; ratione eosdem per ipsos terminos ostendetur, conclusionem etiam non fore necesariam, si & A C propositio est particularis & necesaria.

Com. 102.

Idem per terminos ostẽdit, & inquit {præterea idem & per terminos est perspicuum. Sit enim ipsum A quidẽ vigilia: ipsum autem B Bipes: C ipsum sit animal: tunc arguit, ipsum itaq; B alicui C necesse est ineſſe: quoniam de necesitate quoddam animal est bipes: ipsum vero A omni C ineſſe contingit: quia de ineſſe omne animal vigilat:

quare

quare ipſum A alicui B inerit: quia aliquod Bipes vigilat ſed non neceſſario, non enim neceſſarium eſt aliquod bipes dormire, aut vigilare. Hæc de ipſo datiſi, Et de ipſo diſamis inquit {ſimili quoque ratione eoſdem per ipſos terminos oſtendetur etiam concluſionem nō fore neceſſariam, ſi & A C propoſitio, quæ eſt maior, eſt particularis & neceſſaria, non tamen eodem ordine: ſed A Bipes: B vigilans: C animal ſumantur. Prætereanon per vnius tantum conuerſionem, ſed per cōuerſionem maioris & concluſionis, vt ſæpe dictum eſt. Hæc deparcticularibus affirmatiuis.

Atqui ſi terminorum alter affirmatiuus, alter negatiuus fuerit, cum vniuerſalis quidem & negatiuus, & neceſsarius fuerit, etiam concluſio erit neceſsaria. Nam ſi ipſum A nulli C neceſsario ineſt: ipſum vero B alicui C ineſt: ipſum A alicui B neceſse eſt non ineſse.

Ferison.




Ferison ex maiori negatiua vniuerſali de neceſſario minori affirmatiua particulari de ineſſe.

Cū vero affirmatiuus ponitur neceſsarius: ſiue vniuerſalis, ſiue particularis ſit: aut negatiuus particularis: concluſio ſane non erit neceſsaria.

Nam alia quidem per illa eadem, quę prius diximus, oſtendemus. At vniuerſalis affirmatiuus cum quidem ſit neceſſarius: Termini vigilans, animal, homo, ſumantur: & medium homo.

Broccardo.



Broccardo ex maiori negatiua pticulari de inesse, minori affirmatiua vli de neceſsario.

Cum autem particularis affirmatiuus fuerit neceſſarius, vigilans, animal, album, termini ſumantur. Animal.n. Albo quidem alicui neceſſario ineſt: vigilantia vero nulli albo ineſſe contingit: & non neceſſe eſt alicui animali vigilantiam non ineſſe.


A



Ferison ex maiori vniuerſali de inesse negatiua, minori pticulari affirmatiua de neceſsario.

B At cum particularis fuerit negatiuus & neceſsarius, bipes, motus, animal, termini ſumantur, Medium vero Animal.

Broccardo.



Broccardo ex maiore negatiua pticulari de neceſsario, minori affirmatiua vli de ineſse.

Hactenus de particularibus puris affirmatiuis, nunc & de particularibus, quando vnus terminorum eſt affirmatiuus, alter negatiuus, diſponit coniugationes. Debes ſcire, vt Aueri. nnuit generalem regulam in his eſſe, vt in alijs: videlicet tunc eſſe vtilem coniugationē, quādo illa propoſitio eſt neceſſaria, quæ facta reductione ſyl

Com. 103.

Regula generalis.

C logiſmi inuenitur maior in prima figura. Quod etiā Philoponus nō ſemel dixit, ex hac vero generali regula proficiſcuntur ſpeciales. Prima in Ferison, ſi maior eſt neceſſaria: concluſio etiam erit neceſsaria. Patet per regulam vniuerſalem, quia facta reductione per conuerſionē minoris, maior inuenitur neceſſaria in prima figura. Secunda ex minore neceſſaria non ſequitur cōcluſio neceſſaria. Patet, quia facta conuerſione minor inuenitur neceſſaria, maior autem de ineſſe. Tertia regula in Broccardo nullo modo ex vna neceſsaria & alia de ineſſe concluſio eſt neceſsaria. Patet, quia non reducitur per conuerſionem: ideo nunquam maior poteſt inueniri neceſsaria. Vere Ariſt. ponit regulas & probat illas partim per conuerſionem, partim per terminos. Inquit {At qui ſi terminorum alter affirmatiuus, alter negatiuus fuerit: cum vniuerſalis quidem & neceſſarius & negatiuus fuerit, vt in Ferison: etiam concluſio erit neceſsaria. Nam, ſi ipſum A nulli C neceſsario ineſt: ipſum vero B alicui C. ineſt: ipſum A alicui B neceſse eſt ineſſe. Hæc eſt prima re-

Prima ſpecialis.

D gula. Cū vero affirmatiuus ponitur neceſsarius, ſiue vniuerſalis, vt ī Broccardo, ſiue p̄ticularis, vt ī Ferison: aut negatiuus particularis, vt in Broccardo: concluſio ſane nō erit neceſsaria. In quibus verbis tangit alias duas regulas, vt patet conſideranti. Has regulas deinde declarat: primam quidem & ſecundam per conuerſionem minoris: & hoc quo ad Ferison: Alias vero p̄ terminos, & hoc quo ad Ferison & Broccardo. Et inquit: {Nam alia quidem, vt primam & ſecundam regulam per illa eadē, quæ prius diximus, oſtēdemus, vtpote conuerſione minoris. Alia vero ſupple, tu, vt quādo affirmatiuus quidē ſit & neceſſarius, vt Broccardo & in ferison: ſupple per terminos. Termini itaq; vigilans, animal, homo, ſumantur, & medium homo. Supple in Broccardo. Et ſyllogiſmus patet. Cum autem particularis affirmatiuus fuerit neceſsarius.

Secunda.

Tertia.

necessarius, vt in ferison: non modo conuersione, sed per terminos potest ostendi, propterea docet sumere terminos. Et inquit {vigilans, animal, album termini sumantur, nam animal quidem alicui albo necessario inest: vigilantia vero nulli albo inesse contingit, & nō necesse est alicui animali vigilantiam non inesse, vt patet. At, cum particularis fuerit negatiuus & necessarius, vt in Broccardo. Bipes, Motus, animal, termini sumātur: medium vero animal: sic igitur regulæ dictæ partim per cōuersionē patent: veluti priores: partim per terminos. Quo vero ad verba attinet debes scire nonnullos codices habere ipsum Bipes pro medio. Et {vt recte Philoponus meminit} est error scriptoris, nam medium debet esse animal: Aliter non esset exemplum ad propositum. Hęc de exemplo.

Annotatio.

Perspicuum igitur syllogismum quidē nō esse de inesse, nisi vtræq; propositiones sint de inesse. De necessario autem esse, si & altera duntaxat propositio fuerit necessaria.

Cōm. 104.

Ex dictis nunc infert regulas. Quarum prima est syllogismum nō esse de inesse, nisi vtræq; propositiones fuerint de inesse. De necessario tamē inesse potest confici si altera duntaxat fuerit necessaria. Sed occurrit Philoponus, quia ostensum est in prima figura, maiore existēte de inesse, & minore de necessario inesse, Conclusionē etiam de inesse: & ita nō oportet vt ambæ sint de inesse. Amplius in secunda figura ostensum est sola affirmatiua existēte de necessario inesse, & negatiua de inesse tantū, conclusionem esse de inesse. Igitur in secunda figura syllogismus potest esse de inesse, & non vtræq; propositiones erunt de inesse. Idem quoq; in tertia potest ex particulari negatiua necessaria solum conclusio esse de inesse. Igitur non recte dicit Arist. semper ad hoc, vt conclusio sit de inesse, ambas propositiones debere esse de inesse.

Dubitatio Philoponi.

Solutio Philoponi.

Respondet Philoponus hāc regulam non esse omnibus figuris communem, sed tertiæ tantum: nec omnibus modis tertiæ, sed solum primo modo. Illę. n. ex quo constat ex ambabus affirmatiuis, potest cōcludere cōclusionem de inesse: quauis propositione existente de necessario. Propterea, si debeat concludere conclusionem de inesse, ambæ debent esse de inesse. Ad hoc vero vt sit conclusio necessaria, sufficit altera. Hæc videtur sentire Philoponus, si recte intellexi. Sed hæc respōsio nimis arctat regulam. Videtur. n. Arist. protulisse vniuersaliter regulam. Alij sic intelligūt, cp, si neutræ propositiones fuerint de inesse, hoc est nec maior: nec minor, nūquam syllogismus est de inesse, & tunc verbū illud nisi, debet traduci si non vtręq;, quod est dicere, si neutræ. Nec hæc expositio placet, quia non subderet, posse esse de necessario inesse syllogismum, ex altera sola necessaria. Quid vero sit dicendum, nunc non occurrit aliquid, per quod mihi ipsi satisfacerem: sed sat sit monstrasse locum considerationis.

Confutatio.

Secunda solutio.

Confutatio.

Excusatio a solutione.

Insuper etiam in vtrisq; syllogismis & affirmatiuis, & negatiuis necesse est alterā propositionum cōclusioni similem esse. Atq; similē dico, nam si cōclusio sit de inesse, Propositio sit de inesse: Atq; si necessaria, Propositio quoque sit necessaria.

Cōmē. 105.

Secunda regula est, in vtrisq; syllogismis, hoc est tam in affirmatiuis, quam in negatiuis, propositionum alteram. semper esse similem conclusioni. Dico similem, nō quidem quo ad qualitatem vel qualitatem, de quo alias est videndum: sed pro nunc dico similem, quo ad materiam. nam, si cōclusio sit de inesse, propositionum alterā de inesse oportet esse: si vero conclusio sit necessaria, ēt altera propositionum debet esse necessaria. Vtrum vero etiam hæc regula habeat locum de quantitate, & qualitate: diximus superius. Ad præsentem vero doctrinam sat sit verificasse ex dictis regulam quo ad materias ipsas.

Quare hoc etiam ex his patet, conclusionē non fore necessariam, vel de inesse, si aliqua p positio non fuerit sumpta necessaria aut de inesse. De syllogismis igitur quonammodo ex ipso necessario conficiantur: Quamue differē tiam habeat necessarium ipsum ad inesse, sufficienter fere dictum est.

Cōmē. 106.

Tertia regula, quæ est secunda ecōuerso posita, est nō posse esse conclusionem necessariam vel de inesse, nisi aliqua propositio sit necessaria vel de inesse. Hęc regula patet ex secunda: quia conclusio alicui propositionum simi lis esse debet omnino. Demū epilogat, & inquit. De syllogismis igit quonāmodo ex ipso necessario cōficiantur, quam ve differentiam habeat necessarium ipsum ad inesse: Quod est dicere quomodo fit & non fiat mistio, sufficienter fere dictum est. Et dixit fere, quia multa dicturus est de necessario in proximis capitibus, quæ hic sunt suppositа. Occurrunt Iuniores. Nam infra dicetur ex altera necessaria, & altera contingente conclusionē interdum sequi de inesse. Vbi patet tunc conclusionem nulli propositionum assimilari. Iuniores recte referunt regulam solum ad determinata nunc, non autem ad ea quæ determinabuntur. Aut dici potest conclusionem illam de inesse similari illi de contingēti, non quidem in specie ac denominatione, sed quo ad proprietatem, quatenus omnis propositio de inesse est non necessaria, veluti omnis contingens est non necessaria.

Dubitatio.

Solutio. 1.

Solutio. 2.

De contingenti vero post hæc transigamus, quando, & quonammodo, & per quæ erit syllogismus.

Caput. xiii. De Contingenti & de propōnibus secundū cōtingēs. 142. illarum conuersionib⁹. Cōmē. 107.

Hactenus disputauit de propositionibus de inesse, & de necessario quonam modo seorsum, & mixtim sese habeant. Tractaturus nunc de propositionibus contingentibus quonam modo sese habeant seorsum, & coniugatim cum illis de inesse, & necessario, Proponit intentionem eius. Et inquit {de contingenti vero post hæc transigamus, Quando, & quonammodo, & per quæ erit syllogismus. Et dicit quando, quo ad vtiles, & inutiles coniugationes. Dicit quonāmodo, quo ad figuram siue modos syllogizādi ex illis. Dicit per quæ, quo ad terminos, atq; propositiones. Hæc est intentio capitis. Causa vero ordinis est. Quia necessarium sese habet per additionem ad inesse: nā omnis propositio de necessario inesse, est de inesse, Et non conuertitur: ideo post illas de inesse, secutus est de illis de necessario inesse. Et quia necessariū est principiū cōtingentis, vt in libro de Interpretatione est dictū: hac ratione post ea quæ de necessario dixit, aggreditur ea, quæ de contingenti sunt dicenda.

Ordo & causa ordinis.

Dico autem contingere atq; contingens, quod cum non sit necessarium, ipsum tamen si inesse ponatur, ob hoc ipsum non eueniet impossibile.

Cōmē. 108.

Aristoteles vbiq; Geometras imitatus, & potissimū hoc in libro: antequam propositam intentionem prosequatur, cōstituit principia sibi: & sunt tria. Primum quidem quæ nam sit propositio contingens. Secundum vero, quonammodo conuertatur. Tetium, quot modis ipsum contingens dicitur. Arist. itaq; primo definit cōtingere, & contingēs. Et definitio, vt placet Philopono est, contingens & contingere est nō necessarium, nec impossibile. Per id. n. quod dixit, cum non sit necessarium, innuit contingere esse non necessariū. Per id vero quod subdit, ipsum tamen si inesse ponatur, ob hoc ipsum, hoc est ob eius positionem non euenit impossibile: innuit nō esse impossibile. Igitur contingere & contingens est nō necessarium, nec impossibile. Quod si subaudiatur propositio,

Suppositiones.

Quid cōtingens secundum Philoponum.

positio, habetur differentia & genus. Erit.n. ipsa propositio cõtingens, propositio nec necessaria, nec impossibilis. Vbi propositio loco generis, nec necessaria, nec impossibilis loco differentiæ. Verum sic intelligendo diminuta est, qa nõ habetur quo differat à propõne de inesse.

Quæ Auer.

Auer. vero exponit hanc definitionẽ dupliciter. Vno modo fm Albumasarem, alio modo fm Peripateticos.

Epõ Albumasaris.

Secũdum Albumasarem quidem loco generis ponitur illa particula illud, quæ significat esse vel non esse, & ita est sensus contingens est affirmatio vel negatio. Loco differentiæ vero, ponitur illa particula, nõ necessarium: hęc.n. conuertitur cum definito, nam omne contingens est non necessarium, & omne non necessarium est cõtingens, & per non necessarium vult tam necessarium esse, quam necessarium non esse. Quod est impossibile. Erit igitur sensus contingens propositio est affirmatio vel negatio non necessaria, & per illam particulam non necessaria, differt à necessario esse, & ab impossibile esse: nam impossibile esse est necessarium non esse. Illa autem particula, ipsum tamen si inesse ponatur, ob hoc ipsum non eueniet impossibile, ponitur loco proprij. Propriũ enim est ipsi propositioni contingenti, ipsa posita inesse, si fuerit affirmatiua, vel in non esse, si fuerit negatiua. Vt nõ emergat ex positione illius impossibile vllum, hęc est definitio, & expositio Albumasaris, quæ non est absona.

Positio peripateticorũ.

Secundũ vero peripateticos loco generis ponitur illa particula non necessaria: vt sit sensus contingens propositio est propositio nõ necessaria: & tũc iuxta hoc in plus est non necessarium quam contingens, nam ipsum inesse, vel non inesse non necessaria sunt, non tamen contingentia. Loco vero differentiæ ponitur, ipsum tamen si inesse ponitur, hoc est, ob ipsum nullum emerget impossibile, ex qua particula etiam habetur differentia propositionis contingentis à propositione de inesse. Innuitur enim per hanc secundam particulam contingentem propositionem non esse positam in actu, sed posse poni. At propositio de inesse est, quę in actu posita est. Quare per illam particulam non necessaria innuitur genus: per illã autem posito autem inesse, innuitur differentia: hæc est secunda expositio. Ex his ambabus patet Aristo. non rẽ siue euentum cõtingentem definisse, sed propositionem contingentem: quam appellauit contingere & contingens. Quatenus in illa prædicatum cõtingere dicitur subiecto, & quatenus illa est contingens. Quatenus.n. prædicatum subiecto contingere dicitur, per verbum cõtingere appellauit. Quatenus vero ipsa tota est cõtingens, per verbum contingens dicta est. Secundo patet illa famosa distinctio Aristo. in naturalibus tradita, videlicet ꝙ duplex sit falsum, impossibile, & falsum possibile. Falsum quidem impossibile, est vt hominẽ esse ęquum: falsum vero possibile est vt naualem pugnã esse. Hoc enim si inesse ponitur, falsum quidem est, non tamẽ impoſe.

Qꝙotuplex falsum.

Nam id, quod est necessariũ, æquiuoce contingere dicimus.

Cõmẽ. 109.

In hoc loco tollit contradictionem in dictis suis. nam in libro de Interpretatione voluit ipsum contingens sequi ad necessarium: hic autem ait ipsum contingens esse non necessarium. Soluit & dicit, nam id, quod est necessarium, ęquiuoce contingere dicimus, hoc est non proprie. Hinc sumpsere Iuniores distinctionem de ipso cõtingente. Nam vno modo pro possibili sumitur, & hoc modo sequitur ad inesse, & necessario inesse. Alio modo pro contingente, vt definitur hic, quod est non necessarium, & ita tollitur contradictio.

Cap. 3.

Contingens dupliciter.

Quod autem hoc sit cõtingẽs, perspicuum est ex negationibus, atꝙ affirmationibus oppositis. Nam non contingit esse, & impossibile est esse, atꝙ necesse non esse, aut eadẽ sunt, aut mutuo se sequentia, Quare & ijs oppositis, vt contingit esse, & non impossibile esse, atꝙ non necesse est non esse, aut eadem erũt, aut mutuo se sequentia. De quolibet.n. aut affirmatio aut negatio est, erit igitur ipsum cõtingens non necessarium, atque ipsum nõ necessarium contingens.

Necesse esse	Contrariæ		Impossibile esse necesse non esse
subalterne	Contradictorie		subalterne
Posse esse	Contradictorie		Posse nõ eẽ
Contingens esse	Subcontrarię		Contigẽs non esse

Iuniores referentes illam particulam hoc, ad necessarium, dicunt Aristo. velle probare id quod proxime dixit: videlicet, ꝙ necessarium sit contingens, & tunc est sensus. Quod autẽ hoc, ideſt necessarium sit contingens, perspicuum est ex negationibus & affirmationibus oppositis. Sed hęc expositio, licet cõueniat principio textus atꝙ conuenire possit rationi Aristo. nõ conuenit cõclusioni, concludit.n. ipsum contingens esse non necessarium, & ipsum non necessarium esse cõtingens. Melius igitur cum Philopono videtur esse dicẽdum, ꝙ Aristo. assignatam de contingenti rationem probet: videlicet, quod bene assignauit cum dixit, quo non existẽte necessario, cum ponitur inesse, nullum accidit impossibile. Et sic videtur probare illam particulam non necessariũ esse differentiam conuertibilem cum ipso contingente, & ꝙ conuertitur non necessarium & contingens. Hæc.n. expositio cõuenit toti textui, & principio, & rationi, & cõclusioni. Probat autem sic contingens vel necessariũ vel nõ necessarium. De quolibet.n. prædicatur alterum oppositorum, sed contingens non est necessarium, & est aliquid: igitur est non necessarium. Præterea non necessarium aut est contingens, aut non contingens: non est non contingens: igitur est contingens. Inquit ꝙ autem hoc sit contingens, hoc est, ꝙ ipsum contingens sit non necessarium, & ecõtra, perspicuum est ex negationibus & affirmationibus oppositis, quæ declaratæ sunt in libro de Interpretatione, nã nõ cõtingit esse, & impossibile est esse, & necesse est non esse, aut eadem sunt in subiecto, aut se sequentia, hoc est conuertibilia, vt dictum est in libro de Interpretatione, nam negatio præposita facit æquipollere suo contradictorio. Hæc.n. contradicunt contingit esse, & impossibile est esse, vt patet in figura. Igitur hęc ęquipollent, non contingit esse, & impossibile est esse, at impossibile est esse æquipollet ad necesse est non esse, quia negatio postposita facit æquipollere suo contrario: igitur non contingit esse æquipollet ad impossibile est esse, & ad necesse est non esse, & sic patet prima pars: quare inquit & his oppositis vt cõtingit esse, & nõ impossibile est esse, & non necesse est nõ esse aut eadem erunt in subiecto, aut mutuo se sequuntur: per eãdem rationem. Contradicit.n. impossibile esse ad cõtingens esse. Igitur non impossibile esse sequitur, similiter contradicit ad contingit esse necesse non esse. Igitur non necesse nõ esse sequitur. Hoc per regulam dictam patet, videlicet quia negatio præposita facit æquipollere suo cõtradictorio. Quare, si hæc contradicunt, contingit, esse, & impossibile

Cõmẽ. 110.

prima expõ.

confutatio.

Propria expositio.

Cap. 3.

impoſsibile eſse,& hæc ęquipollent,non impoſsibile eſ-
ſe,& contingit eſse,ſimiliter ſi hæc contradicunt,contin
git eſse & neceſse non eſse, hæc æquiualebunt, contin-
git eſse,& non neceſse eſt non eſse. Verum Ariſto.pro-
bat alio modo,quia contradictoriorum,ſi vnum non cō
petit, alterum ſequitur:quare, ſi ei quod contingit eſse,
non competit impoſsibile eſſe,nec neceſſe non eſſe,cum
contradicant:ad contingit eſſe ſequentur horum oppo-
ſita,videlicet non impoſsibile eſſe,& non neceſſe non eſ
ſe. Inquit.{De quolibet.n.aut affirmatio,aut negatio
eſt.}hæc eſt probatio. Tunc dat cōcluſionem, & inquit
{erit igitur ipſum contingens non neceſſarium,quia,vt
dictum eſt,vel neceſſarium,vel non neceſſarium,ſed nō
eſt neceſſarium,& eſt igitur nō neceſsarium, atq; ipſum
non neceſsarium contingens per idem, quia ipſum non
neceſsarium aut contingens aut non contingens: nō eſt
non contingens.Igitur contingens.Et ſic contingens &
Animaduer ſio. non neceſsarium conuertuntur. Animaduerte, q̄ plus
videtur inferre q̄; probauerat.Probauit.n.ſolum contin
gens eſse,valere idem quod nō neceſsarium non eſse,&
tamen infert valere idem quod non neceſsarium. Hoc
quidem pro tanto facit,quia per eandem rationem pro-
bari poteſt.Quia contingens vel eſt neceſsarium,vel nō
neceſsarium.Et, cum non ſit neceſsarium:igitur non ne
ceſsarium,& per conſequens recte Albumaſar loco dif-
ferentiæ,& male Auerroes dixit hanc particulā eſse po-
Senſus deſi- nitionis. ſitam loco generis. Erit itaq; definitio apud Ariſtotelē
propoſitio contingens eſt affirmatio vel negatio nō ne-
ceſsaria,qua non exiſtente,cum ponitur ineſse,nō emer
git impoſsibile. Illa particula affirmatio vel negatio lo-
co generis ponitur: omnis enim propoſitio contingens
eſt affirmatio vel negatio,& nō econtra.Illa vero partic-
ula non neceſsaria,ponitur ad differentiam propoſitio-
nis impoſsibilis:quæ eſt neceſsaria non eſse,& ad differē
tiam neceſsariæ. Quæ eſt neceſsaria eſse.Cæterum po-
nitur expoſitiuum differentiæ, vt videtur velle Philo-
ponus.Vel loco proprij,vt placuit Albumaſari, vel me
lius ponitur ad differentiam propoſitionis de ineſse. Nā
omnis propoſitio de ineſse ſiue affirmatiua ſiue negati-
ua eſt actu poſita ineſse.Ad differentiam igitur illius di-
xit, ipſum tamen ſi ineſse ponatur, propter poſitionem
illius nō emergit impoſsibile. Et per hoc dat intelligere
contingentem eſse,quæ non poſita eſt ineſse vel in nō eſ
ſe:& hæc eſt melior expoſitio,aliter hæc deffinitio com-
peteret propoſitioni de ineſse,nihil enim eſset in defini-
tione,per quod ab illa differret. Propoſitio enim de ineſ
ſe eſt affirmatio vel negatio & non neceſsaria:vt eſt pro
poſitio contingens,ſed hoc differt,quia illa eſt actu talis
de ineſse,vel de nō ineſse: propterea non eſt quæ poſita
ineſse,nullum emergit impoſsibile, ſed eſt quæ eſt ineſ-
ſe,vel non ineſse,& hoc modo intelligendo definitionē,
eſt perfecta,& dico,q̄ ante me nō inueni,qui hoc modo
De ineſſe ,p pō neceſſaria contin- gens. intelligerent.' Ex his apparet,quod loquendo proprie,
propoſitio de ineſse, & neceſsaria, & contingens dif-
ferunt.Quia contingens eſt propoſitio de ineſse nōdum
poſita in actu. Propoſitio vero de ineſse vel non ineſse
eſt contingens,quod iam exiuit ad actum eſsēdi, vel nō
eſsendi.Neceſsaria vero eſt,quæ nunquam fuit in potē-
tia,ſed ſemper ineſse. Contingit enim Socratem legere:
ſi non legit, eſt contingens, ſi legit eſt de ineſse,cygnus
eſt albus eſt neceſsaria. At ſi hæc communiter ſumūtur
ad neceſsariā ſequitur de ineſse.Quis valet, Cygnus ne-
ceſsario eſt albus:igitur eſt albus,at ineſse vero ſequitur
De ineſſe dupl'r con- tingens. contingens:quia, ſi cygnus eſt albus:Cygnum cōtingit
eſse album. Vt igitur ipſum cōtingens poteſt ſumi du
pliciter,pro contingente quod ſequitur ad neceſsarium,
quod nonnulli & imperite vocāt contingens altum. Et
pro contingente ad ambo,quod indefinitum cōtingens
dicitur:ſic ipſum ineſse poteſt ſumi prout ſequitur ad ne
ceſsarium, quod diceretur apud illos ineſse altū, Apud
Auerroem ineſse abſolutum. Apud ſorticolas ineſse in
quo non ponitur modus. Apud alios ineſse ſimpliciter,
vt eſt,cygnus neceſsario eſt albus:igitur eſt albus. Et po
teſt ſumi vt diſtinguitur contra neceſsarium & contin-
gens:quod ab Auerroe dicitur inuentum in actu,vel nō
inuentum in actu. Ex his perſpicuum eſt quam impe- Contra ſor- ticolas.
rite ſorticolę definiant propoſitionem de ineſse, cum di
cunt eſse illam in qua non ponitur modus,hæc enim de-
finito eſt inaudita,& ſtulta vt patet per hæc.Hæc de de-
finitione contingentis propoſitionis ſufficiant.

Accidit autem propoſitiones omnes de cō
tingenti mutuo conuerti: Atque conuerti di-
co non affirmatiuas ad negatiuas, ſed quæ fi-
guram habent affirmatiuam,per oppoſitionē
mutuo conuerti.Ceu contingere ineſse alicui
ad contingere non ineſſe:atq; cōtingere om-
ni,ad contingere nulli. Aut ad non omni: &
contingere alicui,ad contingere non omni,ſi
mili modo & in cæteris.

commē iii. Hactenus de primo principio,nunc de ſecundo quod
erat conuerſio proſequitur. Et primo ponit regulas ge-
nerales,poſtea ſpeciales. Regula itaque generalis eſt,vt
contingentes propoſitiones conuertantur inter ſe, con-
uerſione videlicet, quæ terminorum quidem ordinem
ſeruat,qualitatem vero mutat. Vt vniuerſales quidem
affitmatiuæ ad vniuerſales negatiuas,& particulares af-
firmatiuæ ad particulares negatiuas. Sed quia modalis
poteſt eſse affirmatiua quo ad modum & negatiua quo
ad modum,addit atq; conuerti non affirmatiuas de mo-
do ad negatiuas de modo, vt contingit aliquod B eſse A:
igitur non contingit nullum B eſse A.Quia hæ ſunt con-
tradictorie.Sed,quæ figuram,hoc eſt modum habent af
firmatiuum per oppoſitionem dicti ſolum mutuo con-
uerti. Ceu contingere ineſse alicui conuertitur ad con-
tingere non ineſse alicui,atq; contingere omni ineſse cō
uertitur ad contingere nulli ineſse. Aut ad contingere
non omni ineſse,aut cōtingere alicui ineſse conuertitur
ad contingere non omni ineſse. Similiter in cæteris hoc
Quæ ex phi loponо. eſt indefinitis. Debes ſcire,vt recte Philoponus notat,
has ſolum penes qualitatem conuerti, non autem penes
quantitatem niſi per accidens. nam vniuerſalis affirma-
tiua,vt cōtingit omni ineſse per ſe conuertitur ad cōtin
gere nulli ineſse.Sed,quia ad contingere nulli ineſse, ſe-
quitur contingere alicui non ineſse: propterea ſequitur
ad contingere omni ineſse contingere alicui non ineſse.
Econuerſo autem neq; per ſe, neq; â particulari ſequitur
vniuerſalis,vt perſpicuum eſt per inſtantiam.

Cum enim ipſum cōtingens non ſit neceſ-
ſarium,non neceſſarium vero poteſt non ineſ
ſe: perſpicuum ſi ipſum A alicui B contingit,
etiam contingere non ineſſe. Atque ſi omni
ineſse contingit,etiam omni contingere non
ineſse, ſimili quoque modo & in particulari-
bus:nam oſtenſio erit eadem.

commē.iiii Probat regulam & ſyllogizat ſic,non neceſsariū eſse
poteſt non eſse,& econtra, contigens eſse eſt non neceſ-
ſarium eſse:igitur contingens eſse poteſt nō eſse:& ecō-
tra.Maior eſt per ſe nota,minor vero ex definitione con
tingentis habetur.

Sunt autem propoſitiones eiuſmodi affir-
matiuæ, non autem negatiuæ. Contingere
ſiquidem ipſi eſse ſimiliter ponat veluti prius
diximus.

commē.iiii. Quia dixit oēs tales eſse affirmatiuas, declarat nunc
iſtud,& inquit,ſunt autem propoſitiones eiuſmodi affir
matiuæ,non autem negatiuæ, cuius cauſam ſubdit con-
tingere ſiquidem ipſi eſse ſimiliter ponatur, velut in li-
bro

bro Perihermenias prius dictum est:ubi.n.dictū est. Et etiam pro parte hic,modum ordinari similiter,vt verbū ipm est.Propterea omnes tales sunt affirmatiuæ. Quia modus semper affirmatur. Sunt vero de dicto dissimilis qualitatis,vt patuit.

His autem definitis, rursus dicimus ipsum contingere bifariam dici.Vno quidem modo id quod plerunq; fit, diminuitq; necessarium ipsum, ceu canescere hominem, aut crescere, vel decrescere.Aut omnino quod esse aptum est esse : hoc.n.continuam necessitatem non habet, propterea quia homo non semper erit, verū si existet,aut non necessario eueniet, aut plerūq; eueniet. Aliud autem indefinitum,& hoc quidem quod ita esse & non ita esse contingit.Veluti animal ambulare,aut ambulante terræmotum effici, vel omnino quod euenit à fortuna, non enim hoc pacto magis aptū est euenire quam econtra.

Cōmē. 114. Hactenus de generalibus regulis,nūc de speciali.proponit tamen primo quot modis contingere dicit, quod erat tertium.Et vult bifariam dici:sed vno eorum subdiuiso in duo,trifariam dicetur. Vno igitur modo dicitur contingens determinatum, hoc.n.est quod plerunq; fit parumq; ab ipso necessario imminuens:circa quod natura & ars versatur. Vt cum quinq; digitis nasci hominē, aptum est.n.magis esse quam non esse,itemq; sanare medicum.nam magis est aptum esse quam non esse.Huius tamē exemplum ponit Aristo.Et inquit {Ceu canescere hominē,aut crescere vel decrescere, & omnino in omnibus alijs id genus, quorum vnumquodq; est aptum esse.Causam exempli affert. Nam licet aptum sit illorum vnumquodq; esse,non tamen necessitatem habet:Et,vt dicit Philoponus Aristot. assignat causam ex duobus.à parte subiecti quidem dicens{propterea quia homo nō semper erit vsq; ad tempus annorum caniciei, quia potest mori in iuuentute.Secundo ex parte prædicati,quia dato q; homo existat,canicies aut nō necessario eueniet, aut plerunq; eueniet. Aut forte primum ad augmētum retulit,secundum vero ad caniciem, homo.n.non semper augetur & decrescit:quia non semper ipse viuit,non semper canescit.Quia si viuit,potest deficere.Hęc de cōtingenti determinato. Secundo vero modo dicitur contingere indefinitum.Quod bifariam est,aut æquale,aut in minus.Aequale quidē est,circa quod est voluntas atque electio, vt ambulare animal. nam potest æqualiter animal ambulare & nō ambulare. In minus vero est circa quod est fortuna atq; casus,vt ambulante animali accidit terræmotum fieri,& vniuersaliter id quod à fortuna fit hoc modo cōtingere dicitur. Inquit.{Aliud autē indefinitum & hoc quidem quod ita esse, & non ita esse contingit,qua ratione æquale dicitur:veluti animal ambulare. Aut secundo modo simpliciter dicitur in minus vt ambulante terræmotum effici, vel omnino quod euenit à fortuna. Et reddit causam quare contingens in minus sit infinitum vel indeterminatum. Dicit {nō enim hoc pacto magis aptum est euenire quam econtra. Sed dices videtur quod contingens in minus sit minus aptū euenire quia rarenter euenit. Dici potest q; contingēs æquale & contingens raro penes naturalem aptitudinē subiecti vel causæ æqualiter sese habent, quia neutrum euenit magis propter aptitudinem subiecti vel causæ naturalem intrinsecam,veluti contingens determinatum. at vnum illorum dicitur æquale,alterum rarenter penes tempora euentus.nam cōtingens æquale ad tempus sui euentus sese habet æqualiter,contingens vero rarēter ad tempus sui euētus sese habet in minus. Illud siquidem à voluntate,istud vero à fortuna proficiscatur, hæc de ipsa contingentis diuisione.

Contingens tripliciter sumitur.

Dubitatio.

Solutio.

Conuertitur itaq; & secundum oppositas propositiones vtrunque contingens, sed nō eodem modo:nam id quod est aptum esse ad non necesse esse conuertitur : hoc.n. modo hominem canescere cōtingit. Indefinitū vero nō magis hoc quam illo modo esse cōtingit.

Cōmen. 115. Hactenus de regulis generalibus, nunc speciatim:repetit tamē primo regulam generalem,q; licet diuersimode dicitur contingens, vt plerunq;, æquale, & rarenter: vnumquodq; horum similem habet cōuersionem.Quia omnia hæc conuertuntur ad oppositam qualitatem,hęc generatim,speciatim vero est aliqua differētia. Quia cōtingens plerunq; siue aptū est id,in quo plerunq; & plus est affirmatio quam negatio contingens vero æquale est id,in quo affirmatio & negatio sunt æquales : At cōtingens raro est id , in quo est plus minus negatio quam affirmatio. Quare erunt tres regulæ.Prima contingens aptum conuertitur ad oppositam qualitatem quæ contingit rarenter.nam si hominem cōtingit canescere, etiā contingit non canescere. Verum affirmatio est plerūq;, negatio vero rarenter. Secunda.cōtingens æquale cōuerritur ad opppositam qualitatem,quę contingit æqualiter.nam si contingit ambulare animal,æqualiter cōtingit non ambulare. Tertia contingens rarum conuertitur ad oppositam qualitatem , quæ contingit plerunq;, saltem quo ad tempus , licet non magis quo ad causam, vel subiectum vt diximus:nam si animali ambulante cōtingit terræmotum fieri,etiam animali ambulante cōtingit tærremotum nō fieri.Quæ licet ambo ex parte subiecti,vel causæ fuit indefinita,tamē affirmatio quo ad tempus est in minus,negatio autem in plus. Aristoteles vero explicauit solum duas,& inquit { cōuertitur itaq; & sm oppositas propositiones vtrumq; cōtingēs } hoc est determinatum & indefinitum:hæc generatim.{Sed nō eodem modo} Nam id,quod est aptum esse, ad non necesse conuertitur:hoc est ad cōtingens raro:quod hic appellat non necesse:hoc.n.modo hominem canescere cōtingit.{Infiefinitum vero}supple conuertitur ad oppositum,quod non magis hoc quam illo modo cōtingit esse. Et ita velle videtur,q; tam contingēs æquale,quam contingens raro conuertatur ad contingens æquale. Dici potest vt diximus, quod contingens æquale conuertitur ad contingens infinitum , & contingens raro etiam ad contingēs infinitum, igitur ambo cōuertuntur eodē modo:Quod intelligitur ex parte subiecti, vel causæ : licet aliquo modo diuerso ex parte temporis,vt diximus.

Prima regula.

Secunda regula.

Tertia regula.

Contra Iuniores.

Ex his sequitur imperite loquutos esse Iuniores, qui dicunt contingēs plerumq;, quod est contingēs aptum, conuerti in contingēs raro,quod est secunda pars secundi significati:sic enim contingēs aptum cōuerteretur ad contingēs infinitum,siue indeterminatum:quod non cōcederem. Ad quod Aristo.animaduertēs dixit.contingens aptum conuerti ad nō necesse esse , & hoc propterea,quia nō habebat nomē illius negationis, ad quā conuertitur,sed illam per nō necesse esse descripsit. Imperitius,quod dicunt credētes contingēs rarum conuerti ad contingens plerunque, quod dicitur contingēs natum. Conuertetur enim tunc contingens infinitum , siue indeterminatum in contingēs determinatum atq; aptum, propterea vno nomine dixit contingens infinitum conuerti ad negationem,quæ est contingēs infinitum.Peripatetice igitur loquendo dicemus contingēs natum conuerti ad nō necesse esse,contingēs vero infinitum ad cōtingens infinitū. Aequali quidem ad æquale respectu subiecti & tpis,rarenter cōtingēs ad æquale quidem respecti subiecti vel causæ,ad inæquale respectu tpis. Hāc rē pauci norunt:sed blacterizando omnia confundunt.

Atq;

Atq; ſcientia & ſyllogiſmus demonſtratiuus de indefinitis contingentibus nõ eſt, propterea quia inordinatum eſt medium: de contingentibus vero aptis eſt: nam & rationes & conſiderationes de hoc modo contingentibus fere fiunt, de cõtingentibus vero alijs fieri poteſt ſyllogiſmus, non tamen quæri ſolet. Determinabuntur autem hæc magis in ſubſequentibus. Nunc vero quo nã modo, & quando, & qs erit ſyllogiſmus ex propoſitionibus contingentibus, dicemus.

Cõmẽ. 116. Expõ philoponi.

Philoponus velle videtur Ariſto. poſt hæc eligere de quo contingenti ſit ſermo, & vult, ꝙ ſermo cũ ſit de ſyllogiſmis contingentibus, erit ſolum de contingenti apto, & non de contingenti infinito, & huius cauſam aſsignat ex mediꝝ inordinatione. medium enim eſt quod figuras determinat, cum autem contingens ſit æquale, nõ magis medium ipſum ſubiꝫcietur primo, quam non ſubiꝫcietur: ne de vltimo magis prædicatur, quam non prędicatur. Similiter eſt de contingẽti raro: medium. n. in talibus non magis ſubiꝫcitur primo, quam non ſubiꝫcitur, nec magis prædicatur quam non prędicatur de vltimo. Sic igitur patet de mente Philoponi ſyllogiſmum nullũ poſſe fieri ex contingẽtibus infinitis: quia propoſitiones non ſunt magis affirmatiuæ quam negatiuæ, & propterea hæc ſunt prætereunda ab hoc libro. De contingentibus vero aptis fit ſyllogiſmus, & cõſideratio dialectica: quia propoſitiones ſunt magis affirmatiuæ quam negatiuæ. Aut forte Ariſtoteles poſtquam fecit diuiſionẽ, nunc ponit differentiam penes hoc. Quia ſcientia & demonſtratio fieri poteſt de contingentibus aptis: quia in illis medium poteſt habere ordinem ad extrema: de contingentibus vero indefinitis fieri non poteſt demonſtratio, vel ſcientia, propter mediꝝ inordinationem. Vtrũ vero de contingentibus infinitis poſsit fieri ſyllogiſmus ſimpliciter: nam de ipſis non eſſe demõſtratiuum, nemo dubitat. Reſpondet ꝙ fieri poteſt eo modo quo dicemus, non autem quæri ſolet ab illis, qui nos anteceſſerũt nec eſt in vſu illorum: propterea de his dicemus, quo nã modo fiant. Inquit { Atq; ſcientia & ſyllogiſmus demõſtratiuus de indefinitis contingentibus non eſt: propterea quia inordinatum eſt medium, quo ad affirmationẽ & negationẽ cum extremis, vt dixit Philoponus: de cõtingentibus vero aptis eſt ſciẽtia & demonſtratio: nam & rationes & cõſiderationes, hoc eſt problemata de hoc modo contingentibus fere fiunt, & ita demonſtrationes & ſcientię, & conſiderationes & problemata de talibus contingẽtibus fiunt. Vtrum vero, ſaltem ſyllogiſmus aliquo modo de ipſis infinitis conficiatur, Reſpondet { de alijs vero contingentibus fieri poteſt ſyllogimus eo modo, quo dicemus poſtea, non tamẽ quęri ſolet ab alijs ante nos. Nec eſt in vſu illorum frequenter. Determinabuntur autem hæc magis in ſubſequentibus, nunc vero quomodo, & quando, & quis erit ſyllogiſmus ex propoſitionibus contingentibus dicemus, ex his patet differẽtia membrorum. Huic expoſitioni videtur Auerroes in ſua paraphraſe cõſentiri: q; ait ex contingentibus æqualibus poſſe fieri ſyllogiſmum, verum quomodo fiat, non patet. Circa calcem huius quęrere ſolent vtrum poſsibile ſit quo poſito ineſſe nullum ſequitur impoſsibile, & videt ꝙ non: Primo ſedentem poſsibile eſt currere: nunquam tamen poteſt poni ineſſe, ꝙ ſedens currat. Secundo, continuum poteſt diuidi in infinitum: nunquam tamen poteſt poni ineſſe diuiſio in infinitum. Tertio, materia poteſt eſſe ſine forma, nunquam tamẽ erit ſine forma. Quarto, apud philoſophos cœlum poteſt quieſcere: nunquam tamen erit quieſcens. Quinto, amiſſo ꝙ Niphus ſit in Auiano: poſsibile eſt ipſum eſſe Sueſſę. nõ tamen poteſt poni ineſſe, ſi ipſe eſt in Auiano, vt captiunculatores dicunt. Pręterea poſsibile eſt nullam propoſitionem eſſe negatiuam, & tamen non poteſt poni ineſſe. Sorticolæ tradunt in hoc loco eſſe definitam propoſitionem poſsibilem de ſenſu diuiſo, & non omnem, ſed quę alteri non repugnat, qua ratione obiectiones ſtatim tolluntur. Sed hic modus loquendi nõ eſt neceſſarius, nec peripateticus. Non neceſſarius quidem, quia Philoponus & Alexan. hanc doctrinam perfecerunt ſine hoc dicendi modo. Non peripateticus vero, quia nullus ex peripateticis eum poſuit. Auer. vero in libris phyſicis vult aliquam propoſitionem eẽ per ſe veram, quę tamẽ eſt falſa per accidens, vt omne animal poteſt videre: quę tamẽ de talpa eſt falſa. Tunc diceret per ſe poſsibile eſſe quo poſito ineſſe non emergit impoſsibile. Per accidens vero propter illos caſus poteſt eſſe, vt non ponatur ineſſe. Et ſi dicis omne per ſe eſt de omni: igitur omne poſsibile, ſi per ſe poteſt poni ineſſe, ponetur ineſſe. Dici poteſt, omne per ſe eſſe de omni cum ſpecificatiõe ipſius ſubiecti à parte prædicati: & ſic concederet materiam poſſe eſſe ſine forma, & quandoq; fore quatenus poſsibile.

Poſitio ſorticonis.

Confutatio.

Reſponſio Auerrois.

Propria ſolutio.

Hæc reſponſio fuit olim à nobis comprobata, nũc vero magis peripatetice dicerem, omne poſsibile eſſe vel poſſe poni ineſſe ex ea parte qua poſsibile: ſic enim intelligit Ariſtoteles. ¦Et tunc ad primam dico, ꝙ ſedens poteſt currere pro ſubiecto & Socrate, qui ſedet: & Socrates poteſt poni ineſſe ſedens, ſaltem pro temporibus diuerſis, quia ſic erat poſsibile. Ad ſecundum dico, continuum poſſe diuidi in infinitũ: & poteſt poni ineſſe nõ quidem diuiſio in infinitum: quia non erat poſsibile eſſe actu diuiſum in infinitum, ſed poſsibile erat diuidi in infinitum: & hoc modo poteſt poni diuidi in infinitum.

Ad tertium ſorticolæ concedunt, ꝙ à forma poteſt eſſe materia ſeparata, non autem ſine forma vel ſeparata à forma, propter variationem, quam dicunt eſſe ſuppoſitionis. In prima ſiquidem determinate, in ſecunda cõfuſe diſtributiue ſupponat ille terminus forma. Peripatetice vero dicerẽ, materiam poſſe eſſe ſine forma qualibet determinate, non autem ſine forma ſumpta determinate vel indeterminate. Ad quartũ dici poteſt, cœlum poſſe quieſcere ab aliquo motu, vt à reuolutione hodierna, & poteſt poni ineſſe hoc modo, non autem ſimpliciter à motu, & hoc modo non oportet vt ponatur ineſſe.

Ad quintum dicẽdum, vt aliquod eſt impoſsibile ſimpliciter, & neceſsarium ex ſuppoſitione: vt equum habere alas eſt abſolute impoſsibile, tamen ex ſuppoſitione eſt neceſsarium. ſi volat: ſic aliquod eſt abſolute poſsibile, quod eſt ex ſuppoſitione impoſsibile, vt abſolute poſſibile eſt Niphum eſſe Sueſsę, tamen admiſso Niphum eſse in auiano, eſt ex ſuppoſitiõe impoſsibile Niphus eſſe Sueſsę: ideo non poteſt poni ineſse, quia hac ex parte eſt impoſsibile. Ad vltimam dicunt, ꝙ illa poteſt poni ineſse per deſtructionem omnium propoſitionũ mũdi. Omnibus enim deſtructis, nulla propoſitio eſt, & ita nulla eſt negatiua, non autem debet poni ineſse per poſitionem illius propoſitionis nulla propoſitio eſt affirmatiua, quia implicaret contradictionem: nam ipſa eſt negatiua. Hæc de definitione conuerſioneꝙ ipſius poſsibilis, & de diuiſione contingentis.

Expoſitio propria.

Dubitatio.

Solutio.

Dubitatio. Reſponſio.

Quæſtio ſi poſe poſsit poſitioni ineſſe.

Caput. xiiii. De ſyllogiſmis ex puris contingẽtibus in prima figura.

CVm autem huic alicui contingere ineſſe alterum bifariam ſumi poſsit: aut enim cui ineſt hoc aliquid, aut cui contingit hoc aliquid ineſſe: nam de quo B A ipſum prædicari contingeret, horum alterum ſignificat, aut de quo B prædicari, aut de quo contingere prædicari: atq; de quo B ipſum A contingere prædicari: aut omni B ipſum A contingere ineſſe, differt nihil: perſpicuum igitur ipſum A omni B contingere ineſſe bifariam dici.


Nunc

Cõm. 117. Nunc ad rẽ venit: vult enĩ agere de ſyllogiſmis ex puris cõtingentibus, deinde de mixtis. Sed qm̃ prĩcipia regulatiua in puris de cõtingẽti, & in mixtis nõ ſumũtur eodẽ mõ: ideo prĩo docet quot modis dictũ de omni intelligi poſsit. Deinde eligit ipſum ad ꝓpoſitũ. {Debes ſcire, ꝙ in omni propõne cõtingẽti ꝑdicatũ nõ actu ineſt, vel non ineſt ſubiecto: aliter vis propõnis cõtingẽtis eſſet vis propõnis de ineſſe: ideo ex parte prædicati ſemper habet vim futurã. Ex ꝑte vero ſubiecti eſt dr̃ia: nã qñ prędicatũ ſumitur cõtingẽter ineſſe alicui ſubiecto, vt albo alicui ineſſe motũ, hoc poteſt intelligi, vel de eo quod eſt albũ, vel de eo qd̃ nõ eſt albũ: ſed eſſe põt albũ: igitur hæc propõ, aliquod albũ cõtingit moueri, põt intelligi vt ipſum albũ ſumitur pro quodã quod nũc actu eſt albũ: vt ſit ſenſus, aliquod quod eſt albũ, cõtingit moueri. Vel ꝑ eo, quod nõdũ eſt albũ, ſed põt eẽ: vt ſit ſenſus, aliquod quod cõtingit eẽ albũ, cõtingit moueri. Et hoc volũt dicere ſorticolę, ꝙ in hac propõne, aliquod album cõtingit moueri, ipſum albũ poteſt ſupponere ampliatiue pro eo quod eſt, vel poteſt eſſe, vel reſtrictiue, ꝑ eo quod nunc eſt album. Ex hoc arguit Ariſtoteles, vt in particulari de contingenti ſubiectum põt ſumi pro eo quod eſt, vel pro eo quod põt eſſe, ita in dicto de oĩ, vide licet cõtingit omne albũ moueri, ipſum albũ põt ſumi ꝑ his omnibus, quæ ſunt, vel quæ eſſe poſſunt alba. Inquit {cũ aũt huic ſubiecto particulari cõtingere ineſſe alterũ prędicatũ poſsit ſumi bifariã: aut enĩ ſumendo illud particulare pro eo cui ineſt hoc aliquid} hoc eſt ipſum ſubiectũ. Verbi cauſa pro quodã albo, quod nunc eſt albũ, aut pro eo cui contingit hoc aliquid ſiue ſubiectũ ineſſe. Vt per exẽplũ: nã de quo B, ipſum A prædicari contingere horum alterum ſignificat: {hoc eſt ipſum A dici cõtingenter de quodã B, vt de C: horũ alterũ ſignificat, aut de quo B prædicari: hoc eſt, aut de eo de quo actu B ꝑdicat, aut de eo de quo contingit prædicari: ſic igitur in particulari de cõtingenti ſubiectum poteſt ſumi pro eo quod eſt, vel pro eo quod poteſt eſſe: ſumit deinde quaſi minorem, ꝙ non differt particularis & vniuerſalis quantũ ad hoc qd̃ eſt contingere ineſſe. Et hoc inquit {atq; de quo B ipſum A contingere prædicari, aut omni B ipſum A cõtingere ineſſe, differt nihil, quantũ videlicet ad cõtingere ineſſe: nã ambæ hæc ſunt de contingenti. Concludit dictum de omni poſſe ſumi dupliciter: & inquit {perſpicuũ igitur ipſum A omni B contingere ineſſe bifariam dici, aut ſumpto ſubiecto in actu, aut in potentia. Quaſi arguerit ſic, in particulari de cõtingenti ſubiectum poteſt accipi in actu & in potentia: ſed vniuerſalis & particularis non differunt quo ad rõnẽ contingentiæ: igit̃ in vniuerſali ſubiectum poteſt ſumi in actu vel potentia. Et ſic dictum de omni bifariam intelligi poteſt.

Primum itaq; ſi de quo C, B contingit: & de quo B ipſum A, dicamus quis erit ſyllogiſmus, & qualis, ſic enim ambæ propoſitiones ſumentur de contingenti. Cum autem de quo B eſt, ipſum A contingit, hæc quidem eſt ineſſe, illa vero contingens: quare ab vniformibus incipiendum eſt veluti etiam in alijs incꝙpimus.


Cõm. 118. Nũc ordinẽ ponit in dicẽdis: & proponit prius dicere de ſyllogiſmis de cõtingenti: vbi dictũ de omni ſumitur primo modo, videlicet pro ſubiecto in potentia. Deinde dicendum eſt de mixtis ex ineſſe & cõtingenti: vbi dictum de omni ſumitur quo ad eius ſubiectum in actu: nam vt in alĩs generatio vniformis præcedit difformẽ, ſic & in his. Propterea agendũ eſt primo de vniformibus, ſecundo de miſtis. Hæc de ordine. Ex ĩs patet dictũ de omni in vniformi generatione eẽ, quãdo nihil cõtingit ſumi ſub ſubiecto, cui nõ cõtingat ineſſe ꝑdicatũ. In difformi vero eſt, qñ nihil actu eſt ſub ſubiecto, cui nõ cõtingit ineſſe prædicatũ. Secundo ſequitur recte Ariſtotelẽ ꝑtermiſiſſe principiñ negatiuum, quia in cõtingentibus, affirmatio conuertitur ad oppoſitam negationem, aut quia eadem eſt ratio.

Cũ igitur ĩpm A omni B cõtingit: atq; ĩpm B oĩ C, ſyllogiſmus ſane erit perfectus, ipſum A omni C cõtingere ineſſe cõcludens. Patet aũt hoc ex definitione: nam contingere omni ineſſe hoc pacto aſſerebamus.



Barbara. Barbara. coniugatio ex ãbabus affirmatiuis de cõtingẽti

Simili rõne et ſi ipſum A quidem cõtingat nulli B; ipſum vero B omni C: concludetur ipſum A contingere nulli C: nam de quo B contingit ipſum A non ineſſe: hoc erat nihil omittere eorum quæ ſub B contingunt.



Cęlarent. Cęlarent. Ex ãbabus de contingẽti, & vniuerſalibus: altera. ſ. maiori neg. altera. ſ. minori affirmatiua.


His poſitis ad cõiugationes accedit: & primo cõiugationes aſsignat ex ambabus vniuerſalib9, q̃ ſunt aut ex ambabus affirmatiuis, aut ex ambabus negatiuis, aut ex altera affirmatiua & altera negatiua: quæ eſſe põt vel ex maiore affirmatiua, & minore negatiua, aut econtra. Et ita quatuor ſunt vtiles, licet duæ ꝑfectæ, duæ aũt impfectæ. Inquit {cũ igitur ipſum A omni B cõtingit: atq; ipſum B oĩ C: ſyllogiſmus ſane erit ꝑfectus cõcludens ĩpm A oĩ C cõtingere. Probat ꝑ regulã vl̃em ſumptã a definitione dicti de omni: nam cõtingere omni ineſſe hoc pacto aſsignabam9: hęc eſt prima vtilis & perfecta. Secũdã tangit dicẽs {ſimili rõne, et ſi ipſum A quidẽ cõtingat nulli B: ipſum vero B omni C: cõcludet̃ ĩpm A cõtingere nulli C. Probat ꝑ definitionẽ dicti de nullo: & inquit {nã de quo B cõtingit ipſum A nõ ineẽ: hoc erat nihil omittere eor̃, q̃ ſub B cõtingunt: igitur hæc cõiugatio vtilis & ꝑfecta. Sunt igitur duę vtiles & ꝑfectę, quia ĩmediate regulãtur ꝑ dictũ de oĩ, vel dcm̃ de nullo. Quo vero ad verba greca attinet, verbũ illud nã de quo B cõtingit ipſum A non ineſſe: in grẽco legitur ipſum A nõ cõtingere. Sed Ariſtoteles contingere ſumit interdũ pro ineſſe, & ꝑ neceſſario ineſſe: propterea ne accideret cõfuſio nimia verborum obſeruatione, illo modo tranſtuli.

Cõm. 119. Barbara. cõſideratio verborum.

Cum autem ipſum A omni C contingit: ipſum vero B contingit nulli C: per propoſitiones quidem quæ ſumuntur, non eſt ſyllogiſmus: ſed ſi B C propoſitio conuertatur ſecundum contingentiam, fit idẽ qui & prius erat. Nam cum contingit ipſum B nulli C in-

Propriã ſolutio. Syllogiſm9. Ariſto. Quæ ſorticolæ. Syllogiſm9 totus. Quale dictũ de oĩ vel de nullo.

esse contingit etiam omni inesse. Hoc enim prius diximus. Quare si ipsum B quidem omni C contingit: ipsum autem A omni B, rursus idem conficietur syllogismus.




Vtilis cõiugatio, quæ minoris cõuersiõe ostẽditur.

Hactenus de cõiugationibus perfectis, q̃ regulantur per dictũ de oĩ vel dictũ de nullo: nũc & de ĩperfectis, q̃ cõuersione perficiunt. Quarũ pria est ex vli affirmatiua maiore, & vli negatiua minore. Et inquit, cũ aũt ipm A oĩ C cõtingit inesse: ipsum vero B cõtingit nulli C inesse: per propões quidẽ, q̃ hoc pacto sumũtur, nõ est syllogismus, supple perfectus: sed si B C propositio, q̃ erat minor conuertatur secundum contingentiã, hoc est ad oppositã qualitatẽ, fit idem syllogismus, qui & prius erat. nam cum contingit ipsum B nulli C inesse, contingit etiã omni inesse: hoc enim prius diximus in regulis conuersionis. Quare epilogando, si ipsum B omni C contingit inesse: ipsum autẽ A omni B rursus: idem conficietur syllogismus: & sic patet coniugatio.

Cõm. 120.

Similiter & si ad ambas propões ipsius inesse negatio adiiciatur. Atq; hoc dico, vt si ipsum A quidem cõtingat nulli B: atq; ipsum B nulli C: nã ob eas quę sumuntur propões, nõ fit syllogismus. Sed si conuertantur, idem erit syllogismus, qui fuit & antea. Perspicuum igitur est, si negatio ad extremum adiiciatur minus, aut non fieri syllogimum, aut fieri quidẽ, non tamen perfectum: quippe cum reddatur conuersione necessarius.




Vtilis cõiugatio quæ vtriusq; propõnis cõuersione perficitur.

Cõm. 121.

Secũda imperfecta cõficitur ex vtriusq; vlibus negatiuis, nã cõuersis ad oppositã qualitatẽ, redditur perfecta vt prius. Inquit, simili rõne et si ad ambas ppones adiiciat negatio eius quod est inesse. } Supple cõiugatio erit imperfecta quidẽ, sed vtilis. Quo vero ad verba attinet. Verbum illud ipsius inesse: græce est τοῦ ἐνδέχεται hoc est ipsius cõtingere, sed id sonat vt diximus. Exponit se & inquit, atq; hoc dico, vt si ipsum A quidẽ contingat nulli B: atq; ipm B nulli C: nã ob eas, q̃ sumunt propões, nõ fit syllogismus, sed, si cõuertant, idẽ erit syllogismus, qui & antea fuit. Perspicuũ igit est, si negatio ad extremũ adiiciat minus, aut nõ fieri syllogismũ, aut fieri quidẽ, non tn perfectum: quippe cum reddatur conuersione necessarius: hæc de vniuersalibus.


At vero, si altera propõnũ sumatur vlis, altera particularis: si ad extremũ maius vle po-

nat, syllogismus sane erit pfectus. Nã si ipm A oĩ B cõtingit: atq; ipm B alicui C: ipm A alicui C profecto continget, patet autem hoc ex definitione eius, quod est contingere omni.




Darii.

Rursus, si ipsum A cõtingit nulli B: atq; B ipsum alicui C inesse contingit: ipsum A alicui C contingat nõ inesse, necessum est, ostensio autem est eadem.



Ferio.

Sed si particularis ppõ negatiua sumat, vlis aũt affirmatiua, sintq; simili mõ positę: veluti



Vtilis cõiugatio, quæ minoris cõuersiõe ostenditur.

si ipm A quidẽ oĩ B cõtingat: ipsum vero B alicui C cõtingat nõ ineẽ: ob eas qdẽ q̃ sumptæ sunt ppones, non fit manifestus syllogismus, sed si particularis cõuertatur, atq; ponatur ipsum B alicui C contingere inesse, eadem sane erit conclusio, quæ erat, & antea quemadmodum diximus a principio.

Cõm. 122.

Hactenus de vlibus cõiugationibus, nũc de particularibus. Quarũ Prima est ex maiore vli, minore particulari: q̃ quadruplex est, aut ex ambabus affirmatiuis, aut ex ambabus negatiuis, aut ex maiore affirmatiua, & minore negatiua, aut econtra ex maiore negatiua & minore affirmatiua. Quę oẽs vtiles quidẽ sunt, duę tn pfectę. Inquit, at vero, si altera propõnũ sumat vlis, altera particularis: si ad extremũ maius vle ponitur, syllogismus erit perfectus. Nã si ipsum A omni B inesse cõtingit: atq; ipsum B alicui C: ipsum A alicui C: profecto cõtinget. Patet aũt hoc ex definitione eius, qd est cõtingere oĩ. Et sic hęc cõiugatio vtilis est, quia regulatur per dictũ de omni. Hæc est prima. Rursus, si ipsum A contingit nulli B: atque B ipsum alicui C inesse contingit: ipsum A alicui C contingat inesse necesse est: ostẽsio autem est eadẽ

Darii.


sed

ſed per dictū de nullo. Hæc eſt ſecunda, & ita duæ ſunt vtiles & perfectæ. Et de imperfectis, inquit ſed ſi particularis propoſitio, quæ fuit minor negatiua ſumat̄, vniuerſalis autē affirmatiua: ſintq; ſimili modo poſitæ, hoc eſt nō trāſpoſitæ, ſed reſtet maior, vt maior & minor, vt minor: verbi cauſa, ſi ipſum A quidem omni B cōtingat: ipſum vero B alicui C contingat nō ineē: ob eas quidē, q̄ ſumptę ſunt propōnes, nō fit ſyllogiſmus euidens atque manifeſtus, ſed, ſi particularis conuertatur, atq; ponatur ipſum B alicui C contingere ineſſe: eadem ſane erit cōcluſio, quæ & antea erat, vt dictum eſt. Tacuit autem cōiugationem ex ambabus affirmatiuis, quia ſimili modo p ficitur. Hæc de vniuerſalibus.

Sin vero ea propoſitio, quæ ad extremum maius collocatur, particularis fuerit ſumpta: & quæ ad extremum minus, vniuerſalis: ſiue ambæ affirmatiuæ ſumātur, ſiue ambæ, negatiuæ: ſiue difformes, ſiue ambæ indefinitæ, ſiue particulares, nullus prorſus fit ſyllogiſmus. Prohibet enim nihil ipſum B excellat A, & non de æqualibus prædicetur. Atq; id, in quo ipſum B excellit A, ſumatur ipſum C: nam ipſum A huic nec omni, nec nulli, nec alicui, nec non alicui contingit ineſſe. Si propoſitiones quidem conuertantur ſecundum contingentiam, atque ipſum B pluribus ineſſe contingat quam A.

Cōm. 123. Hactenus de ſyllogiſticis: nunc de aſſyllogiſticis: & ſunt nouem, quia aut ambæ particulares, aut ambæ indefinitæ: aut maior particularis, & minor vniuerſalis: q̄ ductæ in tres, vt aut ambæ ſint affirmatiuę, aut ambę negatiuæ, aut altera affirmatiua, altera negatiua: erunt omnes. ix. aſſyllogiſticæ. Inquit ſin vero ea propoſitio, q̄ ad extremum maius collocatur, particularis fuerit ſumpta: & quæ ad extremum minus fuerit ſumpta vniuerſalis: ſiue ambę affirmatiuę, ſiue ambæ negatiuę, hoc eſt qualitate conformes: ſiue qualitate difformes, vt altera ſit affirmatiua, altera negatiua: aut ſi ambæ ſunt vel indefinitę, vel ambæ particulares: nullus prorſus fit ſyllogiſmus. Probat per hoc, quia poteſt tale medium ſumi, quod excellet extremitatem maiorem, atq; ſumi quoddam ſub illo medio, in quo excellit maiorem: cui nullatenus ipſum A ineſſe continget. Verbi cauſa, ſi medium ſit album, et maior ſit homo: poteſt enim ſub ipſo B albo ſumi quoddam C, videlicet lapis: cui nullatenus continget ineſſe ipſum A hominem: & ſic inutilis eſt coniugatio. Inquit prohibet enim nihil ipſum B album excellat A hominem, & non de æqualibus prædicetur, immo de pluribus. De pluribus enim album, quam homo prædicatur: atq; id, in quo ipſum B albū excellit ipſum A hominem, ſumatur ipſum C minus, vtpote ſumatur lapis: nam ꝝs ſumptis, ipſum A homo: huic quidem nec omni, nec nulli, nec alicui, nec non alicui contingit ineſſe. Sed dices hominem contingit nulli C ineſſe: quia contingit nullum lapidem eſſe hominem: nam ſi neceſſe eſt nullū lapidem eſſe hominem, contingit nullum lapidem eē hominem. Reſpondet hoc eſſe intelligendum de contingenti, quod conuertitur ad oppoſitam qualitatem. Hoc enim modo ſumpto cōtingere differt A neceſſario eē, & neceſſario nō eſse. Propterea ait ipm hoiem nec oī, nec nulli lapidi cōtingere, nec alicui, nec nō alicui. Si propoſitiones quidem conuertantur ſecundū contingere, hoc eſt ſi propoſitiones intelligant̄ de contingente proprie, quod conuertitur ad oppoſitam qualitatem. Atque ipſum B pluribus ineſſe contingat q̄ A: ſic enim concluſio non erit de contingente puro, ſed vel de neceſſario ineē, vel de neceſſario non eſſe.

A Præterea etiam per terminos patet: nam ſi propoſitiones ſic ſeſe habuerint, primum profecto vltimo neceſſario ineſſe cōtinget & omni & nulli. Atq; termini communes omnibus eſſendi quidem neceſſario ſumantur animal, album, homo: neceſſario vero non eſſendi, animal, album, tunica.



Particulariū & indefinitarum cōiugationū cōmune exemplum.

Docet nūc ſumere terminos. Animaduerte tū termi nos nō eē ad omni & ad nulli contingere ineſſe, quia hę ſtant ſimul, ſed ad omni & nulli neceſſario ineſſe, & ſic cōiugatio eſt inutilis, quia cū ſimili forma ſtant duæ cō trariæ ſimpliciter. Animaduerte etiam terminos Ariſto. poſſe calumniari. Propterea mutētur termini: ſintq; termini neceſſario eſſendi, album, greſsibile, olor. Termini vero neceſſario non eſsendi, album, greſsibile, coruus. Hæc de terminis ſufficiant. Cōm. 124.

Perſpicuum igitur eſt hoc pacto ſi termini diſponātur, nullū prorſus fieri ſyllogiſmū. Nā omnis ſyllogiſmus eſt aut eſſendi, aut neceſſario eſsendi, aut cōtingēter eſsendi: eſsendi q̄dē atq; neceſſario eſsendi, patet fieri nō poſſe: affirmatiuus ſiquidē interimit negatiuū, atq; negatiuus affirmatiuū: reſtat igitur ipſum fore contingēter eſsendi: atq; hoc eſt īpoſsibile: nā hoc pacto ſi termini diſponāt̄, oſtēſum eſt primū vltimo & oī & nulli cōtingere neceſſario ineſse, quare nō erit ſyllogiſm⁹ cōtingēter eēndi: quippe cū neceſſariū nō ſit cōtingēs.

Epilogādo ea omnia, q̄ dixit: duas cōcludit generales regulas. Quarū Prima eſt per ſyllogiſmū illo mō cōſtitutū, videlicet ex maiore particulari, minore vero quouis modo ſumpta, atq; cuiuſuis qualitatis fuerint, nullū problema concluditur. Nā oīs ſyllogiſmus eſt aut eſſendi, aut cōtingenter eſſendi, aut neceſſario eſſendi. Eſſendi quidē atq; neceſſario eſſendi fieri nō pōt ſyllogiſmus, quia reperibiles ſunt termini in quibus omni, & termini in quibus nulli eſsendi ſtabit concluſio: ſic enim diximus inutilem eſse cōiugationem, quia vna cōcluſio aliā perimit, ſuntq; in compoſsibiles: quæq; ad vnam formā ſequi nō poſſunt: & hoc inquit eſsendi quidē atq; neceſſario eſſendi. Patet fieri non poſse: affirmatiuus ſiquidē interimit negatiuum, atq; negatiuus affirmatiuū: qui cū ſint in cōpoſsibiles vnā formā ſubire nō poſsunt: nec fieri poteſt ſyllogiſmus contingenter eſsendi: nam, ſi termini hoc pacto, vt diximus diſponantur, videlicet vt medium ſit in plus q̄; maior extremitas. Oſtenſum eſt primum vltimo, & omni & nulli contingere neceſſario ineſse. Quare nō erit ſyllogiſm⁹ cōtingēter eſsendi, vt nūc loquimur de contingente: quippe, cū neceſsariū non ſit contingens, vt nunc loquimur. Hoc autem adiecit, quia illæ concluſiones oppoſitę ſunt de contingēti communiter ſumpto, hæc eſt prima vniuerſalis regula. Cōm. 125.

Insuper etiam patet si termini vniuersaliter sumantur in ipsis propositionibus cõtingentibus, siue affirmatiui siue negatiui, syllogismum fieri semper in prima figura. Perfectum quidem, si affirmatiui: imperfectum vero, si negatiui sumantur. Atq; oportet ipsum contingens in his sumatur, non vt in necessariis, sed vt diximus in definitione. illiusmodi siquidem contingens lateat sæpe.

cõmen. 126. Secũda regula vniuersalis est, si termini vniuersaliter in propositionibus contingẽtibus sumãtur, siue affirmatiui siue negatiui, syllogismũ fieri semp in prima figura, sed nõ eodem modo. Perfectum quidẽ si affirmatiui, imperfectum vero si negatiui sumantur. Et quoniã cõtingens potest sumi cõmuniter, vt etiam ad necessarium se extẽdit, & ad inesse, & ad cõtingenter inesse: cũ hęc multiplicitas in his quæ dicta sunt, & quæ dicentur possit generare difficultatẽ, præcipit in omnibus suis sermonib⁹, qui de cõtingẽti syllogismo fiãt, ipsum sumi vt definitũ est, vt videlicet distinguitur cõtra necessariũ. Propterea inquit {atq; oportet ipsum cõtingẽs in his sumatur, non vt in necessarijs, sed vt diximus in definitione: vt distinguitur cõtra necessariũ: ne videlicet nos lateat ob multiplicitatẽ: nã illud cõtingẽs cõmuniter sumptũ latet sępe, nisi fiat hoc modo distinctio. Hæc Aristoteles de vnisormibus cõtingẽtibus in prima figura. Sed quæres primo ex ambabus negatiuis in prima figura nihil syllogizat: sed propositiones cõtingẽtes siue actu sint affirmatiuę si ue actu negatiuæ, semper sunt potestate atq; æquipollẽter negatiuæ: igitur nihil sequit. Secũdo, cur magis ꝑfectus est ex affirmatiuis ꝙ ex negatiuis: ex quo affirmatiua in negatiuã, & negatiua in affirmatiuam cõuertitur. Tertio, syllogismi ex puris negatiuis nõ sunt imperfecti quo ad figurã: igitur nõ sunt imperfecti. Quarto, obij ciũt per obiectiones. Primo, quia nõ sequitur, cõtingit omne grãmaticũ esse albũ: cõtingit omne nigrũ esse grãmaticũ: & tamẽ nõ cõtingit omne nigrũ esse albũ. Secũdo, qa cõtingit omne albũ esse animal: & cõtingit omnẽ hominẽ esse albũ: & tamẽ nõ cõtingit omnẽ hominẽ esse animal, sed necessario omnis homo est animal.

Dubõnes.

Solo prima. Quinto, dubitãt, vtrũ syllogismi tales sint ex cõtingẽtibus definitis, vel infinitis, vel ex vtrisq;. Ad primã dicẽ dũ tales omnes propositiones esse simpliciter affirmatiuas: licet dictum sit quãdoq; affirmatiuum, quãdoq; negatiuum. Modo nõ est incõueniẽs primã figurã fieri ex simpliciter affirmatiuis, quæ secũdum quid sunt negatiua: fit enim quãdoq; ex terminis infinitis, qui propositionẽ secũdum quid faciunt negatiuã. Quia igitur hæ cõtingentes simpliciter sunt affirmatiuæ, qa modus affirmat, propterea quouis modo sese habeat dictũ, cõiugi possũt in hac figura.

Solutio secũda. Ad secundam possumus dare duas causas, vt Philoponus innuit. Prima est, quia negatiua de dicto, est simpliciter affirmatiua de modo: ideo ad illã facile cõuertitur. Secũdo, quia affirmatio notior est negatione, & syllogismus perfectus sit, qui nullo eget vt appareat necessarius. Potest etiam addi tertia causa, quia in negatiuis puris nõ põt saluari dictũ de omni nec dictũ de nullo, quia semper requirũt alterã affirmatiuã, vt per definitionẽ eorũ patet.

Solutio tertia. Ad tertiã patet solutio, sunt. n. imperfecti quo ad modum: quia ille modus ex negatiuis nõ apparet necessarius.

Solo quarta. Ad quartã vno modo cõcedi potest conclusio pro subiecto quod est vel potest esse nigrũ. nam hoc potest esse albũ, alio modo minor est falsa: quia quoddã nigrum nõ potest esse grãmaticũ, vt coruus, & simili modo ad secũdam.

cõtra Iunio-res. Ex his apparet quam pueriliter disputẽt quales termini esse debeãt in talibus: nam tales esse debẽt, vt propositiones sint cõtingentes. Itemq; patet esse male dictum minorem in talibus non posse sumi nisi subiecto sumpto stricte pro eo quod est.

E nam Aristoteles dixit in talibus propositiones esse ambas contingentes & eodẽ modo subiecto sumpto. Ad quintam Philoponus & Themistius tenent propositiones cõtingentes talium syllogismorum nõ posse esse nisi de cõtingẽte apto, quod quidẽ merito aptitudinis subiecti vel causæ plerũq; euenit. Impfecti vero bene quo ad propositiones possunt esse de contingẽti rarenter, modo cõclusio sit de contingẽte plerunq;. Verbi causa, si sic syllogizetur, contingit nullũ frigidi capitis canescere in senectute, cõtingit nullũ senem esse frigidi capitis: igitur contingit omnẽ senem canescere, sunt enim propositiones de contingenti rarẽter, cõclusio vero vt in pluribus. Causa est, quia propositiones conuersę ad oppositã qualitatem restãt de cõtingẽti plerũq;. Sic igitur volunt perfectum syllogismũ nõ effici nisi ex cõtingenti plerũq;, tã quo ad propositiones ꝙ quo ad cõclusionẽ: imperfectũ autẽ quo ad propositiones fieri de contingenti rarenter, quo ad conclusiones autem de cõtingenti plerũq;.

Solutio quinta. Põ The. Philoponi.

causa põnis.

F Asignat autem Themi. vt Auerroes narrat, causam: quanq; Philoponus superi⁹ asignauit, quia nullũ problema est nisi cõtingens plerũq;. Propterea cũ cõclusio sit problema, oportet esse cõtingẽtem plerũq;, cæteræ vero propositiones, quę sunt de cõtingẽti raro vel ęqualiter, sunt extra artem & doctrinã, & sic nec sunt quæstiones scientificæ, nec problemata plerũq; contingentia: Hæc Themistius & Philoponus.

Põ Auer. Auerroes vero vult de cõtingẽti rarẽter effici posse syllogismũ, & quo ad propositiões, & quo ad conclusionẽ: quod Aristoteles dixit supra. Dixit enim posse fieri, licet non soleat quæri, hic tamẽ syllogismus non est doctrinalis: qa nec scientificus, nec problematicus, erit tamẽ syllogism⁹ simpliciter: de quo nõnullæ artes agũt pro materia subiecta, veluti mantica, & id genus quãdo aliud facere nõ possunt. Et pro Auerroe facit, qa tales possunt regulari per dictũ de omni & de nullo, & si sunt imperfecti, possunt per conuersionẽ perfici.

Replica cõtra Auer. Sed cõtra Auerroem argues: nã omnis syllogismus aut G est dialecticus, aut demonstratiuus, aut sophisticus: sed syllogismus qui est de cõclusione contingenti rarenter, non est demõstratiuus, nec dialecticus: nam dialecticus est problematicus, vt sunt syllogismi libri problematũ & de animalibus, nec sophisticus: igitur non est syllogismus.

Solutio. Dici potest talem syllogismum de contingenti rarenter, etiam dialecticum & problematicum: verum problematicus non est vno modo. Vtitur enim problematico syllogismo. Naturalis Philosophus, dum probat hunc esse longęuum: quia habet in vola manus tres vel duas incisuras perpetuas & longas. Et etiam aruspex in fęlis probans esse augurium, quia sinistrum, verum naturalis illę syllogismus problematicus est de contingente plerunq;, Aruspicis autem problematicus, de contingente rarenter. Ambo tamen dialectici atq; problematici secundum Auerroem.

Physicum Problema Mãticum. Hinc ad mentem Auerrois concedere oportet dialecticum problema esse physicum, & manticum. Itemq; duplicem syllogismum dialecticum, H Physicum & manticum. Physicum quidem, qui per propositiones contingẽtes plerũq; problema contingẽs plerunq; cõcludit: Manticum vero, qui per propositiones contingentes rarenter vnam vel ambas problema syllogizat contingens rarenter. Et hoc modo patet solutio, ad obiectionem.

Caput. xv. Mistio contingentis & Ineſſe in prima figura.


ATqui cum altera propositionũ de ineſſe altera de contingẽter ineſſe sumatur, cũ ad extremum maius, contingere significauerit, perfecti erunt omnes syllogismi, atque de contingenti secũdum dictã determinationẽ. Cum vero ad extremum minus, imperfecti erunt omnes syllogismi: & negatiui nõ erũt de contingenti secundum definitionem, sed

eius

eius quod est omni aut nulli inesse necessario. Nam si eius quod est omni aut non omni inesse fuerint, etiam omni & non omni contingere inesse dicemus.


Cõm. 127. Hactenus de simplicibus, & de mixtis nunc loquitur & primo in prima figura: & ponit duas regulas generales. Deinde docet multiplicare illas: & inquit { atqui cũ altera propositionum de inesse, altera de contingẽter inesse sumatur, erit mistio. Verum est bifariam: & hoc subdit cum ad extremũ maius contingere sumatur, perfecti erũt omnes syllogismi: atq; de contingẽti secundũ dictã determinationem, hoc est de contingenti quod cõuertitur ad oppositam qualitatẽ. Hæc est prima regula. Cũ vero ad extremũ minus, imperfecti erũt omnes syllogismi: & negatiui nõ erunt de contingenti secundũ dictã definitionẽ, videlicet quod conuertitur ad oppositã qualitatem. Et tu intellige etiam de affirmatiuis, tam enim affirmatiui q̃; negatiui, vt supplet Auerroes, erũt imperfecti, & non de cõtingenti definito semper. Licet enim aliquando gratia materiæ etiam possunt de contingẽti definito, non tamen semper: signanter autẽ expresit negatiuos, quia de illis minus videtur. Propterea subdit, sed eius quod est omni aut nulli inesse necessario: assignat autem causam quare & tales dici possunt de contingenti, & inquit { nã si eius quod est omni aut nulli inesse erunt etiam omni & non omni contingere inesse dicemus. Nã si necessario sol oriẽ, etiã contingit solẽ oriri, & ita potest dici cõclusio de posibili cõmuniter. Hęc est secunda regula. Et ambę hæ regulę debent intelligi seruatis seruandis, vt debita quantitate, & qualitate, & in maiore & in minore. Animaduerte syllogismos tales recte imperfectos esse, quia perficiuntur per conuersionem aut p̃ deductionem, vt dicemus postea.

Barbara. Contingat enim ipsum A omni B: ipsum autem B omni C ponatur inesse, cum itaq; sub B sit ipsum C, B autem omni ipsum A cõtingit, perspicuum etiam est omni C contingere, fit enim perfectus syllogismus.



Barbara ex contingenti, & de inesse minori, concludit contingens.

Celarent. Simili quoq; ratione si A B propositio negatiua sit: B C autem affirmatiua: atq; A B de contingenter inesse: B C autem de inesse sumatur, syllogismus sane perfectus erit concludẽs ipsum A nulli C contingere inesse. Perfectos igitur esse syllogismos, si ipsum inesse ad extremum minus addatur, perspicuum est.



Cœlarent illem concludens.

A Nunc datas regulas probat per dictum de omni: & dictum de nullo: & exemplificat de eis, & primo de perfectis, & inquit { contingat enim ipsum A omni B: ipsum autẽ B omni C ponatur inesse, cum itaq; sub B est ipsum C, B autem omni ipsum A contingit: perspicuum etiã est omni C A ipsum contingere. Fit enĩ pfectus syllogismus quia regulatur per dictũ de omni, hæc de primo primæ: & de secundo primæ. inquit { simili quoq; ratione, si A B propositio negatiua sit: B C autem affirmatiua, atque A B de cõtingenter inesse: B C de inesse sumatur, syllogismus sane perfectus erit concludens ipsum A nulli C contingere inesse. In secundo primæ per dictum de nullo. Epilogat totum. Cõm. 128.

Cum autem syllogismi contra sese habuerint, per impossibile ostendendi sunt. Simul atq; & ipsos imperfectos esse perspicuum est. Quippe cum eorũ ostẽsio non sit per eas, quę B sumptæ sunt propositiones.

Hactenus de perfectis, nunc de imperfectis: & de his qui non contingens definitum, sed contingens aptum concludunt. Inquit { cum autem syllogismi contra sese habuerint, hoc est vt ipsum inesse sit ad maius, ipsum contingens sit ad extremum minus: tales syllogismi per impossibile ostendendi sunt, simul atque & ipsos imperfectos esse perspicuum est. Et reddit causam, & inquit { quippe cum eorum ostensio non sit per eas, quæ sumptæ sunt propositiones: hoc est per dictum de omni, vel de nullo, sed conuersione, vel deductione ad impossibile. Cõmẽ. 129.

Dubitatio. Sunt qui quærunt quam ob causam ex minore necessariam coniugatio inutilis est ad conclusionem necessariam: ex minore de contingenti inesse non est inutilis penitus ad conclusionem contingentem: quia saltem sequitur conclusio contingens pro posibili. Solutio. Respondent nonnulli hoc euenire, quia contingens est amplum, atq; C latioris illationis, necessarinm vero præssum, præsiorisque illationis. Vel dici potest hoc esse, quia tam inesse quam necessario inesle quam etiam contingenter inesse sub posibili esle continetur: propterea nihil sequi potest quin sit posibile. Vel forsitan ex minore de contingẽti non sequitur conclusio contingens, vt distinguitur cõtra necessarium: & sic non sequitur contingens aliquo modo. 2. Dubõ. Secundo quærunt quo in sensu maior, quæ est de contingenti, accipi debeat: quoue minor quando est de contingenti. Solutio. Diximus in simplici generãtione propositiones sumi pro ratione dicti de omni. Dictum autem de omni in simplicibus sumebatur subiecto sumpto pro eo quod est vel potest esse. Et hoc pacto ambę præmissæ erant contingentes, vt dixit Aristot. in mixta autem generatione diximus dictum de omni esse sumẽdum sumpto subiecto pro eo quod actu est, quia ipsa minor aliter non contineretur sub maiore. Qua ratione fit, vt cum minor sit contingens, & non cõtineatur sub maiore, erit talis subiecto sumpto pro eo q̃d est vel potest esse. 3. Dubõ. Quærunt tertio, ob quam causam, si maior sit contingens & minor de inesse, conclusio est de contingenti definito, non autem econtra si maior sit de inesse, & minor de contingenti. Soɹutio. Respondent & non imperite, hoc esse pro tanto, quia cum maior sit contingens regulari potest coniugatio per dictum de omni, cum inesse contineatur sub contingenti, saltem ſm dimidium, & ita minor potest sub maiori contineri saltem ſm dimidium, cõtra vero non: erit enim fortasse maior sub minore, vel abiuncte. Verum satis ad regulas prioristicas sufficit, vt in prima cõmistione, per sumptas propositiones fit euidentia: in secunda autem per instantiam, atq; deductionem. Hoc enim satis.

Primum autem ostẽdamus, si A est, necesse est B esse: etiam si possibile est A esse, necessario

rio quoq; fore posſibile A eſſe. Sit enim hoc pacto terminis diſpoſitis, A quidem poſsibile eſſe, B aũt impoſsibile, ſi igitur poſsibile, cum eſt poſsibile eſſe, fiet: impoſsibile autem, cum eſt impoſsibile eſſe, non fiet. Simul atq; ſi A ſit poſsibile, & B impoſsibile, cõtinget profecto ipſum A fieri ſine ipſo B: ſi autem fieri, etiam eſſe ſine B eſt poſsibile, nam omne quod fit, cũ factum eſt, ipſum eſt.

Cõmẽ. 130. Deducturus Ariſto. coniugationes imperfectas, atq; probaturus illas, præmittit prẽcepta quædam, quorum primum eſt tale, videlicet, quãdo ad antecedens eſſe ſequitur cõſequens eſſe, etiam antecedens eſſe poſsibile, ſequitur cõſequens eſſe poſsibile. Et hoc inquit {Primũ aũt oſtẽdamus ſi A eſt, neceſſe eſt B eſſe: etiam ſi poſsibile eſt A eſſe, neceſſario quoq; fore poſsibile B eſſe. Et intellige præceptum in conſequentia neceſſaria & per ſe: quam ſorticolæ vocant bonã formalẽ, fortaſſe. n. in cõſequẽtia bona per accidẽs, præceptũ locum nõ habet: quod ſorticolę etiã nobiſcum aſſerũt: {Eſt autẽ animaduerſione dignũ, vt Philoponus inquit, præceptũ iſtud eſſe vtile ad probarionem, ſiue reductionẽ imperfectarũ coniugationum. nã in probatione illarũ Ariſto. vtetur propoſitionum translatione de ineſſe ad poſsibile & ecõtra, me aliquis poſſet cauillare dicens talẽ propoſitionum translationem eſſe impoſsibilẽ, prẽuenit cũ hoc præcepto. Eſt igitur præceptũ, ſi ad aliquod antecedẽs eſſe, ſequitur cõſequens eſſe: ad antecedẽs poſsibile, etiam ſequitur cõſequẽs poſsibile. Deducit, ſit antecedens in ſyllogiſmo aliquo A, cõſequens vero illius ſit B: quod B ſequatur neceſſario ad eſſe A: quæritur vel ad A poſsibile ſequitur B poſsibile, vel nõ, ſi ſequitur habetur intẽtum: ſi nõ ſequitur, detur oppoſitũ. Oppoſitorũ. n. ſi vnũ nõ ſequitur, aliud ſtat, ſtat igitur oppoſitum: tale aut eſt nõ poſsibile eſſe B ſed non poſsibile B eſſe, valet ad impoſsibile eſſe: Igitur ſi A ſit poſsibile, & B impoſsibile, ſtabit A eſſe poſsibile: & B eſſe impoſsibile, ſtat A eſſe poſsibile: igitur ſtat A poſsibile fieri: vltra, ſtat A poſsibile fieri: igitur poſsibile factum: poſsibile factũ, igitur poſsibile eſſe, ſed B erat impoſsibile: & impoſsibile eſt impoſsibile fieri, & impoſsibile fieri eſt impoſsibile factũ: & impoſsibile factũ, impoſsibile eſſe: igitur ſtat A eſſe, B ipſo non exiſtente. Sed hoc eſt contra poſitum: nam poſuimus ad A eſſe ſequi B eẽ neceſſario. Inquit {ſit. n. hoc pacto terminis conſtitutis in modo & figura A loco ambarum propoſitionum in antecedente poſsibile eſſe, B autẽ impoſsibile. Tunc arguit, ſi igitur poſsibile cum eſt poſsibile fiet: impoſsibile autem cum eſt impoſsibile, nõ fiet & ſtat per te ſimul A eſſe poſsibile, & B impoſsibile: continget profecto ipſum A fieri ſine B, ſi autem fieri, etiam eſſe ſine B eſt poſsibile. nam omne quod fit cum factum eſſe ſine B eſt poſsibile, ipſum eſt. Et ita ſtat A eſſe: & B non eſſe. Hoc autem eſt contra conceſſum, ſuppoſuimus enim ad A eſſe, ſequi neceſſario B eſſe. {Et ſic præceptum verum.

Prima cõbinatio antecedentis cũ cõſequente.

Oportet autem ipſum poſsibile atq; impoſsibile non ſolum ſumere in generatione, ſed etiam in eo quod verum eſt eſſe, & in alio quouis modo ſi dicatur ipm poſsibile: in cũctis. n. ſimiliter ſeſe habebit.

Cõmen. 131. Ad añs verum ſeqtur cõſequẽs verũ: ad añs neceſſariũ conſequens neceſſarium. Ampliat præceptũ non modo ad poſsibile paulo ante definitum, ſed ad oẽ genus poſsibilis. Et inquit {oportet autẽ ipſum poſsibile, atq; impoſsibile nõ ſolũ ſumere in generatione, quod eſt poſsibile definitum, ſed etiam in eo quod verum eſt eſſe: quod quidem eſt poſsibile ſequẽs ad neceſſarium, atq; ad ineſſe, & in alio quouis modo ſi dicatur ipſum poſsibile: nam in omnibus præceptum noſtrum ſimiliter ſeſe habebit, & ita patet præceptum eſſe ample intelligendum. Quo vero ad verba attinet debes ſcire Ariſto. addidiſſe & in alio quouis modo ſi dicatur ipſum poſsibile. Quia etiam alia ſignificata poſsibilis, vt magnus Diodorus inquit, ait enim poſsibile eſſe, aut quod iam exiuit in actum, quod de ineſſe dicimus: aut quod poteſt exire, nõdum tamen exiuit. Philon vero dixit poſsibile eſſe, vel quod iam exiuit, vel qđ poteſt exire, nunquam tamen exibit, veluti dicimus poſſibile ſentiri, quod eſt in centro terrę. Ariſto. vero (vt Philoponus ait) poſsibilis proprium ſignificatum eſſe dicit, quod nondum exiuit ad actum, poteſt tamen exire. Cætera ſignificata communia ait eſſe. Calumniantur prẽceptũ hoc ſtoici, quia nõ valet. Primo, qa ſequitur ſi Dion mortuus eſt: hoc mortuũ eſt. Et oſtẽdo p̃ hoc Dionem dũ exiſtit: & tamen Dionẽ mortuũ eſſe eſt poſsibile. Hoc vero mortuũ eſſe eſt impoſsibile: quia iſtud pronomen hoc, oſtendebat Dionem dum exiſtit. Dion autem dum exiſtit, nec mori, nec mortuus eſſe poteſt. Secundo, ſi nox eſt: hic præſens dies nõ eſt, & tamen, noctẽ fore eſt poſsibile, diem vero p̃ſentem, qui nũc eſt, nõ eſt poſsibile nõ eſſe. Quia neceſſario eſt dũ eſt. Reſpondet Philoponus, vt mihi videtur probẽ: nã dum dico Dionẽ mortuũ: ample loquor pro Dione, qui eſt vel fuit: dũ dico hoc mortuũ eſſe, & demonſtro Dionẽ, qui eſt, ſtricte loquor: & ita negãda eſt prima cõſequentia, videlicet, ſi Dion mortuus eſt, hoc mortuũ eſt: qa hoc nõ poteſt eſſe mortuũ dum eſt, & in hac reſpõſione Philoponus videt ſorticolas ſectari, qui ampliationes cõcedũt. Ad ſecũdã videtur reſpõdere verbũ illud hic præſens nõ tãtum indicare quod eſt præſens, ſed præſens, quod eſſe poteſt in omni differẽtia tẽporis: quia hęc eſt forte vera, hoc eſt ſepulchrum Achillis, licet nihil ſit Achilles, ſimiliter hæ ſunt Platonis ædes. Qua ratione ſorticolæ concedunt in hoc inſtanti incipies diſputare, & in hoc inſtanti non incipies diſputare. Nam iſtud pronomen hoc, poteſt teneri pro hoc inſtanti præſentis horę, in qua tota diſputabis: & pro primo inſtanti horæ futurę, in qua non incipies, immo deſines diſputare: propterea ſorticolæ iubent in expoſitionibus horum verborum incipit & deſinit ad ipſum inſtans eſſe addendum, quod eſt præſens, & tunc hæ non ſtant ſimul in hoc inſtanti, quod eſt præſens incipis diſputare, & in hoc inſtanti, quod eſt præſens, deſinis diſputare. Hæc ad ſorticolas. Ad dubitationes igitur ſtoicorum ad formam primę dici poteſt, illud antecedens Dion eſt mortuus eſſe multiplex: quia Dion poteſt ſumi pro Dione, q eſt: & ſic eſt falſum, vel pro Dione, qui eſt vel fuit, & ita eſt verum: & hoc pacto etiam iſtud pronomen hoc, dum dixero, hoc eſt mortuũ poteſt intelligi pro hoc, quod eſt, & ſic eſt falſum: vel, p hoc, quod eſt vel fuit, & ſic eſt verum, & hoc pacto etiã ad ſecundum dici poteſt, vt intelligenti patet. Animaduerſione dignum quatuor eſſe regulas circa antecedens & conſequens. Prima ſi antecedens eſt poſsibile, neceſſe eſt etiam conſequens eſſe poſsibile: & hanc Ariſt. ptobauit. Secũda, ſi antecedens eſt impoſsibile: non neceſſe eſt conſequens eſse impoſsibile. quia ſecũdo Priorum, ex falſis & impoſsibilibus poteſt ſequi verũ, & poſsibile, vt dicet loco ſuo. Tertia, conſequens poſſibile poteſt ſequi antecedẽs impoſsibile, vt nunc patet.

Contra Ariſto. ſtoici.

Ampliationes.

Regulæ de poſſi ſecũdũ cõſequẽtiã.

Quarta, conſequens impoſsibile non poteſt ſequi niſi ad antecedẽs impoſsibile, qa ex poſsibili nunq; ſequitur impoſsibile. Docet autem has omnes Philoponus multiplicari in octo: nam antecedens & conſequens poſsibile & impoſsibile quatuor ſunt: quæ per duo ducta, erunt octo: quatuor penes poſsibile, & quatuor penes impoſsibile. Quarum prima eſt, ſi antecedens eſt poſsibile, contingit etiam cõſequens eſſe poſsibile. Secũda, ſi antecedens eſt poſsibile, non contingit conſequens eſſe impoſſibile. Tertia, ſi poſsibile eſt conſequens, contingit antecedens eſſe poſsibile. Quarta, ſi poſsibile eſt conſequẽs, contingit antecedẽs eſſe impoſsibile: qa ex impoſſibili & falſo ſequi poteſt poſsibile. Penes vero impoſſibile.

Cõiugationes cõſequẽtis cũ añte.

Hoc inſtãs. Hoc iuſtans qđ eſt præ.

bile. Prima eſt,ſi impoſſe eſt antecedens, contingit poſſibile eſſe conſequens. Secunda,ſi impoſsibile eſt antecedens,contingit impoſsibile eſſe conſequens. Tertia,ſi impoſsibile eſt conſequens, contingit impoſsibile eſſe antecedens. Quarta,ſi impoſsibile eſt conſequens non contingit antecedens eſſe poſsibile. Sunt igitur omnes octo,quarum Ariſto.tacuit ſeptem, & vnam ſumpſit,quia propoſitio ſuo deſeruit.

Præterea nõ oportet putare dũ dicimus ſi A eſt B,& ipſum B eẽ,ipſo A vno aliquo exiſtẽte. nihil.n.euenit aliquo vno poſito,ſed duobus ad minus, modo propoſitiones ſic in ſyllogiſmo diſponantur,vt diximus.Nam ſi C de D ipſo:atq; D ipſum de Z eſt, & neceſſario C de Z. ẽt fuerit,erit etiam vt ſi vtrumq; fuerit poſsibile, etiam concluſio erit poſsibilis. Quare ſi quiſpiam ipſum A, vti propoſitiones poſuerit: B autem vti cõcluſionem: eueniet profecto nõ modo ſi A ſit neceſſarium, ſimulatq; ipſum B fore neceſſarium:ſed etiam ſi ſit ipſum A poſsibile,ipſum B etiam fore poſsibile.

Cõm. 132. Obiectio. Solutio.

Non imperite iuniores ſentiũt Ariſt. remouere circa dicta dubitationẽ.Nã,pbatũ eſt nihil ſequi niſi trib⁹ terminis,& duabus,ppõnibus:at nunc ipſum A vnũ ſumpſit:B cõſeq̃ns alter⁹. Quare vr̃ hoc repugnare ñs,q̃ de generali rõne ſyllogiſmi dicta ſunt. Soluit eẽ verũ ex vno vel termino,vel propõne nihil euenire vt dicemus,et diximus,ſed ad min⁹ ex duab⁹,ppõnibus:tribus quoq; terminis. Ad id aũt,quod obn̄ciť,quod A eſt vnũ: Rñdet eẽ ſumptũ vt vnũ. Verũ loco ambar⁹ ,ppõnũ intelligendũ eſt A eẽ ſumptum:B vero loco cõcluſiõis. Inquit{ nõ oportet putare dũ in dicta regula dicimus ſi A eſt B, et:ipſum B eſse ipſo A vno aliquo exiſtẽte. Nihil.n.euenit aliquo vno poſito,ſed duob⁹ ad minus, hoc eſt tribus terminis & duabus propõnibus:modo propoſitiones ſic in ſyllogiſmo diſponanť,vt diximus in prima tertia et ſecũda figura.Et cõcedit quod dicit dubitator. Deinde quaſi ad formã, declarat A ipſum eſſe ſumptum loco pluriũ: & inquit{ nã ſi C de ipſo D:atq; D ipſum de Z eſt:& neceſſario ñs poſitis, C de Z etiã fuerit:erit ẽt ita vt ſi vtrũq; ſit poſsibile,ẽt cõcluſio erit poſsibilis.ſic igiť ad ambas propoſitiões poſsibiles ſequiť cõcluſio poſsibilis:ſicut ad illas eſſe ſequebať cõcłonem eſse:quare ſi quiſpiã ipſum A vti ,ppõnes poſuerit:B aũt vti concluſionem, eueniet,pfecto non modo ſi A eſt neceſſarium,vel de ineſse, ſimul atq; B fore neceſſarium vel de ineſſe:ſed etiã, ſi fuerit ipſum A poſsibile,ipſum B etiã fore poſsibile: & ſic ex vno põt ſequi vnum & quo ad eſſe,& poſsibile eſſe, quoties loco plurium ſumptum eſſe intelligitur. Hæc ad dubitationem. Vr̃ autem Philoponus velle hoc eſſe ſecundum præceptum,& eſt,q; non tm̃ ſi vnum antecedẽs eſt poſsibile,conſequens eſt poſsibile,ſed etiã ſi fuerint ambæ propõnes poſsibiles, concluſio erit poſsibilis:hæc ſumit Philoponus. Sed quicquid velit Philoponus primum p̃ceptum eſt quoties ad antecedens eſſe ſequiť cõſequens eſſe,etiã ad añs poſsibile, ſequetur conſequens poſsibile intelligendo per antecedens, quod eſt plures propoſitiones,vel loco plurium. Sunt qui enituntur defendere ex vno ſolo nihil poſſe ſequi,niſi aliud aut exprimatur,aut ſubintelligatur. Propterea autumant Enthymema & cętera dialectica loca eſſe quo ad intellectũ ſyllogiſmos. Philoponus autẽ tenet ex vno poſſe quicquã ſequi,& gloſſat Ariſt.verbum dũ dicit ex vno nihil ſequi Syllogiſtice.{ Cui magis cõſentiẽdũ eſt, quia Ariſto.docuit ex cõuerſa inferre cõuertẽtẽ, vt ſi hõ eſt aĩal: aĩal eſt hõ:vbi patet deductionẽ talem non poſſe ad ſyllogiſmum reduci:verum de his ſatis.

Poſitio aliquorum de cõſequẽtia. Poſitio Philoponi ſi ex vno ſequitur aliquid.

A Hoc aũt cũ oſtenſum ſit,patet ſi falſum ponatur et nõ impoſsibile,id ẽt quod ob poſitionẽ accidit,falſum eẽ et nõ ipoſsibile.nã ſi A q̃dẽ falſum eſt, & nõ ipoſsibile, & B eſt,ſi A eſt, B,pfecto falſum erit, nõ tm̃ impoſsibile. Cũ.n. oſtẽſum ſit,ſi A eſt, B eſt, ſequi ẽt poſsibile eſt A,ẽt eſt poſsibile B eẽ:& eſt poſitũ ipſum A eſſe poſsibile,etiam ipſum profecto B erit poſsibile:nã ſi impoſsibile eſt,idẽ ſimul erit poſsibile & impoſsibile.


Cõm.133.

G ria. } Supple & maior & vniuerſalis, erit duplex, cōcluſio. Et de cōtingēti nō ineſſe, & de nō ineſſe. Et q̃d de nō ineſſe, explicat. Si A quidē nulli B neceſſario ineſt: B vero alicui C cōtingat ineē, neceſſario euenit, vt ipm A alicui C nō inſit. Deducit p oppoſitū, & inqt. {Si enim omni ineſt, atq; ipm A nulli B neceſſario ineſt: tūc per cōuerſionē in terminis, ipm etiā B nulli A neceſſario inerit, & ſic ſumatur hæc pro maiore, videlicet neceſſario nullū A eſt B: quare ſi ipſum A omni C ineſt, quod eſt oppoſitū cōcluſionis: ipſum B nulli C contingit neceſſario ineſſe, at ſupponebatur alicui contingere. Et ſic patet coniugatio.

Cum autem particularis affirmatiua neceſſaria fuerit, quæ in ſyllogiſmo eſt negatiuo, vt B C, aut vniuerſalis in affirmatiuo, veluti A B: non erit ſyllogiſmus de ineſſe. Oſtenſio autē eſt eadem quæ fuit & in prioribus.


H

Coniugatio cōcludēs cōting. per dictū de nullo oſtenſa, & q̃ per impoſsibile in tertia figura monſtratur.

Secunda

Cõmẽ. 156. Secunda cõiugatio eſt ex minore particulari affirmatiua neceſſaria,& maiore contingenti vniuerſali negatiua. Tertia eſt,ex maiore vniuerſali affirmatiua cõtingenti,& minore neceſſaria particulari affirmatiua. Ambæ enim hæ perfectæ ſunt concludentes particularẽ contingentem. Inquit.{Cum autem particularis affirmatiua neceſſaria fuerit}hoc eſt minor:{quæ in ſyllogiſmo eſt negatiuo}hoc eſt & maior vniuerſalis negatiua de cõtingenti. Dico minorem particularem affirmatiuam neceſſariam,vt B C:aut vniuerſalis,in affirmatiuo. Hoc eſt:& maior vniuerſalis affirmatiua de contingenti. Minor vero patriculcaris neceſſaria affirmatiua. Dico maiorem vniuerſalem affirmatiuam contingentem vt AB: non erit ſyllogiſmus de ineſſe, ſed de contingenter ineſſe. Oſtẽſio aũt eſt eadẽ per dictum de omni,vel de nullo, quæ fuit & in prioribus. Hæc de particularibus pfectis.


Sin autem vniuerſale contingens ad extremum collocetur minus,ſiue affirmatiuum,ſiue negatiuum:particulare vero neceſſariũ ad extremum maius,non erit ſyllogiſmus. Termini quidem neceſſario eſſendi ſumantur,animal album,homo:neceſſario vero non eſſendi,animal,album,Tunica.



Inutilis coniugatio.

Cõmẽ. 157. De aſyllogiſticis nunc loquitur. Et ait etiam Aſyllogiſticas coniugationes, quando maior eſt particularis neceſſaria,& minor vniuerſalis contingens:ſiue affirmatiua,ſiue negatiua.¦Et oſtendit per terminos. Et res clara eſt penitus.

Cum autem neceſſarium fuerit vniuerſale, particulare vero contingens, ſi negatiuũ quidem ſit vniuerſale. Eſſendi quidem termini erunt,animal,album, coruus:non eſſendi vero,animal,album,Pix.




Secunda inutilis coniugatio.

Cõmẽ. 158. Secunda aſyllogiſtica erit ex maiore particulari contingente,minore vero vniuerſali neceſſaria & negatiua. Inquit.{Cum autem neceſſarium fuerit vniuerſale}& ſupple collocatum ad extremum minus, particulare vero contingens,& collocatũ ad extremum maius. Eſſendi quidẽ termini erunt,animal,album,coruus:non eſſendi vero,animal, album, pix. Hæc eſt ſecunda.

Si autẽ affirmatiuus fuerit, eſſendi quidem termini erunt,animal,album, Cygnus:non eſſendi vero,animal,album,Nix.

A Animal. Album. Cygnus Pix.



Tertia inutilis coniugatio.

Tertia,qñ minor fuerit vniuerſalis affirmatiua & neceſſaria,& maior vt ſupra particularis cõtingẽs affirmatiua,non erit ſyllogiſmus,vt per terminos indicat. Cõmẽ. 159.

Nec etiam ſyllogiſmus erit, ſi propõnes indefinitæ, aut particulares vtræque ſumantur. B Termini quidẽ eſſendi,cõmunes erũt,animal albũ, Homo:nõ eſſendi vero,animal, album, inanimatum. Et enim Animal alicui albo, & Album alicui inanimato. Et neceſſarium eſt ineſſe & non contingit ineſſe. Atq; in contingenti ſimiliter:quare ad omnia vtiles ſunt.

Animal. Album. Homo. Inanimatũ.



Quarta inutilis coniugatio.

Quarta aſyllogiſtica eſt, qñ ambæ propõnes fuerint vel particulares,vel indefinitæ,ſiue ambæ cõtingẽtes,ſi ue altera cõtingẽs,& altera neceſſaria, & hoc ſiue maior cõtingẽs,ſiue minor,ſic enim nunq; erit ſyll's. Et docuit ſumere terminos cões oĩb⁹ his,vt eſſendi,animal, albũ, homo:nõ eſſendi aũt,animal,albũ,Inanimatũ. Dubitares forte,quia nõ videnť termini cões. Nõ.n.maior illa, animal albũ,põt eſſe de ineſse neceſsaria,et neceſſaria de nõ ineſſe,ſilr nec illa minor, albũ inanimatũ põt eſſe neceſſaria de ineſse,& neceſsaria de nõ ineſse. Amplius nõ põt eſse neceſsaria & cõtingẽs:igiť nõ ſunt termini cões ad oẽs cõiugationes. Rñdet.Et.n.aĩal alicui albo, & albũ alicui inanimato,& neceſsariũ eſt ineſse, & nõ cõtiit gitineſse, ideſt & neceſsario nõ ineſt,neĉio.n.aĩal albo, ineſt pro Cygno,& neĉio nõ ineſt pro niue. Silr Albũ D neĉio ineſt inanimato pro niue. Neĉio nõ ineſt, p Pice. Atq; incõtingẽti ſilr,animal.n.cõtingit alicui albo ineſſe,vt Socrati & alicui nõ ineſse,vt Platoni, ſilr albũ alicui inanimato ineſse cõtingit,vt Ciceroni, alicui nõ ineſſe,vt Virgilio:quare ad oĩa vtiles ſunt. Debes ſcire, q̃ nõnulli aſſerũt hãc eſse neceſsariã, quoddã albũ eſt animal pro Cygno,& illa,quoddã albũ non eſt animal pro niue. At,cum his ſtat cõtingere quoddã album eſse animal,pro eo quod nec eſt animal,nec albũ,ſed ſimul contingit animal eſse & albũ,ſimiliter de illa,quoddã inanimatũ eſt albũ:eſt enim neceſsaria pro niue,& illa,quoddam inanimatũ non eſt album,pro pice. Cum his tamen ſtat contingere quoddam inanimatũ eſse album, pro eo inanimato,quod nec eſt, nec eſt album, ſed poteſt ſimul album eſse & eſse inanimatum. Quæ ſunt bene dicta. Cõmẽ. 160. Dubitatio. Reſponſio. Nota hæc.

Perſpicuum igitur eſt terminis ſimiliter ſeſe habentibus, tam in his, quæ ſunt de ineſſe,

quam in his quę ſunt de neceſſario, fieri ſyl- E
logiſmum & non fieri. Verum,ſi propoſitio de non ineſſe negatiua ponatur, eius concluſionis erit ſyllogiſmus,quæ eſt contingens, ſi vero negatiua neceſſaria fuerit, ſyllogiſmus profecto erit & concluſionis contingentis, & concluſionis de non ineſſe. Inſuper etiã patet omnes imperfectos ſyllogiſmos ꝓfici quoque per dictas figuras.

commẽ.161. Nunc quaſi epilogando concludit differentiam inter modos imperfectos mixturę ipſius ineſſe, & cõtingẽtis, & ipſius neceſſarij & cõtingentis. Et vult modos imperfectos in mixtione cõtingentis & ineſſe non poſſe niſi ſuper vnam concluſionem, videlicet in illam de contingẽti cõmuniter:in miſtione autem neceſſarij & contingentis poſſe in duas,in illam de ineſſe, & in illam de contingenti cõmuniter. Et inquit.{Perſpicuum igitur eſt terminis ſimiliter ſeſe habentibus, tam in ijs quæ ſunt de in eſſe} ſupple commiſtio cum contingenti {quam in ijs, quę ſunt de neceſſario commiſtio cum contingenti, fieri ſyllogiſmum quo ad vtiles: & non fieri quo ad inutiles. Addit differentiam. D. verum ſi propoſitio de non ineſſe negatiua ponatur & maior, eius concluſionis erit ſyllogiſmus, quæ eſt contingens, ſi vero negatiua neceſſaria fuerit & maior, ſyllogiſmus profecto erit & concluſionis contingentis, & concluſionis de nõ ineſſe:hoc eſt primum. Deinde infert ſecundum,& inquit. {Inſuper etiam patet omnes imperfectos ſyllogiſmos per dictas ꝓfici figuras,vtpote deductione ad impoſsibile.

Quæſtio. MAgna hic emergit quęſtio propter quid ex maiore de ineſſe, & minore de cõtingenti nõ ſequitur niſi cõcluſio de contingẽti cõmuniter,& ex maiore de neceſſario,minore de cõtingenti ſequitur cõcluſio de nõ ineſſe,& de contingẽti communiter nõ ineſſe: hæc enim eſt G
quæſtio non parua. Et propterea arguitur contra hanc regulam multipliciter. primo, quia maior eſt ſimilitudo illius de ineſſe ad illam de ineſſe, quã neceſſariæ ad illam de ineſſe:igitur,ſi maior neceſſaria poteſt in concluſionẽ de ineſſe,multo magis maior de ineſſe poteſt in illam de ineſſe. Secundo, in miſtura propoſitionis de ineſſe & contingẽtis ſemper propoſitio de ineſſe eſt de ineſſe ſimpliciter:modo talis vim habet neceſſariæ propoſitionis: igitur poteſt in illam de ineſſe,veluti maior neceſſaria in illam de ineſſe. Tertio,ex oppoſito concluſionis cum minore poſita ineſſe in tali ſyllogiſmo poteſt inferri oppoſitum maioris per tertiam figuram,vt arguatur, nullum B eſt A:contingit omne C eſſe B:igitur de ineſſe, nullum C eſt A,nam ſequitur,quoddam C eſt A:hoc enim eſt oppoſitum concluſionis:& omne C eſt B:quia eſt minor poſita ineſſe,igitur per tertiam figuram, aliquod B eſt A: quod eſt oppoſitum maioris. Quæ difficultas eſt non parua. Quarto, ſi ad maiorem neceſsariam ſequitur H
concluſio de ineſſe, aut erit de ineſſe ſimpliciter, aut de ineſſe vt nunc:nõ de ineſſe ſimpliciter, quia ſequitur de ineſſe vt nunc,veluti per hos terminos, nigrum album, homo:nec de ineſſe vt nunc,veluti per hos terminos, cygnum,album, homo:igitur hæc miſtio nec valet ad ineſſe ſimpliciter,nec ad ineſſe vt nunc, & ſic videtur inutilis ad ineſſe. Quinto, ſemper concluſio debet aſsimilari alteri propoſitionum:at concluſio de ineſſe, nec maiori, nec minori aſsimilabitur. Sexto,ſi ſequitur ad maiorẽ neceſsariam duplex concluſio de ineſſe & contingens, aut æque primo aut altera prius altera: ſi æque primo, tunc vnum agens poteſt in diuerſa æque primo: quod eſt impoſsibile, ſi ordine quoddam, non videtur quam prius inferat. Septimo,ſi maior habet vim ad concluſionem de ineſſe:igitur ad neceſsariam. nam accipio concluſionem,quæ ſequitur,videlicet nullum C eſt A:aut igitur ſenſus eſt,nullum C eſt A neceſsario,& habetur intentum,aut ſenſus eſt,nullum C eſt A contingenter: & cum hæc conuertatur ad oppoſitam qualitatem, arguo in tertia figura,contingit omne C eſſe A:contingit omne C eſſe B:igitur contingit quoddam B eſſe A:quod eſt oppoſitum maioris:& ſic ille ſenſus non poteſt eſſe contingẽs, nec datur alius. Octauo,effectus aſsimilatur cauſæ proximę:ſed minor eſt cauſa proxima reſpectu maioris:igitur debet aſsimilari minori:& ita debet eſse contingens vt minor. Albumaſar & Algaçel de quæſtione tenẽt talem miſtionem eſse inutilem penitus tam ad concluſionem de ineſse, quam ad concluſionem cõtingentem. moti ſunt ratione non parua,quia omnes ſyllogiſmi primæ figuræ ſunt regulabiles per dictum de omni, vel dictum de nullo,quia in hoc differunt ab illis ſecundę & tertiæ figuræ, vt dixit Ariſtot.at, cum eiuſmodi ſyllogiſmi nõ ſint regulabiles per dictum de omni vel de nullo:igitur ſunt ſimpliciter inutiles. Ariſt.vero & Alexan. & Philoponus & Auerro. arbitrantur tales commiſtiones ſyllogiſticas eſse deductione ad impoſsibile. Quoties enim ex oppoſito concluſionis cum altera propoſitionum infertur oppoſitum alterius, ſemper coniugatio eſt ſyllogiſtica,& perfecta quidem,ſi cum hoc poteſt regulari per dictum de omni vel de nullo, imperfecta vero,ſi tantum deductione oſtenditur,& ſic ratio eorum probat hanc eſse imperfectam. Nec eſt abſurdum in prima figura eſse coniugationem imperfectam in miſtis,quicquid ſit in ſimplicibus. Eſt autem regularum differentia, vt Ariſto. innuit, in negatiuis. nam ex maiore neceſsaria negatiua, & minori contingenti, vult quòd ſequitur duplex concluſio, nõ autem ex negatiua maiore de ineſse. Aſsignauerunt autem cauſam recẽtiores, cur ex tali commiſtione maiore neceſsaria negatiua, & minore contingenti, ſequitur concluſio de ineſſe, & non ex maiori de ineſse negatiua: dicentes in maiore negatiua de ineſse ſolam actualem vnionem prædicati ad ſubiectum tolli, potentialem omitti: hac ratione concluſio non poteſt eſse de ineſse, notatur enim in maiore actualis remotio prædicati ab ijs,quæ actu ſunt ſub ſubiecto, non ab ijs quæ contingunt eſse ſub eo: ideo in concluſione non fit actualis remotio maioris à minori. quia in minori propoſitione facta eſt extenſio vſque ad poſsibilia,ſed ſolum fit remotio potentialis. at cum maior fuerit neceſsaria negatiua, tunc prædicatum remouetur & actu & potentia ab ijs, quæ ſunt ſub medio, & ſic quauis facta extenſione in minore, adhuc ab illis remouetur maior,& ita concluſio erit actu de ineſse negatiua, eſt.n.neceſsarium fortius in negando quam ſit ipſum ineſse. Pulchrum eſset videre vtrum hæc differentia habeat locum quãdo maior eſset affirmatiua, nullus enim expoſitor tetigit,ſed de hoc alibi.

Opinio. Albu. & alg.

Poſitio peri pateti.

Poſitio Iuniorum.

Ad rationes igitur,ad primam dico concluſionem de ineſse propoſitioni de ineſse ſimiliorem eſse quo ad formam,non autem quo ad virtutem. Ad ſecunda dici poteſt propoſitionem de ineſse ſimpliciter non eſse neceſſariam:quia neceſsaria eſt in omni tempore: at de ineſse ſimpliciter eſt, quæ eſt vera pro maiori parte temporũ: & cuius oppoſitum poteſt intelligi eſse ſaltem, vt ſuperius fuit dictum. Ad tertiam dici poteſt,quòd, quando concluſio de ineſse ſequitur ad minorem contingentem ſumptam ſub neceſsaria, oppoſitum concluſionis,videlicet omne C eſt A,repugnat minori contingenti:& propterea, ſi ponarur ineſse, eadem eſt repugnantia, non autem repugnat quando concluſio de ineſse ſequitur ad minorem contingentem acceptam ſub ineſſe, vt ſupra diximus. Ad quartam dici poteſt ſemper concluſionem eſse de ineſse ſimpliciter. Et ad obiectionem dico maiorem eſse falſam:falſa enim eſt, neceſſario nullum album eſt nigrum: quia ſenſus eſt, ꝙ nullum album ſit nigrum, nec poſsit eſse. Ad quintam patet ſolutio. Concluſio nanque aſsimilatur maiori in

virtute,

virtute, & hoc ſufficit. Ad ſextam dici poteſt primitate cõmunitatis primæ ſequi cõcluſionẽ cõtingẽtẽ, primitate principalitatis primo ſequi cõcluſionẽ de ineſſe. Ad ſeptimã reſpõdit Ariſt. ipſum ineſſe diuerſum eſſe à neceſſario et à cõtingẽti, licet ad ipm ſequatur cõtingẽs. Ad octauum patet ſol. nam nõ vna proppoſitio eſt cauſa, ſed ambæ licet maior ſit propinquior virtute, & illi aſſimilatur. Hæc de quæſtione licet multa alia dici poſsũt, Quæ omitto cum ſint copioſe ab alijs expoſita.

Cap. xvii. De ſyllogiſmis ex vtriſque Contingentibus in ſecunda figura.

IN ſecunda vero figura cũ vtræq; quidem propoſitiones de contingenti aſſumẽtur, nullus erit ſyllogiſmus, ſiue affirmatiuæ. ſiue negatiuę ſiue particulares ſiue vniuerſales ponantur. Cum autem altera de ineſſe altera de cõtingenti ſumit, ſi affirmatiua de ineſſe ſumpta ſit, minime profecto erit ſyllogiſmus: ſi autem negatiua & vniuerſalis, ſemp erit. Eodem autẽ modo & quãdo altera quidem propoſitionum neceſſaria, altera de cõtingenti ſumatur. Atq; oportet in talibus cõcluſionibus ipſum cõtingẽs ſumere veluti etiã in prioribus.

Cõmẽ. 162. In præſenti loco prẽmittit Ariſt. tres regulas, quarũ prima ſeruit vniformi generationi ſyllogiſmorũ de contingẽti in ſecũda figura, ſecũda ſeruit mixtioni ex cõtingẽti & ineſſe, tertia ſeruit mixtioni neceſſarij & cõtingẽtis. Prima eſt ex duabus cõtingẽtibus in hac figura non erit ſyllogiſmus. Secũda eſt, ex vna de ineſſe, & altera de cõtingẽti, ſi affirmatiua eſt de ineſſe, nõ erit ſyllogiſmus ſi negatiua & vniuerſalis, bene erit ſyllogiſmus. Tertia eſt, ex vna neceſſaria, & altera de cõtingẽti erit ſyllogiſmus ſi illa neceſſaria ſit vniuerſalis negatiua, vbi ſit vniuerſalis affirmatiua, nõ erit ſyllogiſmus. Et addit, q; quãdo erit ſyllogiſmus, & cõcluſio de cõtingẽti, tale cõtingẽs ſumetur cõiter, non proprie, vt definitũ eſt. Et cauſa eſt, qa facta reductione in primã figurã, remanet maior de ineſſe vel neceſſaria & negatiua in celarent vel ferio.

Oẽs mõi reducuntur ad celarent vel ferio. Propter quid ex puris contingentibus nõ fit ſyll's.


Omnes. n. modi ſecũdæ ad hos reducũtur, & hoc pacto in prima figura cõcluſio eſt cõtingẽs cõiter, & non proprie. Debes ſcire, q; omnis propoſitio contingẽs ſiue de dicto affirmatiuo, ſiue negatiuo, ſemper eſt ſimpliciter affirmatiua: quia ſemper modus remanet affirmatus & propterea ex puris contingentibus nõ poteſt fieri ſyllogiſmus in ſecunda & hoc declarabitur ſtatim.

De conuerſione cõtingentium.

Primum igitur oſtendẽdum negatiuam de contingenti nõ conuerti. Veluti ſi A cõtingit nulli B, non neceſſe eſt & B nulli A cõtingere.

Cõmẽ. 163. Qm ſyllogiſmi ſecũdæ figuræ aut cõuerſione, aut deductione ad impoſsibile reducuntur ad ſyllogiſmos primæ, vt patuit, ideo oſtẽſurus, q; neutro horũ modorũ reduci poſſunt, aliud principiũ facit: oſtẽdẽs primo cõtingẽtẽ negatiuã nõ poſſe in terminis conuerti, & hoc proponit. Primũ igitur oſtẽdẽdum eſt negatiuã de cõtingẽti non conuerti in terminis, veluti, ſi A contingit nulli B: non neceſſe eſt per cõuerſionem in terminis, & B nulli A cõtingere, ſic igitur regula hæc eſt, ppoſitio contingens vniuerſalis negatiua non conuertitur in terminis.

Ponatur. n. hoc, & contingant B nulli A ineſſe. Cum igitur conuertãtur affirmationes contingentes negationibus & contrariæ & contraiacentes: & B nulli A ineſſe contingit: perſpicuum eſt etiam omni A contingere ineſſe B: at hoc falſum eſt. Non enim neceſſario ſequitur, ſi huic omni hoc cõtingit, vt omni huic hoc contingat, quare negatiua non conuertitur.



Negatiua de cõtingenti non conuertitur.

Regulam oſtendit. & primo deductione ad impoſsibile ſic: ſi valet, contingit nullum B eſſe A: igitur contingit nullum A eſſe B: vlterius, ſi valet, nullum A eſſe B: igitur contingit omne A eſſe B, per conuerſionem ad oppoſitam qualitatem. Et ſi ſic, tũc à primo ad vltimum, ſi cõtingit nullum B eſſe A: contingit omne A eſſe B: & cum illa, videlicet contingit nullum B eſſe A, conuertatur in hanc, omne B eſſe A per cõuerſionẽ ad oppoſitum: igitur valet, contingit omne B eſſe A: & cõtingit omne A eſſe B: ſupponit igitur Ariſto. in hac deductione ſequi, contingit omne B eſſe A: igitur contingit nullum B eſſe A, & deinceps facit diſcurſum. Inqt ponatur. n. hoc, videlicet, q; ſi omne B cõtingat eſſe A: nullum B contingat eſſe A & contingat B nulli A ineſſe. Cum igitur conuertantur affirmationes contingẽtes negationibus, & cõtrariæ, ſupple cõtrarijs, & cõtrarietatis, hoc eſt cõtradictoriæ cõtradictorijs: & B nulli A ineſſe cõtingit: perſpicuũ eſt etiã omni A contingere ineſſe B: at hoc falſum eſt, non enim neceſsario ſequit, ſi huic omni hoc contingit, hoc eſt, ſi omni B contingit A, vt omni huic, hoc cõtingat: hoc eſt, vt omni A contingat B, & ſic deductione patet regula. Ex his videt regula Ariſtotelis probari per hãc maximã, ſi duæ propoſitiones cõſequẽtes nõ cõuertunt, nec añtes poſsunt cõuerti, & ita in ppoſito, cũ hæ nõ cõuertãtur, cõtingit omne B eſse A, & cõtingit omne A eſse B: igitur nec illę, videlicet, cõtingit nullũ B eſse A, & cõtingit nullum A eſse B: nam illæ ad has ſequuntur. Sed occurres qa à pari probabo negatiuas de ineſse nõ cõuerti in terminis. nã ad illã, nullũ B eſt A, ſequitur hæc, quoddã B nõ eſt A, & ad illã, nullum A eſt B, ſequitur hæc, quoddam A non eſt B, ſed hæ duę particulares nõ cõuertuntur: igitur nec illæ vniuerſales: tenet enim conſequentia per maximam Ariſtotelis. Dici poteſt Ariſtotelis maximam eſſe intelligendam in antecedentibus & cõſequẽtibus reciproce: qualiter non eſt in talibus de ineſse. Licet. n. ſequatur, nullum B eſt A, igitur quoddã B nõ eſt A: non ſequitur econtra, at in cõtingentibus reciproce ſequitur. Valet enim contingit omne B eſse A: igitur contingit nullũ B eſse A: & econtra: & in talibus tenet maxima. Vel dici poteſt, q; Ariſtoteles ſupponit q; hæc conſequentia valeat, contingit omne B eſse A: ergo contingit nullum B eſſe A: tunc argumẽtatur, ſi conuertitur, contingit nullũ B eſſe A: ergo contingit nullum A eſse B: tunc per ſuppoſitionem ſequetur, contingit omne B eſse A: ergo contingit omne A eſse B: quia à primo ad vltimũ valet, contingit omne B eſse A: ergo contingit nullum B eſse A: vltra, contingit nullum B eſſe A: ergo per te contingit nullum A eſse B. Vltra, ſequitur ergo contingit omne A eſse B & ſic à primo ad vltimum valet, contingit omne B eſse A & econtra.

Maxima Ariſto.

Dubitatio pulchra.

Solutio.

Præterea prohibet nihil vt ipſum A quidem nulli B contingat: ipſum vero B alicui A neceſſario non inſit. Veluti album quidem omni homini contingit non ineſſe, quia & in eſſe contingit. Hominem vero nõ eſt verum dicere quòd contingat nulli albo. Pluribus enim neceſſario non ineſt, at neceſſarium nõ eſt contingens.

Cõmẽ. 165. Secũdo idem probat per terminos. Vt ſit B Homo: et A album. Contingit autẽ nullum hominẽ eſſe album: qa contingit omnem hominẽ eſſe album, nõ tamẽ cõtingit nullum album eſſe hominẽ. Quia ſic contingeret omne album eſſe hominẽ. Quod eſt impoſsibile de cygno, niue, & margarita, & id genus. Inquit. {Præterea prohibet nihil, vt ipſum A quidem, videlicet album, nulli B cõtingat, videlicet homini: ipm vero B alicui A neceſſario nõ inſit, vt niui, cygno, vel margaritę. Veluti album qdem omni homini contingit nõ ineſſe: quia & ineſſe omni homini cõtingit, omnẽ. n. hominẽ cõtingit eſſe albũ. Hominẽ autẽ non eſt verũ dicere qp cõtingat nulli albo, qa cõtingeret omni albo, modo hoc eſt impoſsibile: pluribus. n. neceſſario nõ ineſt, vt cygno, niui, & id genus: at neceſſariũ non eſt cõtingens, vt nunc loquimur de cõtingenti. Alter. n. contingens prædicatur de neceſſario.

Vide in ſuperiori figura.

At vero nec ex impoſsibili oſtendetur conuerti. veluti ſi quiſpiã arbitretur qp ſit falſum contingere B nulli A ineſſe, verum non contingere nulli: hæ enim affirmatio, & negatio ſunt, ſi autem hoc verum eſt, neceſſario alicui A inerit B: quare A etiam alicui B inerit. At hoc eſt impoſsibile.

Cõmẽ. 166. Mouet aduerſus dictam regulã difficilẽ quęſtionẽ. Et probat vniuerſalẽ negatiuã contingentẽ conuerti in terminis, vt ſi cõtingit nullũ B eſſe A: contingit nullũ A eſſe B: quia, ſi non ſequitur, tunc detur oppoſitum, erit tũc ſequens, non contingit nullum A eſſe B: ſed hoc æquipollet huic, neceſſario quoddam A eſt B: igitur, ſi non contingit nullum A eſſe B: neceſſario, quoddam A eſt B: vltra, neceſſario quoddam A eſt B: igitur neceſſario quoddam B eſt A ſed hoc eſt impoſsibile, & ipſi antecedẽti repũgnans: igitur conuerſio bona: quoties enim ex oppoſito conſequẽtis infertur oppoſitum antecedentis cõſequentia eſt bona. Inquit Ariſto. {at vero nec ex impoſsibili oſtenditur conuerti: veluti, ſi quiſpiam arbitretur vt dictum eſt per regulam oppoſitarum, qp falſum ſit contingere B nulli A ineſſe: verum non contingere nulli. Hæ. n. affirmatio & negatio ſunt oppoſitæ: quare ſi non ſequitur, contingit nullum A eſſe B, ſequetur non contingit nullum A eſſe B. ſi autem hoc verum eſt, neceſſario alicui A inerit B per regulam æquipollentiarum: quare A etiã alicui B inerit per conuerſionem in parte: at hoc eſt impoſsibile antecedenti repugnans: igitur conuerſio bona.

Non. n. ſi non cõtingit B nulli A, neceſſe eſt B alicui A ineſſe, non contingere nanq; nulli bifariam dicitur: vno quidem modo ſi alicui A neceſſario ineſt, alio autem ſi alicui neceſſario non ineſt, nam id, quod neceſſario alicui A non ineſt, non vere dicitur omni contingere non ineſſe. Veluti neq; quod alicui neceſſario ineſt, omni contingere ineſſe vere dicitur. Si igitur putauerit quiſpiam non contingere B omni A ineſſe, ſi neceſſario alicui non ineſt, falſum profecto ſumet: omni enim ineſt, ſi fortaſſe contingit. Sed cum quibuſdam neceſſario inſit, propter hoc dicimus, non omni contingere. Quare ei, quod eſt contingit omni ineſſe, id opponitur, quod eſt neceſſario alicui ineſt, & neceſſario alicui non ineſt. Simili ratione ei, quod eſt contingere nulli ineſſe: patet igitur ad hoc modo vt definiuimus in principio contingens & non contingens, non tantum neceſſario alicui ineſſe, ſed neceſſario non ineſſe fore ſumendum. at ſi hoc ſumatur, nullum profecto emergit impoſsibile, quare non fit ſyllogiſmus. Ex his igitur quæ dicta ſunt negatiuam eiuſmodi non conuerti, perſpicuum eſt.

Falſum eſt dicere.

Cõmẽ. 167. Reſpondet Ariſtoteles, qp hæc conſequentia non valet, non contingit nullum A eſſe B: igitur neceſſario aliquod A eſt B. nam illa propoſitio, non contingit nullum A eſſe B, habet duas cauſas veritatis: verificatur enim indifereter, ſi neceſſario aliquod A eſt B, & ſi neceſſario aliquod A non eſt B: modo, ab vna propoſitione habẽte plures cauſas veritatis ad alteram illarum non valet conſequentia, ſed bene ad illas diſiunctiue tentas. Valet enim non contingit nullum A eſſe B: igitur aut neceſſario aliquod A eſt B, aut neceſſario aliquod A non eſt B. Inquit {non enim ſi non contingit B nulli A, neceſſe eſt B alicui A ineſſe: & explanat ſolutionem. D. non contingere nãque nulli: bifariam dicitur per duas veritatis cauſas: vno quidem modo, ſi alicui A neceſſario ineſt: alio autem, ſi alicui A neceſſario non ineſt. Hanc reſponſionem probat per talem ſyllogiſmum, quot modis vnum oppoſitorum interimitur, tot modis alterum verificatur. Sed contingit dupliciter interimitur: quia ſi neceſſe alicui, & ſi neceſſe non alicui, igitur non contingit dupliciter conſtruitur, videlicet ſi neceſſe ſit, & ſi neceſſe non ſit. Inqt {nam id, quod neceſſario alicui non ineſt, non vere dicitur omni contingere non ineſſe, veluti neqꝫ quod alicui neceſſario ineſt, omni cõtingere ineſſe vere dicitur. Tũc ad propoſitum venit, & inquit {ſi igitur putauerit quiſpiam nõ cõtingere B omni A ineſſe: ſi neceſſario alicui nõ ineſt tantum falſum profecto ſumet: omni. n. ineſt, ſi contingit ita eſſe, qp ineſt, ſed cum quibuſdam neceſſario inſit, proprer hæc dicimus non omni cõtingere. Quare ei, quod eſt cõtingit omni ineſſe, id opponitur, quod eſt neceſsario alicui ineſt, & neceſſario alicui non ineſt. Et vt diximus in affirmatiua ita exponit in negatiua: & inquit ſimili ratione ei, quod eſt cõtingere nulli ineſſe per duas cauſas veritatis exponitur: & ideo concludit {patet igitur ad hoc modo, vt definiuimus in principio contingẽs & non contingens, non tantum neceſſario alicui ineſſe, ſed neceſſario non ineſſe fore ſumendum: at, ſi hoc ſumatur: nullum profecto emergit impoſsibile: quare non fit ſyllogiſmus: demũ epilogat. Debes ſcire cauſam veritatis propoſitionis eſſe illam, qua poſita in veritate ſequitur propoſitio, & non econtra: poſito. n. qp de neceſsitate aliquod B ſit A, ſequitur igitur non contingit nullum B eſſe A: ſimiliter poſito neceſſario aliquod B non eſſe A: ſequitur non contingit nullum B eſſe A. Et hæ etiam ſunt cauſæ veritatis illius, videlicet non cõtingit omne B eſſe A: hæ igitur ſunt cauſæ veritatis, & quaſi exponẽtes. Sorticolæ enĩ vocãt eiuſmodi propoſitiones exponẽtes, melius autem peripatetici tales cauſas veritatis appellant. Et propterea melius tractatus de probationibus terminorum tractatus inſcriberetur de cauſis veritatis propoſitionis: omnis enim probatio eſt per notius, aliter eſſet petitio, non autem oportet cauſam veritatis eſſe notiorem propoſitiõe verificata, modo nulla probatio terminorum eſt per notius: ideo non recte dicitur probatio, ſed verificatio per cauſas veritatis. hæc obiter dixiſſe ad ſorticolas ſat ſit. Nam in ludicris probationes terminorum propoſitionum interpretationes appellauimus.

Probatio regule.

Quid cauſa veritatis propoſitionis.

Hoc autem cum ſit demonſtratum, ſumatur ipſum A nulli B contingere: ipſi vero C omni. ob conuerſionem igitur non conficitur ſyllogiſmus: nam dictum eſt talem propoſitionem non conuerti.

Sumpſit

Cõmẽ. 168. Sumpſit contingentem de dicto vniuerſali negato non conuerti in terminis, nunc probat regulam, quæ erat ex puris contingentibus in ſecũda figura nullam cõ fici ratiocinationem vtilem. Et in probando hanc regulam, probat, ꝙ ex maiore vniuerſali negatiua, & minore vniuerſali affirmatiua non conficitur ſyllogiſmus in Cęſare. Deinde ꝙ nec in Cameſtres, & ꝙ primo vtitur ratione hac. Hic non poteſt reduci ad primam figuram, nec conuerſione, nec deductione per impoſsibile: igitur nullus ex tali cõiugatione cõficitur ſyllogiſmus. Quod quidem non reducatur conuerſione, patet: quia ſyllogiſmi ſecundæ figuræ non reducuntur niſi conuerſione negatiuæ propoſitionis: ſed deductum eſt negatiuam de contingenti non conuerti in terminis, ſed ſolum in parte: veluti affirmatiua ſibi correſpondens. Igitur nõ poteſt conuerſione perfici. Sed occurres dicendo Ariſtote. inſufficientem: quia ipſe probauit ſolum ex vna negatiua, & altera affirmatiua nullum in hac figura confici ſyllogiſmum, & non probauit ex ambabus affirmatiuis nullum confici ſyllogiſmum. Dici poteſt quod hoc Ariſtote. relinquit tanquam notum ex regulis vniuerſalibus: quia in regulis vniuerſalibus dictum eſt, & probatum ex affirmatiuis nullum fieri ſyllogiſmum in hac figura. {Præterea hoc idem probari poteſt hac ſimili ratione, vt patet bene conſideranti. Etiam hoc poſtea per terminos indicabit.

Dubitatio.

Solutio.

Pręterea etiam nec per impoſſibile. Nam ſi ſumatur ipſum B cõtingere omni C ineſſe, nullum ob hęc euenit falſum, quippe cum A ipm omni & nulli C contingat ineſſe.

Cõmẽ. 169. Quod vero deductione ad impoſsibile perfici non poſsit, nunc probat: & vtitur tali ratione ex contrario concluſionis ſumpto pro minore, & maiore ſumpta vt prius pro maiore concluditur de contingenti nullum C eſſe A: ſic arguendo, contingit nullum B eẽ A: vt fuit ſumptum pro maiore: contingit omne C eſſe B: quod eſt oppoſitum concluſionis: igitur contingit nullum C eſſe A: modo, hoc non eſt falſum repugnãs minori, quia ipſum A contingit omni & nulli C ineſſe. Inquit {præterea etiam nec per impoſsibile} ſupple perfici poteſt talis ſyllogiſmus: nam, ſi ſumatur pro minore ipſum B contingere omni C: quod eſt contradictorium concluſionis. ſumatur dico cum maiore ſumpta eodem loco, vt prius: nullum ob hæc euenit falſum alicui aſſumptorũ repugnãs: cuius cauſam affert & inquit {quippe cum ipſum A omni & nulli C ineſſe contingat: & ſic per dictam deductionem non habetur oppoſitum minoris. Sed dices propter quid Ariſtoteles nõ vſus eſt in hac deductione tertia figura: nam ex minore ſumpta pro maiore, & oppoſito ſiue contrario conelusionis ſumpto pro minore in tertia figura, ſequitur aliquod B contingere ineſſe A, hoc pacto, contingit omne C eſſe A: contingit omne C eſſe B: igitur contingit quoddam B eſſe A. Dici poteſt Ariſtotelem non vſum eſſe hac figura, quia nec hoc modo reducitur ad repugnans: hæc enim non repugnant, contingit nullum B eſſe A, & contingit quoddam B eẽ A.

Dubõ. 1.

Solutio.

2. Dubõ.


Amplius, dices propter quid non ſumpſit contradictorium concluſionis, veluti ſumpſit contrarium.

Solutio.

Dici poteſt ipſum ſumpſiſſe contrarium & potuiſſe ſumere contradictorium, vt det maiorem euidentiam ſyllogiſmo, qui videtur pollentior, ſi reducitur ad vniuerſales, quàm particulares modos. Potuit tamen ſumere contradictorium, & minime reducit ad impoſsibile. Adhuc quæres, cur non ſumpſit oppoſitum concluſionis per negationem præpoſitam toti. Dicendum, quia vel non ſequitur concluſio, ſi oppoſitum illud intelligitur pro cauſa veritatis illius negatiua. Cum ex minore negatiua in prima figura nihil ſequatur, vel ſi ſequitur, concluſio erit contingens cõmuniter, vt patet conſideranti.

A Omnino inſuper ſi ſyllogiſmus aliquis ex ijs eſt, ipſum fore concluſionis contingentis profecto perſpicuum eſt, propterea quia neutra propoſitionum de ineſſe ſumpta eſt, eritq; iſte aut affirmatiuus, aut negatiuus. Sed neutro modo eſt: nam, ſi affirmatiuus ponatur, per terminos ipſos oſtendetur non contingere ineſſe: ſin vero negatiuus, concluſionem non contingentem eſſe, ſed neceſſariam indicabitur. Sit enim ipſum A quidem album: ipſum autem B ſit homo: C ſit equus: ipſum igitur A album omni & nulli ineſſe continget: at ipſum B ipſi C neq; ineſſe, neq; non ineſſe cõtingit. Quod quidem nõ contingat ineſſe, ex eo patet, quia nullus equꝰ eſt homo: quod autem non contingat nõ ineſſe, perſpicuũ, quia neceſſe eſt nullum equum eſſe hominem: at neceſſarium non eſt contingens: nõ igitur ſyllogiſmus cõficitur.

B



Inutiles cõiugationes ad ipſum cõting. Termini omni nulli.

C Quod in Cęſare non liceat ſyllogizari ex puris cõtingentibus, nunc probat per terminos: per quos nec contingens ineſſe, nec contingens non ineſſe ſyllogizatur. Termini ſunt album, homo, equus: nã arguẽdo in Cęſare cõcluſio eſt neceſſaria, nullus equus eſt homo: modo, hæc concluſio non eſt de contingẽti ineſſe, quia eſt negatiua, nec eſt de contingenti nõ ineſſe: quia eſt neceſſaria: et neceſſariũ non eſt contingens vt nũc loquimur de ipſo contingenti. Vtitur autem Ariſtoteles ſyllogiſmo hypothetico a deſtructione cõſequẽtis ad deſtructionẽ antecedentis, & inquit {oĩno inſuper, ſi ſyllogiſmus aliquis in Cęſare ex ijs puris cõtigẽtibus eſt, ipſum fore cõcluſionis contingentis perſpicuũ eſt: ſubaudienda eſt deſtructio conſequẽtis, vt inferatur ex ijs nullũ eẽ ſyllogiſmum: quod eſt antecedẽtis deſtructio. Probat hypothetică, dicens propterea, quia neutra propõnũ de ineẽ ſumpta eſt: & ita oportet vt cõcluſio ſit ex ijs, non niſi contingens. Deinde probat diſtinctionem illã, videlicet ꝙ cõcluſio nõ ſit contingẽs, dicẽs {eritq; iſte aut affirmatiuus: aut negatiuus. Et probat ꝙ neutro modo: & inquit {nã, ſi affirmatiuus ponatur} ſupple in cõcluſione, per terminos ipſos oſtẽdetur non contingere ineſſe, ĩmo ꝙ cõcluſio ſit negatiua & neceſſaria. Sin vero ponatur in cõcluſione negatiuus, per illos met terminos dabit cõcluſio non de contingẽti, ſed de neceſſario. Et ꝙ ita ſit, conſtituit terminos ipſos, & inquit {ſit enĩ ipſum A quidem album: ipſum B ſit homo: C ſit equus: quibus conſtitutis, patet, ꝙ ipſum A albũ omni equo, & nulli homini cõtingit in Cęſare ſyllogizãdo: at ipm B neq; ineſſe, neq; non ineſſe contingit. Hoc eſt, ꝙ concluſio nec eſt contingens affirmatiua, nec contingens negatiua. Et hoc declarat ꝙ quidem nõ contingat ineſſe: hoc eſt, ꝙ non ſit contingẽs affirmatiua, ex eo patet, quia nullus equꝰ eſt hõ, & neceſſario, & ita cõcluſio non poteſt eſſe contingens affirmatiua. Quod autem non contingat nõ ineſſe, hoc

Cõmẽ. 170.


est,ꝙ nec sit contingens negatiua,perspicuum est: quia necesse est nullum equum esse hominẽ,nõ est igitur cõtingens negatiua,quia non est contingens, sed necessaria:at necessariũ non est contingens, vt nunc loquimur de contingenti:non igitur syllogismus conficitur in Cesare,qui conclusionem inferat contingentem. Breuiter igitur virtus rationis Aristo. est syllogismum talem esse inutilem,quia non concludit contingẽtẽ conclusionem:quia reperibiles sunt termini in quibus syllogismꝰ est cõclusionis necessariæ & negatiuæ. Quæ quia necessaria,non est contingẽs:quia vero negatiua,nõ est affirmatiua:hæc Aristoteles. Sed occurres: propter quid Aristo.ad ostendendum hanc coniugationem esse inutilem,non dedit terminos in quibus omni, & in quibus nulli. Dici potest, quia contingere omni & nulli non sunt contraria: at ad contingens oportet per cõtrarium instare:quare est necessarium. Secundo occurres:propter quid non dedit terminos in quibus necessario omni & nulli. Potuit enĩ dare, quia termini necessario omni sunt album,animal,equus: termini autem necessario nulli sunt album,homo,equus. Dici potest,hoc fecisse vtens breuitate. Sufficit enim sibi dare terminos necessario nulli,quia isti ad ostendendam combinationem esse inutilem sufficiunt:vel forte isti non sunt boni,quia minor repugnat maiori.

Quæ sit vis rationis.

Vide terminos in superiori figura.


Solutio.

Simili ratione demonstrabitur etiam, si econuerso sumatur negatiua. Insuper etiam si ambæ affirmatiuæ, aut ambæ negatiuæ collocentur, per ipsosmet terminos erit demonstratio.



Inutiles cõiugatiões vt supra.

Præterea etiam quando alia vniuersalis,alia particularis:aut ambæ particulares, vel indefinitæ,vel quouis modo alio propositiones libeat permutare,semper erit profecto per hos met terminos ostensio. Perspicuum igitur est nullum fore syllogismum,si ambę propositiones de contingenti sumantur.



Cõiugationes inutiles.

Cõmẽ.171. Hactenus, ꝙ in Cesare ex puris contingentibus non licet syllogizare,nunc quod nec in Camestres, probat per eosdem terminos. Et hoc inquit {simili ratione demonstrabitur etiam, si econuerso sumatur negatiua, vt fit in Camestres. Tertio ostendit non posse fieri syllogismum per eosdem terminos ex puris contingentibus, E si ambæ propositiones sint affirmatiuę,aut si ambæ sint negatiuæ, etiam dato quod sint ambæ vniuersales.

Quarto per hos met terminos demonstrat in Baroco vel Festino,vbi vna est vniuersalis, alia particularis, nullum ex puris contingentibus fieri posse syllogismũ. Quinto ostendit ex puris contingentibus non posse fieri syllogismum,si ambæ sint particulares, nec si ambæ sint indefinitæ:nec quouis modo alio ĩ qualitate vel quãtitate propositiones collocentur,& semper per hos met terminos. Propterea epilogat,nullum posse in hac figura fieri syllogismum:si ambæ sint de contingenti. Hæc Aristo. Sed dices,cur non probauit Aristo.non posse fieri syllogismum in Camestres,vel festino, vel Baroco ex puris contingentibus:quia non possunt perfici cõuersione:vel deductione ad impossibile, vt probauit de Cesare. Dici potest,quia hoc intelligitur per id quod dixit de primo:amplius hæc probatio per terminos sufficit ad destruendum. Debes scire, quod syllogismus bonus & vtilis esse potest dupliciter. Aut per se,& gratia formæ,aut per accidens & gratia materiæ. Syllogismus vtilis per se & gratia formæ ijs est, qui est bonus:& quilibet sibi consimilis in forma est bonus ad eãdem conclusionem syllogizandam. Et hoc est dicere, quando non dantur termini omni & nulli inessendi. Syllogismus bonus siue vtilis per accidens est, quando non quilibet sibi consimilis in forma est vtilis, quod est dicere,quando dantur termini omni & nulli inessendi. Aristo.igitur probauit ex puris contingentibus nullum vtilem posse confici syllogismum per se ad concludendã conclusionem contingentem:quia non quilibet sibi cõsimilis in forma concludit conclusionem contingentẽ: quia reperibiles sunt termini,in quibus per similem formam concluditur conclusio non contingens, sed necessaria. Cum quo tamen stat syllogismum ex puris contingentibus esse per accidẽs,& gratia materiæ propter terminos aliquando vtilem. Hęc Aristo.

Dubitatio.


Solutio.

Sylls p se.

Sylls p accidens.

G ATqui si altera propositionum inesse, altera cõtingere significauerit,si affirmatiua inesse significauerit, negatiua vero contingere,nullatenus erit syllogismus siue vniuersaliter, siue particulariter termini sumantur. Eritq; ostensio etiam per eosdem terminos.

Cap.xviii. Mixtio contingentis & ipsius inesse in secunda figura.



H

Cæsare & Camestres.

In præsenti capite Aristoteles proponit in titulo illius quohammodo liceat syllogizari ex vna de inesse:& altera de contingenti in secunda figura. Et de re hac regulas constituit. Prima est, ex vna de inesse, & altera de contingenti: si illa de inesse fuerit affirmatiua, non licet syllogizare in secunda figura,nec in modis vniuersalibus, nec in modis particularibus. Probat hãc regulam per terminos illos met,quos sumpsit in præcedentibus regulis,vtpote qui sunt,album, homo,equus: per hos enim terminos, non contingens,sed necessaria syllogizaretur conclusio,vt fuit dictũ. Potest etiã probari regula p rõnẽ:quia tales syllĩ nec deductiõe,nec cõuersiõe pfici possent p syllos primæ. Cõuersiõe quidem non,

Cõm. 172.


non, quia negatiua de contingenti non conuertitur, deductione vero minime, quia si sumatur maior pro maiore, & contrarium secundum dictum ipsius conclusionis pro minore, quod sequitur, non est repugnãs minori. Et quæ dicit Aristoteles clara sunt omnibus.

Quando vero negatiua inesse significat, affirmatiua vero contingere, syllogismus erit. Sumatur nanq; ipsum A quidem nulli B inesse: ipsi autem C omni contingere: si igitur negatiua cõuertatur, ipsum B nulli A inest, ipsum autem A omni C contingit: cõficitur igitur syllogismus per primam figuram concludens ipsum B nulli C contingere.



Cesare concludens contig. quod ęquipollet ipsi inesse.

Simili ratione etiam si ad ipsum C negatiua ponatur.




Camestres idem cõcludens.

Cõm. 173.

Secunda regula, si illa de inesse sit negatiua, & illa de contingenti sit affirmatiua, erit syllogismus vtilis ad cõclusionem de contingenti. Probat autem hanc per conuersionem. Nam in Cesare conuersa maiore redditur prima figura, in Camestres autem, conuersa maiore, & propositionibus transpositis, sequitur conuersio conclusionis in prima figura, vt per exẽpla patet. Inquit {quãdo vero negatiua inesse significat, affirmatiua vero contingere, syllogismus erit, modo seruetur debita quantitas. Et primo ponit exemplum in Cesare, & quod dicit patet. Deinde dicit {simili ratione etiam, si ad ipsum C ponatur negatiua, vt Camestres: reducetur enĩ ad primam per conuersionem minoris & propositionum trãspositionem, vt dictum est.

A At si ambæ quidem negatiuę fuerint, significetq; altera ipsarum non inesse, altera cõtingere non inesse: per ea quidem, quæ sumũtur, nihil euenit necessarium, sed, si secundum ipsum contingens propositio conuertatur, syllogismus conficietur cõcludens ipsum B nulli C contingere inesse: veluti diximus paulo ante. erit enim rursus prima figura.



B


Tertia regula est, si ambæ propositiones negatiuę fuerint, & vna illarum significet non inesse, altera contingere non inesse: per hæc nihil sequitur euidens. Sed, si conuertatur contingens propositio secundum cõtingens siue ad oppositam qualitatem, syllogismus conficitur euidens & concludens ipsum B nulli C contingere inesse, veluti diximus pauloante: nam facta hac reductiõe statim fiet. Secunda per conuersionem in terminis propositionis de inesse & restabit prima figura. Debes scire, q̃ syllogismus ex ambabus negatiuis, quando altera illarum sit de inesse in secunda figura cõcludens est imperfectus dupliciter: quia eget duplici conuersione: vna qua reducetur ad aliquem syllogismum secundæ figuræ, & alia qua reducetur ad syllogismos primæ. verbi causa. Istæ syllogismus, nullum B est A: contingit nullum C eẽ A: igitur contingit nullũ C esse B: eget prima conuersione, qua conuertitur minor ad oppositam qualitatem, vt sit in aliquo modo secundæ, videlicet in Cesare. Hoc autem facto eget secunda conuersione maioris in terminis, vt reducatur ad syllogismos primæ. Igitur est dupliciter imperfectus.

Cõm. 174.

C

Sed si ambæ affirmatiuæ sumantur, nõ erit syllogismus. Termini quidem essendi sanum, animal, homo: non essendi autem, sumantur sanum, equus, homo.

D




Inutiles cõiugatiões.

Hactenus de vtilibus, & de inutilibus ponit quartam regulam, quod, si ambæ fuerint affirmatiuæ, etiam dato quòd altera sit de inesse, & altera contingens, nihil syllogizatur. Hanc probat, quia sunt reperibiles termini in quibus necessario omni inesse, & necessario nulli inesse concluditur: seruata videlicet consimili for-

Cõm. 175.

ma arguendi. Et ponit illos, vt patet in textu. Potest etiam probari hæc regula, vt aliæ sunt probatę: quia nec conuersione, nec deductione possunt perfici syllogismi huiusmodi: hæc de vniuersalibus vtilibus & inutilibus, perfectis & imperfectis. E

Simili etiam modo sese habet in particularibus syllogismis. Nam quando affirmatiua quidem de ineſſe siue vniuersaliter, siue particulariter sumpta sit, nullus erit syllogismus: quod quidem similiter, atq; per eosdem terminos velut antea demonstrabitur.




Festino, & Barocco inutiles particularis cõiugationes.

F

cõm.176. Hactenus de vniuersalibus, nunc de particularibus: & primo ponit regulam inutilium, quæ est hæc. In mixtione contingentis & inesse in secunda figura & in Festino & Barocco, si affirmatiua est ea propositio quę est de inesse, nullus est syllogismus ad probandum conclusionem de contingenti. Probat hoc per eosdē terminos, & potest probari, quia nec conuersione, nec deductione perfici possunt. Inquit{ simili etiam modo sese habet in particularibus syllogismis: & explicat quomodo, & inquit{ nam quãdo affirmatiua quidem de inesse sumpta sit, siue sumatur vniuersaliter, vt Barocco, siue particulariter, vt in Festino: nullus erit syllogismus: cuius causam addit dicens. Quod quidem similiter: atque per eosdem terminos velut antea est demonstratū. Hæc de inutilibus syllogismis.

G


Quando autem negatiua fuerit sumpta de inesse, erit syllogismus, quemadmodū per cõuersionem antea diximus.



Festino, quomodo maioris cõuersione ad primã figurã reducitur.

cõm.177. Secunda regula est, quod, quando propositio de inesse est negatiua, erit syllogismus: quemadmodum per cõuersionem antea diximus. Quo vero ad verba attinet. Debes scire, quòd dixit, quando autem negatiua, & nõ quando negatiue, quia vult regulam esse solum verã de Festino: quia vbi in Barocco minor esset de inesse & negatiua, non esset per conuersionem reducibilis.


Præterea si ambo interualla negatiua sumãtur, atq; vniuersale de non inesse, ex ijs propositionibus quidem non est syllogismus: sed, si contingens conuertatur, veluti antea diximꝰ, erit syllogismus.



Eadem coniugatio: quæ contingẽtis conuersione ad primã figuram reducitur.

cõm.178. Nunc de imperfectis ponit regulam: cp, si ambo interualla siue propositiones sumantur negatiuæ: si interuallum vniuersale fuerit negatiuum de inesse, ex ijs propositionibus nõ est syllogismus, quia ex puris negatiuis nihil sequitur: sed perficitur per cõuersionem particularis propositionis contingẽtis ad oppositam qualitatem: vt antea diximus. Hæc de imperfectis.

Sin autem ipsa negatiua sit de inesse, & particulariter sumatur, non erit syllogismus, siue affirmatiua, siue negatiua sit altera propositionum.




Inutiliũ coniugationum regula.

cõm.174. Quarta regula est, cp ex particulari negatiua de inesse, & vniuersali siue negatiua, siue affirmatiua de cõtingẽti
H non est syllogismus ad cõclusionem de cõtingenti. Probari põt, quia nec cõuersione, nec deductione reduci potest. Conuersione quidẽ non, quia particularis negatiua non conuertitur. Deductione vero minime, quia ex maiore pro maiore, & contradictorio conclusionis pro minore, aut nihil sequitur in prima figura, aut non sequitur aliquid repugnans minori, vt patet in exẽplo. Eadem res demonstrari potest per terminos: nam termini necessario essendi sumantur album, animal, homo: necessario vero non essendi sumantur, album, æquus, homo.

Nec cum ambę indefinitæ, aut particulares sumantur siue affirmatiuæ, siue negatiuæ erit syllogismus: nam demõstratio erit eadem atque per eosdem terminos.

Sanum.



Inutiles coniugatiões ex pricularibus ſiue indefinitis.

Cõmẽ. 180.


Vltima regula ex vna de ineſſe, & altera de contingenti cũ ambæ ſint indefinitæ, aut particulares non erit ſyllogiſmus: ſiue ambæ ſint affirmatiuæ, ſiue ambæ negatiuę: probat regulam per terminos neceſſario omni ineſſendi, & neceſſario nulli ineſſendi. Hæc Ariſto. de miſtione contingentis & ineſſe in ſecunda figura. Animaduerte regulam vniuerſalem: quam Auer. non ſemel dedit, cp ea propoſitio in hac miſtione debet eſſe de ineſſe, per quam hęc figura à prima deſcendit: & quia deſcẽdit per vniuerſalem negatiuam: igitur hæc debet eſſe de ineſſe ad hoc, vt per conuerſionem redeat ad primam figuram, & ad eum modum illius è quo deſcendebat: igitur regula vniuerſalis erit, quoties negatiua & vniuerſalis fuerit de ineſſe, ſemper combinatio eſt vtilis per ſe. nam ſemper conuerſione poteſt redire in primam figuram, & eum in modum, è quo deſcendebat.

Regula Auer.

B

Quæſtio cõtra Ariſto.

Sed maxima ab expoſitoribus græcis & latinis mouetur cõtra Ariſt. quæſtio: quia in Ceſare ex maiore de ineſſe, & negatiua, & minore contingente nõ videtur bona combinatio: quia dantur termini neceſſario eſſendi, & termini neceſſario non eſsendi. Termini neceſſario eſſendi album, animal, homo, ſequitur enim de ineſse, nullum animal eſt album: contingit omnem hominem eſse album: & tamen de neceſsitate, omnis homo eſt animal: termini vero neceſsario non eſsendi album æquus, homo. Quia de ineſse, nullus æquus eſt albus, contingit omnem hominem eſse album: et tamẽ neceſsario nullus homo eſt æquus.



Ceſare.

Solutio latinorum.

Hæc.n. eſt difficilis quæſtio. Reſpondent latini cp regula eget duabus limitationibus, vt cp propoſitio de ineſse ſit non de ineſse vt nunc, & cp concluſio ſit de cõtingenti pro poſsibili: & non pro contingenti proprie.

D

Quæ Auer.

Videtur autem Auer. huic fauere: qui ait ex maiore abſoluta negatiua, & minore contingente ſequi ſyllogiſmum. Patet autem propoſitionem abſolutam ab Auer. eſse dictam de ineſse ſimpliciter, inuentam autem de ineſse vt nunc. Modo ipſe dicit ex vna abſoluta negatiua, & altera contingente, & non ex vna inuenta, & altera contingente. Sed hæc expoſitio non eſt peripatetica: quia Ariſto. dando inſtantiam debuit ſeruare conſimilem formam: at dũ inutiles cõiugationes oſtendit ſumpſit propoſitionem de ineſse non ſimpliciter, ſed vt nunc igitur & in vtilibus eodem modo voluit intelligere. Amplius hæc figura deſcendit à prima: ſed in prima propoſitio de ineſse ſumpta eſt pro ea, quæ eſt de ineſse vt nunc, & quandoq; pro propoſitione de ineſse ſimpliciter, modo ſuperius expoſito vt patet per Alexan. Auer. & Philoponum. Igitur eodem modo hic ſumenda eſt.

Confutatio.

Propterea dici poteſt concluſionem ſequi, ſi præmiſſe ponantur: & ita ſequitur ex conditione: non autem ſimpliciter. Differt.n. ſyllogiſmus à demonſtratione. Concluſio.n. demonſtrationis ſimpliciter ſequitur, quia præmiſsæ ſunt ſimpliciter neceſsariæ: at concluſio ſyllogiſmi ſequitur quibuſdam poſitis, ideſt, ſi quædam ponantur: & per conſequens ſequitur ex conditione illa, qua præmiſsę intelliguntur, & ſic concluſio primi debet eſse cp contingat nullum hominem eſse animal, in eo cp album, nam licet neceſsario omnis homo ſit animal: cõtingit nullum hominem eſse animal album, hoc.n. intelligein præmiſsis: quia, ſi nullum animal eſt album, & cõtingit omnem hominem eſse album, contingit nullum hominem eſse animal vt album eſt. Eodem modo ſecunda eſt intelligenda. Contingit.n. nullum hominem eſse ęquum, vt non album, quia licet neceſsario nullus homo ſit æquus, & tamen vt propoſitiones ſumuntur, videlicet, ſi nullus ęquus eſt albus, & contingit omnem æquum eſse album: contingit nullum hominem eſse æquum, vt non album eſt nec aliquid aſsumitur in cõcluſione: quod non intelligebatur in propoſitionibus. nam propoſitiones erant hypotheticæ illatiuæ, hoc eſt ſi ſumantur: & hoc explicat conditio addita concluſioni, vt dixit Ioannes grammaticus ſuperius. Et per cõſequens concluſio cum ſequatur conditionẽ maioris: ideo, ſi maior eſt de ineſse vt nunc, concluſio debet eſse de contingenti vt nunc, hoc eſt proprie. Si de ineſse ſimpliciter, cõcluſio debet eſse de poſsibili ſimpliciter, hoc eſt quod ſequitur communiter ad ineſse, & ad neceſse eſse. Et ita Ariſto. accepit propoſitionem de ineſse, nec determinauit de hac, nec de illa, quia communiter vult eſse intelligendam. Hæc ſolutio poteſt patere per ea, quæ dixi in miſtione neceſsarij & ineſse in prima figura: quæ videas, quia ſunt maxime conuenientia his, quæ modo diximus. Animaduerte tamen, cp his non obſtãtibus, concluſio fortaſsis eſt de contingenti communiter: quia reductione facta ad primam figuram, concluſio erit contingens communiter.

C

Solutio propria.

Cap. xix. Miſtio neceſſarii et cõtingentis in ſecunda figura.

ATqui, ſi altera ppoſitionũ de neceſsitate ineſſe, altera cõtingere ſignificauerit: cũ negatiua quidem ſit neceſsaria, erit ſyllogiſm⁹ non modo concludens contingere non ineſſe, ſed etiam non ineſſe: ſin autem affirmatiua ſit neceſsaria, ſyllogiſmus non erit.


Cõmen. 181.

Hactenus de miſtione contingentis & ipſius ineſse. nunc de miſtione contingentis & neceſsarij vult loqui in eadem figura. Et primo proponit duas generales regulas in hac figura. Secundo multiplicat illas per omnes modos. De primo ponit hanc regulam, in ſecunda figura ex vna de neceſsario & altera de contingenti, ſi illa de neceſsario eſt negatiua, licet ſyllogizare duplicem cõcluſionem, videlicet de contingenti negatiuam, & de ineſse negatiuam. Secunda regula, ſi affirmatiua in tali miſtione ſit neceſsaria, non ſequitur concluſio contingens. Hę ſunt regulæ generales.

Sumatur ipſum A nulli B quidem ineſſe de neceſsitate: atcp ipſi C omni contingat: negatiua igitur ſi conuertetur, ipſum B nulli A quidem inerit neceſsario: at ipſum A omni G contingebat: fiet profecto ſyllogiſmus rurſus per figuram primam concludens ipſum B de contingenti nulli C ineſſe.

N. contingit.

E




Coniugatio cõcludẽs cõtingẽs quod æquiualet in esse.

Positis regulis generalibus, nũc multiplicat illas per modos secũdæ figuræ. Et circa hoc seruat ordinẽ cõsuetũ. Primo de vniuersalibus, deinde de ꝑticularibus. Est igit̃ prima regula ex maiore vniuersali negatiua de necessario, & minore vniuersali affirmatiua de cõtingẽti, cõcluditur cõclusio de cõtingẽti, & etiã cõclusio de inesse ngatiua. Et probat primo ꝙ cõcludat cõclusionẽ negatiuã de cõtingẽti, per hoc, ꝙa cõuersa maiore in termi nis syllogismus remanet in prima figura, hæc de primo.

cõmen 182.

F

Simul insuper patet ipsum B nulli C inesse. Nam sumatur alicui inesse: igitur, si ipm A nulli B contingit inesse: & ipsum B alicui C inest: ipsum A alicui C non continget inesse; at sumebatur omni contingere.



Eiusdẽ per impoſe ostẽsio.

Secũdo nũc probat ꝙ ad dictã mistionẽ sequit̃ etiã cõclusio negatiua de inesse. Et vtit̃ rõne cõsueta, videlicet, ꝙa ex cõtradictorio cõclusionis ꝑ minore, & maiore pro maiore, sequit̃ cõtradictoriũ minoris. Inqt{simul insup ꝑ hãc cõmistionẽ patet ipm B nulli C inesse: & sic nõ mõ sequit̃ cõclusio negatiua de cõtingẽti, sed de inesse. Et ꝓbat: ꝙa si nõ sequit̃ illa, videlicet de inesse, nullũ C est B: sumat̃ alicui C ipm B inesse: hoc est sumat̃ cõtradictoriũ huius, videlicet qdã C est B: igit̃ si ipm A nulli B cõtingit inesse, idest igit̃, si de necessitate nullũ B est A: accepit. n. cõtingere pro necessario, vt vteret̃ verbo amplo. Et ipsum B alicui C inest: qd erat cõtradictoriũ cõclusionis. Ipsum A alicui C nõ cõtingit inesse, idest ipm A alicui C necessario inerit: qd est cõtradictoriũ minoris, ꝙa sumebat̃ ipm A. omi C cõtingere, & sic regula bona, & ita nõ tãtum cõclusio negatiua de cõtingẽti, sed etiam de inesse seqtur.


cõmen. 183.

H

Simili etiam modo demõstrabitur si ad ipsum C negatiua constituatur.



Alia coniug. cõcludens sicut ꝓcedens.



Eiusdem deductio, per impossibile.

Secundus modus est in Camestres, & hoc dicit{simili modo etiam demõstrabitur si ad ipsum C, quod est minor extremitas, constituatur negatiua. Demonstrabitur dico eodem modo, quia conclusio de contingenti per cõuersionem, illa de inesse per deductionem.

cõmen. 184.

Rursus sit affirmatiua quidem necessaria, altera autem negatiua, atq; contingens: & ipsum A quidem ipsi B contingat nulli: ipsi vero C insit necessario omni: sic igitur si sese habẽt termini, nullus conficitur syllogismus, potest enim ipsum B necessario nulli C ineẽ. Sit enim ipsum A quidem album: ipsum B sit homo: ipsum C sit cygnus. Patet albũ cygno quidẽ necessario inesse oĩ: homini vero cõtingere nulli: & hominẽ nulli cygno necessario ineẽ. Qd igitur hic syllogismus non sit rei contingentis, patet, quia necessarium non est contingẽs.

Inutilis cõiugatio ad contingens.

Nunc secundam regulã generalem de inutilibus multiplicat: & exponit per terminos. Erit enim secunda regula,

Dubitatio.

Dubitatio.

cõmẽ. 186.

Cæsare, & camestres Alii syllogismi idẽ ostẽdentes.

gula,ꝙ ſi affirmatiua ſit neceſſaria,non ſequitur contingens. Ratio huius eſt manifeſta, quia non poteſt reduci conuerſione:attamẽ probat per terminos:quia ĩ ſimili forma cum propoſitionibus ſtat vna neceſſaria negatiua,quæ quia eſt neceſſaria,non eſt contingens, vt nũc loquimur. Inquit{rurſus ſit affirmatiua quidem neceſſaria,altera autem negatiua & contingens, cuius ponit exemplum & inquit & ipſum A quidem ipſi B quidẽ cõtingat nulli: ipſi vero C ĩſit neceſſario omni:dicit{ſic igitur ſi ſe habent Termini, vt in Ceſare, nullus conficitur ſyllogiſmus,probat,quia in ſimili forma ſtat cũ præmiſsis concluſio neceſſaria: igitur non eſt bona:omnis enim ſyllogiſmus per ſe tenet in omni materia. Inquit{poteſt.n.ipſum B neceſſario nulli C ineſſe:& ſumit terminos. D.ſit.n.ipſum A quidẽ album:ipſum B ſit homo: ipſum C ſit, cygnus tũc his ſumptis,patet albũ, colori ꝙdẽ ineſſe omni, quia omnis cygnus eſt albus neceſſario: homini vero contingit nulli:quia contingit nullum hominem eſſe albũ,vbi patet hominem nulli cygno neceſſario ineſſe. Inquit{ꝙ igitur hic ſyllogiſmus non ſit rei contingentis,patet quia cõcluſio eſt neceſſaria,& neceſſariũ non eſt contingens,vt modo loquimur. Igitur hęc forma non tenet in omni materia,& ſic nõ per ſe eſt vtilis. Dubitatio. Sed occurres quare Ariſto.non accepit terminos neceſſario eſſendi,& neceſſario non eſſendi. nam potuiſſet ſumere,veluti eſſendi,album,aĩal,cygnus: non eſſendi vero illi, quos ſumpſit, videlicet album,hõ cygnus. Dubitatio.

Dici poteſt Ariſto. illos non ſumpſiſſe ob breuitatẽ, & quia potuit ſine illis idem facere. Aut forte non ſunt dabiles termini, quia ſi neceſſario oĩs cygnus eſt albus: non contingit nullum animal album eſſe.

Atq; nec rei neceſſariæ. Neceſſariũ nãq; aut ex vtriſq;,aut ex negatiua neceſſaria euenit.

cõmẽ. 186. Dices forſitan,ꝙ illis poſitis nõ cõtingens, ſed neceſſaria concluſio ſequitur. Obĵcit huic,& vult.ꝙ licet cũ dictis propoſitionibus ſtet vna neceſſaria negatiua, non tamẽ illa ſequitur ſyllogiſtice. & huius cauſam affert:qa concluſio neceſſaria non ſequitur niſi aut ex vtriſq;,aut ex negatiua neceſſaria,vt fuit in præcedentibus declaratum:quare,cum nec vtræq;, nec negatiua ſit neceſſaria, nec concluſio ſequi poteſt ſyllogiſtice neceſſaria.

Inſuper etiã fieri poteſt vt his ſumptis, ĩpm B ipſi C inſit,prohibet enim nihil ipſum C ſub B eſſe:atq; ipſum A nulli B quidem cõtingere, ipſi vero C neceſſario ineſſe. Veluti ſi C quidẽ ſit vigilia: B autẽ animal: atq; ipſum A motus. nam vigilãti quidem neceſſario motus ineſt: atq; animali cõtingit nulli. & omne vigilans eſt animal. Patet igitur nec ſyllogiſmum eſſe eius quod eſt non ineſſe, ſi terminis quidẽ ſic ſe habentibus,neceſſe eſt ineſſe. Amplius nec oppoſitarum affirmationum ſyllogiſmus eſt. Quare nullus penitus ſyllogiſmus erit.

Motus.
Album.
A.



Cæſare, & cameſtres Alii ſyllogiſmi idẽ oſtẽdentes.

A Nunc probat quôd ex affirmatiua neceſſaria, nec ſequitur concluſio de ineſſe negatiua : & probat per hoc, quia poſſunt dari termini in quibus concluſio eſt neceſſaria affirmatiua, vtpote,motus, animal, vigilans. nam motus nulli animali contingit ineſse : & omni vigilanti neceſsario ineſt : & tamen neceſsario omne vigilans eſt animal , & ſic cum tali forma ſtat ſequi vnam neceſſariam affirmatiuam : igitur non per ſe ſequitur vna de ineſſe negatiua. Inquit{ inſuper etiam fieri poteſt vt his ſumptis, ipſum B ipſi C inſit & neceſsario : igitur nec concluſio de non ineſse ſequitur. Et probat dicens{prohibet enim nihil ipſum C ſub B eſse, & neceſsario: & ipſum A nulli B contingere, ipſi vero C neceſsario ineſse. Et ſic ſtat medium comparari ad maiorem extremitatem contingenter,ad minorem vero neceſsario : & tamen maior comparatur minori neceſsario. veluti ſi C quidem ſit vigilia,ſiue vigilans:B autem ſit animal: atq; ipſum A motus, nam vigilãti quidem neceſsario motus ineſt, ſaltem ſenſitiuus, atq; animali contingit nulli motum ineſse: & tamẽ de ineſse & de neceſsario ineſse, omne vigilans eſt animal. Et tunc concludit dicens{patet igitur nec ſyllogiſmum eſse eius quod eſt non ineſse, ſi terminis quidem ſic ſe habentibus,neceſse eſt ineſse, ita nec in tali diſpoſitione ſequitur contingens non ineſse, nec neceſsario non ineſse,nec non ineſse. Et addit,quòd nec oppoſitarum affirmationum,hoc eſt earum, quæ illis opponuntur poteſt eſse ſyllogiſmus. Patet autem,ꝙ oppoſitarum affirmationum non erit,quia, ſi oppoſitarum affirmationum,tũc, cũ ſint dati termini neceſsario nulli eſsendi, etiam dabuntur termini omni eſsendi : & ſic erũt termini de omni & de nullo neceſsario eſsendi. Et ita ad vnam formam ſyllogiſmi ſequentur duæ oppoſitæ concluſiones,ſed de his poſtea. cõmen.18.


Simili etiam modo oſtendetur ſi ipſa affirmatiua econuerſo ponatur. Vide in ſuperiort figura.

B Secunda regula inutilis eſt in Cameſtres, nam ſi maior ſit neceſsaria, & minor contingens nihil penitus ſequitur,non contingens:quia cum talibus propoſitionibus ſtat vna neceſsaria negatiua,non de neceſsario,quia nulla fuit neceſsaria:non de ineſse negatiua, quia ſtat neceſsaria affirmatiua per illos terminos motum, animal, vigilans : nec oppoſitarum dictionum,videlicet affirmatiuæ & negatiuæ inſimul de contingenti. Igitur penitus nihil ſequitur. Sed occurres contra illos terminos. Quia non videtur poſsibile,vt aliquod poſsit contingẽter ineẽ ſuperiori: & neceſsario inferiori. Quia oẽ,quod ineſt ſuperiori,eodem modo ineſt inferiori:& ſic, ſi motus contingenter animali ineſt, non videtur poſse ineſſe neceſsario vigilanti,cui animal neceſsario ineſt. Dici poteſt hoc poſse fieri, quando medium non eſt eſsentiale quid,nec per ſe competens,nec conuerſim. Quando enim eſt accidentale poteſt ſuperiori comparari contingenter per vnam rationem, & inferiori neceſsario, licet non per ſe. cõmen. 188. Dubitatio. Solutio.

C Atqui ſi conformes ſint propoſitiones, & negatiuæ quidem ambæ, ſemper fit ſyllogiſmus, ſi propoſitio contingens conuertatur ſecundum contingens,vt prius diximus. Sumatur nanq; ipſum A quidem de neceſsitate nulli B ineſse: ipſi vero C de contingenti nulli ineſſe. Si igitur conuertantur propoſitiones ipſum B neceſſario nulli A inerit, & A ipſum omni C continget, fit igitur prima figura. Similiter etiam ſi ad C negatiua conſtituatur.

Nunc

Coniugationes cõtingentis vl' ex negatiuis duabus, vel affirmatiuis & indigẽtes cõuersiõe & p̃missarũ transpositione.



cõmẽ. 189.

1. Regula.


Nũc docet regulas, quando ambæ propositiones sunt conformes, videlicet vel ambæ negatiuę, vel ambæ affirmatiuæ. Et primo qñ ambę negatiuę, & dicit, ꝙ ex ambabus negatiuis modo vna sit necessaria, semper sequitur cõclusio cõtingẽs negatiua: qa cõuersa minore ad oppositã qualitatẽ, & maiore in terminis redditur prima figura.

2. Regula.

Amplius addit secundã regulam: ꝙ si ambæ sint negatiuæ, & necessaria ponatur ad minorẽ: etiam valet per illas duas met conuersiones. Quæ dicit clara sunt.

Sin autem affirmatiuæ sumantur, similiter non erit syllogismus: quia nec cõclusionis de non inesse, nec de necessario non inesse. Quippe, cum nullã propositionem negatiuam aut de inesse, aut de necessario inesse sumptam esse in syllogismo pateat. Insuper etiam nec esse potest conclusionis de contingenti non inesse nam hoc pacto si termini sese habuerint, ipsum B ipsi C necessario non inerit. Veluti si ipsum A ponat albũ, ipsum B cygn⁹: ipsum vero C homo. Præterea nec esse potest oppositarum affirmationum. Cum sit ostensum ipsum B necessario nõ inesse ipsi C: nullatenus igitur hoc pacto syllogismus conficietur.

Al negationum.



Inutiliũ coniugõium syllogismi.


cõmẽ. 190.

Hactenus de conformibus in negatione, nunc de conformibus in affirmatione: de quibus talem ponit regulã: ꝙ si ambę propositiones sint affirmatiuæ: nullus conficitur syllogismus. Non quidẽ ad conclusionẽ negatiuã de inesse vel de necessario, qa nulla est in syllogismo sumpta negatiua, nec de inesse, nec de necessario, igitur nõ potest sequi negatiua. Ex. puris. n. affirmatiuis nunc̃ꝫ sequitur negatiua per regulã generalẽ. Nec autẽ conclusio de cõtingenti non inesse sequi potest, quia dabiles sunt termini necessario nõ esse ndi, vt albũ, cygnus, homo. In q̃bus seruata simili forma sequitur necessario nullus homo est cygnus. Et sic nõ põt esse cõtingẽs de nõ inesse, cum necessarium non inesse, nõ sit cõtingẽs non inesse. Dices forte, ꝙ ex illis affirmatiuis sequũtur oppositæ affirmatiuæ, videlicet cõclusio de inesse, vel de necessario inesse, vel de contingenti inesse. Contra obĵcit: quia, si tales affirmatiuæ sequuntur, erũt dabiles termini omni necessario essendi, & omni essendi, & omni contingẽter essendi: sed etiã dabant termini necessario nõ essendi, ve luti fuerũt albũ, cygnus, hõ: igitur, sequentur affirmationes oppositæ ad illas negationes, simul erunt termini essendi, & non essendi, & per consequens regula nulla, & hoc dicit. Prẽterea talis syllogismus ex vtrisq; affirmationibus contingentibus nec etiã potest oppositarũ affirmationum ad dictas negationes: cum sit ostensum ipm B necessario inesse ipsi C: & sic erũt termini omni & nulli necessario esendi, aut breuiter si tales affirmatiuæ sequerẽtur, cum dictum est sequi negatiuam, tunc ad vnã formam syllogismi sequerentur oppositæ: sic igitur nullus est hoc pacto syllogismus.

Consideratio verbo.


Quo vero ad verba græca attinet, debes scire, ꝙ verbum illud oppositarum affirmationũ, legitur græce τῶν ἀντικειμένων φάσεων ἢ ἀποφάσεων. Ad verbum vero latine est, oppositarũ affirmationum vel enuntiationum, ego autem vsus sum in trãslationibus vno verbo: quia idem est, nam apophansis etiam pro sententia vel enuntiatione quandoq; legitur. In alĵs vero græcis codicibus verbum Apophaseon nõ legi. Hæc de verbis.

Simili etiam modo se habebit in particularibus syllogismis. Nam cum negatiua fuerit vniuersalis, & necessaria: semper erit syllogismus & contingentis non inesse, & ipsius de non inesse, cuius quidem ostensio est per conuersionem.



Prima regula. Festino concludens cõtingẽs vt supra.

Cum autẽ affirmatiua fuerit necessaria, nullatenus syllogismus erit. Quippe cum eodem modo demonstrari possit, quo etiam in vniuersalibus est ostensum, & per eosdem terminos. Insuper etiam nec cum ambæ affirmatiuę sumantur. Et. n. huius ostensio erit vt etiam antea diximus.



Secunda tertia regula. Inutiles coniugõnes eiusdem.

Hactenus

Cõmẽ.191. Prima.

Hactenus de vniuerſalibus. Nunc de particularibus: de quibus ſit prima regula. Cum negatiua propoſitio ſit vniuerſalis & neceſſaria vt in Feſtino ſemper erit ſyllogiſmus duplicis concluſionis, videlicet cõtingẽtis nõ ineſſe, & concluſionis de non ineſſe. Cuius oſtenſio eſt conuerſione & deductione, vt dictum eſt in vniuerſalibus. Et dixit notanter ſi negatiua eſt neceſſaria & vniuerſalis: quia, ſi negatiua eſt neceſſaria et particularis, vt in Barocco nihil ſequitur: quia nullo pacto perfici põt.


Secunda.

Secunda regula eſt, cum affirmatiua ſit neceſſaria, ſiue vniuerſalis, ſiue particularis ſit: nullatenus ſyllogiſmus erit. Vt per terminos dictos in vniuerſalibus demõſtrari poteſt.

Tertia.

Tertia regula, cum ambæ ſunt affirmatiuę nihil ſequitur: vt per eoſdẽmet terminos oſtendi poſſet. Hæc de particularibus vtilibus & inutilibus.

Cum autem ambæ negatiuæ ſunt, modo vniuerſalis ſit neceſſaria nõ ineſſe ſignificans, per ea quidem quæ ſumpta ſunt, ſyllogiſmus nõ erit neceſsarius: ſed, ſi propoſitio cõtingẽs conuertatur, ſecundum contingens, ſyllogiſmus erit vt etiam antea.




Coniugatio ad contingens p ambaru propõnum conuerſionem.

Cõmẽ. 192.

De particularibus imperfectis talem ponit regulam: quod, ſi ambæ propoſitiones ſunt negatiuæ, modo vniuerſalis ſit neceſſaria per aſſumpta nihil euenit neceſſario, ſed conuerſa particulari contingenti ad oppoſitam qualitatem, erit reductio ad ſecũdam figuram: & poſtea cõuerſa vniuerſali neceſſaria in terminis erit reductio in primam, & ita bonus ſyllogiſmus. Hæc fuerunt dicta in vniuerſalibus.

Sin aũt ambæ aut indefinitæ aut particulares ſumantur, nõ erit ſyllogiſmus. Cuius oſtẽſio erit eadem, & per eoſdem terminos.



Inutilis.

Perſpicuum igitur eſt fieri ſemper ſyllogiſmum ſi negatiua ſumatur vniuerſalis & neceſſaria non ſolum contingentis non ineſſe, ſed ipſius nõ ineſſe: ſed ſi affirmatiua ſumatur neceſſaria, nunq; . Inſuper etiam patet ſi termini eodem modo ſumantur, imiſtione contingẽtis & neceſſarij & contingentis & ineſſe, fieri & non fieri ſyllogiſmum. Etiam patet omnes ſyllogiſmos tales imperfectos eſſe, eoſq; perfici per dictas figuras.

Cõmẽ. 193.

Regula inutilium eſt. Si ambæ aut indefinitę, aut particulares ſumantur propoſitiones, hoc enim pacto nihil ſequitur, vt per illos met terminos patet: etiam & per rationem generalem. Demum epilogando tria concludit. Primum eſt, ꝙ, ſi negatiua propoſitio ſumatur vniuerſalis & neceſſaria, ſemper conficitur ſyllogiſmus duplicis concluſionis, videlicet contingentis de nõ ineſſe, & de non ineſſe: & hoc generatim verum eſt in vniuerſalibus & particularibus commixtionibus. Sed, ſi affirmatiua ſit neceſſaria, nunquam fieri poteſt ſyllogiſmus, nec in vniuerſalibus, nec in particularibus: & ſic in Barocco nullo mõ fieri põt vtilis ſyllogiſmus. Secundũ eſt, ꝙ, ſi termini eodẽ mõ diſponant ĩ miſtiõe cõtingẽtis & ineẽ, & in miſtiõe cõtingẽtis & neceſſarii, tot erũt vtiles & inutiles cõbinatiões in vna, quot in alia: ꝓter hoc, ꝙ in miſtione cõtingentis & neceſſarij ſequit̃ duplex cõcluſio, vt dictum eſt. Tertium eſt, omnes tales ſyllogiſmos ſiue in prima, ſiue in ſecunda miſtione, ſiue in puris contingentibus eſſe imperfectos, eoſq; perfici reductione ad primam vel conuerſione, vel deductiõe, vt viſum eſt. Sunt tamen nonnulli, qui ſunt imperfecti in ſua figura, & ſimpliciter, vt illi qui egent conuerſione ad oppoſitam qualitatem, & in terminis. Quo vero ad verba græca attinet, verba illa in miſtione contingentis & neceſſarij & contingentis & ineſſe, græce non ſic leguntur, ſed hoc pacto ἔντε τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ ἐν τοῖς ὑπάρχουσι: hoc eſt in neceſſarijs & in ipſis de ineſſe: ſed ſumpſit neceſſariũ pro miſtione contingentis & neceſſarij: & ipſum ineſſe pro miſtione contingentis & ineſſe: & propterea trãſtuli clarius. Hæc Ariſto. de hac miſtione. Multæ dubitationes fieri poſſunt hic, vt Iuniores tangunt, quæ debent tangi in quæſtionibus, quas edemus. Hæc enim ſatis ſunt quo ad textum.

Cap. xx. De ſyllogiſmis ex ambabus contingentibus in tertia figura.

IN poſtrema vero figura, & ſi ambæ ſint cõtingentes, & ſi altera duntaxat, ſyllogiſmꝰ erit. Nam & cum ambæ cõtingere ſignificãt, & cum altera contingere, altera ineſſe ſignificauerit, etiam concluſio erit contingẽs. Cum autem altera ſumatur neceſſaria, ſi hęc ſit affirmatiua, nec neceſſaria, nec de ineſſe erit cõcluſio: ſin autem illa neceſſaria ſit negatiua de ineſſe, erit ſyllogiſmus, velut antea etiam diximus. Eſt autem contingens ſimiliter ſumẽdũ etiam in ijs, quod in concluſionibus.


Cõmẽ. 194.

Quia vult tractare generationem ſyllogiſmorum in tertia figura ex puris contingentibus, & ex altera de cõtingẽti, & altera de ineẽ, & ex altera de neceſſario, & altera de contingenti: ideo ponit tres regulas generales deſeruientes ijs tribus. Prima eſt, ex ambabus contingẽtibus in tertia figura concluſio erit contingens: hæc prima generatione ſyllogiſmorum. Secunda, ex vna de contingenti & altera de ineſſe etiam in tertia figura, vt ſupra concluſio erit contingens. Hęc pro generatione ſyllogiſmorum ſecunda. Tertia ex altera de neceſſario, & altera de contingenti etiam in tertia figura nõ ſequitur vna concluſio: ſed, cum propoſitio neceſſaria eſt affirmatiua, cõcluſio nec erit neceſſaria, nec de ineẽ, ſed contingens: cum propoſitio neceſſaria erit negatiua, cõcluſio erit de ineſſe. Hæc pro tertia ſyllogiſmorum generatione. Addit regularum limitationem dicẽs {eſt autẽ

ipſum

ipſum contingens ſimiliter ſumendum etiam in his, hoc eſt propoſitionibus ſyllogiſmorum: quod in concluſionibus ſumitur. Et non in propoſitionibus pro contingenti communiter, & in concluſionibus pro contingenti proprie: ſed vniformiter in præmiſsis & concluſionibus, & hunc locum ignorant Iuniores, referẽtes hoc ad proximum capitulum: hæc generatim.


Sint itaq; primum contingentes: atq; ip̃m A & ipſum B omni C cõtingant ineſſe: cum igitur affirmatiua in parte conuertatur: ſi ipſum B omni C contingit, etiam ipſum C alicui B cõtinget. Quare, ſi ipſum A omni C contingit: & ipſum C alicui B: neceſſe eſt ẽt vt ip̃m A alicui B cõtigat: fit.n. hoc pacto rurſus figura pria.



Darapti. cõcludens contingens per cõuerſionẽ.

Cõmẽ. 195. Docet nunc multiplicare primam regulam per modos tertiæ figuræ: & dicit, q̃ ex ambabus vniuerſalibus contingentibus ſequitur concluſio particularis contingens. Perficitur aũt hæc per cõuerſionẽ minoris in parte: nã illa ſic cõuerſa, redditur rurſus figura prima. Animaduerte tñ, q̃ nũc ſumit eoſdẽ terminos, ſed non eodẽ modo: nã A loco maioris extremi: B loco minoris: C loco medij ſemper ſumit: hæc de primo modo.

Inſuper etiam ſi ipſum A quidem nulli C cõtingit ineſſe: ipſum autem B omni C cõtingit: neceſse eſt etiã ipſum A alicui B contingat nõ ineẽ. Rurſus.n. pria erit figura p̃ cõuerſionẽ.



Felapton cõcludens contingens, quę minoris conuerſione reducit ad primam.

Cõmẽ. 196. Secundus modus eſt in Felapton ex ambabus cõtingentibus prima negatiua vniuerſali, & ſecunda affirmatiua vniuerſali: ex ĩs enim concluſio contingens negatiua particularis ſyllogizatur. Perficitur autem vt prim⁹ per conuerſionem minoris in parte.

Imperfectus in darapti. Sin autem vtræque negatiuæ ſumantur, ex ĩs quidem quæ ſumũtur, nõ erit ſyllogiſmus: ſed, ſi propoſitiones conuertantur, erit ſyllo-

E gimus, vt antea diximus: nam ſi ipſum A, & ipſum B contingant nulli C ineſſe: ſi ipſum contingẽs nõ ineſſe trãſmutetur, prima rurſus ob cõuerſionem redibit figura.



Coniugatio idem concludens, q̃ ambarum propoſitionũ cõuerſione gñ citur.

F

Nũc de imperfectis. Inquit. {Quod ex ambabus negatiuis contingentibus vniuerſalibus, ſequitur in tertia figura contingens particularis negatiua. Probat. quia, ſi tranſmutetur contingens, hoc eſt minor, quæ eſt contingens vniuerſalis negatiua, tranſmutetur dico duplici cõuerſione: primo ad oppoſitam qualitatẽ, ſecundo in parte, redditur, vt prius figura prima ob talem duplicem cõuerſionem. Quo vero ad verba attinet, dixit notanter tranſmutetur: quod græce eſt μεταληφθῆ quia plus eſt q̃ conuerti: quaſi dicat, ſi plus vna, conuerſione vertatur, tunc reddit prima figura. Solent Iuniores dubitare, vtrum, ſi maior ſit vniuerſalis contingens, & affirmatiua, & minor vniuerſalis negatiua contingens, ſit bona combinatio. Et non debent ambigere, vt recte Albertus ſubmeminit, quia conuerſa minore duplici conuerſione mox redditur prima figura: igitur hęc combinatio vtilis eſſe debet: ſimili m̃odo fieri poteſt conuertẽdo maiorem ſolum in parte, inferendo concluſionem conuerſam, & ita omni ex parte hæc cõbinatio vtilis habetur.


Cõmẽ. 197.

Dubitatio.

Solutio.

G

Si aũt terminor̃ alius ſit vl̃is, alius ꝑticularis: ſi termini ſimili mõ ſumũtur, vt in ſyll̃is de ineẽ, & erit, & nõ erit ſyll̃s. Nã cõtingat ipſum A quidẽ oĩ C: ipſum vero B inſit alicui C: erit, ꝑfecto rurſus pria figura, ſi particularis propõ cõuertat̃. Si.n. ipſum A omni cõtingit: atq; ipſum C alicui B inſit: ipſum A nimirũ alicui B cõtinget. Inſuper etiã ſi ad B C vniuerſale ſumat̃, ſimili modo ſyllogiſmus conficitur.




H

Cõiugationes idem cõcludentes.

Hactenus

Cõm. 198. Hactenus de vniuersalibus, nunc de particularibus, & inquit. {Si autem terminorum alius sit vniuersalis, alius particularis, modo seruetur debita qualitas, & quãtitas propositionum, vt dictum est in syllogismis de inesse, in hac dispositione erit syllogismus: & hoc quo ad vtiles: & nõ erit, & hoc quo ad inutiles: }hoc est dicere, in tali dispositione dabuntur cõbinationes vtiles, & cõbinationes inutiles. Et exponit duos affirmatiuos videlicet Datisi, qui perficitur per conuersionem minoris, & Disamis: qui perficitur conuersione maioris, vt dictum est in his de inesse. Et quæ dicit, clara sunt.

Simili etiam ratione, si A C quidẽ sit negatiuum, B C autem affirmatiuum, emerget rursus prima figura ob conuersionem.



Ferison concludens cõtingens negatiuum.

Cõmẽ. 199. Hactenus de affirmatiuis particularibus, nunc vero de negatiuis. Et primo de perfectis: ait enim in Ferison fieri syllogismũ: quia perficitur per conuersionem minoris, vt dictum est de alijs: in Broccardo vero nullã vult esse coniugationem, quia reduci non potest cõuersione, nec deductione, vt patet.


At si ambę negatiuę sumantur: & sit altera vniuersalis, & altera particularis: per ipsa qdẽ quæ sumũtur nõ erit syllogismus, sed si cõuertãtur erit syllogismus, veluti antea diximus.

Vide superiorem figuram.

Et de imperfectis nũc. Ait enim {q, si ambæ sint negatiuę, et eadẽ quãtitate, qua fuerũt priores, p assumpta nõ erit syllogismus, vt dictũ est. Sed, si cõuertant ambæ propositiones ad oppositã qualitatẽ, vel saltem cõuertatur altera: erit syllogismus in Ferison, qui postea conuersione minoris reducitur, vt prius.

Cõmẽ. 200.

Sin aũt ambę indefinitę, aut particulares sumãtur, nõ erit syllogismus, quia ipsum A omni B: & nulli necesse est ineẽ. Termini essendi sumantur, animal, homo, album: non essendi, equus, homo, albũ. Mediũ aũt sit album.



Inutiliũ coniugationũ ex particularibus siue indefinitis exẽplum.

Cõmẽ. 201. De inutilibus, regulam ponit vniuersalẽm: videlicet, q ex puris vel indefinitis, vel particularibus in hac generatione, & in hac figura, nihil syllogizatur. Quia dantur A termini necessario essendi, & non essendi: hæc de puris tradit Aristote. circa quæ literales dubitationes nullæ contingunt.


Si vero altera propositionum ineſſe, altera contingere significat, conclusio quidem non de ineſſe, sed de contingenti erit, modo termini in syllo sese habeãt vt in prioribus.

Cap. xxi. Mistio contigẽtis & ipsius ineẽ in tertia figura.

Nunc de mistis syllogismis ex altera de inesse, & altera de contingenti. resumit autem regulam, quam in proximo capite accepit, & eius limitationem. Regula est, q ex altera propositionum de inesse, altera de contingenti, conclusio est non de inesse, sed de contingenti: hæc est regula. Limitatio vero regulę est, vt termini sumantur eodem modo, quo ad quãtitatem, & qualitatẽ, vt in prioribus modis proximi capitis, vt statim ipse explicabit. Hæc generatim.

Cõmẽ. 202.

Sint itaq; primum affirmatiuæ: & ipsum A
B quidem omni C insit: ipsum autem B omni C contingat ineſſe, si igitur B C conuertatur, prima redibit figura. Eritq; conclusio, q ipsum A alicui B contingit ineſſe. Nam cum altera propositionum contingere significauerit in prima figura, etiam conclusio erit contingẽs. Simili etiam ratione si B C propositio de inesse: A C autem de contingenti sumatur inesse, syllogismus erit.



Darapti cõiugationes concludẽtes contingens.

Cõmẽ. 203.

Multiplicat regulam: & primo per vniuersales, deinde per particulares: & multiplicando regulam per vniuersales, primo multiplicat per affirmatiuos, secundo p negatiuos. Sit igitur prima regula ex maiore de inesse vniuersali affirmatiua, minore de contingẽti etiam vniuersali affirmatiua, in Darapti conclusio erit contingẽs.
D Probatur, quia conuersa minore in parte, reddit rursus prima figura, in qua dictum est q ex altera quauis contingenti sequitur conclusio contingens: ibi enim diximꝰ conclusionem esse contingentem, quoties maior, vel minor est contingens. Secunda regula ex maiore vniuersali affirmatiua contingenti, & minore vniuersali affirmatiua de inesse, etiam conclusio est contingens. Probatur etiam, vt supra, quia conuersa minore in parte, redit iterum prima figura. Hæc de vniuersalibus modis affirmatiuis. Animaduerte tamen, q tam in prima quam in secunda commixtione conclusio est contingens: non autem secundum eandem speciem contingentie: nam in prima commixtione conclusio est contingens, sumẽdo contingens pro possibili: in secunda autem conclusio est contingens proprie. Huius causa est, quia dispositio huius debet regulari pro ratione primæ figuræ, e qua descẽdit. Sed, quia dictũ est in prima figura, q ex minore

Quales conclusiones dix.

contingenti

contingenti concluſio eſt poſsibilis. Et ita etiam dici oportet in reductione: quare in prima commixtione cũ facta reductione, minor remaneat de contingenti, ſequitur vt concluſio ſit poſsibilis. At, quia in ſecunda reductione ſecundæ miſtionis maior remanet cõtingẽs, ideo concluſio in illa eſt contingens. Sed videtur quod ex minore contingenti ſequetur concluſio contingens, & ex maiori contingenti ſequatur poſſibilis. Quia primus modus poteſt reduci conuerſione maioris in parte, & tranſpoſitione propoſitionum inferendo cõuerſionem concluſionis: quo pacto maior reſtabit contingens: igitur illa concluſio eſt contingens: ſed qualis eſt concluſio ſyllogiſmi reducti, talis eſt ſyllogiſmi reducibilis. Igitur ſyll's primæ cõmiſtionis erit concluſionis contingentis. Simili modo argui poteſt de ſecundo: nam poteſt conuerti maior contingens: & tranſponi propoſitiones vt ſupra, vbi remanebit minor contingens. Modo arguitur qualis concluſio eſt ſyllogiſmi reducti, talis eſt reducibilis ſyllogiſmi: ſed reducti concluſio eſt poſsibilis: igitur & reducibilis: igitur in ſecunda commiſtione ſequetur concluſio contingens proprie. Nec valet dici, vt alias dixi, quod per varium modum reducendi poteſt concluſio varie deduci: quia ad vnam formam per ſe non ſequitur niſi vna concluſio per ſe. Mihi hæc quæſtio eſt non parua: cui nunc mihi non occurrit aliquid boni: ſat ſit locum difficultatis tetigiſſe: ſcio tamen bene ſapienntium principem non erraſſe.


Dubõ cõtra Ariſto.

Excuſatio.

Ad oĩs hõ mendax.

Inſuper etiam, ſi A C quidem propoſitio negatiua: B C autem affirmatiua ſumatur, vtrauis illarum de ineſſe ſumpta, vtroq; modo ſane concluſio erit contingẽs: redibit enim rurſus prima figura. In qua quidem demonſtratũ eſt concluſionem fore contingentem, modo altera propoſitio duntaxat in ipſa contingere ſignificauerit.

Felapton.



Felaptõ cõſugationes idem cõcludentes.

Cõmẽ. 204.


Duas alias regulas in negatiuis multiplicat. Quas vno verbo complicat, videlicet q̃ in Felapton tã ſi maior q̃ ſi minor ſit contingens, concluſio eſt contingens: non tamen ſecundum eandem contingentis ſpeciem, vt dictum eſt in affirmatiuis. Quæ dicit clara ſunt.

Si autem negatiua contingens verſus extremum minus collocetur: aut etiam ambæ negatiuæ ſumantur: per ea quidem quæ ſumũtur non erit ſyllogiſmus: ſed, ſi conuertantur, erit ſyllogiſmus, vt antea eſt dictum.

Cõmẽ. 205.

Hactenus de perfectis, nunc de imperfectis, qui ſunt duo. Primus ex minore cõtingenti negatiua; maiore de E ineſſe affirmatiua. Secundus, ex maiore negatiua de ineſſe: & minore negatiua contingenti. Nam conuerſa minore, vt dictum eſt duplici conuerſione reddit iterũ prima figura: hæc de vniuerſalibus.

Ambulatio. Motus.



Broccardo quæ per impoſsibile oſtendũtur.

Coniugatio idem cõcludens per duplicẽ contingentis conuerſionem.


F

At ſi propoſitionum altera ſit vniuerſalis, altera particularis, ſi ambæ affirmatiuæ fuerit, aut vniuerſalis ſit negatiua, particularis affirmatiua, modus erit ſyllogiſmorum idem, omnes enim per primam perficiuntur figuram. Quo fit vt ſyllogiſmus non ſit cõcluſionis de ineſſe, ſed contingentis.

Datiſi. Diſamis.

Ferioſo.

Ambulatio. Al.nõ cõt. Motus.



G

Sex cõiugationes particulares quatuor affirmatiuæ, duæ vero negatiuæ quarũ primæ duæ per minoris cõuerſionẽ probantur, aliæ per binas cõuerſiones: cæteræ vero negatiuę, idem cõtingẽs concludentes.

H

Hactenus de vniuerſalibus, nunc de particularibus: & miſcet ſex regulas: duas videlicet in Datiſi, duas in Diſamis, & duas in Ferioſo. Quæ omnes exẽplis perſpicuæ ſunt. Nec textus eget expoſitione.


Cõmẽ. 206.

Si vero affirmatiua ſit vniuerſalis, negatiua autem particularis: deductione ad impoſsibile erit oſtenſio. Inſit enim ipſum B omni C: atq; ipſum A contingat alicui C non ineſſe: neceſſe itaq; erit ipſum A contingere alicui B nõ eſſe: nam ſi omni B ipſum A inerit neceſſario, & B omni C ponebatur ineſſe, ipſum A profecto omni C neceſſario inerit: hoc enim oſtenſum eſt antea: at ponebatur contingere non ineſſe.

Broccardo.

Cõmẽ. 208.

Nunc



Broccardo quæ per impossibile ostendi tur.

A negatiua sit necessaria, & de contingenti non inesse, & de nõ inesse syllogismus erit, nũquã tamen de necessario non inesse. Quemadmodum in prioribus figuris dictum est.

Repetit generales regulas mistionis necessarij, & contingentis. Quarum Prima est ex vna de necessario, & altera de contingenti vtrisque affirmatiuis in tertia figura semper conclusio est contingens. Secunda, ex vna affirmatiua & necessaria, & altera contingenti negatiua, conclusio est de contingenti negatiua. Tertia, ex negatiua necessaria, & affirmatiua contingenti conclusio est duplex, de contingenti negatiua, & de inesse negatiua, nunquã autem de necessario negatiua. Causa autem regularis est, quia quoties modi taliter disponuntur, vt per conuersionem relinquatur maior in prima figura de contingenti, semper conclusio erit contingens, quoties vero maior necessaria, relinquetur per conuersionem in prima figura, conclusio est duplex cõtingens, & de inesse. Et hoc sumendo ipsum contingens pro possibili, vt dictum est. Quod autem in dictis regulis, ita sit per exempla modorum manifestabitur.

Cõmẽ. 209. Prima. Secunda. Tertia.

B

Sint igitur primum termini ipsi affirmatiui, & ipsum A quidem omni C inest de necessitate: ipsum autem B omni C contingat inesse: cum ergo ipsum A quidem omni C de necessitate inest: atque ipsum C alicui B contingat, ipsum etiam A profecto alicui B continget inesse, non tamen inesse, hoc enim modo in prima figura conficiebatur.


Darapti.



Cõmẽ. 207. Nũc dat duas alias regulas in Broccardo. Quarum, Prima est ex maiore cõtingente, & minore de inesse: & hanc probat deductione ad impossibile sumendo oppositum cõclusionis pro maiore: & minorem pro minore, inferendo oppositum maioris per mistionem necessarij & inesse. Secunda est econtta ex maiore de inesse, & minore contingente. Quæ probari potest sumendo oppositum conclusionis pro maiore, vt supra, & minorem pro minore inferendo oppositum maioris per mistionẽ necessarij et contingentis. Primam regulam explicauit. Secũdã tacuit, quia ex prima satis patere potest. Alij dicunt hanc Arist. prætermisisse: quia non valet. Nam ex tali commistione sequitur vna affirmatiua contingens: quæ stat cum maiore. Alij (vt nos quandoq;) dixerunt, hanc Atistotelem omisisse: quia eius probatio esset per expositionem, vt pote sumendo sub C ipso quoddam aliud, vtpote N: e quo vniuersaliter ipsum A remouetur: & sic syllogizabitur, nullum N est A: contingit omne N esse B: igitur contingit quoddam B non esse A per Felapton. Cum igitur expositorius hic sit vtilis. Igitur expositus. Tu vero in hac re considera: quia fortasse posset huic expositioni obij̃ci, quod nunc breuitatis causa prætermitto: sat enim est aperuisse locum.

Solutio dubitationis.

Sin autem indefinite, aut particulares sumantur ambæ, non erit syllogismus: erit enim demonstratio eadem, quę fuit in vniuersalib⁹, & per eosdemmet terminos.



Indefinitarũ et particularium exemplum.

Cõmẽ. 210

D

Docet nunc regulam primam per modos multiplicare. Et primo in Darapti. Et ait, ꝙ ex maiore necessaria, minore contingente in Darapti conclusio est contingens, affirmatiua non autem de inesse. Probat, quia conuersa minore in parte, relinquitur minor cõtingens, & maior necessaria: in qua dispositione primæ figuræ conclusio erat contingens, & non de inesse. Erat autem contingens non proprie, sed communiter: vt illic disputauimus: nunc vero istud supponatur. Generatim enim eo contingens genere conclusio contingens syllogizatur in tertia figura: quo facta reductione conclusio erit contingens in prima.

Regulę limitatio.

Cõmẽ. 208. Demum de inutilibus addit. Quę, quia diximus satis superius, etiam quia textus manifestus est, omitto. Hæc de mistione contingentis & inesse.

Cap. xxii. Mistio necessarii, & cõtingẽtis in tertia figura.

Si autem altera propositionum sit necessaria, altera sit contingens, cum termini ipsi affirmatiui sint, conclusionis contingentis semper syllogismus erit. Sed, cum altera propositionum affirmatiua, altera negatiua sumitur, si affirmatiua quidem sit necessaria, de contingenti non inesse, erit syllogismus: sin

Vide in superiori figura.


Cõmẽ. 211.

Simili etiam ratione ostenditur si ipsa B C quidem propositio sumatur necessaria: ipa autem A C contingens.

Secunda regula in Darapti est econuerso ex maiore contingenti minore necessaria: nam conuersa minore in parte, redditur prima figura: vbi conclusio sequitur contingens vt prius.

Felapton.

Preterea si sit altera affirmatiua, altera ne- E
gatiua, cũ ipsa affirmatiua necessaria sit, & ip-
sum A qdẽ cõtingat nulli C inesse, ipsum autẽ
B oĩ C de necessitate insit: rursus pria reddet fi
gura: vbi cõclusio nõ de iesse negatiua, sed de
cõtingenti syllogizabit, &.n. negatiua contin
gere significat: iccirco conclusionem esse con
tingentem perspicuum est. Nam cum propo-
sitiones hoc pacto in pria figura sumebantur,
conclusio etiam erat contingens.




Felapton cõ cludens con tingens.

Cõmẽ. 2ia.

Hactenus de vniuersalibus affirmatiuis: nunc de vni
uersalibus negatiuis docet regulã multiplicare vt in Fe-
lapton. Prima igitur est ex maiore contingenti, minore
necessaria in Felapton, conclusio est cõtingens, & nõ de
inesse. Probat, qa cõuersa minore in parte, redditur pri-
ma figura. Vbi conclusio in illa mixtione erat de contin
genti, & nõ de inesse, vt loco suo fuit disputatum.

Felapton.


At si negatiua propositio sit necessaria, erit
etiam conclusio tum de contingenti nõ ines-
se, cum de non inesse. Ponatur enim ipsum
A quidem nulli C inesse de necesitate: ipsum
autem B omni C contingere, si ergo B C qui-
dem propositio affirmatiua conuertatur, pri-
ma profecto reddetur figura: in qua quidẽ ne
gatiua propositio necessaria relinquetur. Sed
cum hoc pacto in illa sese habent propositio-
nes, syllogizabatur ipsum A alicui B, & con-
tingere non inesse: & nõ inesse. Fiet igitur ne-
cessario, vt & in hac dispositione ipsum A ali-
cui B non insit.



Felapton cõ cludens de inesse.


Secunda regula in Felapton ex maiore necessaria, Cõmẽ. 2ia.
minore contingenti, conclusio est duplex de contin-
genti, & de non inesse. Probatur hæc regula: quia cõ
uersa minore, reddetur prima figura. Vbi maior relin-
quitur necessaria, & minor contingens: sed, cum pro-
positiones hoc pacto in illa sese habent, conclusio erat
duplex. Igitur modo in tertia figura conclusio erit du-
plex. Hæc Aristoteles.

Cumvero ipsum negatiuum ad extremum Lafepton.
collocetur minus, erit syllogismus, modo sit
contingens, & ipsa propositio transmutetur,
vt dictum est prius.



Lafeptõ cõ cludens cõ. tingens, per duplicẽ cõ. tingentis cõ uersionẽ.

At si minor sit necessaria, non erit syllo- Lafepton.
gismus, & enim omni nulli inesse necessa-
rio contingit. Termini omni inessendi su-
mantur, somnus, equus dormiens, homo:
nulli vero inessendi, somnus, equus vigi-
lans, homo.




Inutiles cõ iugatiõs.

Tertia regula est in Lafepton. Quod ex minore con- Cõmẽ. 2ia.
tingẽti negatiua, et maiore vniuersali affirmatiua, sequi
tur conclusio contingens. Probat per conuersionem ip-
sius minoris duplicem, nam conuersa minore ad oppos
tam qualitatem, & in parte sequitur syllogismus in pri-
ma figura: & sic regula bona. Aut conuersa maiore &
transpositis propositionibus idem sequit. Quarta re-
gula est in Lafepton: quia ex maiore contingenti: & mi-
nore negatiua necessaria nihil sequitur, vt per terminos
probat. Et quod dicit patet.


Simili ratione sese habet si rerminorum ad Datiſi.
mediũ alter sit vniuersalis, alter particularis.
Nam, si ambo affirmatiui sint, contingẽtis & Felapton.
non ipsius inesse erit syllogismus.

Insuper




Datisi Quatuor particulares affirmatiue concludẽtes cõtingens, quę tum cõuersiõe, tũ prę missarũ trãspõne monstrãtur.

Insuper etiam, si altera propositionum negatiua sumatur, altera affirmatiua, si ipsum necessarium sit affirmatiuum, ipsius contingentis erit syllogismus.



Ferison quę minoris conuersione mõstratur.

Cum autem ipsum necessarium sit negatiuum, erit & tunc conclusio de nõ inesse, nam & vniuersalium, & non vniuersalium terminorum eodem modo demonstratio erit, necesse est enim syllogismos eiusmodi per figuram perfici primam. Quare necesse in his ita euenire perinde atq; in illis.




Coniugatio cõcludẽs de inesse, q̃ minoris cõuersione monstratur.

Cõmẽ. 215. Prima. Secunda.

Hactenus de vniuersalibus, de particularibus ponit regulas. Prima est in Datisi, & Disamis. Nam in ijs altera propositione quauis existente contingẽti, altera necessaria quauis, semper cõclusio est contingens. Secũ-


A da regula est in Ferison. Nam, si minor sit necessaria, & affirmatiua, conclusio est contingens. Contra autem, si maior sit necessaria, conclusio est de non inesse. Probat, quia reductis in prima figura per conuersiones hoc pacto sequentur conclusiones: igitur modo in his eodem modo erit.

Cum autem negatiuum vniuersaliter sumptum ad extremum ponatur minus, si sit contingens erit per conuersionem syllogismus. Riseson.



Riseson concludens cõtingens, quę triplici conuersione mõstratur, & p̃missarum trãspositione.

Si vero sit necessariũ, nõ erit syllogismus, demonstratur autem eodem modo, quo & in vniuersalibus, & per eosdem terminos.



Inutilis.

Patet igitur & in hac figura quãdo & quomodo erit syllogismus, & qñ ipsius cõtingentis, & quando ipsius inesse. Insuper etiam per spicuum est omnes tales esse imperfectos, perfectibiles autem per primam figuram.

Tertia regula est in Riseson. Nam, quando minor est vniuersalis & contingens, conclusio est contingẽs. Patet per conuersionem maioris, & propositionum transpositionem. Cũ vero minor est necessaria, nõ est syllogismus, vt patet p illosmet termios, quos sumpsit ĩ vniuersalibꝰ. Demũ epilogat, & sermo perspicuus est. Nec amplius hæc volui declarare, quia per iam dicta toties, hæc sunt notissima: hæc igitur de mixtionibus. Cõmẽ. 216

Cap. xxiii. Syllogismorum genera oĩa tribus tantũ formari figuris ostenditur.

SYllogismos igitur hosce qui in his sunt figuris, per vniuersales syllogismos qui in prima sunt figura perfici, atq; in illos reduci, ex ijs quę modo diximus, perspicuũ est. Vniuersaliter autem syllogismos omnes hoc pacto sese habere nunc patebit, cum ostendetur omnem per aliquam harum confici figurarũ.

Cõmẽ. 217.

Non opus est vt intentionem noui capituli præponamus. Nam Aristoteles ipse intentionem præponit.

& quid hactenus ſit dictum, quidve reſtat dicere. Dictū enim eſſe ait, ꝙ omnes ſyllogiſmi trium figurarum reducuntur & perficiuntur per vniuerſales primæ duntaxat. Dixit perficiuntur conuerſione: dixit reducūtur deductione ad impoſsibile. Omnes. n. per illos duos primæ perficiuntur conuerſione vel reducūtur deductione: hęc hactenus. Quod eſt nunc dicendum, eſt ꝙ vniuerſaliter omnes ſyllogiſmi per illos perficiūtur: videlicet tā oſtēſiui, q̄ hypothetici, q̄ trāſumptiui. Patebit autem hoc vt dicit, cum erit oſtenſum nullū poſse cōfici ſyllogiſmum niſi in aliqua triū figurarū. Vnde ſyllogiſmus textus eſt omnes ſyllogiſmi trium figurarū perficiūtur per vniuerſales primæ: oēs ſyllogiſmi cuiuſuis generis ſunt in aliqua trium figurarū. Igitur omnes ſyllogiſmi cuiuſuis generis perficiuntur per vniuerſales primæ.

Neceſſe itaq; eſt demonſtrationem omnē, omnemve ſyllogiſmum, aut aliquid alicui ineſſe, aut non ineſſe demonſtrare: & hoc ſiue vniuerſaliter, ſiue particulariter: præterea aut oſtenſiue, aut conditionaliter. Nam ſyllogiſmus per impoſsibile pars eſt ſyllogiſmi conditionalis. Quo fit vt primo de oſtenſiuis ſermo noſter incipiat. Quando quidem his diligenter declaratis, ſyllogiſmi patebunt, & hi qui per impoſsibile. Et hi qui ex ſuppoſitione ſyllogizant.

Cōmē. 118. Proſequitur. Et primo præſumit diuiſionem ſyllogiſmorum, deinde ordinem procedendi cōſtruit iuxta ſuū morem. Eſt igitur prima ſyllogiſmorum diuiſio: quia alij ſunt affirmatiui de ineſſe, alij negatiui de non ineſſe: & ſub hac diuiſione voluit intelligere tam ſimplices de neceſſario, & de contingenti, quam miſtos ex his. Secūda diuiſio eſt, quòd affirmatiuorum vel negatiuorum, alij ſunt vniuerſales, alij particulares. Tertia diuiſio eſt, quòd horum omnium alij ſunt oſtenſiui, alij conditionales, qui græce hypothetici dicuntur. Sed, quia quis poſſet obijcere de inſufficientia, quia ſyllogiſmi per impoſſibile non videntur aliqui horum. Reſpondet illos eſſe ſub hypotheticis contentos, vt partes vel ſpecies illorum, vt ſuo loco patebit. Nam omnis ſyllogiſmus aut eſt ad rem, & ſic eſt oſtenſiuus: aut ad poſitionem, ſic eſt hypotheticus: quare ſyllogiſmus per impoſsibile hypotheticus erit, quatenus eſt ad poſitionem. Hæ ſunt ſyllogiſmorum diuiſiones: quibus ſumptis de ordine dicit ſe velle primo loqui de oſtenſiuis, nam his digilenter declaratis, patebūt cæteri: & hi qui per impoſsibile, & hi qui ex ſuppoſitione ſyllogizant. Hæc de ordine. Animaduerſione dignum, vt diximus in principio huius libri, ꝙ ſyllogiſmus poteſt per eſſentiales differentias diuidi, & ſic diuiſus eſt in tres figuras: & per differentias accidentales, & hoc dupliciter vel ratione habita ad medium, & ſic diuiſus eſt per Topicum, demonſtratiuum, & Elenchū: vel ratione habita ad propoſitiones ſiue terminos, & ſi ad terminos vel propoſitiones, ſic diuiditur per vniuerſales, particulares, affirmatiuos, & negatiuos, oſtenſiuos: & hypotheticos.

Obiectio. Reſponſio. De diuiſione ſylli.

Idē per idē probari non conuenit. Igitur ſi oportet ip̄m A de ipſo B ſyllogizari aut ineſſe, aut non ineſſe aliquid de aliquo ſumere neceſſe eſt, ſi igitur ipſum A de ipſo B ſumatur, id erit aſſumptū quod in initio fuit: ſin autē de ipſo C, C vero ipſum de nullo, neq; de illo aliud, neq; de A ipſo alterum: nullus profecto erit ſyllogiſmus. nam ex eo, quia vnum de vno ſumitur, nihil neceſſario accidit: quare altera aſſumenda eſt propoſitio.

Conſtituto ordine in pertractatione, nunc exequitur. Et primo probat, ꝙ omnis oſtenſiuus ſyllogiſmus ex tribus conſtat terminis, & duabus propoſitionibus. Demum demonſtrat omnes oſtenſiuos cōfici in aliqua triū figurarum. Sumit igitur primo in omni ſyllogiſmo ſyllogizari aliquid de aliquo affirmatiue, vel negatiue. Et ad ſyllogizandum hoc oportere ſemper coaſſumere aliquid de aliquo affirmatiue vel negatiue, hoc. n. omni ſyllogiſmo competere eſt perſpicuum. Et hoc inquit. {Igitur, ſi oportet ip̄m A de ipſo B ſyllogizari aut ineſſe, aut non ineſſe aliquid de aliquo ſumere neceſſe eſt} eſt igitur ſuppoſitio, ꝙ in omni ſyllogiſmo concluſio demonſtratur per hoc, quod aliquid alicui ineſt vel nō ineſt. nec curauit Ariſt. hoc probare, quia eſt per ſe notum, nō. n. eſſet oſtenſio, niſi aliquid coaſſumeretur. Conſtituatur itaq; concluſio ſyllogizanda, videlicet B eſt A: cum per ſuppoſitionē ad huius ſyllogiſmum ſit neceſſarium coaſſumere aliud quid, ſiue aliam quandam propoſitionem: vel illa erit eadem huic omnino & ſimpliciter, vel omnino & penitus huic abiūcta in nullo cum hac conueniēs. ſupponit Ariſt. ꝙ propoſitio coaſſumpta non poſsit eſſe penitus ab hac diuerſa: quia illa erit impertinēs, nullā cum concluſione habēs ſeriem: & ſic nec vim illatiuam. Probat autem ꝙ coaſſumpta propoſitio nō ſit omnino cōcluſioni eadē, quia tūc eſſet probatio eiuſdē per idem. Et hoc dicit {ſi igitur ipſum A de ipſo B ſumatur vt ſyllogiſtica propoſitio: tunc id erit aſſumptum, quod in initio fuit. Et ſic idem per idem. Et ſic vult habere, ꝙ coaſſumenda propoſitio non ſit penitus abiuncta à concluſione: ſed ſit illi aliqua ex parte conueniens, ſaltem ratione alterius extremi. Quibus ſuppoſitis probat, ꝙ non ſit vna: quia ſi coaſſumenda propoſitio ſit conueniens, ſitq; ipſum A prædicetur de C: ita vt ſit hæc C eſt A. Probat, ꝙ non ſufficit ſyllogizari ꝙ B ſit A per hoc, quia A ſit C: quia ſi ſumatur A de C, aut C ante illationem ſumitur de aliquo, vt fit in prima figura, in qua maior de medio, & medium de minore ſumitur: aut de ipſo C ſumitur aliud qd, vt fit in tertia figura, in qua de ipſo C medio prædicantur A & B. Aut de ipſo A ſumitur alterum, vt fit in ſecunda figura, vbi medius terminus prædicatur de A & de B: aut nullo horum modorum fit coaſſumptio. Si aliquo illorum trium modorum fit, habetur quòd ſunt neceſſariæ ad minus duæ propoſitiones, ſi vero nullo illorum modorum, nihil ſequitur, quia ex vno nihil ſequitur, vt diſputabitur. Inquit. {Si autem de ipſo C ſupple aſſumatur aliquid vel A C. vero de nullo vt fit in prima figura, neque de illo C aliud, vt fit in tertia, neque de A ipſo alterum, vt fit in ſecunda, nullus profecto erit ſyllogiſmus: quia ex vno nihil ſequitur: vt diſputabitur. Quare alteram vltra illam coaſſumptam oportet aſſumere poſitionē. & ita duas oportet aſſumere ad minus in illius, videlicet, B eſt A oſtēſione, ſic igit̄ patet duas ad minus eſſe propōnes coaſsumendas, ſi debeat concluſio illa, B eſt A, oſtendi ſyllogiſtice. Et ſic patet ſuppoſitio.

Cōmē. 119.

Ex vna propoſitione nihil concluditur ſyllogiſtice.


Subſtantia.	Homo.	Senſitiuum.	Rōnale.
A.	B.	A.	C.

Si igitur ſumantur ipſum A de alio quoddam, aut aliud quoddam de ipſo A. Aut alterum de ipſo C eſſe quidem ſyllogiſmum prohibet nihil. Ad B tamen non erit ex illis ſumptis.

Cōmē. 120. Sumpſit duas eſſe neceſſarias propoſitiones ad oſtendendum A de B: nunc vult hoc probare. Et primo ſumit concluſiones in terminis. Secundo illas probat. Prima concluſio in terminis ſi ad probandum B eſſe A ſumatur ipſum A de alio quoddam, ſub quo non ſumitur ipſum B, vt fieri ſolet in prima figura. Aut ſumatur aliud quoddam de ipſo A. Quod nec de ipſo B ſumitur,

ſumitur, vt fit in ſecunda figura: aut ſumatur alterum de ipſo C, puta aut A, aut B, de quo non ſumatur alterum, vt fit in tertia figura: eſſe quidem ſyllogiſmum prohibet nihil, vt ſi aſſumeretur cum alia propoſitione ad aliam cõcluſionem colligata: ad concluſionem tamen A B, non erit ſyllogiſmus illis ſumptis. Eſt igitur prima concluſio in terminis, quod ex vna propoſitione, quæ concluſioni conuenit in altero extremo tantum non poteſt ſyllogizari B eſſe A.

Nec ſi ipſum C alteri: & illud alteri, & hoc alteri: nullo modo ipſi A B copulato inſit, erit ad A B ſyllogiſmus.




ſylli non cõcludentes ꝓpoſitum.

Cõmẽ. 221. Secunda concluſio ex pluribus propoſitionibus ſubalternis in nullo ipſi A B copulatis poteſt A B concluſio ſyllogizari. hoc inquit. {Nec ſi ipſum C alteri, vt ipſi D: & hoc alteri, vtpote ipſi F: hoc rurſus alteri puta O inſit, nullo pacto ipſi A B copulato, ſyllogiſmus eſt ad A B. Eſt igitur ſecunda cõcluſio ex pluribus propoſitionibus ſub alternis abiectis a concluſione A B non ſyllogizatur A B. Hæ ſunt duæ concluſiones in terminis poſitæ. quæ licet ex dictis ſequantur, probat illas ratione, quam dicemus: quia ea quæ dixit: videntur eſſe ſumpta tantum, & nõ probata.

Omnino enim dicimus nullũ penitus fore ſyllogiſmũ alicuius de aliquo, ſi mediũ quoddam non ſumatur, quod aliqua ex parte ad vtrunq; ſeſe habuerit prędicationibus: nam ſyllogiſmus ſimpliciter ex propõnibus eſt ſimpliciter. Igitur ſyllogiſmus ad hoc, ex propoſitionibus cõficietur, quę erunt ad illud. Is nãq; ſyllogiſmus hic dicitur, qui ex propoſitionibus conficitur talibus, quę ſunt ad hoc. Atqui fieri non poteſt, vt ad ipſum B propoſitiones ſumantur, quæ nec affirmatiue, nec negatiuæ ad illud ſeſe habuerint. Aut rurſus quæ ipſius A B nihil commune ſumant. Sed quædã vtriuſq; propria affirmatiue, aut negatiue capiãt. Quare, ſi ſyllogiſmus erit ad hoc, ſumendum aliquod medium eſt, quod vtriſq; per prędicationes conueniat.

Cõmẽ. 222. Nunc concluſiones ſyllogizat ſic. Propoſitiones ſumptę ad certã concluſionẽ ambę cõuenire debent illi concluſioni: ſed ꝓpoſitiones acceptæ in ſyllogiſmo tali ſunt ad certã concluſionẽ: igitur ambæ illi conuenire debẽt. Igitur non eſt vna propoſitio in ſyllogiſmo nec plures abiectæ: erunt igitur duæ concluſioni conuenientes. De ratione prĩo reſumit id quod vult probare. Dicens {omnino enim dicimus nullũ penitus eẽ ſyllogiſmũ alicuius de aliquo, ſi mediũ quoddã nõ ſumatur, quod aliqua ex parte ad vtrũq; ſeſe habuerit prędicationibus. Hoc vult probare: ꝙ idem eſt ac ſi probet, ꝙ duæ ſumendæ ſunt propoſitiones conuenientes concluſioni. Deinde vult A ſumere minorem & illius probationẽ, & inquit. {Nam ſyllogiſmus ſimpliciter ex propoſitionibus eſt} ſupple ſimpliciter, vt patuit per eius definitionẽ, videlicet ſyllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdã & id genus. Patet. n. ſyllogiſmũ illũ ſic definitũ nõ eẽ ĩ prima, nec ſecũda, nec tertia figura: nec ad cõcluſionẽ affirmatiuã, nec negatiuã, nec particularẽ, nec vniuerſalẽ. Et propterea ſyllogiſmus ille tm̃ ex propoſitionibus eſt ſimpliciter. Igitur ſyllogiſmus ad hoc.} Hoc eſt ad certam concluſionem affirmatiuã, vel negatiuã: particularẽ, vel vniuerſalem. vt ad A B concluſionẽ, ex propoſitionibus cõficietur, q̃ erũt ad illud. Quia vt addit nõ aliter aliquis ſyllogiſmus hic dicitur, q̃; quia cõficitur ex propõnib⁹ talibus, quæ ſunt ad hoc. Ex ĩs habetur minor, ꝙ videlicet propoſitiones acceptæ in ſyllogiſmo ſunt ad certã cõcluſionẽ. Deinde ſumere intendit maiorẽ. Et inquit. {Atqui fieri nõ põt vt ad ipm̃ B propõnes ſumãtur: q̃ nec negatiuæ, nec affirmatiuæ illi conueniunt. Amplius quæ nec aliquid cõmune ad illud ſumant: ſed tantum ſumant quædam cõuertibilia cum A & B. Verbi gratia, D cum A F cum B, ſic dicendo: A eſt D: B eſt F: igitur B: eſt A ſic enim non erit ſyllogiſmus ad hoc, ſed ad aliud. Et ſic patet maior. Tũc infert concluſionem, videlicet ꝙ ſumendum eſt medium aliquod, quod vtriſq; per prędicationes conueniat, ſi ſyllogiſmus debeat eſſe ad hoc. Hæc Ariſtoteles.

Si igit̃ neceſſe eſt aliquid ſumere quod ſit vtriq; commune, hoc trifariã fieri poteſt. Aut enim ita vt ipſum A de C: ipſum autem C de B prædicetur. Aut ita vt ipſum C de vtroq;. Aut vt ambo de ipſo C: hæ autem ſunt tres figuræ, quas diximus: patet itaq; omnem ſyllogiſmũ neceſſario confici per aliquam harum trium figurarum. Quippe cum & eadem ſit ratio, ſi ipſum A per plura ad ipſum B copuletur: quia etiam in pluribus eadem fieri poteſt figura. Perſpicuum igitur eſt oſtenſiuos omnes ſyllogiſmos per huiuſmodi, quas diximus figuras terminari.



Sylli ꝓpoſitum concludentes, in triplici figura

Hactenus deduxit vnum debere eſſe medium cõmune, quod prædicatione aliquo pacto cũ vtroq; concluſionis extremo copulatur. Nũc ex hoc deducto propoſitũ vult oſtendere: videlicet, ꝙ oẽs ſyllogiſmi oſtẽſiui pficiuntur per aliquã dictarũ trium figurarũ. Et procedit ſic, vnũ eſt cõmune mediũ. Aut igitur ita, vt ipſum A cõcluſionis prędicatũ prædicetur de C: & ipſum C medium de B eiuſdẽ cõcluſionis ſubiecto: & ſic habeẽ prima figura. Aut ita, vt ipſum C mediũ de vtroq; extremo prædicetur, & ſic habeẽ ſecunda figura: aut ita vt ipſum C medium ſubĩciatur vtriq; extremo, & ſic habetur tertia figura. Igitur tm̃ tres ſunt figuræ, quibus mediũ põt copulari prædicatione cum extremis concluſionis. Sed dices per plura media copulari poſſe ipſum A cum ipſo B: Obiectio.

Cõmẽ. 223.

vt ſi ipſum A de C & ipſum C de D: & ipſum D de F: & ipſum F de B copularetur. His enim omnibus ipſum A de B copulabitur. Indicat ſolutionem dicens eſſe eãdem rationem ac ſi copularetur per vnũ medium: quoniã omnia illa copulantur reductiue ad vnum, ſunt enim plures ſyllogiſmi, & ſub ſyllogiſmi: qui nõ variant rationem figuræ. Ex ijs infert concluſionem propoſitam, videlicet, ꝙ ſyllogiſmi oſtenſiui omnes per aliquã dictarum triũ p ficiuntur figurã. Sed obijcit Galenus, quia dari poteſt quarta diſpoſitio. Poteſt enim dari mediũ, quod de maiori prædicetur, & ſubijciatur minori. Sed contra arguit Auerroes & ſatis perite, vt ſuperius diligentius diſputauimus, quia hæc Galeni diſpoſitio eſt innaturalis: nam maior eſt cõcluſionis naturale prædicatum: minor eiuſdem naturale ſubiectum: ſi igitur poteſt dari mediũ ꝙ minori ſubijciatur, & de maiori prædicetur, tũc idem naturali prædicatione prædicabitur de ſeipſo. Deducitur: quia A, naturali prædicatione prædicatur de B, in illa concluſione, B eſt A: igitur naturali prædicatione prædicabitur de omni, de quo prędicatur naturaliter ipſum B: ſed per Galenum ipſum B prædicatur naturaliter de C medio: igitur A prædicatur naturaliter de C: vlterius, ipſum C prædicatur naturaliter per Galenum de A: quia non eſſet aliter quarta diſpoſitio: & ipſum A prædicabatur naturaliter de C ipſo: igitur de omni contento ſubiecto ſub C: igitur de ſeipſo, cũ ipm per Gal. contineatur ſub C naturaliter: & ſic habetur impoſsibile: vnde, ſi A ſub C naturaliter eſt: & C ſub B etiam naturaliter: ipſum A ſub B naturaliter erit. Sed erat in concluſione naturaliter ſub A, ipſum B: igitur ſub A erit naturaliter A: quia ſub ipſo B eſt A, & ſub ipſo A eſt B: igitur naturaliter ſub A eſt A. Ex ijs ſequitur, ꝙ quinꝙ modi primæ, quos iuniores & Ariſtoteles volunt concludere indirecte, omnes ſyllogizant in quarta figura, vt Baralipton, Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum. Cauſa eſt, quia omnes habent medium, quod ſubijcitur ſubiecto concluſionis, & prædicatur de prędicato eiuſdem. Eſt enim cõcluſio primi modi B D: vbi B: prædicatur de A & C: medium ſubijcitur ipſi B: & prędicatur de ipſo A: quare erit in quarta figura: ſimili ratione & in cæteris. Et ſic patet in quarta figura quinque eſſe coniugationes ſyllogiſticas: cæteras autem inutiles eſſe. Præterea patet Ariſtotelem non negaſſe quartam figuram: ſed ſolum voluit illam non eſſe naturalem, ſed artificialem, vt recte Auerroes exponit. Sed de ijs hactenus.

Dubõ Galeni.

Qui modi ſunt quarꝙ figuræ.

Inſuper etiam & hos ſyllogiſmos, qui ad impoſſibile ſunt, eſſe in aliqua trium figurarum, per hæc patebit. Nam omnes qui per impoſsibile probant, falſum quidem, ſyllogizant. Id autem, quod ab initio erat, hypothetice demonſtrant, eo quia contradictione conceſſa, quoddam emergit impoſſibile. Verbi cauſa, diametrum eſſe conſtæ incommenſurabilem demonſtrabimus, quia ſi ponatur commenſurabilis, imparia paribus æqualia eſſe ſyllogizabimus. Syllogizabitur igitur imparia paribus æqualia fore. Diametrum autem conſtæ incommenſurabilem eſſe, hypothetice demonſtratur, eo quia accidit falſum ex illa contradictione conceſſa. Syllogizare itaque aliquid per impoſſibile, nihil aliud eſt, quam oſtendere aliquod impoſſibile ex ea poſitiõe, quæ ab initio facta eſt.

Cõmẽ.224. Secundo loco nunc probat quod omnes ſyllogiſmi qui ad impoſsibile ducunt, ſunt in aliqua trium figurarum. Sumit tamen primo, quod omnis ſyllogiſmus E ducens ad impoſsibile, quo ad principalem partem eſt oſtenſiuus. Vbi debes ſcire, quod ſyllogiſmus ducens ad impoſsibile eſt oratio compoſita ex vno hypothetico, & vno categorico. Primus eſt hypotheticus ex contradictorio conceſſo, ſecundus eſt categoricus oſtendens falſum impoſsibile. Verbi cauſa, tu negas hominem eſſe animal, arguo hypothetice, ſi homo non eſt animal, homo non eſt rationalis: ſed per te homo non eſt animal: igitur homo non eſt rationalis. Hic eſt hypotheticus ex conceſsione oppoſiti demonſtrans impoſsibile. Secundus eſt categoricus probans falſum ſequi hoc pacto: omne rationale eſt animal: homo non eſt animal: igitur in ſecunda figura homo non eſt rationalis: quæ eſt concluſio falſa. Ecce quomodo ſyllogiſmus ducens ad impoſsibile cõficitur ex duobus ſyllogiſmis. Primo quidem hypothetico ex conceſſione oppoſiti impoſsibile demonſtrante, ſecundo categorico illud impoſsibile falſum ſyllogizante. Qua F ratione patet ipſum eſſe oſtenſiuum, ſaltem quo ad alteram partem, licet videatur ſpecies hypothetici. Ariſtote. igitur primo reſumit concluſionem dicens { inſuper etiam & hos ſyllogiſmos, qui ad impoſsibile ſunt, eſſe in aliqua trium figurarum, per hæc patebit. } Hæc eſt concluſio. Deinde ſumit ſuppoſitionem, videlicet quod ſyllogiſmus ducẽs ad impoſsibile ſit aliqua ex parte oſtenſiuus, ſiue categoricus: & inquit. { Nam omnes, qui per impoſsibile probant, falſum quidem ſyllogizant: vt patet in ſecunda parte, vbi ſyllogizatur ipſum impoſsibile falſum ſequi. Id autem, quod ab initio erat, hypothetice demonſtrant eo, quia contradictione conceſſa emergit impoſsibile, vt patet in primo proceſſu impoſsibile demonſtrante. Hæc eſt ſuppoſitio, videlicet, quod ſyllogiſmus ducens ad impoſsibile ſit aliqua ex parte oſtenſiuus, vel categoricus. Ponit exemplum & eius virtus eſt. da oppoſitum huius, videlicet diameter eſt conſtæ incommenſurabilis: G tunc hypothetice demonſtro, ſi diameter eſt conſtæ cõmenſurabilis, imparia paribus commenſurabuntur: ſed conſequens eſt impoſsibile, igitur & antecedens. Categorice vero falſum ſyllogizabo ſic, ſicut diameter ad conſtam, ita impar ad par: ſed per te diameter conſtæ commenſurari poteſt: igitur impar paribus. Propterea inquit { ſyllogizabitur igitur, imparia paribus æqualia fore. Diametrum autem conſtæ commenſurabilem eſſe hypothetice demonſtratur, eo quia falſum accidit illa contradictione conceſſa: & ſic hic ſyllogiſmus conficitur ex duobus proceſsibus, primo hypothetico, ſecundo categorico. Tunc infert ſuppoſitionem dicens { ſyllogizare itaque aliquid per impoſsibile nihil aliud eſt, quam oſtendere aliquod impoſsibile ex ea poſitione, quæ ab initio facta eſt. Et ſic patet ſuppoſitio, ꝙ ſyllogiſmus ducens ad impoſsibile, ſaltem quo ad ſecundum proceſſum falſum oſtendit.

Qui ſyllogiſmus adi. Poſsibile.

Quare, cũ in ijs, quæ ad impoſsibile deducuntur, falſi quidem ſyllogiſmus oſtenſiue cõficiatur: eius vero quod ab initio demonſtratiuus eſt, hypothetice procedat: atque oſtenſi H uos prius diximus per has terminari figuras. Patet igitur ſyllogiſmos hoſce, qui ad impoſsibile ſunt, per has fore figuras.

Ex hac ſuppoſitione ſyllogizat propoſitam concluſionem hoc pacto: omnis ſyllogiſmus oſtenſiuus per aliquam trium figurarum terminatur: omnis ſyllogiſmus ad impoſsibile eſt oſtenſiuus, ſaltem in parte: igitur omnis ſyllogiſmus ad impoſsibile eſt in aliqua trium figurarum. De ratione tangit minorem dicens: quare, cum in ijs, quæ ad impoſsibile deducuntur, falſi quidem ſyllogiſmus oſtenſiue conficiatur, propoſiti vero, quod ab initio erat, demonſtratiuus

Cõmẽ. 225.

hypothetice

hypotetice procedat. Hæc eſt minor: dat maiorem dicens {atque oſtenſiuos prius diximus per has terminari figuras.} Hæc eſt maior. Dat concluſionem dicens {patet igitur ſyllogiſmos hoſce, qui ad impoſsibile fũt, per has fore figuras.

Simili ratione & in omnibus alijs, qui hypothetice conficiuntur: nam hi omnes per translationem procedunt: tam hi, qui per conſenſum ab initio fiunt, ꝙ hi, qui per quamuis ſuppoſitionem terminantur. At qui ſi hoc verum eſt, neceſſum erit omnem demonſtrationem, omnemve ſyllogiſmum per aliquam trium, quas diximus figurarum terminari. quod ſi hoc ſit deductum, patet & omnes ſyllogiſmos perfici per primam figuram: & omnes reduci in vniuerſales eiuſdem primæ modos.

Cõmẽ. 226. Sub hypotheticis continentur trãslatorũ ſyllogiſmi. eſt autem translatorius ſyllogiſmus aggregatũ ex duobus proceſsibus, Primo hypothetico, ſecundo categorico: & hic trifariam fit: aut conſenſu, aut ſimilitudine, aut cõtrarietate. Conſenſu quidẽ fit, ſi animus Platonis eſt ĩmortalis: omnis animus eſt immortalis, in hac hypothetica eſt conſenſus amborũ: ſed animus Platonis eſt immortalis: igitur omnis animus: hic eſt primus proceſſus hypotheticus. Secũdus probat categorice ſic poſitionẽ antecedentis: omnis animus diuina contemplans eſt immortalis: animus Platonis diuina contemplatur: igitur immortalis. Hic eſt categoricus. Similitudine vero ſi Sylla occupans bona publica tyrannizat: cęſar occupãs bona publica tyrannizat: eſt. n. ſimile de vno & alio: ſed Sylla occupauit bona publica: igitur tyrannizat: hic eſt hypotheticus. Categoricus eſt ille, qui probat alterã ꝓpoſitionum, videlicet ꝙ Sylla occupauit publica: quia omnis petens munitiones occupat publica: Sylla petit munitiones: igitur Sylla occupat publica: hic eſt categoricus. Contrarietate autem fit hoc pacto: ſi Socrates eſt æger, Socrates nõ eſt ſanus: ſed Socrates eſt æger: igitur non eſt ſanus: hic eſt primus hypotheticus. Quod ſit æger probo categorice, omne ſenſiliter læſum eſt ægrum: Socrates ſenſiliter læditur: igitur eſt æger. Ex his omnibus patet primo, ꝙ omnis translatorius ſyllogiſmus eſt hypotheticus: ſecundo ꝙ trifariam fit translatio, aut cõſenſu, aut ſimilitudine, aut contrarietate. Tertio patet, ꝙ omnis translatorius eſt in parte oſtẽſiuus. Et ita intentum videlicet, ꝙ omnis ſit in aliqua triũ figurarum. Inquit. {Simili ratione & in omnibus alĩs, qui hypothetice conficiuntur, nam oẽs hi per translationẽ procedunt: tam hi qui per conſenſum ab initio fiunt: ꝙ hi, qui per quamuis ſuppoſitionem terminantur: videlicet aut per ſimilitudinẽ, aut per cõtrarietatẽ:} tunc infert principalẽ concluſionẽ. Addens, ꝙ omnis oſtẽſiuus perficitur ꝙ primam figurã, quia omnes figuræ per primam perficiũtur vt patuit. Et, ꝙ oẽs per vniuerſales primę, aut deductione aut conuerſione, vt patuit.

Translatorius ſyllogiſmus igit fit.


Tria excerpta.

Cap. xxiiii. In omni ſyllogiſmo terminum aliquẽ oportere eſſe affirmatiuum & vniuerſalẽ.

PRæterea etiam omnibus in ſyllogiſmis oportet aliquem terminorũ eſſe affirmatiuum, & vniuerſalem. Nã ſine vniuerſali, aut nõ eſt ſyllogiſmus, aut non ad propoſitũ, aut quod eſt in principio, petitur. Sumatur enim muſicam, ſtudioſam voluptatem eſſe, ſi itaꝙ voluptatem ſtudioſam eſſe ponatur, nõ addẽdo ipſum ſignũ omnem, nõ erit ſyllogiſmus, ſi autem aliquam voluptatem eſſe ſtudioſam dixeris, ſi aliam quidem ab ipſa muſica, ſyllogiſmus nõ erit ad propoſitum. Sin vero ipſam eandẽ, id quod eſt in principio petitur.

Cõmẽ. 227. Hactenus de figuris: nunc de modis. Et primo proponit concluſionem capituli: & inquit. {Præterea etiam omnibus in ſyllogiſmis oportet aliquem terminorũ eſſe affirmatiuum, & vniuerſalem: hæc eſt capituli cõcluſio. Huius concluſionis prima pars non probatur: quia probata eſt ſuperius per terminos eſſendi, & non eſſendi, ſecunda vero pars probatur nunc, & ratio textus eſt Enthymema: hoc pacto, ſi nulla propoſitionum eſt vniuerſalis, igitur aut non eſt ſyllogiſmus, aut non ad propoſitum, aut quod eſt in principio petitur. Deducitur conſequentia per duo exempla. Quorũ primum eſt morale, ſecundum vero geometricũ. Et inquit. {Sumatur enim muſicam ſtudioſam eſſe tanquam concluſio ſyllogizanda. Tunc inquit. {Si itaꝙ voluptatem ſtudioſam eẽ ponatur, vt maior. Et non addatur ipſum ſignũ omne, hoc pacto, videlicet voluptas eſt ſtudioſa: muſica eſt voluptas: igitur muſica eſt ſtudioſa: ſic enim inquit ſyllogizãdo non erit ſyllogiſmus. Declaratur, quia non poteſt regulari per aliquod principiorum regulatiuorum, videlicet per dictum de omni, vel dictum de nullo. Et ſic habetur prima pars: ſi autem aliquã voluptatem ſtudioſam eſſe dixeris: ſic ſyllogizando aliqua voluptas eſt ſtudioſa, muſica eſt voluptas, igitur muſica eſt ſtudioſa. Petatur an ille terminus voluptas ſupponat pro aliqua alia voluptate ab ipſa muſica, vel pro ipſamet muſica, ſi pro alia ab ipſa muſica, vtpote pro D, tunc erit ſyllogiſmus hoc pacto, aliqua voluptas eſt ſtudioſa: D eſt aliqua voluptas: igitur D eſt ſtudioſa: ecce ꝙ ſyllogiſmus nõ eſt ad propoſitum. Immo nec ſyllogiſmus: ſin aũt ſupponat ꝓ ipſamet muſica voluptate, tunc id quod eſt in principio petitur. Et ſic nec eſt ſyllogiſmus, vt prius. Oportet igitur aliquam propoſitionem eſſe vniuerſalem.

Fit etiam hoc idem manifeſtius in figuris. Vt cum probare volueris angulos, qui ſunt ſupra firmamentum trianguli ęquilateri, ęquales eſſe. Nam ſint in centrum ductæ A B lineę: & E F: triangulum ęquilaterum cludentes: ſi itaꝙ A C, & B D æquales eſſe ponas: non addẽs æquales eſſe omnes, qui ſunt ſemicirculorũ. Et rurſus, C D angulos ęquales, non omnes aſſumens, qui ſunt portionis. Inſuper etiam ab æqualibus angulis ęqualibus demptis æquales cæteros eſſe, qui ſunt E F: quod erat in principio, petitur: niſi ſumatur ab æqualibus omnibus ęqualibus demptis, æquales relinqui. Patet igitur in omni ſyllogiſmo oportere vniuerſalem ſumi.



cõmẽ. 229.

Secũdum exemplum eſt geometricum. In quo cõclu E
ſio ſit hæc, E F anguli trianguli ęqualiteri, G, A B: qui ſunt ſupra baſim ſiue firmamẽtũ æquales ſunt. Ad huius eui dentiã ducãtur primo duę lineæ à centro G circuli deſcripti: q̃ ſint G A, & G B. Deinde ducatur ab ipſo A in ipſum B, linea C D: q̃ dr̃ baſis triãguli: ſiue firmamẽtũ. Erunt igitur prío anguli ſemicirculorũ, videlicet A C ex parte E, et B D ex parte F. Secundo erunt ẽt ibidẽ anguli portionis, quorũ vnus dicit, C A B, alter D B A quiꝯ ſunt ſub baſim.

Tertio notantur ẽt anguli ſupra baſim: videlicet E F: eſt igitur concluſio ſyllogizanda E F: anguli ſupra baſim æquales ſunt. Pro huius concluſionis ſyllogizatione. Facio tres ſyllogiſmos. Quorũ primus eſt: anguli ſemicirculorũ ſunt æquales: A C & B D, ſunt anguli ſemicirculorũ, vt patet. Igit̃ ſunt ęquales. Secũdus eſt anguli portionis ſunt æquales. Sed anguli, C B A, & D B A ſunt anguli portionum: igitur ſunt æquales. Tertius eſt, ſi ab ęqualib⁹ ęqualia demas: q̃ remanẽt ſunt æqualia: anguli, C A, & D B, qui ſunt ſemicirculorũ, ſunt ęquales: igitur ab his demptis angulis portionis, videlicet, C A B, & D B A anguli ſupra baſim videlicet E F erũt æquales: quod erat intẽtũ. Inquit modo Ariſtoteles, ꝙ, ſi in primo ſyllogiſmo ſumitur anguli ſemicirculorũ ſunt ęquales, vt ſupponũt pro A C, & pro B D, angulis. Amplius, ſi in ſecundo ſyllogiſmo ſumatur anguli portionis ſunt æquales, & vt ſupponunt pro C A B, & pro D B A angulis. Præterea, ſi ſumatur ſi ab æqualibus æqualia demas cætera quæ remanent ſunt ęqualia, vt ſupponunt pro angulis remanentibus, videlicet E F. Sic ſupponẽdo, quod eſt in principio: in oĩbus petitur, niſi addatur oĩbus ſignũ vniuerſale. Aliter aut nõ eſt ſyllogiſmus aut non ad propoſitũ vt dictũ fuit. Sed occurres, quia etiã ſumpto vl̃i videtur petitio principiꝯ: nã cum dico omnis voluptas eſt ſtudioſa: quęro vt ipſe arguit, aut voluptas ſupponit pro muſica, aut pro alia re à muſica: ſi pro alia re à muſica, ſyllogiſmus erit vtilis, nõ tamen ad muſicam: ſi pro muſica, erit tunc petitio principiꝯ: & ſic ſua ratio deſtruere videtur propoſitum. Poteſt ſolui, ꝙ ſupponit pro muſica, ſed non tantum: & propterea non petitur quod eſt in principio, quoniam poteſt vniuerſale eẽ notius qualibet ſingulari exiſtente ignota. Non autem poteſt particularis eſſe nota, ſingulari pro qua ſupponit exiſtente ignota. Requiritur enim ad petitionem principiꝯ idem & eodẽ modo ſumatur: & inferatur.

Tres ſyllogiſmi.

Dubitatio.

Solutio.

G

Et cum vniuerſale quidem ex vniuerſalib⁹ terminis oſtendatur, particulare autem & ſic, & aliter, fit vt concluſio quidem vniuerſalis, non niſi per vniuerſales terminos oſtẽdatur. Et ſi vniuerſales ſint termini, contingat concluſionem non eſſe vniuerſalem.

cõmẽ. 229.

His modo declaratis, ex dictis facit excerpta. Quorum Primum enthymematice infert dicens & cũ vniuerſale quidem ex vniuerſalibus terminis oſtendatur: particulare autem & ſic & aliter, ex hoc infert, fit vt cõcluſio quidem vniuerſalis non niſi per vniuerſales terminos oſtendatur. Fit etiam, ꝙ, ſi vniuerſales ſint termini, contingat concluſionem non eſſe vniuerſalem. Prima pars excepti patet in omnibus figuris: ſecunda vero patet in tertia: vbi concluſio particularis ex vniuerſalibus vtriſꝙ ſyllogizatur.

H

Inſuper etiam omni ĩ ſyllogiſmo, patet aut ambas propoſitiones, aut alteram neceſſario ſimilem eſſe conficiendam ipſi cõcluſioni, nõ modo dico quo ad affirmatiuum vel negatiuum, ſed quo ad neceſſarium, vel ineſſe, vel contingens: nam cętera prædicamenta conſiderare oportet.

cõmẽ. 230.

Secundum excerptum eſt in omni ſyllogiſmo ambas propoſitiones aut alteram tantum debere eſſe ſimilem ipſi concluſioni: & exponit in quo, quia aut quo ad affirmatiuum aut negatiuum, aut neceſſarium aut ineẽ, aut contingens, ſemper enim propoſitiones ambæ, vel altera debet cõcluſioni aſſimilari in aliquo horum. Et no tanter dicit in aliquo horum: quia in alĩs prædicamentis, cuiuſmodi ſunt probabile, verũ, falſum, manifeſtũ, et id genus, poteſt ſeruari ſimilitudo ĩter propoſitiones & concluſionem: quia, ſi concluſio eſt probabilis, propoſitiones debent eſſe omnes, vel altera probabilis: ſi vera, & propoſitiones: ſi manifeſta, & propoſitiones, non tamen neceſſario: quia ex occultis poteſt concluſio manifeſta ſyllogizari. vt ſiquis per interpoſitionem terrę ſyllogizet eclipſim Lunæ, quæ nunc eſt: erit enim concluſio ſenſibus nota, propoſitiones ex Aſtrologia acceptæ. Ex falſis etiam poteſt verum ſyllogizari, vt Secundo huius dicetur. Quia igitur in alĩs prædicamentis nõ eſt neceſſaria ſimilitudo inter propoſitiones & concluſiones, ideo dixit cætera prædicamenta eſſe conſideranda, quatenus poteſt eſſe ſimilitudo aliquando, & aliquando non.

F

Patet etiam vniuerſaliter quando erit & quando non erit ſyllogiſmus, atque quando poſsibilis, quandoue perfectus. Præterea etiam patet terminos neceſſario ſeſe habere aliquo eorum modorum, quos diximus, ſi eſt ſyllogiſmus.


cõmẽ. 231.

Vltimo epilogat, & quę dicit patent. Verum verbũ illud poſsibilis, poteſt dupliciter exponi. vno modo pro imperfecto, & tunc ſenſus eſt, patet etiam vniuerſaliter quando erit ſyllogiſmus: & hoc ad vtiles cõiugationes, & quando non erit: & hoc quo ad inutiles: atꝯ quando poſsibilis, hoc eſt imperfectus: quãdove perfectus. Aut poteſt per illud verbum poſsibilis, intelligi ſyllogiſm⁹, qui aliqua propoſitiõe indiget ad perfectionem rei quæ demõſtratur. Verbi cauſa, ſyllogiſmus, cui deeſt aliqua propoſitio, erit omne per ſe mobile immortale: animus eſt per ſe mobilis: igitur immortalis. Huic deeſt illa omne ſemper mobile immortale: nam erit tũc maior ſic ſyllogizanda, omne ſemper mobile immortale: omne per ſe mobile eſt ſemper mobile: igitur omne per ſe mobile immortale. Primus ſyllogiſmus dicitur poſsibilis perfici, quia deficit ſibi aliqua propoſitio: ad hoc vt appareat neceſſarius: melius tamen eſt exponere primo modo.

Cap. xxv. Syllogiſmũ omnẽ ex tribus tantum conſtare terminis & duabus propoſitionib⁹ oſtenditur: de augmento item propoſitionũ ac cõcluſionum ex terminorũ additione tractatur.

Cõmẽ. 232. 1. Expoſitio noſtra.


FOre autem omnem demonſtrationẽ, omnemue ſyllogiſmum treis p terminos, & non per plures, perſpicuum eſt: ſi nõ per alios atꝯ alios eadem concluſio conficiatur, veluti E, & per A B, & per C D.



Eadem concluſio per diuerſos terminos in eadẽ figura oſtenſa.

aut per A B, & A C: nam plura eſſe media earũdem concluſionum, prohibet nihil: hæc autem cum ſunt, non vnus, ſed plures erunt ſyllogiſmi.


Aut



Cõclusio ea dẽ per idem ostensa medium diuersi mode variatum tribus figuris ostẽsa.

Aethiops.

Aut rursus cum A, & B, vtrunq; per syllogismũ sumitur. Verbi causa ipsum A, per D E: & B ipsum etiam per Z T: aut cum alterum horum inductione, alterum syllogismo accipitur. Quo etiam modo plures erunt syllogismi, cum & plures sint conclusiones, A videlicet & B, &, E.



Quod si non plures, sed vnus sit, hoc pacto profecto fieri potest vna cõclusio per plures, sed, vt E per A B fieri non potest.

Cõmẽ. 232. 1. Expositio nostra.

Vt Philoponus dicit, intentio clara est. Vult enim ostendere, q̃ omnis syllogismus est per tres terminos solum, & non per plures. Et hoc proponit dicẽs, {fore autem omnem demõstrationem, omnemve syllogismum treis per terminos, & non per plures, perspicuũ est. Hæc est partis intentio. Causa huius intẽtionis esse potest: quia ipse vult verificare principia omnium syllogismorum: quare, cum antea verificauit principia syllogismorum formalia, q̃ videlicet sint in aliqua trium figurarũ, & in aliquo modo illarum, nunc verificare intẽdit principia syllogismorũ materialia: q̃ videlicet sit omnis syllogismus ex tribus terminis, & duabus propositionib⁹. Est igitur conclusio litere, omnis syllogismus constat ex tribus terminis duntaxat. Limitat autem Aristoteles hanc conclusionem. Primo, si conclusio non sit pluribus syllogismis demõstrabilis, quoniam aggregãdo omnes syllogismos, quibus illa demonstrari posset, videret syllogismus ex illis aggregatus non ex tribus esse terminis, sed ex pluribus. Secũdo q̃ propositiones syllogismi datæ conclusionis non essent adhuc pro syllogizabiles: nã syllogismus aggregatus ex illis adhuc eslet ex pluribus quam tribus terminis. Inquit {si non per alios atq; alios syllogismos eadem conclusio conficitur: nã aggregatũ ex his omnibus posset videri vnus syllogismus ex A pluribus tribus terminis. Et ponit exemplum dicẽs veluti E conclusio: & per A B syllogismum: & per C D syllogismum: aut per A B & A C syllogismos esset demõstrabilis: nã aggregatũ, ex his omnibus posset videri vnus syllogismus, quatenus esset ad vnam conclusionem: quia dixit plura esse media ad vnã cõclusionem, prohibet nihil. Addit tñ, q̃ licet tale aggregatum videatur vnus syllogismus, nõ est vnus: & hoc dicit. hæc autem cum sunt, nõ vnus, sed plures erũt syllogismi. Hæc de prima limitatione. De secũda dicit & {rursus cum A & B, vtrũq; per syllogismum sumitur. Verbi causa ipsum A per D E &, B etiam ipsum per, Z T, pro syllogizetur. Aut cum horum alterum inductione pro syllogizetur, alterum syllogismo: nam hoc modo videri potest esse syllogismus ex pluribus tribus terminis: addit tamen q̃ nõ est vnus syllogismus, sed plures: eo quia conclusiones sunt tres, due pro syllogisticæ: A & B: & vna syllogismi principalis, videlicet E, sic igitur siue eadem conclusio pluribus syllo-
B gismis sit syllogizabilis, siue præmissæ eiusdem syllogismi sint syllogizabiles, semper vnus syllogismus ex tribus est terminis. Addit, q̃ si syllogismus aggregatos nõ sint plures, sed vnus syllogismus: hoc pacto, potest vna conclusio ex pluribus terminis tribus syllogizari: sed vt E syllogizatur per A B hoc est immediate, fieri nõ potest. Est igitur cõclusio textus, q̃ vnus syllogimus ex tribus duntaxat terminis conficitur, nam licet vna possit pluribus syllogismus demonstrari, illi non vnus sunt, sed plures. Amplius licet propositiones syllogismi possint pro syllogizari, adhuc plures sunt syllogismi. Vel fortasse hæc litera potest exponi breuibus, q̃ vnus syllogismus est ex tribus terminis. Supponendo, q̃ vnius conclusionis si sint plures syllogismi, illi non vnus sint. Et secundo dato, q̃ propositiones sint pro syllogizabiles, adhuc ille non est vnus. Et sic videtur Aristoteles ponere conclusionem, & facere vnam suppositionem: cõclusio est, q̃ vnus syllogismus constat ex tribus tantum terminis. Suppositio vero est, q̃ si eiusdem conclusionis sint plures syllogismi, illi non vnus, sed plures sunt. Amplius, si propositiones possint syllogizari, syllogismi non vnus, sed plures sunt: hæc est suppositio. Debes scire, vt Philoponus inquit, q̃ eiusdem conclusionis esse possunt plures syllogismi disperati, & duo syllogismi communicantes. Verbi causa, conclusionis E, vt dicitur in litera possunt esse A B, & C D syllogismi disperati: qui in nullo conueniunt. Et possunt esse syllogismi communicantes, A C B C, syllogismi, qui in C conueniunt. Exemplum in terminis: sit. E. Hæc conclusio animus est immortalis: hęc quã doq; per hoc medium, quod est semper mobile syllogizatur, vt in Phædro: interdum per inferre vitam corporibus, vt in Phedone. Aliquando: quia nõ corrumpitur à propria malitia: vt in euthyphrone. Communicantes autem erunt cum assumuntur vt pro syllogismi propositionum: vt si ad E. conclusionem sumantur A B. propositiones: quæ egerent syllogismis. Nam syllogismus pro-
D bans A & syllogismus probans B communicãtes erunt. Verbi causa sit cõclusio iustum est bonum, syllogismus vero sit honestum bonum: iustum honestum: iustum bonum, maior vero prosyllogizetur, appetibile bonũ: honestum appetibile: honestum bonum. Minor iterum sic laudabile honestum: iustum laudabile. Iustum honestũ. Ecce quomodo ambo in termino honestum communicant, hæc pro verbis Aristo. Animaduerte tamen, q̃ textus iste facilius potest exponi: dicendo, q̃ Aristoteles præmittit vnam conclusionem, videlicet, q̃ omnis syllogismus constat ex tribus terminis. Secundo vero remouet antequam illam probet duo impedimenta, quibus alicui posset conclusio videri falsa. Primũ est obij ciendo, q̃ vna conclusio potest pluribus syllogismis demõstrari: & ita posset dici aggregatum ex his omnibus esse vnum syllogismum, quo concesso syllogismus non ex tribus, sed ex pluribus terminis conficeretur. Secũ-
do posset

2. Expõ nostra.

Quæ Philoponus.

3. Expõ nostra tenẽda.

do posset impediri conclusio obiiciendo conclusionem aliquam per vnum syllogismum posse demonstrari, cuius propositiones adhuc sunt prosyllogizabiles, & ita posset dici aggregatum ex principali syllogismo, & prosyllogismis esse vnum syllogismum, quo concesso syllogismus ex pluribus terminis esset quã ex tribus. Obiicit autem his impedimentis Aristoteles. primo dicendo tale aggregatum siue primum siue secundum non esse vnum, sed plures syllogismos: eo quia nõ vna, sed plures sunt illorũ proximæ conclusiones. Obuiat. Secundo obiat dicendo, ꝙ dato ꝙ aggregatum tale siue primum siue secundum sit vnus syllogismus, conclusio est hoc modo intelligenda, de syllogismo videlicet principali, qui ad vnã tantum est cõclusionem. Et hoc inquit in fine textus, ꝙ si non plures syllogismi sint, qui aliquo illorum aggregatorum ponuntur, sed vnus: hoc pacto profecto fieri potest vna conclusio per plures, scilicet remote & prosyllogisticæ, sed vt E conclusio fit per syllogismum A B fieri non potest, igitur omnis syllogismus principalis ad vnã principalem est ex tribus terminis: & hæc est conclusio literæ: quæ probabitur. Hæc expositio est melior.

Sit enim ipsum E conclusio, quę ex A B C D deducatur: cum necessum sit aliquod illorum ad aliud atq; aliud sumi, ad alterum quidem vt totum, ad alterum autem vt pars (hoc.n. demonstratum est prius, ꝙ, si syllogismus est, necesse est illo modo terminos sese habere) habeat itaq; sese hoc modo A B.

Cõmẽ.2 ;;. More boni Geometre Aristo. postquam posuit conclusionem, nunc eã signat in puluere, vt geometrę agũt: & supponit quædam, vt conclusionem facilius deducat. Et debes scire, ꝙ Aristoteles per ipsum E intelligit quandam conclusionem, vbi sunt duo extrema, videlicet subiectum & prædicatum: quam vno verbo appellat, vt syllogismus sit facilior: & per A B intelligit vnũ mediũ: quod ideo diuersis verbis appellat, quia extremis ipsius cõclusionis dupliciter comparatur: subiecto quidem vt totum, & vniuersale: & propterea cum illo minorem facit propositionem. Prædicato vero vt pars, & inferius: propterea cum illo facit maiorem propositionem. Amplius etiam per C D intelligit etiam medium, siue eiusdem, siue alterius figuræ. nam vt Philosophus dixit: & Philoponus submeminit vna met conclusio potest pluribus syllogismis diuersarum figurarum syllogizari vt hæc aliquis homo non est albus per medium quod est album in tribus figuris syllogizari potest. Et sic per. C. D. Medium aliud intelligit: sed (vt mihi videtur) potius in prima figura: vbi intelligit primum: quoniam pluribus mediis in eadem figura syllogizari potest. Et hoc ideo diuersis literis designauit: quia habet duplicem habitudinem: ad subiectum conclusionis quidem vt totum, ad prædicatum vero vt pars. Describit igitur conclusionẽ & syllogismum in puluere more boni geometræ. Et inquit: sit enim ipsum. E. conclusio: quæ ex. A. B. C. D. deducatur: hæc est descriptio conclusionis. Deinde more boni geometrę facit sibi suppositionẽ: ꝙ videlicet. A. B. medium ad aliud atq; aliud extremum ipsius. E. sese habeat vt totum: & vt pars. Et hoc inquit cum necessum sit aliquod illorum ad aliud atq; aliud sumi: ad alterum quidẽ vt totum videlicet ad subiectum ipsius. E. ad alterum vero vt pars videlicet ad prædicatum ipsius. E: quod asserit esse prius ostensum: propterea conclusit suppositionem: quam voluit esse præhabendam: & inquit. Habeat, itaque sese ipsum. A. B. medium ad extrema conclusionis syllogizande cuiusuis. Hæc igitur est suppositio vt medium semper ad extrema conclusionis sese habet vt totum & vt pars.

Ex his igitur quædam erit cũclusio, aut itaque erit illa E; & ex C D alia: aut aliqua alia præter has. Et si E quidem erit ex A B profecto syllogismus erit duntaxat. Quod si C D medium, hoc pacto sese habeat, vt ad alterum vt totum, ad alterum vt pars sumatur: etiam ex his quædam emerget conclusio: quæ erit aut E & ex A B alia, aut alia quædam præter has. Et si E sit conclusio, & ex A B alia, erunt aut plures syllogismi, aut eadem fortasse conclusio per plures terminos deducetur. Si vero quædam alia prę ter has, & erunt plures syllogismi, & inter se abiuncti. Si vero ipsum C D non eo modo sese habet vt syllogismum conficiat frustra erunt sumptæ propositiones, nisi aut inductionis, aut explanationis, aut alicuius alterius talium gratia sumptæ fuerint, si autem ex A B non E, F sed quædam alia deducatur conclusio, & ex C D aut alia quædam, aut alia præter has, erunt & plures syllogismi, & non eius quod ponebatur: ponebatur enim esse syllogismum ad E: si autem nulla ex C D fiat conclusio, sequitur & propositiones frustra esse sumptas: & non ad id ad quod erat ab initio syllogismus. Patet igitur omnem demonstrationem omnẽve syllogismum ex tribus dũtaxat terminis fieri.

Omnẽ syllogismum ex tribus cõstare terminis ostenditur.

Cõmẽ. 14. Syllogism⁹.

Syllogismus huius textus est valde occultus, propterea potest hypothetice sic componi. aut ex A B, & C D medijs aliqua syllogizatur cõclusio, aut nulla, si aliqua, vel ex A B. medio syllogizat E, & C D alia: vtpote M: vel econtra ex C D E: ex A B vero. M. Vel vna alia ex ambobus medijs. Præter has, quæ sit A, aut ex ambobus illis sola E syllogizatur: aut ex A B. syllogizatur non E sed P: ex C D R, vel M: aut econtra ex A B E, vel N: ex C D P non possunt plures partes fingi, si detur ꝙ ex A B E. cõclusio syllogizatur H & ex C D M tunc habetur propositum, videlicet ꝙ syllogismus est ex tribus terminis, vno videlicet medio, & duobus conclusionis extremis, ad quorum vnum ipsum medium A B se habet vt totum, & ad alterum vt pars. Similiter syllogismus ad. M. erit etiam ex tribus terminis eodem modo, & sic habetur propositum. Et hoc dicit.

Expositio verborum.

Ex his igitur quædam erit conclusio, hoc est si detur ex his esse aliquam conclusionem, aut itaq; erit illa E vtpote ex A B, & ex C D alia, vtpote M: aut aliqua alia prẽter has, vtpote Q: & si E qdem erit videlicet ex A B, & ex C D M, ex A. B. profecto syllogismus vnus erit duntaxat, qui ex tribus est terminis. Et sic habetur membrum intentum. Sed si dabis econtra ex C D syllogizari E ex A B vero M: erunt tũc plures syllogismi vt prius, quorum vnus est ad E, alter vero ad M: at, si ab omnibus his medijs syllogizetur vna alia præter has, vtpote Q erunt plures syllogismi & abiuncti: quorum vnus erit per A B medium,

alter

alter per CD. Hoc tenet per ſuppoſitionem. Quia quoties medium ſe habet ad alterum concluſionis extremũ vt totum, ad alterum vt pars, ſyllogiſmus eſt. Quare ad Q duo erunt ſyllogiſmi, per medium quidem AB vnus: nam ad extremum vnum ipſius Q, ſe habet vt totum, ad alterum vt pars: alius per CD propter eandem rationem. ſi autẽ ex illis mediis AB & CD nulla ſyllogizatur concluſio penitus, fruſtra eſſent ſumpta: at ſi ex illis omnibus ſequitur E tantum, tunc erunt duo ſyllogiſmi principales & abiuncti: vt de Q probatum eſt, hæc eſt rationis vis. Verum verba ſunt obſcura: & ideo lege illa: quod ſi CD medium hoc pacto ſeſe habet, vt ad alterum vt totum, ad alterum vt pars ſumatur: etiam ex his quędam emerget concluſio, quæ erit aut E, & ex AB alia, vtpote M: aut alia quædam pręter has, videlicet Q: quaſi dicat ſi ipſum E, non ab AB, ſed à CD ſit: & ab AB M cõcluſio ſit, quod fuit aliud membrum ſyllogiſmi: & hoc dicit, & ſi E ſit concluſio mediis CD & ex AB alia, videlicet M: erunt aut plures ſyllogiſmi, aut eadem concluſio per plures terminos medios deducetur. Erunt quidem plures ſyllogiſmi, quia communicantes videlicet ſyllogiſmus & proſyllogiſmus. Nam vnus conficietur per medium CD, ad E: alius per medium AB ad M. hoc autem patet ex ſuppoſitione: quia medium CD ad extrema ipſius E ſeſe habet vt totũ, & vt pars. Igitur erit ſyllogiſmus, & eodem modo AB ad M. Igitur plures erũt ſyllogiſmi. Per plures vero terminos medios: hoc eſt, qa plures ſyllogiſmi principales abiuncti: & ſic adhuc plures erũt ſyllogiſmi, vnus per AB, & alter per CD, propter eãdem rationem: quia medium ſeſe habet vt totum, & vt pars, ſi vero, inquit quędam alia præter has videlicet Q: & erũt plures ſyllogiſmi: & abiuncti hoc eſt principalis. Deducitur, quia vnus erit per CD: quod ſe habet vt totum, & ſe habet, vt pars: & alius per AB, quod ſimiliter ſeſe habet vt totum, & vt pars, & ſic adhuc plures erunt ſyllogiſmi, & habetur quemlibet illorum ex tribus fieri terminis. Si vero inquit ipſum CD non eo modo ſeſe habet, vt ſyllogiſmum conficiat, fruſtra erunt ſumptæ propoſitiones, niſi aut inductionis, aut explanationis, aut alterius gratia vt dicetur, & his apparet ſyllogiſmus, quia nõ poteſt fingi ab his omnibus ſequi ipſum E ſolum: quia vt prius, erunt duo ſyllogiſmi, vt deductum eſt de Q: deinde Ariſtoteles complet ſyllogiſmum addens vltimam partem, & inquit ſi autem ex AB nõ E, ſed quædam alia deducatur concluſio, vtpote P: & ex CD, aut alia quædã, vtpote non M ſed R: aut adhuc alia præter has deducetur videlicet N: erunt & plures ſyllogiſmi ad P quidem vnus per rationem tactam, & ad R, vel ad N, alius & non ad id quod ponebatur, videlicet ad E redit ad primum membrum dicens ſi autem nulla ex CD fiat concluſio, fruſtra propoſitiones eſſent ſumptæ, & non ad E, quod fuit propoſitum, & ſic ſequitur omnem ſyllogiſmum ex tribus eſſe terminis. Totus igitur ſyllogiſmus eſt, aut ex AB & CD ſequitur aliqua concluſio, aut nulla: ſi nulla fruſtra eſſent propoſitiones, ſi aliqua, vel ex AB ſequitur E, & ex CDM, vel econtra ex ABM, & ex CDE: aut alia præter has, puta Q: aut ipſum E, ab ambobus, aut ab AB ſequitur P, ex CDR: vel N ſequiť. ſi ex AB ſequitur E, & ex CDM: vel econtra, non vnus, ſed plures erunt ſyllogiſmi, vt deductum eſt, ſi ſequitur ab illis ſimul Q, vel ipſum E iterum erunt duo ſyllogiſmi principales abiuncti, ſi ab AB ſequitur P, ex CDR, vel N: iterum plures erunt ſyllogiſmi: quare omnino oportet cõfiteri ſyllogiſmos ex tribus fieri terminis, hic ſyllogiſmus literæ. Quo vero ad verba attinet debes ſcire, ꝙ poſſunt ſumi propoſitiones in ſyllogiſmo non ad concluſionem, vel gratia inductionis, vt quando plura ſingularia ſumuntur & non ordine ſyllogiſtico: aut gratia occultationis, vt cum volumus decipere: tunc enim interponimus propoſitiones nõ ſyllogiſticas. Aut gratia explanationis, vt doceamus diſcipulos, exponendo terminos ſyllogiſmi, & hæc tria exA præſsit Ariſto. Poſſumus autem addere propoſitiones propter alias cauſas, vt propterea multas agamus concluſiones, hæc Ariſtot. in illis verbis. Secundo debes ſcire, ꝙ Ariſtoteles in ſyllogiſmo hypothetico fecit ſeptem partes: quia ſeptem modis poſſumus imaginari media illa, AB: & CD. Primo ꝙ ex AB ſequatur E: ex CD. vero alia concluſio, vtpote M. Secundo imaginando econtra ex CD ſequi E: ex AB ſequi. M. Tertio imaginando ex his ſimul nullum horum ſequi, ſed aliud præter hæc videlicet Q. Quarto imaginãdo ex illis ſimul ſequi ipſum E tantum. Quinto imaginando nihil penitus ex illis ſeq. Sexto imaginando ſequi ex illis aliquid, ſed nec E, nec M ſed ex AB ſequi P: ex CD autem ſequi N, vel R. Septimo imaginando econtra, ex AB ſequi N vel R: ex CD ſequi P. Tunc dixit, ꝙ, ſi ex AB ſequitur E, & CD ſequitur M, duo erunt ſyllogiſmi: quorum quilibet ex tribus conficitur terminis ex duobus extremis, & ex medio, quod ad vnũ illorum eſt vt totum, ad aliud vt pars, & ita ex tribus terB minis. ſecũdo dixit, ꝙ ſi dicatur econtra, ex AB ſequi M: CD vero E, per eandem rationem duo erunt ſyllogiſmi vt prius. Tertio dixit, ꝙ, ſi ſequitur nullum horum, ſed Q: tunc erunt duo ſyllogiſmi communicantes, vel duo abiuncti, propter eandem rationẽ: quia medium ſe habet ad alterum extremorum, vt totum, ad alterum vt pars. Quarto non dixit, ſed poſſet dici ex illis inſimul ſequi ipſum E tantum: & hoc tacuit, quia oportet illos eſſe plures aut communicantes, aut abiunctos. Quinto dixit, ꝙ ſi nihil ſequitur, fruſtra eſſent propoſitiones: niſi aut celandi, aut explanandi, aut manifeſtandi cauſa. Sexto dixit, quod, ſi dicatur ex AB ſequi P, ex CD ſequi N, vel R. Vel ſeptimo dicatur econtra, ſequitur illos eſſe duos ſyllogiſmos propter eandem cauſam, & nõ ad E concluſionem poſitam, hæc Ariſtoteles. Vnde vis ſyllogiſmi eſt hæc, Omnis oratio conſtans ex medio & duobus extremis, ad quorum vnum medium ſe habet vt totũ, & ad alterum vt pars, conſtat ex tribus tãtum terminis: C omnis ſyllogiſmus per ſuppoſitionem eſt oratio conſtãs ex vno medio & duobus extremis, ad quorum vnum medium ſe habet vt pars, ad alterũ vt totum: igitur omnis ſyllogiſmus ex tribus conſtat terminis. Hæc eſt vis ſyllogiſmi. Sed occurres, quia minor falſa videtur: ſoli enim ſyllogiſmi primæ figuræ conſtãt ex medio, quod ad vnum extremum ſeſe habet vt totum, ad alterum vt pars. nam in ſyllogiſmis ſecundæ figuræ medium ſe habet ad ambo extrema vt totum. In ſyllogiſmis vero tertiæ medium ſeſe habet vt pars ad ambo. Dico quòd ſyllogiſmi cæterarum figurarum deſcendunt à ſyllogiſmis primæ per conuerſionem, & reducũtur ad illos per conuerſionem: quare medium in omnibus ſe habet ad extrema vt totum, & pars vel actu, vel reductione, & hoc ſufficit.

Vis ſyllogiſmi.

Vis ſyllogiſmi.

Dubitatio.

Solutio.

Hoc itaque cum ſit declaratum, & ex duabus propoſitionibus, & non ex pluribus eſſe D ſyllogiſmum, perſpicuum eſt, ſiquidem tres termini, duæ ſint propoſitiones, niſi aliquid aſsumatur, vt ab initio diximus ad ſyllogiſmorum perfectionem. Prætera patet etiam eam ſyllogiſticam orationem, in qua propoſitiones, per quas principalis conficitur concluſio, non fuerint pares. (Eſt enim neceſſarium, vt ſuperiores concluſiones nonnullæ propoſitiones ſint rurſus.) Hanc ipſam orationem aut non ſyllogizaſſe, aut plura quam fuerint ad concluſionem neceſſaria, interrogaſſe.

Expoſitio verborum.

His declaratis, nunc duo ex his excerpta infert. Primum eſt, ꝙ omnis oratio ſyllogiſtica conſtat ex duabus propoſitionibus. Secundum, ꝙ quæ non conſtat ex duabus

Cõmẽ. 2ii.

duabus prōpōnibus, nō eſt ſyllogiſtica, aut plura ſum
pſit, quam ad concluſionem fuerint neceſſaria. Primū
quidem ex dictis ſyllogizat. nam ex tribus terminis om
nis ſyllogiſtica conſtat oratio. Duæ propoſitiones ſunt
tres termini: igitur ex duabus propoſitionibus conſtat
omnis oratio ſyllogiſtica. Inquit. {Hoc itaque cum ſit
declaratum, perſpicuum eſt ſyllogiſmum & ex duabus
conſtare propoſitionibus, & non pluribus. Probat hoc
excerptum, & inquit {ſiquidem tres termini duæ ſint
propoſitiones. Dico duę ſunt propoſitiones, niſi aliquid
aſſumatur, vt ab initio diximus, ad perfectionem ſyllo-
giſmorum, vt videlicet proſyllogiſmus probans maio-
rem aut minorem,, aut expoſitio, aut conuerſio, & id ge
nus. Hæc non pro vi ſyllogiſtica ſunt ſumpta, ſed ad ma
Declaratio verborum. iorem perfectionem, vel ad maiorem euidētiam. Quo
vero ad verba atrinet, debes ſcire, ꝙ duæ propoſitiones
ſunt tres termini, ſecundum materiam: pro quanto ex
tribus terminis duæ fiunt propoſitiones duntaxat par-
tim conuenientes, partim differentes, vt dictum eſt. hæc
de primo. Secundum vero infert per conuerſionem
per contrapoſitionem: nam, ſi omnis oratio ſyllogiſtica
ex duabus conſtat propoſitionibus tantum ſequitur per
conuerſionem per contrapoſitionem, ꝙ quæ non cōſtat
ex duabus tantum, non eſt oratio ſyllogiſtica: vel ſi eſt,
forte erit pro quanto in illa eſt aſſumptum aliquid ad p-
fectionem ſyllogiſmi vt diximus. Inquit {præterea
patet etiam eam ſyllogiſticam orationem in qua propo-
ſitiones: per quas principalis conficitur concluſio non
fuerit pares vt duæ tātum. Antequam totam compleat
concluſionem faciens parentheſim interponit, quando
poſſunt ſumi plures propoſitiones. & vult tunc poſſe ſu
mi plures, quando propoſitiones fuerint ſimul conclu-
ſiones proſyllogiſmorum, & propoſitiones ad intētam
concluſionem: & hoc dicit {Eſt enim neceſſarium vt ſu
periores concluſiones nonnullæ, videlicet proſyllogiſ-
morum propoſitiones ſint rurſus ad intentam concluſio
nem: quo in caſu poteſt ſyllogiſmus cōſtare ex pluribus
duabus propoſitionibus. Hoc interpoſito complet con
cluſionem & quaſi dicat, patet talem orationem, in qua
plures fuerīt, hanc ipſum talem orationem, aut non ſyl-
logizaſſe, & hæc eſt pars propria intenta, aut plura quā
fuerint ad concluſionem neceſſaria interrogaſſe ſiue aſ-
ſumpſiſſe. & hoc eſt additum pro complemēto. Hoc eſt
ſecūdum excerptum: & ſic patet primū ſequi ex his quæ
proxime dixit. Secundum vero ſequi ex primo per con
uerſionem per contrapoſitionem.

Quibus fit: vt ſi ſyllogiſmus ſumatur ſecun
dum principales propoſitiones: omnis talis
ſyllogiſmus ex propoſitionibus quidem par-
tibus, ex terminis vero imparibus cōficiatur.
Siquidem termini propoſitionibus ipſis plu-
res vno ſint, fit etiam vt concluſio ipſa propo
ſitionum ſit dimidium.

Cōmē. 216. Docet nunc Ariſto. ex dictis. Primo quonammodo
propoſitiones ad terminos ſeſe habent ſecundum nume
rum, ſimiliter & concluſiones ad propoſitiones. Et duo
facit: quia primo docet hoc in ſyllogiſmis ſumptis per
principales propoſitiones. Secundo in ſyllogiſmis ſum
tis tam per principales, quā per additas propoſitiones.
Eſt enim duplex ſyllogiſmus. alius quidem ſimplex, qui
per propoſitiones non augetur, eo quia ibi nulla propo-
ſitio eſt proſyllogizabilis: & in tali nullus aſſumitur pro
ſyllogiſmus. Alius vero mixtus, qui auctus dicitur ſyl-
logiſmus. Hic enim eſt ijs, in quo & principales & pro-
ſyllogiſticæ ſumuntur propoſitiones. Et propterea ne-
gotium hoc diuiſum eſt in duo. De primo igitur vult
ꝙ in ſyllogiſmo per principales duntaxat propoſitiones
aſſumpto propoſitiones ſint duæ pareſue. Termini ve-
ro tres, impareſue: quia vt dictum eſt termini ſunt pro-

E poſitionibus plures vno. Amplius in talibus ſyllogiſmis
concluſio eſt dimidium propoſitionum quia vna, vnum
vero dimidium eſt duorum. Hæc de primo. Quo ve-
ro ad verba attinet. Debes ſcire, vt bene græci animad-
uertunt ꝙ Ariſto. per concluſionem vnam, non intelli-
git ſecundum ſpeciem: nam ſuperius fuit dictum ex mi-
ſtione neceſſarij & contingentis ſequi interdum duas cō
cluſiones: videlicet de poſsibili, & de ineſſe, ſed per vnā
concluſionem, intelligit quo ad materiam: quia ſiue ſe-
quatur de poſsibili concluſio, ſiue de ineſſe, ſemper eſt
vna eademq; ſecūdum terminos atq; materiam, & hoc
pacto loquitur Ariſtoteles. Amplius loquitur de con
cluſione, quæ vi ſyllogiſmi ſequitur, non autem de ea,
quæ vi ſub acceptionis aſſumitur. Quia, vt dicitur pri-
mo poſteriorum, & ſecundo huius augentur demonſtra
tiones in poſt aſſumendo concluſiones ſub concluſioni-
bus, & ſic patet primum.

Declaratio cōcluſionis Ariſt.

Inſuper etiā ſiue proſyllogiſmos, ſiue per
F plura abiuncta media perficiatur concluſio:
ceu ipſum A B per E & D, numerus terminorū
ſemper vno propoſitionum numerū exupe-
rabit. Nam ſiue extrorſum adijciatur termi-
nus, ſiue ad medium interponatur, vtroque
ſanè modo interualla ipſa, quibus quidem in-
teruallis propoſitiones æquales ſunt, paucio-
ra ſunt ipſis terminis.

Dubitatio.

Cōmē. 217. Nunc demonſtrat quonammodo in ſyllogiſmis au-
ctis propōnes & termini ſeſe habeāt. Et primo oſtēdit,
ꝙ eodem modo ſeſe habent in auctis, veluti in non aug-
mentabilibus. Verum primo oſtendit, ſecundo oſtendit
differentiam. Pro intellectu primi debes ſcire, ꝙ au-
ctio ſyllogiſtica eſt duplex: quædam eſt continua, quæ-
dam diſcontinua. Continua quidem fit in ante aſſumen-
do, vt quoties ſyllogiſmus fieret: cuius aliqua propoſitio
G eſſet proſyllogizabilis: quę rurſus proſyllogizaretur per
alium ſyllogiſmū: cuius adhuc propoſitiones eſſent pro-
ſyllogizabiles, & ſic vſq; ad per ſe nota: hæc enim auctio
cōtinua eſt. Diſcontinua vero eſt, quoties vna eademve
concluſio per plura media ſyllogizaretur. Vt A B cōclu-
ſio per A & C ſyllogiſmos. Eſt igitur textus concluſio, ꝙ
ſiue concluſio augeatur continua auctione, ſiue diſcon-
tinua, ſemper numerus terminorum eſt vno tantum ma
ior numero propoſitionū. Et hoc dicit {& inſuper etiā
ſiue per proſyllogiſmos} hoc eſt auctione continua, ſiue
per plura abiuncta media} hoc eſt diſcontinua auctione
perficiatur concluſio {ceu ipſum A B, per C & D: nume-
rus terminorum ſemper vno propoſitionum numerum
exuperabit, hæc eſt concluſio. Syllogizatur hæc hypo-
thetice, ſi extrorſum adñciatur terminus vt fit in auctio
ne continua, ſiue ad medium interponatur terminus, vt
fit in auctione diſcontinua, vtroq; ſane modo interualla
ipſa, quibus quidem interuallis propoſitiones æquales
H ſunt pauciora ſunt ipſis terminis, hæc eſt maior: addē mi
norem, ſed omnis auctio eſt aut per terminū extrorſum
aut per interpoſitionē ad medium: igitur omnis auctio
fit in pluribus terminis q̄ ſint propoſitiones vno. Quo
vero ad verba attinet, animaduerte propoſitionē & in-
teruallum idem eſſe. Dicitur enim interuallum, quando
ſyllogizabilis eſt propoſitio, eo quia inter extrema po-
teſt interponi medium. Dicitur propoſitio, quando non
eſt ſyllogizabilis. Hæc de primo.

Auctio ſyllogiſtica duplex.

Propoſitio & interuallū idem ſunt.


Verum propoſitiones quidem nō ſemper
pares erunt, termini autem impares. Sed verſa
vice cum propoſitiones pares fuerint, termi-
ni impares erunt, cum termini pares, propoſi-
tiones impares habebuntur. Si quidem vno
addito termino, ſimul vna excreſcat propoſi-

tio,


tio,quouis mõ terminus ipſe adĵciatur. Quare,cũ hę qdẽ pares,illi vero ĩpares ſint,neceſſe eſt eadẽ ſeruata additiõe viciſsim cõmutare.

Cõmẽ. 238. Nũc ponit differẽtiã aliquã inter ſyllogiſmos non augumentabiles, & augumẽtabiles quãtũ ad hoc,ꝙ in auctis ſyllogiſmis, ſemp termini ad propoſitiones permutatim ſeſe habent ſecũdũ par,& impar, & hoc proponit dicens{verũ propõnes quidẽ nõ ſemper pares erũt,nec termini ſemper impares:ſed verſa vice cũ propõnes pares fuerint,termini impares erunt,cũ termini pares,propoſitiones impares habebũtur. Et huius cauſam affert, quia ſemper vno dũtaxat termino addito vna ſemp excreſcit propõ,quouis mõ addatur ſiue ĩter maius & medium,ſiue inter mediũ & minus extremum. Hoc facile eſt exẽplo deducere. Tunc repetit concluſionẽ.D. quare,cum hæ quidem pares,illi vero impares ſint, neceſſe eſt ſeruata eadem & vniformi additione, ſiue conditione viciſsim terminos & propoſitiones ſecũdum par, & impar permutare. Dixit ſeruata vniformi additione: qa poſſet fieri additio aſſyllogiſtica,vel expoſitoria, vel inductoria. Vbi nõ eẽt hæc vice verſa permutatio ſecundũ par & impar in propoſitionibus & terminis. Hęc de

Dubitatio. differentia. Sed occurres quia ſint tres termini A C D. Verbi cauſa inſcripta figura.




Conſtat ꝙ propoſitiones ſunt duę,vt A C,& B D: at ſi addatur alius terminus,vt B vt in ſubſcripta figuta.



Tunc additę ſunt duę propoſitiones, videlicet A B: & B C,aliter nõ eſſet proſyllogiſmus perfectus. Igiť non eſt verum,ꝙ addito vno termino, addatur vna propoſitio.

Solutio. Reſpondet Philoponus,ꝙ licet addanť duę, per additionẽ tñ omnes erunt tres,vt A B,B C,C D: & hoc propterea,quia altera corrũpitur in proſyllogiſmo: videlicet, A C:quia vbi prius erat propoſitio, effecta eſt modo per additionẽ concluſio proſyllogiſmi per ipſum B: & reſtãt vna minus,& ita addito vno termino, vna additur propoſitio. Ex quo patet,ꝙ per additionem hãc,cõcluſiones nõ reſtant dimidia propoſitionum:nam addito B termino,propoſitiones reſtãt tres:videlicet A B, B C,& C D: etiam & concluſiones tres: vt A C per B,A D per C,& B D per C. Quando enim Ariſto.dixit concluſiones etiam dimidia propoſitionum,intellexit in ſyllogiſmis non auctis:in auctione tñ diſcontinua,id quod dicit Ariſt.non habet locum:quia addito extrinſeco termino, duę addũtur propõnes:verum quia propoſitio A C, cõuertitur in concluſionem,nõ excreſcit niſi vna.& ita erunt tres, videlicet C D,B C,& A B. Et tunc oportet dicere,ꝙ verbũ illud quouis modo addatur, intelligitur de auctione cõtinua. Et tunc vult dicere,quouis modo addatur, ſiue inter maius & medium, ſiue inter mediũ & minus extremum,igitur præſens textus totus eſt legendus de auctione cõtinua,quę fit per proſyllogiſmum. Quare oportet dicere,ꝙ in quouis ſyllogiſmo fuerit ſemp numerus terminorum eſt maior numero propoſitionum: ſiue augeãtur continue,ſiue diſcõtinue. Vt præcedens textus narrat,in auctiõe tñ cõtinua propoſitiones & termini ſe habent ſecundũ par & impar permutatim. Vndecũqꝫ addatur terminus ſiue inter maius, & medium: ſiue inter minus & medium:vnde lege literam iuxta hanc expoſitionem. Verum propoſitiones non ſemper pares erũt, nec termini ſemper impares, ſupple in ſyllogiſmis, qui augentur auctione continua:ſed verſa vice,cum propoſitiones pares fuerint,termini impares erunt. Contra autem,cum termini pares,propoſitiones impares habebũtur:cuius cauſam addit D. ſiquidẽ vno addito termino, ſimul vna excreſcat propoſitio:nam addito ipſo B termino,bene duæ nouæ adduntur propoſitiones, vt A B, & B C:verum vna tantum excreſcit,quia prima, videlicet A C,quæ proſyllogizatur, non amplius propoſitio, ſed concluſio efficitur:dico vna excreſcit propoſitio quouis modo & vndecunqꝫ terminus addatur, ſiue inter maius & medium,ſiue inter medium & minus extremũ: ſemper enim excreſcit vna propoſitio:quia prior vicẽ ſubit non propoſitionis,ſed concluſionis. Ideo cõcludit{qua re cum hæ quidem pares,illi vero impares ſint, neceſſe eſt ſeruata eadem additione viciſsim permutare propoſitiones & terminos ſecundum par & impar. Dico ſeruata eadem additione,quia,ſi auctio non eſt vniformis, & continua, ſed difformis & diſcontinua, hoc non fieret.Ex his apparet,ꝙ in auctione non ſemper concluſiones dimidia ſunt propoſitionum, vt ſuperiꝰ declarauit. Hæc de textu.

Cõcluſiones vero nec ad terminos, nec ad propoſitiones ipſas eũdem amplius ſubibũt ordinem:ſiquidem termino,concluſiones excreſcant his terminis pauciores vno,qui præerant.Ad vltimum nanqꝫ nõ fit cõcluſio dũtaxat,ad cæteros autem omnes fit. Verbi cauſa,ſi ipſis A B C, ipſum D adĵciatur: continuo etiam concluſiones duę excreſcunt,vtpote et quæ ad A,& quæ ad B:& in cæteris id genus ſimiliter.Et ſi ad medium ipſum addatur, eodẽ modo etiam erit tres,eo quia ad vnum duntaxat non fit ſyllogiſmus. Quare multo plures concluſiones erunt, tam terminis,quam cõcluſionibus.



Mõſtratio ꝙ pacto augeatur propõnũ ac cõcluſionũ numerꝰ, auctis terminis, & extrinſecus additis, & interiectis.

Cõmẽ. 239. Quonam modo propoſitiones ad terminos ſeſe habeant in continua ſyllogiſmorum auctione dictum eſt: nunc quonam modo concluſiones ſeſe habent ad terminos atqꝫ propoſitiones exponit:& declarat. {Et debes ſcirę,

ſcire, ꝙ ante auctionem proportio terminorum ad concluſionem erat tripla: quia termini erant tres, concluſio vero vna. Proportio propoſitionum ad concluſionem dupla, quia propoſitiones duæ, & concluſio vna. Quare ante auctionem proportio concluſionum ad terminos eſt ſubtripla, ad propoſitiones autem ſub dupla: facta autem additione per vnius termini additionem concluſiones excreſcunt duæ: quia alia eſt proſyllogiſmi, alia ſyllogiſmi: termini vero ſunt quatuor, modo quatuor ad duo proportio erit dupla. Amplius propoſitiones reſtãt poſt auctionem tres: igitur propoſitionum ad concluſiones erit proportio ſexquitertia: quare mutatur proportio. Rurſus mutatur ſemper proportio concluſionum ad terminos & ad propoſitiones per auctionem continuam: tam ſi hæc auctio fiat ex parte minoris proſyllogizabilis, ꝙ̃ maioris. Inquit { concluſiones vero nec ad terminos, nec ad propoſitiones ipſas eũdem amplius ſubibunt ordinem, ſiue proportionem: ſiquidem addito vno termino, cõcluſiones excreſcant his terminis, qui præerant pauciores vno: quia termini, qui præerant cũ addito ſunt quatuor, & concluſiones duæ: igitur mutatur proportio. Præterea, propoſitiones tres, & concluſiones duæ: & ita proportio muteť. Addit ꝙ hæc auctio fit per intermediationem, non autem poſt vltimum, vtpote poſt C, ſed inter B C, vel inter A B. quia ad vltimum, vtpote ad C non fit concluſio, ſed ad cæteros omnes fit, vt ad B & ad D, & alia. Huius rei ſumit exemplum: & inquit. { Verbi cauſa, ſi ipſis A B C, ipſum D addatur, continuæ. Duæ etiam cõcluſiones emergent vtpote quæ ad A, ſub quo C accipiebatur: & quę ad B, ſub quo idem C. ſumitur: & in cæteris id genus per additionem continuã. Et, quia fecit additionem inter B C, addit & ſi ad mediũ ipſum addatur, hoc eſt inter A B: eodem etiam modo res erit eo, quia ad vnum nõ fit ſyllogiſmus, videlicet ad vltimũ, quod eſt C. Tunc cõcludit, ꝙ multo plures cõcluſiones erunt tam terminis ꝙ̃ propoſitionibus, dicẽs. Sed ſibi videtur cõtrarius. ait enim cõcluſiones etiam plures terminis & propoſitionibus: cum dixit contrariũ. Dici poteſt, vt ex Philopono innuitur, ꝙ per terminos intelligit additos ſiue his, qui præerant, & hoc pacto concluſiones omnes & ſyllogiſmi & proſyllogiſmi plures erũt terminis additis & propoſitionibus additis. Vel forte græce vera eſt hæc, quare concluſiones & terminorum & propoſitionum multo plures erunt: & eſt ſenſus, qua re concluſiones, quæ ſunt horum terminorũ & harum propoſitionum aucti ſyllogiſmi erunt plures, ſupple tu, concluſionibus antequam ſyllogiſmus augeretur. Et ſic non cõcluſiones ad terminos vel propoſitiones aucti ſyllogiſmi comparat: ſed ad concluſiones ſyllogiſmi antequam augeretur. Sed circa dicta occurres. Primo quia non videtur cuiuslibet ſyllogiſmi tres tãtum eſſe terminos, & non plures, nec pauciores. Primo, quia ſyllogiſmi ex opoſito ſunt duo tantum, vt omnis diſciplina eſt ſtudioſa: nulla diſciplina eſt ſtudioſa: igitur nulla diſciplina eſt diſciplina, patet huius duos eſſe terminos.


Dubitatio.

Solutio.

Dubitatio.


Studioſum.
A.

Syllogiſm⁹, ex oppoſitis.




Secundo enthymema illud, quod eſt conuerſio, duos habet tantum terminos, videlicet omnis homo currit: igitur quoddam currens eſt homo. Quia ſic reducitur,

E omnis homo currit: quoddã currẽs eſt homo: igiť quoddã currẽs eſt homo. Patet hũc ex duobus eſſe terminis.



Tertio inductio plures habet duobus: quæ ſic reducitur, per tertiam figuram, hic homo currit: & hic homo currit: Hic & hic homines ſunt omnes homines. Igitur omnes homines currunt. Patet plures eſſe terminos.

F



Hic & hic homines.

Quarto exẽplaris ſyllogiſmi plures ſunt termini, vtpatet: qa videtur quaſi ſyllogiſmus inductorius. Recẽtiores dicũt ſyllogiſmos hoſce ex duobus cõſtare terminis ſecũdũ rẽ tribus tũ ſecũdũ rationẽ. Qm̃ in primo diſciplina vim habet duorũ, videlicet B C: in ſecũdo cõuerſionis ipſm currẽs vim duorũ, videlicet A C. In tertio oẽs illi habẽt vim vnius, videlicet C tãtũ. Idẽ in exẽplo. Sed hoc videť falſum, qa, ſi illi ſunt tres, qua rõne ſunt tres et non re, à pari oĩs ſyllogiſmus erit in prima figura ex quatuor terminis: qa medius terminus in illa ſubit vicẽ duorũ, qa ad alterũ partis, ad alterũ totius, vt dictũ eſt. Modo rõnes hæ valde differũt. Cuius rei ſignũ eſt, ꝙ Ariſtoteles appellauit terminũ mediũ duabus literis, cõcluſionẽ vero vna tãtũ: qđ quidẽ factũ eſſe arbitror, qa mediũ eſt rõne duo. Propter hæc videť mihi, ꝙ Ariſtoteles in iſto libro probatiuũ ſyllogiſmũ deſcripſit vt placuit Alexã. & Auer. nõ aũt ſyllogiſmũ cõem oĩbus, & ita de tali nũc ſermonẽ fecit, tales nõ ſunt dicti ſyllogiſmi, qa oẽs illi pe tũt, & nõ probãt. Propterea de his nõ loquit. Animaduerte, ꝙ in probatiuo ſyllogiſmo, licet propõ poſsit eſſe ex pluribus duobus terminis, vt eſt hæc propõ. Ariſto. eſt phyſicus, Grãmaticus, Rhetor, Moralis, Metaphyſicus: tamẽ omnes reſoluuntur in duos, ſubiectũ videlicet & prædictũ, vtpote in A & B. Secundo occurres, ſi ambo vltima: videlicet ſupremũ & imũ ſint aſsyllogiſtica. Recẽtiores dicũt ambo vltima aſsyllogiſtica eſſe. Supremum quidem: quia nihil ſupra habet, imum vero quia nihil infra. Sed videtur hæc non conueniens: quia ſupremũ poteſt per inferius ſyllogizari de imo, vt ens de homine per animal.

G

H

Solutio. 1. recentiorũ.


Confutatio.

Solutio pria.

2. Dubũ.

Solutio. 2.

Confutatio.



Propterea.

Solutio.1. Propterea ſermo Ariſto. fortaſſe de vltimo intelligitur: quia vltimum nulli poteſt eſſe prędicatum. Propter hoc de nullo ipſum ſyllgizari poteſt, ſed omnia de ipſo. Poteſt etiam verum eſſe de ſupremo, quatenus eſt deuenire ad vnum, de quo ſupremum eſt immmediatum: de quo ſyllogizari non poteſt probatiue, quia per ſe notum eſt de illo de quo aſſumitur, ens enim de quouis aſsumitur notũ eſt, quia prima impreſsione imprimitur in anima, vt Auicenna dicit. Tu vero teneas primã ſolutionẽ. Loquitur enim de vltimo: quia ſub illo non poteſt fieri concluſio, nec ſyllogiſmus: quia eſt vltimum, & licet ſit deuenire ad ſupremum, de illo non loquitur.

Cap. xxvi. Quæ nam problematũ facile, difficileve in vnaquaque figura ſyllogizẽtur.

ATqui, cum ea, de quibus ſyllogiſmi ſunt & qualia in vnaquaq; figura, & quotfariam oſtendantur, hactenus habeamus, erit etiam nobis perſpicuũ, quale nam problema difficile, qualeue ſyllogizatu facile eſt. Nam & quod in plurib⁹ figuris, & quod plures per caſus concluditur, id facile eſt: quod autem in paucis, & per paucos, id difficile admodũ ſyllogizatu exiſtit. Quare, cum affirmatiuũ quidem vniuerſale per primam duntaxat figurã, & per ipſam non niſi vno modo oſtendatur: negatiuum & per primam & per mediam: per primam quidem & vnice, per mediam vero bifariam, particulare affirmatiuum per primã, & per vltimam, vnice quidem per primam, trifariam vero per vltimam. Particulare autem negatiuum in omnibus demonſtretur figuris: in prima quidem vnice, in media bifariam: in vltima trifariam: perſpicuum erit profecto vniuerſale affirmatiuũ poſſe cõſtrui eſſe difficillimum, deſtrui autem eſſe facillimum.

Cõmẽ. 240. Duo de problematibus, quæ per ſyllogiſmos ſyllogizantur hactenus declarauit: ꝙ videlicet ſint affirmatiua vel negatiua, vniuerſalia vel particularia: & ꝙ trifariam ſyllogizantur, aut in prima, aut ſecunda, aut tertia figura. Nunc quod problematum facile, quodve difficile ſyllogizatu ſit proponit pertractare. Inquit {atqui cum ea problemata, de quibus ſunt ſyllogiſmi & qualia in vnaquaq; figura ſint: quia vel affirmatiua vel negatiua, vel vniuerſalia vel particularia, & quod trifariam oſtẽdantur, quia trifariam duntaxat, hactenus habeamus} hoc eſt in habitu & virtute teneamus: erit etiam nobis perſpicuum quale nam problema difficile, qualeve facile ſyllogizatu eſt. Hæc eſt quaſi intentio. Deinde intendit talem concluſionem, ꝙ problema particulare negatiuũ primo facile ſyllogizatu eſt, ſecundo facile eſt particulare affirmatiuum. Tertio facile eſt vniuerſale negatiuũ. Vltimo omnium difficilimum eſt vniuerſale affirmatiuum. Hæc eſt concluſio, & probatur ſic, quod pluribus in figuris, & per plures modos ſyllogizabile eſt, ideſt facilius ſyllogizatu: at particulare negatiuum per omnes figuras poteſt ſyllogizari, & in illis per ſex modos. (Particulare affirmatiuum per duas tãtum, & in illis per modos quatuor, vniuerſale negatiuum per duas & in illis per modos tres, vniuerſale affirmatiuum per vnam & vnice:) igitur particulare negatiuum primo facile, & reliqua ſuo ordine. Hæc Ariſtote. Quo ad verba attinet debes ſcire, ꝙ dixit problema, & nõ propoſitio: quia propoſitio non niſi de præmiſsis intelligitur. Amplius dixit problema, & non concluſio: quoniam concluſio proprie in demonſtrationibus eſt, problema in ſyllogiſmis. Vlterius debes ſcire, ꝙ modos figurarum appellauit caſus, non ſecundum eum modum, quo caſum ſumit in naturalibus, ſed per caſum intelligit variationem, vt dictum eſt alias. Amplius debes ſcire, ꝙ in concluſione plus accepit, quam in proceſſu ſeminauit: intulit. n. vniuerſale affirmatiuum eſſe difficillimũ ſyllogizatu, ſiue conſtitutu, ſed eſſe deſtitutu atq; cõfutatu facillimum. hoc quidem adiecit, non vt ſequens ad ea, quæ modo dixit, ſed vt ſequens ad ea, quæ proximo ſubiungit, vnde hoc additum eſt quaſi intentio ad ſequentia.

Atq; eo omnino vniuerſalia deſtruere facilius eſt, quam particularia, quia tam ſi nulli inſit, quam ſi alicui non inſit, per pernecatum eſt vniuerſale. Horum vero id quod eſt alicui non ineſſe, in omnibus oſtenditur figuris, id vero, quod eſt nulli ineſſe, in duabus. Similiter etiam fit in negatiuis: nam & ſi omni, & ſi alicui inſit, id quod in principio erat, & pernecatum eſt, quod quidem duabus fit figuris. At in particularibus vnice duntaxat deſtructio eſt, aut per omni aut per nulli ineſſe demonſtrando.

Hactenus de facilitate difficultateve ſyllogizationis, nunc de difficultate facilitateve conſtructionis atq; deſtructionis: & vult in deſtructione eſſe ordinem contrarium. Nam primo deſtructu facile eſt problema vniuerſale affirmatiuum, ſecundo vniuerſale negatiuum, tertio particulare affirmatiuum, vltimo particulare negatiuũ. Nam generatim vniuerſale, vt vniuerſale, deſtructu facilius eſt particulari, eo quia vniuerſale omne bifariam deſtrui poteſt. Affirmatiuum quidem, per particulare negatiuum, & per vniuerſale negatiuum. Negatiuum vero, & per particulare affirmatiuum, & per vniuerſale affirmatiuum. Ergo omne vniuerſale bifariam deſtrui poteſt, at particulare omne nõ niſi vnice: affirmatiuum quidem, per vniuerſale negatiuum, negatiuum autẽ per vniuerſale affirmatiuũ, quare generatim particulare eſt deſtructu difficilius: ſemper enim quod pluribus modis deſtrui poteſt, facilius deſtrui poteſt. Amplius vniuerſale affirmatiuum particulatim eſt facilius deſtrui ipſo vniuerſali negatiuo, quia licet ambo bifariam, tamen, quæ deſtruunt affirmatiuum, facilius conſtrui poſſunt, vt particulare negatiuum, & vniuerſale negatiuum: quã quæ deſtruunt negatiuum, vt particulare affirmatiuum & vniuerſale affirmatiuum. Quare vniuerſalia affirmatiua facilius deſtrui poſſunt, quã vniuerſalia negatiua. Præterea particulare affirmatiuum facilius deſtruitur particulari negatiuo: quia affirmatiuum per vniuerſale negatiuum deſtruitur, negatiuum per vniuerſale affirmatiuum: at vniuerſale negatiuum facilius conſtruitur vniuerſali affirmatiuo: igitur ordo horum eſt, vt diximus. Hæc de deſtructionibus. Cõmẽ. 241.

At conſtruere contra eſt, quippe cum particularia conſtructu facilia ſint. Siquidem & per plures figuras, & per plures modos conſtruãtur.

Hactenus de deſtructione, nunc de cõſtructione. Eſt enim ordo vt diximus, ꝙ primo conſtructu facile eſt particulare negatiuum, ſecundo particulare affirmatiuum, tertio vniuerſale negatiuum, quarto vniuerſale affirmatiuum. Nam, vt diximus, particulare vt particulare vniuerſali ipſo, vt vniurſali ſemper conſtructu eſt facilius: quia in pluribus figuris, vel per plures modos. At negatiuum particulare facilius affirmatiuo, quoniam in pluribus & per plures, vniuerſale negatiuum facilius affirmatiuo per idem. Cõmẽ. 242.

Verum latere omnino non oportet, poſſe ſeſe mutuo deſtruere & vniuerſalia per particularia,

ticularia, & particularia p vniuersalia, cõstrue re vero mutuo sese non posse, quia nõ vniuersalia per particularia, sed & particularia p vniuersalia bene, eo qa si omni inest, alicui inesse necesse est. Simul atq; cum his destruere quã construere facilius esse, patet.

Cõmẽ. 243. Nunc quonam modo vniuersalia ad particularia sese habent quo ad constructionem destructionemve: & qd nam simpliciter sit facilius, construere ne, vel destruere vult pertractare. Et dicit primo, cp vniuersalia & particularia conuertuntur quo ad destructionem: quia per vniuersalia destrui possunt particularia, & econtra, particularia per vniuersalia, vt patuit. Quo vero ad constructionem non conuertuntur: nam bene per vniuersalia particularia construi possunt, cõtra autem, per particularia vniuersalia construi non possunt: hinc concludit secundum, videlicet, cp absolute facilius est destruere quam construere: quia destruere conuenit & vniuersalibus, & particularibus: at construere vniuersalibus tantum. Annotatio. Animaduersione dignum, vniuersale destrui nõ posse, nisi particulare per quod destruitur syllogizetur, & quia vniuersali ipso syllogizato, potest & particulare haberi: ideo vniuersale potest cõstruere syllogistice particulare, vt in tertia figura, particulare autem non potest vniuersale cõstruere, quia ex particularibus syllogistice non fit vniuersale: hinc patet particularia, quæ in inductione colliguntur, non construere vniuersale syllogistice, & sic tollitur contradictio hic, & in libro Topicorũ, ibi enim docuit vniuersale construi per particularia, hic dicit non esse posibile. Tollitur enim contradictio, quia hic de constructione syllogistica loquitur, ibi de constructione Topica.

Quonam modo igitur omnis cõficitur syllogismus, & per quot terminos propositione sue, & quonam pacto sese habeant inter se. Insuper etiam problema quale vnaquaq; in figura, qualeve in pluribus, atque in paucis quale, ex his sit modo ostensum.

Cõmẽ. 244. Nunc quæ pluribus in locis fecit, recapitulat, & quæ dicit, perspicua sunt.

Portio secunda.

De propositionum Facultate.

Cap. 1 Quonãmodo propositiones inueniendæ sint.

QVomodo autem idonei ipsi erimus ad propositũ semper syllogismis, & per quam viã sumemus circa vnumquodque principia, nunc dicendum iam non enim solum oportet fortasse generationem cõsiderare syllogismorum, sed & potentiam habere faciendi.

Cõmẽ. 245. Syllogismorum, vt dictum est, Aliud est illorum forma, aliud materia, est quidem syllogismorum forma cõclusio ipsa, materia vero propositiones. Quare, cum de syllogismorum formis abũde egit, consequens est, vt de illorum materia prosequatur. Egit quidem de formis siue conclusionibus abunde: quia quales conclusiones ad simplices, qualesve ad mixtos syllogismos sequantur, exposuit. Egitq; cætera quæ huic parti necessaria erant: quare & nunc rationi consentaneum est de propositionibus agat. Assignat autem Aristoteles duas causas huius intentionis: finalem quidem, vt ad omne problema syllogizandum abundi efficiamur: effectricem autẽ, cp perfectum artificem non solum syllogismorum generationem considerare oporteat eorum formas contemplando, sed etiam facultatem habere, qua facile illos conficiat, cõsiderando materiam. Nam, vt recte Philopo- Quæ Philoponus.

nus inquit, nauifactor non tantum nauis formam, sed ligna spectare debet. Domificator etiam non modo domus formam, sed lapides. Neoterici vero dicunt Aristotelis intentionem esse de medij inuentione, egit enim vt dicunt, de medio in ordine ad extrema: at nũc de eius inuentione agit. Hinc rationem ordinis assignant: nam prior est medij ordo ad extrema, quã eius inuentio. Quę nõ sunt imperite dicta: nam licet de medio, quatenus est medium non sit prima intentio, tamen de ipso quatenus suo ordine propositiones efficit, consideratio exoriri potest. Aliter etiam ijdem neoterici Aristotelis capitulum introducunt. Dicunt enim, cp cum Aristoteles ex quibus, & qualibus est syllogismus omnis: quod quidẽ ad syllogismorum generationem pertinet, tradiderit, nunc vult artem tradere, qua syllogismos facile conficiamus. Quare ordo patet, nam prius cognoscere debemus ex quibus est syllogismus, quam habere artem, qua illos facile conficiamus. Quæ omnia sunt perite dicta, licet non multum verbis Aristotelis consona. Quod patet primo ex partis inscriptione. Cum dicitur de propositionum facultate portio secunda. Euporia enim grẽce: est latinæ facultas: vel abundantia: siue opulentia. Secundo etiam patet ex his, quæ Aristoteles proponit. Inquit enim {quomodo autem idonei ipsi erimus ad propositum} hoc est ad omne id, quod proponitur syllogizandum: semper syllogismis, & per quam viam siue artem sumemus circa vnumquodq; principia, nunc dicendum. Iam ergo proponit dicere artem, qua syllogismis, siue syllogismorum propositionibus ad vnumquodque propositum construendum, vel destruendum abundemus. Secundo proponit dicere artem, qua principia, hoc est propositiones sumemus circa vnumquodq; propositum siue problema, quod proponitur. Sed an abũdandi ars, & ars cognoscendi propria propositi principia idem fit, ex neotericis non habemus. Philoponus videtur pro eodem hæc habere. Abundat enim his syllogismis, vel propositionibus: qui propositi propria principia nouerit. Et qui cuiusq; propria principia nouit, ijs propositionibus vel syllogismis abundat. Vna ergo est intentio, docere scilicet artem, qua abunde omne propositum syllogizemus. Quo vero, ad verba attinet: verbum græce est euporesomen εὑπορήσομεν latinè abundemus: ditemur, atq; facultatem habeamus. Vnde non video, quo pacto in veteribus translationibus Antiquus interpres verbum illud idonei, exposuerit: non enim qui idoneus est ad rem, est illa re abundus, quare, si nos idonei sumus syllogismis, nõ oportet nos illis abundare. Propositum græce est τιθεμενον Tithemenon, quod problema sonat: id enim proponitur, quod dubitabile est: at dubitabile & syllogizabile idem est. Tale videtur problema: potest etiam non imperite exponi propositum, siue datum, nam syllogizamis, quod proponitur, vel datur. Hæc quo ad verba. Assignauit autem Aristoteles intentionis duplicem causam. Alteram finalem, cum dixit, vt abundemus syllogismus: alteram efficientem, cũ inquit, non solum enim fortasis oportet considerare generationem syllogismorum, sed oportet habere potentiam, hoc est facultatem, qua illos facile faciamus. Dynamis enim græce est tum potẽtia, tum facultas, siue virtus, siue facilitas. Tacuit autem ordinis causam, quoniã ex hisce patet.

Quæ Neoterici.

Quod expositio iuniorum non sit verbis Arist. cõsona.

Dubõ bona Soluto.

Verborum cõsideratio idonei. Error veterum translationum.

Propõitum. Thema.

Causa intentionis.

Vis facultas potestas.

Sed dubitabit quispiam primo, quia prope libri Topicorum principium dicitur propositũ esse negocij methodũ adinuenire, qua omne problema syllogizare possimus: quare hic Aristoteles videtur superfluus, vel ibi.

1. Dubõ.

Præterea rem hanc Aristoteles superius absoluisse videtur. Declarauit enim figuras, & modos syllogismorum: assignans ex quibus, & qualibus propositionibus syllogizemus: ergo visus est egisse de syllogismorũ materia. Dicendum in libris Topicorum esse assignatam regulam, qua propositiones dialecticas quispiã inuenire posit:

Solutio.

Solutio.

Cap. 2.

Solutio.

Dubõ. 1. iuniorum prima.

posit:at hic asignat regulam,qua propositiones simpli citer,quæ materia sunt syllogismi simpliciter, inueniamus. Pręterea quod superius de figuris & modis dixit syllogismorum:spectauit ad formam syllogismorum.declarauit enim ex puris negatiuis nullum syllogismū fieri,nec ex puris particularibus:quę omnia spectāt ad formam syllogismorum.at nunc tradit artē,qua facile propositiones inueniamus,quæ sunt materia syllogismorū. Neoterici(vt diximus)arbitrantur Aristo. hic dare artē inueniendi medium in quouis proposito syllogizando: ideo non iniuria dubitant,videtur enim hoc esse contra libri huius rationē.est enim liber hic analyticus, hoc est resolutorius.Igitur non inuentiuus,nam inuenire est cō ponere. Quare nō erat hic de medij inuentione agendū. Respondent tam hunc librum, q̄ sequētem esse resolutorios:non quidem eo,vt nihil compositionis,atq; inuētionis edoceant, sed quatenus pro maiori parte docent resoluere.Et si hæc non sint imperite dicta, melius dicemus de inuentione agi in his libris: non enim agi potest de resolutione, quin de compositione agatur:non tñ agitur de cōpositione propter compositionē,sed propter resolutionē:docet enim Atistoteles hic inuenire mediū,vt doceat conclusionē resoluere in sua principia, quæ sunt propositiones. Aliter etiam Philoponus dixit superius. Quęrunt & secūdo quā ob causam asignetur hicr egula inueniēdi mediū:& nō inueniēdi extrema. Respondēt hic esse asignatā vtriusq; rei regulā,nō tamē eodē loco: nā prius asignauit Aristoteles regulā inueniendi extrema, nūc vero inueniēdi mediū. Sed mihi videtur non posse eiusmodi regulas diuersis locis tradi: quoniā extrema, & mediū sunt correllatiua: quæ vnica intellectione intelliguntur. Propterea mihi videtur hic Aristotelem tradidisse artem de inuētione extremorum simul etiā & mediorū: verum ī ordine ad materiam syllogismorum, superius vero in ordine ad formā. Dubitāt vltimo, & satis rationabiliter:quia non videtur artē inueniēdi media tradi posse:nam hæc ars vel est nobis â natura insita, cōnataq;,vel de nouo acquisita,si nobis cōnata,nō oportet eam Aristotelē tradere:quia quilibet eā habet sin aūt de nouo acquisita inuētaq;, quæratur an arte,an natura sit inuēta,si arte:erit procedere in infinitū,si natura eadē ratione erit de arte inueniēdi mediū. Respondēt artē in ueniendi medium esse acquisitam, non quidem alia arte sed sensu,& experientia. Quia enim sensu experimētoq; apprehendimus animal secundum eius omnia singularia sub substantia esse,& hominem secūdum eius singularia omnia sub animali: statim cognouimus hominem contineri ab animali, & sic hæc ars inuenta est sensu, & experimento.Hæc solutio nisi exponatur,non intelligitur:quoniam adhuc stare videtur argumentum, si recte perpēdatur. Propterea vt Fabius Quintilianus de Rethorica dicit libro Tertio Oratoriarū institutionum, sic nos de arte inueniendi medium dicimus.Dicit enim artis initium esse nobis à natura, artem vero ipsam ab obseruatione:nam natura fecit artis cuiusq; initiū,obseruatio artem.Fecit quidē natura ipsa initium artis inueniēdi mediū:quoniam media facimus ab ipsa natura protinus geniti. Vnusquisq;.n.protinus genitus sermocinatur arbitrās medium accepisse ad sermocinādum. Fecit vero obseruatio artem.nam homines sicuti in medicina cum viderent alia salubria, insalubria alia:ex illorum obseruatione medendi artem effecerunt ita in syllogizando,cum viderent alia media vtilia, alia inutilia fecerunt artem inueniēdi medium, quare artes initium natura ipsa fecit,artem vero obseruatio. Hæc res lucidius est explicata in Rhetoricę commentationibas.

Omnium igitur quæ sunt,hęc quidem sunt talia, vt de nullo alio prædicentur, vere vniuersaliter,vt Cleon,& Callias.Et quod singulare, & sensibile est:de his autem alia, nam & A homo, & animal vterq; horum est. Illa vero & ipsa quidem de alijs prędicantur,de illis autem alia prius non prædicantur. Alia autem & ipsa de alijs, & de his alia, vt homo de Callia,& de homine animal.

Ante igitur quam methodum illam prosequatur,quę rit primo,quæ sunt illa,de quibus syllogismum cūficere apti sumus: & præmittit diuisionem eorum, quæ sunt, volens illorum alia esse,quæ tātum subiecta sunt, de nullis autem prædicata,vt singularia. Alia vero esse, quę tātum prædicata sunt,& ad nulla subiecta, vt vniuersalissima decem rerum genera,vt Philoponus exponit. Alia autem esse,quæ & subiecta,& prędicata esse possunt, vt intermedia. Quo vero ad verba attinet addit,vniuersaliter:quia singulare de aliquo prędicari potest particulariter,vt quidam homo Socrates est, vniuersaliter autem de nullo. Addit etiam vere:quia nō vere,hoc est B quia per accidens,& secūdum opinionem singulare prædicatur de aliquo:nam (vt postea dicemus) hoc veniens est Socrates:& illud currens est Coriscus. Vel dixit vere,quoniam falso Socrates de multis prędicari potest,vt de lapide,de æquo,& id genus,aut dixit vere,hoc est affirmatiuę,quoniam negatiuę Socrates de multis prędicatur. Præterea adiecit & singulare, & sensibile referens singulare ad primas substantias, & sensibile ad indiuidua accidentium:non enim solum de primis substantijs hic singulare intelligit,vt voluerunt quidam. Hic apparet qualiter non recte definierunt subiectum Iunio res: cum dixerunt esse illud,de quo aliud dicitur:nec recte prędicatum,cum dixerunt esse illud, quod dicitur de alio:nam subiectum (vt in Prædicamentis Boetius exponit) est aut id,de quo aliud dicitur, vt substantiæ primæ & singularia.ix. accidētium, quęcūq; sunt aut illud, cui aliud inest,vt substātiæ primæ tātū. Prædicatū vero id,quod de alio dicitur, vt substantia secunda:aut quod C in alio est,vt accidētia.ix.indiuidua enim accidētiū prędicata sunt,quæ non dicūtur de alio:alioquin essent vniuersalia,sed sunt in alio. Similiter substantiæ secūdę sunt subiecta accidentium, de quibus non dicuntur accidentia,sed quibus insunt accidentia. Sed dubitabis fortasse:nā tunc diuisio nō esset sufficiēs:nam non omnia sunt secundę substantię,vel accidētia,& sic non omnia essent prædicata vel subiecta,& tamē de illis problemata quęrimus:vt de animo,si sit mortalis,de Deo si sit immobilis,de materia si sit vna,& de alijs id genus:quæ nec secūdę substantiæ sunt, nec primæ, nec accidentia. Posset dici in his esse prædicata, vel subiecta per reductionem vt Boetius dicit,vel secundum opinionem, & non naturalia,vt postea dicemus.

Quoniam igitur aliqua quidem eorū, quæ sunt,de nullo nata sint dici,palam. Nam sensibilium pene vnumquodque est huiusmodi, D vt de nullo prædicari sint, nisi vt secūdum accidens. Dicimus enim quandoque album illud Socratem esse, & hoc veniens Calliam. Quoniam autē & in sursum pergentibus stetur quandoq;,rursus dicemus, nunc autem sit hoc positum.

Remouet circa dictam diuisionem,dubium. nam & subiectis & predicatis statū suppositit,asserens non nulla esse prædicata tantum,nonnulla vero esse solum subiecta. Hoc autem non probauit,quare videtur petere. Remouet igitur hoc, volens statum in subiectis sumptum esse tanquam per se notum ad sensum. In prædicatis vero, vt concessum, atque posterius declarandum. Aut fortasse per hæc se excusauit. Nam accepit, quæ vel patent sensu,aut alibi declarantur.Et ita quę dicit vt

Quæ sint vtici.

Dubōnes iuniorum prima.

Solutio iuniorum.

2.Dubō.

3.Dubō.

Solutio.

Cap.2.

Cōmē.246.

Verborū cōsideratio.

Vniuersaliter.

Vere.

Singulare sensibile.

Cōtra Iuniores de subiecto & prædicato.

Dubitatio.

Lege disputationes nostras Metaphysicas disputatione prima.

Solutio.

Cōmē.247.

Nota hæc Duplex per se.

concessa accepit, aut fortasse diuisionem propositam hic probat partim ex sensu, partim ex concessis alibi. Quo vero ad verba attinet. Debes scire, ꝙ quemadmodum duplex per se est, vt primo Posteriorum dicemus, alterum quod in ratione est subiecti, vel subiectum in ratione prædicati, alterum quod naturale est. Primo modo hæc non est per se Socrates est albus. Secundo modo bene, nam naturale prædicatum de naturali subiecto dicitur, sic duplex per accidens. Alterum, quod neutro modo inest: alterum quod præternaturale est, vt veniens est Socrates, hoc est enim per accidens. Quoniam Socrates non est naturale prędicatum, nec veniens naturale subiectum. Aristoteles ergo hic per ipsum accidens, non intelligit, vt distinguitur contra per se, sed vt distinguitur cõ

Quæ Neoterici.

tra naturale, quod Philoponus animaduertit. Neoterici vero non intelligentes dixerunt Socratem prædicari per accidens de veniente, quia non est forma, vel quia accipitur fm differentias accidentales, quæ non rectæ dicuntur.

Cõtra Neotericos.

Nam Aristo. seipsum exponit primo posteriorum, vbi per accidens, exponit prędternaturale: non ergo hæc ad propositum sunt.

Textus. Antiquus. Alterum. Aliud. Aliquod.

De his igitur non est demonstrare prędicatum alterum, nisi secundum opinionem. Sed hæc de alijs: neꝙ singularia de alijs, sed alia de illis. Quæ autem in medio sunt manifestum ꝙ vtroꝙ modo cõtingunt, & enim & hæc, de alijs, & alia de talibus dicũtur, & fere rationes & considerationes sunt maxime de his.

Cõmẽ. 248.

Proposita diuisione, nunc declarat, quæ sunt illa, de quibus syllogismos & problemata conficere possumus, & illa, ex quibus non possumus. Et primo dicit de suprę̃mis nullum posse demonstrari prædicatum, nisi secũdum opinionem. Secundo dicit, ꝙ hæc demonstrantur de alijs. Ex his sequitur de ijs esse syllogismos vno modo, & alio modo non, sunt quidem syllogismi de his, vt quæ de alijs, & prædicata, non autem sunt syllogismi de his, vt de subiectis, & vt de quibus. Quo vero ad verba attinet, dicit de supræmis non esse prædicata, nisi fm opinionem: quod nonnulli exponunt fm Analogiã. Potest enim de aliqua substantia demonstrari vnum, vt de prima causa, & de prima materia. At ipsum vnum analogum est, & prædicatum fm opinionem. Vnde & Auer. vbiꝙ analogum, ambiguum appellat: quia non inuenitur vere commune, nisi fm opinionem. Philoponus autem tres esse opiniones dicit esse. Vna quidem est, quæ ens esse genus asserit. Alia, quæ vnum dicit esse genus, alia, quæ vnum quatuor elementorum ad decem prædicamenta. Et ita Aristoteles ait de decem generibus simpliciter prædicatis nihil prædicatum demonstrari posse, nisi secundum opinionem aliquam illarum triũ. Vel forte, & tutius dicerem Aristotelem apellare prædicata secundum opinionẽ, quæcũꝙ nec sunt accidentia, nec substantiæ secundæ, vt sunt illa, quæ de animo, & de intelligentijs dicũtur, itemꝙ & de materia, & forma: & cæteris id genus. Amplius & illa, quæ de decem prædicamentis. Hæc enim nec vera prædicata sunt, nec illa de quibus prædicantur, sunt vera subiecta, sed quasi fm opinionem. Tertio dicit de infimis subiectis nõ esse syllogismos, tanquam ipsa de alijs syllogizentur, nisi per accidens (vt dictum est.) Quarto dicit de ipsis posse esse syllogismos tanquam de subiectis, ex hisce sequitur de infimis vno modo non esse syllogismos, quia non quatenus ipsa de alijs prædicantur, alio modo esse, quoniam de ipsis, vt de subiectis bene sunt. Quinto dicit intermedia vtroꝙ modo syllogisticis conuenire: quia vt de quibus, & vt quæ, sunt enim prædicata, & subiecta respectu diuersorum. Vltimo dicit de his intermedijs esse rationes, hoc est problemata & syllogismos, & considerationes, scilicet illas, quibus consideramus conuertibilia cum re, antecedentia consequentia, & repugnantia, quibus inuenitur medium de quolibet problemate, vt Philoponus exponit. Addit vero fere, quia de suprę̃mis etiam fiunt saltem prædicata, quę dicuntur secundũ opinionem. Vel addit fere, propter syllogismos secundę figuræ, & propter syllogismos negatiuos primę figuræ, qui fieri possunt de supræmis, & imis. Sunt qui dicũt vniuersalissima syllogisticis conuenire, vt prædicata de alijs, non autem vt subiecta aliorum. Infima vero subiecta nullo pacto syllogisticis conuenire, quia nec vt aliorum prædicata, cum de nullis prædicentur, nec vt aliorum subiecta: quia, vt inquit Philoponus, quæcunꝙ infimis, & indiuiduis subiectis insunt, vel quæcunꝙ de illis dicuntur, ea dici, vel illis inesse, sensu perspicuum est, nemo enim de Socrate tentat demonstrare album, aut Simum: quia hæc illis inesse sensu patet, & sic problemata, & syllogismi omni ex parte non nisi de intermedijs fiunt.

Quæ alioꝙ.

Hinc patet syllogismos de aliquo esse trifariam intelligi posse, aut quatenus illud, de quo sunt, prædicatur de alio, & sic de supræmis sunt, & non de imis: aut quatenus illud, de quo sunt, est subiectum ad alia, & sic de imis sunt, & nõ de suprę̃mis, aut vtroꝙ modo, & hac ratione de intermedijs esse possunt. Sunt enim prædicata, & subiecta.

Pulchra & uisio.

Dubõ.

Quæres, vtrum rationes omnes, & considerationes fere circa intermedia fiãt, & videtur primo ꝙ non: nam rationes fiunt de suprę̃mis, tanquam de partibus definitionum, & de imis tanquam de difinibilibus, modo definitiones rationes sunt, similiter & syllogismi fiunt de supræmis, tanquam de extremis conclusionum, & de imis tanquum de subiectis. Præterea, in exemplo proceditur ab vno singulari, & exemplum est quædam ratio: inductio à pluribus singularibus procedit quæ etiam quædam ratio est. Insuper in syllogismo expositorio medium est hoc aliquid, & singulare. Ergo considerationes nõ solum sunt de intermedijs.

Solutio.

Dicamus ergo textum exponi posse vno modo, vt dictũ est, ꝙ Arist. per logos ideſt rationes, intelligit problemata, & syllogismos: & per considerationes, intelligit considerationes, quibus inspicimus propria rei antecedentia, consequentia, & repugnantia, vt patebit, diximus etiam addidisse, nam sic exponendo, patet omnes eiusmodi fieri per intermedia. Fere propter syllogismos negatiuos, in quibus suprema possunt esse media & subiecta: & ita subiecta, & prædicata. Et hæc expositio est melior.

Igitur aũt.

Oportet igitur propõnes circa vnũquodꝙ horum sic sumere: supponentem id primum, & definitiones, & quæcunꝙ propria rei sunt. Deinde post hoc quęcunꝙ sequuntur rem. Et rursus quæ res sequitur, & quæcunꝙ non contingunt ipsi inesse, quibus autem ipsa non cõtingit, non sumendum est, eo ꝙ conuertitur priuatiua.

Alberti expositio.

Cõmẽ. 24.

Quod ad ipsa intermedia prospiciendum sit, hactenus declarauit: itemque & quòd de intermedijs rationes: & considerationes fere omnes sint: at nunc methodum nobis assignat: qua Problemate quouis proposito: facile propositiones adinueniamus.

Regula.

Supponit autem pro regula, vt problema construendum vel destruendum in subiectum & prædicatum semper resoluatur. Vt Philoponus inquit, verbi causa. Si quærimus an voluptas sit bonum. Annotanda sunt, bonum & voluptas: bonum quidem, vt prædicatum: voluptas autem vt subiectum. Huius rei causa est primo, ꝙ resolutio hæc ambo extrema, maius videlicet, & minus nos docet. Quando quidem prædicatum cuiusuis problematis in quauis figura semper est maior extremitas: subiectum autem eiusdem, minor: quo fit, vt resolutio illa

tio illa extremorũ inuentui ſumat. Secundo etiam propter propoſitiones ipſas, quæ ex obliquis conſtat. Niſi.n. problema in extrema reſolues, ijs propoſitionibus, quæ ex obliquis conſtant, non erit facile extrema, aut media inuenire, verbi cauſa. Si problema ſit, cuiuslibet domini ſeruus eſt fugitiuus: niſi ſic reſoluas, ql̃ibet dominus eſt is, cuius ſeruus eſt fugitiuus, nec extrema, nec medium inuenies. Poſt hãc regulam methodum tradit, & primo quidem generatim ad omne problema, & ad omnem figuram. Secundo vero ſpeciatim. Generatim itaq; quatuor proſpicienda eſſe prȩcipit circa rem ipſam. Sed qd ipſe per rẽ in hac arte intelligat, declaremus: & dicamus eum per rem intellexiſſe tam prædicatum q̃ ſubiectum. Vſus eſt enim nomine rei, eo q̃ conſiderationes iſtę cõmunes ſunt rei ſubiecti, & rei prædicati: at, cũ diſtinguet conſiderationes, quæ ſubiecti, & quę prædicati ſeorſum de re etiam diſtinguemus. At nunc nobis ſatis ſit expoſuiſſe eum per rem intellexiſſe & ſubiectum, & prędicatum. Iubet ergo circa rem ipſam, hoc eſt tam circa prædicatum, q̃ circa ſubiectum quatuor proſpicienda eſſe. Primo quidem conuertibilia, ſiue ſint definitiones, ſiue deſcriptiones: ſiue proprię affectiones. Secundo proſpicienda eſſe conſequentia rem. Intelligit autem per conſequẽtia rem omnia, quę de re prędicantur: hęc enim cõ ſequentia rem dicuntur. quia re ipſa ineſſe poſita, hęc po nuntur, ſequunturq;, non autem ecõuerſo. Vt ſi homo eſt, animal eſt, contra autem non ſequitur. Tertio iubet conſideranda eſſe antecedentia rem, & intelligit, quę rei ipſi ſubñciuntur. Quę ideo antecedentia appellantur, quia ad illa eſſe ſequitur res, non autem contra. Animalis enim antecedens eſt homo, q̃ ad hominem eſſe, ſequatur animal eſſe. Quarto deniq; proſpicienda eſſe vult extranea ſiue aliena à re, quę repugnantia dicuntur, nec cõ ſiderare (vt ait) oportet ea quibus res ipſa repugnat: quia ea conſiderando, quę rei repugnant, conſideramus ea, q̃bus res ipſa repugnat: namvniuerſalis negatiua in terminis conuertitur, ſufficit ergo quarta cõſideratio. Inquit. {Oportet igitur propoſitiones circa vnumquodq; horum ſic ſumere, ſupponentem id primum, ideſt problema, & reſoluere ipſum, vt extrema inueniantur: deinde oportet ſupponentem problema primo conſiderare omnia conuertibilia & definitiones atq; deſcriptiones: & quęcunq; propria rei ſunt. Prima ergo conſideratio eſt proſpicere rei conuertibilia quęcunq; ſunt, vnde Ariſtoteles ijs verbis regulam tradit, quę extremorum inuentui ſeruit, & primam conſiderationem prȩcipue. Deinde ſecundam conſiderationem aſsignat, & inquit. {Deinde oportet conſiderare poſt hoc quæcunq; ſequuntur rem, rẽ dico prędicati, vel ſubiecti. Albertus autẽ per rem ſubiectum duntaxat intelligit. Quod non mihi placet, non enim eſſent conſiderationes hę communes. Addit & tertiã cum inquit. {Et rurſus quę res ipſa ſequitur tertio loco proſpiciẽda ſunt, vt quęcunq; antecedunt rẽ. Quartam vero ſubſcribit, & inquit. {Et quęcunq; non cõtingunt ipſi rei ineſſe, vt quęq; dicuntur aliena, extranea, & repugnãtia, vt Philoponus inquit. Excuſat autẽ ſe à quinta conſideratione. Poſſet enim aliquis dicere ea eſſe proſpicienda, quibus res ipſa repugnat. Ideo dicit, quibus autem ipſa non contingit, non ſumendum eſt, eo q̃ priuatiua, ſ. vniuerſalis conuertitur in terminis. Quare, ſi inter ea, quæ rei repugnant, relinquẽtur illa, quibus res ipſa repugnat.

Diuidẽdum autẽ eſt conſequentiũ quęcũq; & in eo quod quid eſt, & quęcunq; propria, & quæcunq; vt accidẽtia prædicãtur, & horum, quæ ſm opinionẽ, & quæ ſecundum veritatẽ. Quãto enim plurium talium abũdauerit quis, citius inueniet concluſionem: quanto autem veriorum, magis demonſtrabit.

Quid res & vide qũo ſolus dilucidator habetmẽtẽ Ariſto. in hoc loco.

Alberti expoſitio.

A Et de generalibus conſiderationibus hactenus, at nũc ea, quę ſecunda conſideratione proſpicienda erant, ſubdiuidit, vt Philoponus inquit. Hoc eſt ea, quę rem conſequuntur. nam, vt Iuniores dixerunt, conſequentium, alia eſſentialia ſunt, vt quęcunq; prędicantur. inquit, cuiuſmodi prędicata ſunt per ſe primo modo, vt de homine animal, & corpus, & ſubſtantia, & cætera id genus: alia accidentia, quorum alia communia ſunt, alia vero propria. Propria quidem, vt Simum, & Aquilum de naſo, communia autem, vt nigrum, & Bipes, & id genus. Sed dices, Ariſtoteles propria collocauit in prima conſiderationeigitur non debet illa conſtituere inter ea, quę ſunt ſecundę conſiderationis. Innuit Philoponus ſolutionem ex eo, q̃ Ariſtoteles propria: quę in prima conſiderationeſtatuit, definitiones & deſcriptiones, & omne quod cõuerſim per ſe prędicatur intellexit: at nunc propria accidentia intelligit, quę diſtinguntur contra communia accidentia. Sed contra hæc adhuc dubitatur, B quia propria ſunt, quę prędicantur conuerſim, ſiue accidentia ſint, ſiue eſſentialia: at quę conuerſim prędicantur, non enumerantur inter conſequẽtia: nam conſequẽtia, vt diximus, ſunt quęcunq; prædicantur de re prędicatione maioris de minore. Poteſt defendi (quod dixit) Philoponus Ariſtotelem hic per propria intelligere non quę conuerſim prędicantur de re, quia hęc ſunt de prima conſideratione, ſed accidentia, quę per ſe de re dicuntur. Non tamen conuerſim, veluti Simum, & Aquilum de naſo, & par de numero, & cætera id genus, hæc propria accidentia ſunt, ſed cum non conuerſim prædicentur, inter conſequentia enumerantur, at per accidentia intelligit quæcunq; nec conuerſim nec per ſe prædicantur, vt nigrum de Aethiope. Erit ergo diuiſio, conſequentium, alia eſſentialia, alia accidentalia, & accidentalium, quædam per ſe de re prædicantur, quædam vt accidentia: & per accidens, & hoc pacto non eſt confuſio in diuiſione Ariſtotelis. Ex his apparet diuiſionem C Iuniorum non eſſe bonam, cum dicunt conſequẽtium, alia eſſentialia, alia accidentalia: & accidẽtalium, quædam propria, quædam communia. nam propria hic nõ accipit, vt diſtingũtur contra communia, ſed cõtra per accidens prædicantia. Sequitur deinceps pars illa. Et horum, quæ ſm opinionem, vbi Iuniores arbitrantur Ariſtotelem ea conſequentia rurſus ſubdiuidere, quæ communia accidentia ſunt. nam horum alia ſecundum opinionem, alia ſm veritatem prædicãtur. Et intellexit per prædicata ſecundum opinionem, quæ rem plerunq; ſequuntur, & per prædicata ſm veritatem intellexerũt, quæ rem ſequũtur ſemper. Vel aliter, per prędicata ſecũdum opinionem, intellexerunt q̃ dicuntur de re probabiliter, ex quibus dialecticæ propoſitiones conſtant, per prædicata ſecundum veritatem, intellexerũt, quę prędicantur demonſtratiuę de re. Ex quibus conficiuntur propoſitiones demonſtratiuę, & hanc ſecundam expoſitionem Albertus ſequitur. Sed prima expoſitio pa- D ce horum dixerim, videtur extorta, & aliena. Non.n. poſſum intelligere quod eſt ſm opinionem, eſſe plerunque: cum vel ſit nunquam: ſi opinio erit falſa, vel ſemper, ſi opinio ſit vera, ſimiliter ſecunda expoſitio conuenit verbis Ariſtotelis, non enim accidentia communia poſſunt conficere propoſitiones demonſtratiuas. Non enim illę ſunt, niſi ex his, quæ ſunt per ſe. Philoponus vero vult Ariſtotelem hic quintam conſiderationem conſtituere, quam eorum eſſe inquit, quæ rem ſequuntur aut ſecundum opinionem, aut ſm veritatem. Nam voluptatem ſm veritatem ſequuntur & motus, & appetibile, ſecundum opinionem ſequitur eſſe ſm naturam. Nõ enim omnis voluptas ſm naturam eſt, voluptas.n. eorum, qui ſcabiem patiũtur cum ſe fucauerint, non eſt ſecundum naturam. Neq; ocium ſm veritatem voluptatem ſequitur, ſed ſm opinionem, non enim omnis voluptas, fęlicitatem & quiętem præbet. Præterea, vt di-

cõmen 250.

Dubõ.

Solutio Philoponi.

Dubõ.

Quid intelligit Ariſt. per propria.

Cõtra Iuniores.

Scda pars textus.

Quę Iuniores.

Reſutatio.

Quæ philoponus.

cit,ad decem prædicamẽta ſequuntur vnum, & ens ſm opinionem,aut omnia eſſe ex aqua,vel igne,vel aere,nõ autem ſm veritatem,erit ergo quinta conſideratio,vt in quit eorum,quæ rem ſequuntur,aut ſm opinionem,aut ſm veritatem. Poteſt autem dici Ariſtotelem nõ quintam facere conſiderationem,ſed omnia cõſequentia alia diuiſione diuidere,aut in ea quæ rem ſequũtur ſecũdum opinionem,aut in ea,quæ rem ſequuntur ſecundum veritatem,ſiue hæc ſint eſſentialia quæ ſequũtur, ſiue accidentia,eſſentialia enim ſecundum veritatem,vt animal, & ſubſtantia de homine,eſſentialia ſecũdum opinionem ſunt ens,& vnum de decem prædicamentis. Inſuper accidentia ſecundum opinionem ſunt,vt diuiſibile de animo,corporeum,& id genus. Secundum veritatem ſunt immortale,Incorporeum,& id genus. Quare quæcũq; rem conſequuntur,poſſunt rem conſequi aut ſm opinionem, aut ſm veritatem : non ergo quintã cõſiderationẽ fecit. Vltimo harũ cõſiderationũ vtilitatẽ innuit,ex eo, q; quãto horũ pluribus quiſpiã abũdauerit, tãto celerius cõcluſionẽ inueniet,& quãto verioribus,tanto ſolertius demonſtrabit. Sed poſt hæc omnia,quæret iunior cur in hoc loco Ariſtoteles appellauerit id, quod prędicatur de re,conſequens rem : & quod rei ſubĳcitur, antecedẽs & non Prædicatum, & ſubiectum. Quicquid Iuniores dixerunt,videtur mihi Ariſtotelem hoc pacto eſſe locutum, vt diſtinctius ars hæc habeatur. nam per conſequens,nõ intelligit pręciſe prædicatum, ſed prędicatum affirmatiuum,quod prædicatur nõ cõuerſim. Propria enim,quę in prima conſideratione conſtituit, prędicata ſunt,quę conſequẽtia nõ vocãtur. Vnde per cõſequẽtia intelligit prędicata,quę prędicantur affirmatiue:& q dem prædcatione maioris de minore. Per antecedentia vero intelligit ea,quę ſubĳciuntur affirmatiue rei, & de quibus res ipſa prędicatur prędicatione maioris de minore. Per aliena autem atq; extranea, intelligit ſubiecta,de qbus negatiue prędicatur res,vel prædicata, quę de re prędicantur negatiuę:ex quibus patet prędicata eſſe communiora conſequẽtibus & extraneis, ſimiliter & ſubiecta antecedẽtibus & extraneis:quare, vt hac in arte diſtincte loqueretur,vſus eſt cõſequẽtibus,& nõ prędicatis,antecedẽtibus & nõ ſubiectis. Ex his ſequitur hanc poſſe eſſe quintam conſiderationẽ,nõ quidem conſequentium, vt dixit Philoponus,ſed eorum,quę prædicantur.nam qui abundare deſiderat in propoſitionibus, non modo ad conſequentia proſpicere debet,ſed genera tim ad omnia prędicata tam ſecundum opinionem, quã ſecundum rem,& tunc hęc quinta conſideratio differt à ſecunda, quatenus per hanc proſpicimus vniuerſaliora, vtpote prędicata ipſa:per ſecundam vero, ſolum prędicata,quę conſequuntur. Qua ratione fit,vt prędicata ſecundum opinionem Ariſtoteles intelligat ea, quę ſecundum diuerſas ſentẽtias prędicantur,vt de voluptate eſſe ſecundum naturam ſm opinionẽ Epicuri. Secũdum vero Stoicos eſſe pręter naturam quàm & etiam quę & re uera prædicantur. Et quidem ſapientum conſenſu,vt de voluptate eſſe appetibile.

Oportet autẽ eligere,non ea quę aliquã ſequuntur,ſed quæcunq; totam rem ſequuntur: vt nõ quod aliquem hominem,ſed quod omnem hominem ſequitur. Per vniuerſales.n. propoſitiones ſyllogiſmus eſt, cum enim eſt indefinita,immanifeſtum eſt,ſi vniuerſalis eſt propoſitio,cum vero definita,manifeſtum.Similiter autem eligendum eſt,& quæ ipſa ſequitur tota,proptet dictam cauſam. Ipſum autem quod ſequitur,non ſumendum eſt totũ ſequi. Dico autem, vt hominem omne animal, aut muſicam omnem ſcientiam : ſed ſimpliciter ſolum ſequi quemadmodum & protendimus & enim inutile alterum eſt,& impoſsibile, vt omnem hominem eſſe omne animal, vel iuſtitiam eſſe omne bonũ, ſed quod res ipſa ſequitur,de illo omni dicitur.

Cum cõſiderabilia omnia diligenter collegerit, egiſſetq; de conſiderationibus,nũc de illorum electione pertractat:quę conſiderata ſunt. Diximus enim eſse cõſiderandа cõuertibilia cum re,conſequẽtia rem,& antecedẽtia rem:at,cũ quodlibet horũ multifariã ſit, docet quod in vnoquoq; genere horum eligẽdum ſit, initio ſumpto à conſequẽtium genere. Vbi debes ſcire,q; conſequẽtium quędam ſubiecto problematis vniuerſaliter inſunt vt homini animal,& ęthiopi nigrum, Quędam particulariter vel indefinite,vt homini nigrum,& animali muſicum. Pręterea eorum,quę rem antecedũt, alia antecedunt tota,vt homo animal,alia in parte vt homo,nigrũ. Aliena etiam duplicia : nã quędam ſunt aliena à tota re, vt ab omni homine lapis, quędam autẽ aliena ſunt à re ipſa in parte,vt ab homine nigrum. Eſt ergo eligẽdi regula,vt conſequentium ea eligantur:quę rem vniuerſaliter ſequuntur,antecedentium etiam,quę rẽ in toto antecedunt. Alienorum denicq;, quę vniuerſaliter à re ipſa aliena ſunt huius electionis cauſam aſsignat,vt propoſitio in ſyllogiſmo vniuerſalis ſumatur, cum ſyllogiſmus ex puris particularibus,aut indefinitis nõ cõficiatur. In quit{oportet autem eorum.quę cõſequuntur, nõ ea eligere,quę aliquam rem in parte ſequuntur, ſed quęcũq; totam rẽ vniuerſaliter ad omnia ſua ſuppoſita diſtributã ſequuntur,illa eligere decet. Ceu non quod aliquem hominem,vtpote nigrum,ſed id, quod omnem hominem ſequitur,vt animal. Et aſsignat cauſam, eo q; per vniuerſales propoſitiones ſyllogiſmus eſt. Quam cauſam iuniores intelligunt, non quod vtręq; propoſitiones ſyllogiſmi vniuerſales ſint,ſed vna,vel vtręq;. Sed,ſi ita cauſa iſta intelligatur,oportet etiam eligere aliquando conſequentia,quę rem in parte ſequerẽtur. nam ſi altera ſolum vniuerſalis neceſſaria ſit,oportebit alterã eſſe particularem, vel indefinitam:quare oportebit aliquod conſequens eligi,quod particulariter antecedat, vel ſequatur:ideo intelligas ſyllogiſmum fieri per vtraſq; propoſitiones vniuerſales. Legimur enim de ſyllogiſmo vniuerſali:nam,vt ſyllogiſmi vniuerſales eligibiliores ſunt particularibus,ita cõſequẽtia vniuerſaliter eligibiliora ſint, fuit autem erroris eorum cauſa,quia credebant hanc regulam vniuerſalem eſſe omnibus ſyllogiſmis, quod falſum eſt:cum cap. iſtud de electione conſiderabilium inſcribatur ſm Philoponum. Et,quia ſyllogiſmi vniuerſales prędeliguñ particularibus, ideo & conſequentia vniuerſaliter etiam particulariter conſequentibus prędelegere docuit. Similiter etiam conſequentia in vniuerſalibus ſyllogiſmis nõ ea eligere oportet quę rẽ indefinite ſequũtur. nam cũ re ipſa indefinitã ſit, vtpote ſubiectũ propõnis indefinitę ſumitur. Immanifeſtum eſt,an propoſitio ſit vniuerſalis,vel particularis:cum vero definita fuerit ſigno vniuerſali,vel particulari,manifeſtum erit,quãta illa ſit : nam patebit ipſam eſſe aut vniuerſalem, aut particularem. Albertus intelligit ſic,vt non oporteat medium indefinitę ſumi tanquam conſequens vel antecedens rem.Nam de concluſione dubitatio erit illa vniuerſalis ſit, vel particularis. Quandoquidem & pro toto, & pro parte indefinitum verificari poſsit. At, cum definitum quantitate vniuerſali ipſum fuerit per ſignum vniuerſale, tunc qualis concluſio, & quanta ſequatur, patebit. Quę expoſitio non placet : nam Ariſtoteles vbique propoſitionem non ſyllogiſmi concluſionem intelligit, ſed aſſumptionum alteram, vt etiã M.Tullius in Rhethoricis ſeruauit. Pręterea de medio nihil meminerat, ſed de re, ergo de re ſermo legendus

Expõ propria & pulchra.

Dubõ.

Solutio.

Quid per cõ ſequẽtia intelligitur.

Quid p aliena & extranea.

Corollaꝛ

Sciẽtiã diſciplinam.

Res verbũ ſuppletum. De. In.

Cõmen.ta.

Attende diligenter. Nota.

Obiter occurrens.

Cui eſt addẽdum ſignum vniuerſale.

Regula.

Quæ ſint eligenda.

Quæ Iuniores. Refutatio.

Expõ propria diluci datoris & Ariſtotelica ſatis.

Quæ Iuniores & Albertus.

Qualis hęc expoſitio.

Limitatio p cepta Ariſt.

Quæ Alber

Refutatio.

Verborũ cõſideratio neceſſaria.

dus est. Propterea intelligo non esse in syllogismis vniuersalibus consequentia eligēda, quæ rem indefinitæ sequuntur: nam ignorabitur an propositio, quæ assumitur in præmissis sit particularis, an vniuersalis. Propterea signum vniuersale ad rem addendum est, vt vniuersalitas propositionis pateat, sic enim syllogismus vniuersalis relinquetur. Hactenus de consequētium electione in vniuersalibus syllogismis. De antecedentium vero electione, etiam in vniuersalibus syllogismis, inquit. {Similiter autem eligendum est, & quæ res ipsa sequitur tota, ita vt antecedens rem non in parte, vel definite sumatur in vniuersalibus syllogismis, sed in toto, etiam propter dictā causam: quia in vniuersalibus syllogismis vtraque propositio vniuersalis est. De electione alienorum prætermittit, quia simili ratione eorum electio agēda est in vniuersalibus syllogismis. Is declaratis de electione, obiter declarat cui extremorum propositiones vniuersale signum addi debet. Hæc enim obiter dicit hoc loco, quia abunde in libro de. Interpretatione tāquam in proprio loco dictū de his est non enim erat locus iste illi tractationi proprius. Vult itaq; signum vniuersale, vt omne, non esse addendum cōsequenti siue prædicato tātum, nec simul subiecto, & prædicato non enim prædicato tantum addendum est, vt homo est omne animal: quia impossibile est hominē esse omne animal: nec subiecto & prædicato simul, quia omnem hominem esse oē animal est impossibile, & inutile. Inutile quidem, quia satis est illud addere subiecto: impossibile vero, quia propositio illa falsa est. Præcipit ergo subiecto signum illud addendum esse, prędicatum vero simpliciter sumēdum. Inquit. {Ipsum autem} supple quod rem sequitur, non totum vniuersaliterq; sequi rem sumēdum est. Dico autem vt hominē esse omne animal, aut musicam esse omnem scientiam, siue disciplinam: sed ipsum consequens simpliciter solum sequi sumēdum est simpliciter, hoc est in suppositione simplici: quæ est quando terminus communis p̄dicatur nullo signo affectus, vt postea dicemus. Quemadmodum & protēdimus, siue ip̄m porrigimus sed, qa ipsum porrigimus sine signo, ideo simpliciter sumitur. Declarat vero vtriq; nō esse addendum signum. Et inquit. {Etenim inutile est alterum, s. extremorum, videlicet prædicatū sic sumere, & impossibile, vt omnē hominē esse omne animal. Addere vero prædicato est impossibile, vt iustitiā esse omne bonū. Præcipit ergo ei esse addēdum, quod res supple ipsa sequitur: nam de illo omni dicitur, sic igitur antecedēti & subiecto addēdum est, non autem consequenti, & prędicato. Iuniores hic dixerunt non esse signum vniuersale addēdum prædicato propositiōis, quia inutile & falsum efficit sermonem: inutilem quidem, quantum ad syllogisticam rationem: quoniam vniuesali signo addito prædicato, syllogismus non potest regulari per dici de omni. Falsum vero, quia impossibile est prędicatum secūdum, quodlibet sui inesse subiecto, quod est eius inferius. Quę expositio, licet verbis Aristotelis cōueniat, falsa est: quoniam hæc propositio, omnis homo omne animal, est syllogismo vtilis videtur, si sic cōficeretur, omnis homo est omne animal socrates est homo: ergo Socrates est omne animal. Animaduertendum est, vt in libro de Interpretatione diximus, in negatiuis, vniuersale signum posse addi prædicato tātum, & subiecto simul atq; prædicato. nam bene dicitur homo nullus equus est, & omnis homo non omne animal est, at in affirmatiuis, si prædicato tantum adderetur, propositio redditur impossibilis, si subiecto, & p̄dicato simul, redditur impossibilis: & est inutile illi addere, quia satis additum est subiecto. Hactenus de verborum expositione. Quo vero ad difficultatem verborū attinet, animaduerte ex verbis Aristotelis colligi propositionem: ad cuius prædicatum additur signum vniuersale esse inutilem, & impossibilem, & intelligit per inutilem, in intelligibilem, & impropriam. Modo regula est

Obiter occurrens.

Cui est addē dum signum vniuersale.

Qualis hęc expositio.

Limitatio p̄ cepti Arist.

Verborū cō sideratio p necessaria.

A Sorticolarum, propositio in intelligibilis, & impropria neq; est vera, neq; est falsa. hęc enī, omnis homo est omne animal, & illa, musica est omnis disciplina, est in intelligibilis, & impropria, & sic nec vera nec falsa, veluti, hęc omnis Socrates est homo, nec vera, nec falsa est: quoniam: est impropria, & in intelligibilis. Causa autē, quia huius cōtradictoria nec est vera, nec falsa, videlicet hæc, quidam Socrates non est homo, quare de mente Aristotelis hæc propositio, omnis homo est omnis homo, & omnis homo est omne animal, & musica est omnis disciplina, est in intelligibilis, & impropria: quoniā est inutilis, & impossibilis. Ex his sequitur ad nullam talem esse respondendum per verū & falsum, nisi reducatur, si reduci potest ad propriam. Ad hāc enim, omnis Socrates est homo, non est respondendum, nisi reducatur ad hāc, omne ens, quod est Socrates, est homo. nam nunc est vera, similiter ad hanc, omnis homo est omnis homo, non est respondendum, nisi reducatur ad hanc, omnis homo est ens: quod est omnis homo, quæ reducta est impossibilis. Colligitur secūdo ex his, quę Aristoteles dicit, prędicatum non supponi, quoniā non est quantificabile nisi per reductionem ad subiectum per cōuersionē. Modo suppositio idem est, quod quantitas propositionis: ergo, si non est quantificabile, nec potest supponi, nisi per conuersionem reducatur ad subiectum: & ita prædicatū supponitur per accidens eo modo, quo supponitur in cōuertente. Et hæc inquit. {Ipsum autem quod sequitur, quod est prædicatum communius, non sumendum est totum sequi, hoc est cum signo vniuersali distributum: & exponit quid intelligat per totū sequi, & inquit. {Dico autem} subaudi {totum sequi, vt hominē sequi omne animal, aut musicam, omnem scientiam. Sed dico, ipsum consequēs debere simpliciter solū sequi penitus sine signo, quemadmodū ip̄m & protēdimus, hoc est & supponimus. Quoniā sicut nulla suppositione supponitur, ac protēditur ad significata verbalia, sic nullo signo quātitatis accipi debet affectū. Quòd autē sine signo vniuersalitatis accipi debeat probat, & inqt. {Etenim alterū, s. prędicatū, quod est alterū extremorū propōnis, est inutile ad propositionē verā vel falsam, & impossibile. vt omnem hominē esse omne animal, vel iustitiā esse omne bonum, propterea addit, q̄ signum vniuersale ad subiectū addi debeat. Et inquit. {Sed quod res ipsa sequitur, s. subiectū, ad quod res ipsa, quę prędicatur, sequitur de illo omni dicitur: & ita ad subiectum signum addēdum, hęc Aristoteles, de quibus in ludicris.

Excerptū.

B

C

D

Quādo autem ab aliquo continetur subiectum, cuius cōsequētia oportet sumere, ipsius vniuersalis quidē consequentia, vel nō consequentia nō est eligendum in his: sumuntur. n. in illis. nam quæcunq; ad animal, & ad hominem sequuntur, & quæcunq; non insunt similiter. Sed quæ circa vnūquodq; sunt propria, sumēdum est. Sunt enim quędam speciei propria præter genus. Necesse est enim diuersis speciebus propria quædam inesse.

Cum dixisset pro ipsius medij inuentione esse considerāda subiecti, & prædicati, problematis consequentia, antecedentia, & aliena, & docuisset que horum eligē da ex parte quantitatis propositionis, nunc exponit quę consequentia, quę aliena, & quæ antecedentia eligenda in considerationibus superius inductis sunt ex parte ordinis & propinquitatis, & primo declarat quę consequētia, atq; quæ aliena eligenda in considerationibus sint. Secundo quæ antecedentia. Et pro declaratione ambarum partium, animaduertendum, quòd consequentia, aliena, & antecedentia, tam subiecti, quam prædicati problematis sunt in duplici differentia. Nam

Cōmē. 252.

Consequentia sunt duplicia cõia & ꝑpinqua.

quædam sunt remota, quę ab Aristotele communia cõsequentia vel antecedẽtia vel aliena dicuntur, verbi causa. Remota siue communia consequentia hominis, sunt quæcunq; ad animal consequuntur, vt corpus, & substãtia, & ens: repugnantia vero remota sunt, quæ consequũtur ad lapidem, vt insensitiuũ inanimatum, & id genus.

Propinqua.

Quædam vero sunt propinqua, vt ad hominem consequentia propinqua sunt animal: sensitiuũ, & id genus, simili ratione antecedẽtia remota sunt, vt ab ipso animali remota sunt, quæ antecedunt ad hominem, vt Socrates, & Plato, promixa vero sunt homo, & equus: tunc vult, q; in electionibus, quæ in considerationibus fiunt subiecti vel prædicati conclusionis, circa consequentia, & aliena, debemus ad proxima, ac propria respicere, & non ad remota. Vnde inquit. {Quãdo autem ab aliquo prædicato vniuersali continetur subiectum, vt homo ab animali, aut animal ab animato: cuius subiecti consequẽtia vel antecedẽtia, vel aliena oportet sumere, ipsius prædicati vniuersalis quidem, videlicet animalis consequentia, & non consequentia, hoc est & aliena, non est eligendum in his. s. considerationibus, quæ fiunt de homine subiecto, cuius causam affert, & inquit. {Sumuntur enim in illis, s. electionibus, quæ fiunt de consequentibus alienis, & antecedentibus ipsius animalis. Ergo frustra fiet hæc electio in considerationibus de homine, & assignat causam, & inquit. {Nam quæcunq; ad animal & ad hominem sequuntur, ergo frustra fiet hæc electio in considerationibus de homine, si agetur in considerationibus de animali. Et addit, q; similiter quęcunq; nõ insunt, hoc est aliena sunt, eligendum est, s. propria, & non cõmunia & propterea exponit, quæ eligẽda, & dicit {sed quæ circa vnumquodq; sunt propria: eligendum est, vt in considerationib⁹ de homine, quæ sunt propria ac propinqua homini, & in considerationibus de animali, quę propria sunt animali. Cuius causam affert, & inquit. {Sũt enim quædam consequentia propria speciei præter genus, qa vt inquit, necesse est diuersis speciebus propria, quædam inesse, & etiam propria repugnare, vt homini, & lapidi. ad hominem enim sequitur animatum, ad lapidem vero, inanimatũ. Verum quæ sequuntur ad corpus etiã ad hominem & lapidem sequuntur, ergo eligenda sunt consequentia, & repugnantia: non quę sequuntur corpus, sed quæ cuiq; propria sunt.

Neq; etiam vniuersaliter eligendum est ea, ad quæ sequitur ipsum cõtentum, vt animali: ea ad quæ sequitur homo. Necesse enim est siquidem ad hominem sequitur animal, etiã ad hæc omia sequi: conueniẽtiora vero hæc sunt hominis electioni.

Cõmẽ. 253.

Hoc idem nunc præcipit in considerationibus antecedentium. Vult enim, q; antecedentia proxima, & non remota eligantur, non. n. in considerationibus, quæ fiũt de animali, debemus eligere antecedentia hominis: quoniam hæc remota sunt ad animal, & quæruntur in considerationibus, quæ fiunt de homine. Vnde inquit {Neque etiam vniuersaliter} hoc est omnino {eligẽdum est ea} antecedentia {ad quæ sequitur ipsum contentum} s. homo in considerationibus, subaudi quæ fiunt de animali. Et hoc inquit, vt in consideratione, quę competit animali non ea eligenda sunt antecedentia, ad quæ sequitur homo: cuius causam assignat, & inquit. {Necesse. n. est siquidẽ pro quia ad hominẽ sequitur animal, etiã animal ipsum sequi ad hæc antecedẽtia omnia, ad quę homo sequitur. Propterea dicit {sed conuenientiora sunt hęc electioni hominis, non autem animalis. Quare siue subiecti siue prædicati fiant considerationes, semper propria antecedentia, & consequẽtia: & aliena eligẽda sunt, non autem remota, ac communia, hęc de secũda electione ex parte ordinis.

E Sumẽdum autẽ est & quæ vt in pluribus sequuntur, & ea, quæ sequũtur. Nã problematũ vt in plurib⁹, & syllogismus est ex propositionibus, quæ sunt in pluribus: omnibus, aut quibusdam, similis enim est vniuscuiusq; conclusio principijs.

Cõmẽ. 254.

Hactenus docuit qualia antecedẽtia, & cõsequẽtia, et aliena eligẽda sint respectu p̃dicati, & subiecti, nunc qualia antecedẽtia, & cõsequẽtia, & aliena sumẽda sunt atq; eligenda docet respectu conclusionis. Vbi debes scire, syllogismi propositiones semper sumendas esse pro conclusionis ratione. Quandoquidẽ cõclusio omnibus, aut alicui propositionum similis semper esse debeat: & quia syllogismi propositiones ex antecedentibus, & cõsequẽtibus, & alienis conficiuntur, iure hæc ea rõne sumenda erant, qua & conclusio problematica est: at problematica conclusio interdum est vt nũc, interdũ simpliciter: aliquãdo vniuersalis, aliquãdo particularis, nonnunq; plerunq;, nõnunq; in omnibus, aliquãdo & ſm opinionem, aliquãdo & ſm rei veritatẽ: ideo p̃cipit & ea, quæ sequũtur etiã esse sumẽdũ, vt quę plerũq; sequuntur, simili rõne, & antecedẽtia, & aliena: rursus pro cõclusionis rõne sumẽda hęc sunt etiã nõnũq; vt nũc, simpliciter aliquando interdũ in toto, in parte interdũ, aliquãdo in plurib⁹, aliquãdo in omnibus: secundũ veritatẽ aliquãdo, aliquãdo ſm opinionẽ: cuius causam assignat. nã problematũ vt in plurib⁹ & syllogismus est ex propõnibus, quę sunt vt in pluribus, aut omnibus, aut quibusdã. nã (vt dicit) vniuscuiusq; cõclusio similis est principijs, quę in syllogismo assumũtur. Ex hisce perspicuũ est hãc prioristi cam methodũ longe vniuersaliorem esse illa libri Topicorum illa libri Elenchorũ, & illa libri Posteriorum. nã hic docuit methodũ inueniendi medium in Elenchis syllogismis, in dialecticis, & in demonstratiuis: in Elenchis quidem, cum dixit pro inuẽtione medij ad cõclusionem accidentalem sophisticamq; esse eligenda añcedẽtia, cõsequentia, & aliena accidentalia: in dialect cis vero: quia pręcipit consequentia, antecedentia, & aliena esse eligẽda secundum opinionem. At in demonstratiuis, cum ait aliena, consequentia, & antecedentia esse eligenda essentialia, quæ sunt vt semper, vel plerunq;, vt semper quidem: pro inuentione medij in demõstrationibus mathematicis, vt plerunq; autem pro inuentione medij in naturalibus demonstrationibus. Naturalis enim Philosophus demonstrationibus vtitur ad conclusionem veram plerunq;. Syllogizat enim Physicus maxillarem dentem esse rotundum hoc pacto, maxillaris dens os est ad terendum aptum. Et omne os ad terendum aptum est rotundum: quare conclusio plerunq; vera erit, non enim semper maxillaris dens rotundus est, sed plerunque. Methodus ergo hæc cęteris vniuersalior est, cum omnes contineat. Hęc de tertia electione respectu conclusionis.

Annotatio. Excerptum a. 2. huc libri digitum.

Amplius, quæ omnium consequentia sunt non eligendum est, non enim erit syllogism⁹, ex his, propter quam autem causam in sequentibus erit manifestum.

Cõmẽ. 256.

Refellit nũc inutilẽ electionẽ cõsequẽtium, & inquit. {Non esse eligenda ea consequentia, quę & subiectum ipsum, & prędicatum sequuntur: nam ad medij inuẽtionem hęc electio est inutilis. cuius causam assignat ex eo, quia ex his syllogismus non fit, nisi supple in secũda figura, qui inutilis est: simili ratione etiã suppleas tu nec aliena esse ea eligẽda, quę & subiecti, & p̃dicati aliena sunt: non. n. syllogismus ex hisce fieri potest, nisi vtraq; propositio sit negatiua, quæ coniugatio inutilis est, vtrum vero possint ea antecedentia eligi, quę vtrique antecedunt,

Regula omnium consequentiarum.

dunt, posterius dicemus, nã electio eiusmodi non est inutilis: quia saltẽ in tertia figura pro medij inuentione confert. Ex his, quæ hic Arist. inquit, tres cõsequẽtiarũ p̃cepta colligi posſũt, quæ Neoterici tradũt: quorũ primũ est in omni cõsequẽtia bona per se quicquid ad cõsequẽs sequitur, ad antecedẽs etiã sequitur, non autẽ contra fit. Regulæ cõsequentiarũ. Primum.

Secundum. Tertium.

Secũdũ, quicqd antecedit ad antecedẽs, & ad cõsequens antecedit, & cõtra esse nõ potest. Tertiũ deniq;, quicquid repugnat consequẽti, & antecedẽti repugnat, non autẽ cõtra fieri posse cõstat. Quæret quispiã obiter de principio regulatiuo omniũ consequẽtiarũ. Dicebamus olim tria esse hæc principia, quæ ijs tribus regulis habẽtur, quas nunc narrauimus, nunc vero arbitror vnũ duntaxat esse omnium consequẽtiarum principium regulatiuum: estq; quoties cõtradictoriũ cõsequẽtis repugnat antecedenti, consequẽtia est argumentum per se, vel vt vtar verbis aliorum, consequentia est bona formaliter, siue per se. Veritas autem huius regulatiui principij ex ea propositione habetur, quæ cõis dignitas est: de quolibet alterum contradictoriorum verum est, & de nullo vtrunq;: vel ex illo quod idem est, duorum contradictoriorum si alterum alicui repugnat, alterum ad illud sequitur, & cum consequens, & eius contradictorium sint duo contradictoria: si contradictorium consequẽtis antecedenti repugnabit, cõsequens ad illud antecedẽs per se sequatur necesse est. Tale principiũ regulatiuum Aristoteles in p̃cepto nullibi assignauit, eo tamen vsus est in regulis conuersionum, & in reductione syllogismorũ per impossibile, & in alijs quampluribus regulis syllogisticis. Ex hoc sequitur, consequẽtiarum regulas, quas Sorticolę ad immensum multiplicarunt, esse superfluas. De principio regulatiuo consequẽtiarum.

Regula omnium consequentiarum.

Est enim vna regula, sicut vnum omnium regulatiuum principium, quæ potest sic assignari omnis consequẽtia bona est, quę regulari potest eo principio, quod dixim⁹. vnde si sic argumentaremur, homo est species: ergo homo est genus. licet hic argumẽtemur ab inferiori ad suũ superius, quia tamẽ hæc nõ potest regulari eo principio, cũ oppositũ consequẽtis stet cum antecedẽte, ideo nõ est bona. Secundo etiã sequitur limitationes consequẽtiarum, quas Iuniores ad immensum auxerunt, esse vanas omnes enim regulæ vna limitatione constant: videlicet, q̃ oppositum consequentis repugnet antecedenti: regulæ autem, quæ hoc vno principio nõ constant, bonæ nõ sunt. Vnde hæc cõsequentia, si homo est, animal est, nõ est bona: quia argumentum est ab inferiori ad superius, sed, quia oppositũ consequentis repugnat antecedenti. Similiter, si argumẽtum esset, hoc currit: hoc est homo: ergo homo currit, dicerẽ ipsum nõ esse bonum, quia est ab exponentibus ad expositam: sed, quia oppositum consequentis repugnat antecedenti simili ratione, & in cęteris regulis id genus non enim tenent, quia sunt regulę tales, sed quia regulari possunt principio omnium consequẽtiarum: immo omnium syllogismorum regulatiuo. Quid igitur sit principium regulatiuum omnium cõsequentiarum, & vbi Aristoteles eo vsus sit, & q̃ vna sit omnium consequentiarum regula, ex hisce patet.

Cap. ii. De modo inueniendi mediũ ad quodcunque problema in oi syllogismorum genere, cõstruẽdiq; syllogismi.

CONstruere quidem igitur volentibus de aliquo toto, eius quidem, quod cõstruit, inspiciẽdũ est ad subiecta, de quibus ipsum dicitur: eius autẽ, de quo oportet prædicari, quę cũq; ad ipsum sequuntur, si enim aliquod horum idem sit, necesse est alterum alteri inesse.

Cõmẽ 256.

Hactenus & considerationes, & electiones perfecit: nunc consequenter methodos nobis assignat inuentionis propõnum cuiusq; problematis nobis propositi. Dico cuiusq; problematis, quia & vniuersalis: & particularis, & affirmatiui, & negatiui. Assignat autem primo regulam, qua facile construere poterimus problema vniuersale affirmatiuum, eo q̃ hoc problema & in prima figura, & in primo primæ construitur, vt seruet ordinem suum verum, vt Philoponus monet, cum voluerimus aliquod inesse, vel non inesse syllogizare, primum problema ipsum syllogizandum resoluendum est ad subiectum, & ad prædicatum, vt maior & minor extremitates appræhendantur. nam problematis subiectum syllogismi minor extremitas est, prædicatum autem maior. verbi causa, si problema construẽdum sit, omnis voluptas est bonum: annotanda sunt & bonum, & voluptas. Erit enim in syllogismo, bonum quod est problematis prædicatũ, maior extremitas, voluptas eiusdẽ subiectũ erit minor. Quibus expositis, & recte perpensis, pro vniuersali affirmatiuo problemate construendo p̃cipit Aristoteles esse annotãda omnia ea, de quibus prædicatum problematis prædicatur: quæ dicuntur antecedentia ad bonum, verbi causa, virtus, amicitia, honor, & fm naturam finis. Est enim virtus bonum, & amicitia bonum, & honor bonum, & finis fm naturam bonum. Iterum præcipit omnia ea annotanda esse, quæ sequuntur ad voluptatem, quæq; dicuntur de ipsa, vt finis fm naturam. ferinum, corruptiuum, & id genus. Hæc enim voluptatem sequuntur, & de ipsa prędicantur: his annotatis horum medium erit, quod vnum, & idem sequitur: voluptatem, & antecedentia ad bonum: verbi causa: Finis fm naturam hoc enim de omni voluptate dicitur: quoniam omnis voluptas finis fm naturã est: & antecedit ad prædicatum, quoniam omnis finis fm naturam bonum est: ideo medium relinquetur. Inquit. Construere quidem igitur volẽtibus de aliquo toto, supple aliquid, vt de omni voluptate bonum, totum: quod græce est olon, hic nõ de integrali intelligitur, sed de vniuersali: eius quidem, quod construitur, hoc est boni. Inspiciẽdum est ad subiecta, de quibus ipsum bonum dicitur, eius autem, de quo oportet prædicari, hoc est voluptatis, inspicienda sunt quæcunq; ipsum sequuntur. nam vt inquit si horum, s. quæ sequuntur voluptatem, & antecedunt bonum: aliquod vnum & idem est, necesse est, supple vniuersaliter alterum. s. bonum, alteri s. voluptati inesse, & sic problema vniuersaliter construitur.

Si autem non quoniam omni, sed quando alicui ea, ad quæ sequitur vtrunq;: si. n. aliquid horum idem erit, necesse est alicui inesse. Cageti. Darapti.

Secunda regula, si voluerimus construere problema particulare affirmatiuum: & quidem in tertia figura, ea prospicienda erunt, quæ vtrunq; sequitur: quæq; vtriq; antecedunt: & si eorum aliquod idem esse reperiatur, necesse est alterum alteri inesse particulariter: verbi gratia, illius problematis, voluptas est bonum. Sumendum est ipsum illaborioſum: quod vtriq; antecedit. Sic. n. concludetur, q̃ quædam voluptas est bonum. Inquit. {Si autẽ non qm̃ omni inest, sed quoniam alicui inesse problema est, ea prospicienda sunt, ad quæ vtrunq; sequitur. Si. n. aliquid horum idem erit, ad quod vtrunq; sequitur, necesse est alicui inesse, seruit autem hæc regula proprie, atq; directe primo modo affirmatiuo tertiæ figuræ. Particulari vero affirmatiuo primæ figurę seruit per conuersionem minoris: quare omnibus seruire videtur. Animaduerte tamen Aristotelem ideo post primum primæ vniuersalẽ affirmatiuum accipit hũc modum tertiæ: qm̃ hic modus est in tertia figura, veluti vniuersalis, quoniã ex vniuersalibus propositionibus. Cõmẽ. 25 Nota.

Quando autẽ nulli oportet inesse, eius cui quidem non oportet inesse ad consequentia. Eius vero, quod oportet non inesse, ad ea quę non contingunt ipsi adesse. Darapti. Celarent. Dafenes. Celarent.

Tertia regula ad syllogizandum problema vniuersale negatiuum in secundo primę, id sumendum est, quod ad subiectum consequitur, Prædicato vero sit alienum: vt illius problematis nullus lapis est animal. Medium Cõmẽ. 258.

est ipsum inanimatum: nam inanimatum est consequēs ad lapidem, & alienum ab animali. Inquit. {Quādo autem nulli oportet inesse eius, s. subiecti, cui quidem non oportet inesse, ad cōsequentia, supple inspiciendum est, eius vero, quod oportet non inesse, hoc est p̄dicati, oportet, supple inspicere ad ea, quę non contingunt ipsi adesse. Hoc est ad aliena à prædicato.

Aut cōuersim eius quidem cui oportet nō inesse ad ea, quę non contingunt eidem adesse. Eius autem quod non inesse, ad sequentia. nam si hæc sint eadem vtrorumque, nulli continget alterum alteri inesse, fit enim quandoq; quidem in prima figura syllogismus, quando que in media.

Cōmē. 259. Quarta regula ad syllogizandum vniuersale negatiuum in secundo secūdę oportet sumere alienum à subiecto, quod cōsequens sit ad prædicatum, vt huius problematis, nullus lapis est animal, medium est sensibile. Vnde inquit, aut conuersim, hoc est conuersione facta subiecti quidem, cui oportet non inesse, ad ea, quæ non cōtingunt eidem adesse, hoc est ad aliena subiecti, eius vero, quod oportet non inesse, hoc est prædicati ad sequentia: inspiciendum est: nam si hæc sint eadem vtrorumq;, nulli continget alterum alteri inesse: hoc est, si eorum alterū quoduis sit idem, in secundo modo secūdus syllogismus fit. addit syllogismum fieri nonnunq; in prima, nonnunquam in media figura: in media quidem, quia non conuersione facta, in prima autem conuersione minoris & conclusionis, & transpositione propositionum: nā vniuersalis negatiua conuertitur vniuersaliter.

Gedago. Felapton. Si autem alicui non inesse eius quidem cui oportet nō inesse, ad quæ sequitur, quod eius autem, quod non inesse quæ non possibile est ipsi ineē: si.n. aliquid horum erit idem, necesse est alicui non inesse.

Cōmē. 260. Quinta regula, ad syllogizandum problema particulare negatiuū ex vniuersalibus tamen propositionibus: oportet sumere aliquod, quod antecedit subiectum, prædicato vero, sit alienum: vt illius problematis: quoddam lignum nō est album, medium est scannum. Inquit. {Si autem alicui non inesse aliquid syllogizare oportet, subiecti, cui quidem oportet nō inesse, ea inspicienda sunt, ad quæ ipsum sequitur. Prædicati vero, quod non inesse oportet, ea respicienda sunt, quæ ipsi nō possibile est inesse, hoc est ad aliena. si.n. aliquid horum erit idem, necesse est alicui non inesse, vtpote in secundo modo tertię figuræ. Quæret quispiam circa ea, quæ dicta sunt, cur sicut assignauit methodum habundādi propositionibus in syllogismis de inesse, eam non assignauit in illis de necessario, & de contingenti, & in mixtis. Albertus assignauit causam ex eo q̄ generatio syllogismorum non eadem est in illis de inesse, & in illis de necessario, & contingenti, & in mixtis. Diuersatur enim penes principia regulatiua, quæ sunt dici de omni, & dici de nullo: & penes principium reductiuum, quæ est ipsa cōuersio, cum enim hæc principia sint alia in illis de inesse, & in cæteris

De his quinque regulis lege fusiꝰ dilucidato rē: ab enūciato. 94. vsque ad finem libri.

Dubitatio.

Solutio Alberti.

ideo generatio non erat eadem in illis omnibus, quia vero vnus est modus consequentium, & antecedentium, & alienorum in illis omnibus, ideo methodus abundandi vna est in illis omnibus. Ego nō contradicendo huic vero, sed fortasse, quæ ipse voluit dicere, declarando, dicerem, methodum esse vnam inueniēdi medium in omnibus, ex eo quia hęc accipitur ratione terminorum problematis, qui sunt subiectum, & prædicatum: qui termini sunt eiusdem rationis in illis omnibus, quia vero generatio accipitur respectu propositionū, quæ non sunt eiusdem rationis in omnibus syllogismis, ideo generatio nō est eadem in illis omnibus. & tu intelligas in quibus generatio syllogismorum fieri potest. nō enim in contingētibus generari potest secunda figura, vt patuit. Quærit Albertus secundo, quam ob causam ad terminādum problema vniuersale affirmatiuū vnam tantum regulā Aristoteles assignauit, ad concludendum vero vniuersale negatiuum, duas. Respondet hoc esse ex eo, q̄ problema vniuersale affirmatiuum constructur per aliquid, quod vtriq; extremo est conueniens vniuersaliter: quia per id, quod consequitur subiectum, & antecedit prædicatum: & quia hoc non potest esse nisi vno modo, ideo vna regula est, at negatiuū cōcluditur per aliquid, quod alteri extremo est conueniens, & alteri extraneum & cū istud possit esse dupliciter, quatenus illud potest esse alternatim vno modo, vt sit subiecto conueniēs, & prædicato extraneum, vel contra prædicato conueniens: & subiecto extraneū, ideo duas regulas assignat, hęc Alberti causa est pulchra. Alia tamen assignari potest: quia problema vniuersale affirmatiuum nō nisi in vna figura fit: at vniuersale negatiuum in pluribus figuris. Ideo illius vnam negatiui duas regulas assignat. Quęret & tertio Iunior cum sint quatuordecim modi syllogismorum naturaliter concludentium. Et quinq; præternaturaliter concludētes: cur assignat sex regulas: hic videlicet quinque. Et postea sextam. Dicerem problemata esse tantum quatuor vniuersale affirmatiuum: vniuersale negatiuum: particulare affirmatiuum: & particulare negatiuum. Et per consequens. Pro numero problematum tātum quatuor sunt regulæ: assignauit autem sex ad abundantem doctrinā: non autem plures: quia cęteræ conuersione ad has reducūtur: verum de his postea. Prætetea particularium non dedit regulas: quoniam regulæ eædē sunt, quæ vniuersalium: nec differunt: nisi quia antecedētia: & consequentia: & extranea in particularibus sumūtur fm partem. In vniuersalibus vero fm totum: nec dedit regulam, qua medium inuenire possumus in problemate particulari primę figuræ, sed tertiæ. Quia conuersione vterq; modus est vnus.

Solu. 1pria.

2. Dubō.

3. Dubō.


Magis autem erit sic vnumquodq; eorum, quæ dicta sunt manifestum, sint enim sequentia quidem A ī quibus est B, quę autem ipsum sequitur in quibus C: quę vero non contingūt ipsi inesse in quibus D. Rursum autem ipsi E, quæ quidem insunt in quibus F: quæ autem ipsum sequitur in quibus G: quæ vero non cōtingunt ipsi inesse, in quibus B est.

Prædicat. Auer.

b. sequent.
c. præcedit.
d. quæ sit extra.
e. sub lit.
f. sequitur.
g. præcedit.
h. lit extra.

Figura

Figura methodi, pro medio inueniendo in singulis coniugationibus vtilibus, & inutilibus, ex antiquis excerpta.



Prædicat. a. c. subit. b. sequens. c. p̃cedit. dq̃ sit extra. f sequitur. g. p̃cedit h. sit extra b f. febas. c g. cageti. d h. hedas c f. fecana. b h. Hebare. d f. dafenes. c h. hecas. g d. gedag. b g. gebali. Febas. Hecas. Hedas. Cõmẽ. 261.

Hæc autem descriptio de facultate propositionum est: & intelligitur A E propositio habens prædicatum A bonum, subiectum E voluptas: B vero consequentia, A C autem quę A, sequitur: D vero extranea ab eodẽ: & rursum F consequentia, E G autem quę E sequitur: H vero extranea ab eodem. Fiunt igitur nouem cõiugationes sic, B F, C G, D H, C F, B H, D F, C H, D G, B G: quarum quidem sex cõstant, & faciunt syllogismũ, tres autem videlicet, B F, C H, D H, nõ constant.

Dictas regulas manifestius exponens, quandam inscriptionem facit, vbi per A problematis prædicatum intelligit: per E, subiectum: modo non in fine dictionum earum, quæ in carminibus sunt, collocentur. Animaduerte Arist. posuisse hoc problema, omnis voluptas bonum in exemplo figuræ, non q̃ fit intelligendum per omnes coniugationes: non enim est ſm omnes syllogismi modos, quorum regulas assignat. Est enim vniuersale affirmatiuum, quod non nisi in primo primę syllogizatur: seruit autem hoc problema, vt intelligãtur, quę sint prædicati, atq; subiecti consequentia, antecedentia, & aliena, secundo animaduertendum in græcis codicibus literas haberi, vt eas nos in latinum transtulimus: sed ne ab his carminibus, quæ de literis latini carmina scripserunt, recederemus, literas more carminum conscripsimus. Figurę carmina. Prædicati primum.

Carmina subiecti & prędicati.

Prædicat A B, sequens C, præcedit, Dq̃ sit extra.
Subiecti secundum.
„ E subdit, F sequitur, G præcedit, H sit extra.

Tertio animaduertendum, quòd hę quatuor vocales A E I O, in fine dictionum carminum earum coniugationum, quæ vtiles sunt, significant problematis speciem: A quidem vniuersale affirmatiuũ: E autem vniuersale negatiuum, I particulare affirmatiuum: O particulare negatiuum. Vnde versus.

carmina problematum.

Asserit A, negat E, sunt vniuersaliter ambæ:
Asserit I, negat O, sunt particulariter ambæ:

Carmina vero artis, qua medium quis potest facile inuenire de quolibet problemate proposito, hæc sunt.

carmina methodi.

Fecana, Cageti, Dafenes, Hebate, Gedago.
Gebali stant, sed non constant Febas, Hedas, Hecas.


Vt vero intelligantur. debes scire has esse nouem dictiones, per quarum sex primas, intelliguntur sex cõstãtes cõiugationes: per tres vltimas, tres inconstãtes. Rursus debes scire sex primas esse trisyllabas: nam per vocalem vltimæ syllabæ notantur qualitas & quantitas problematis: per duas syllabas præcedentes notantur quæ respicienda sunt pro medij inuentione. verbi causa. Per vltimam syllabam illius dictionis Fecana, cuius vocalis est A, notatur problema vniuersale affirmatiuum: per F ante E, notatur esse respiciendum ad consequentia, E subiectum problematis. Per C ante A, intelligitur esse respiciendum ad antecedẽtia prædicatum, inter quæ si aliquo D vel aliqua reperientur, quæ eadem sunt subiecti consequentia, & prædicati antecedentia, illud, vel illa erunt media ad syllogizandum problema vniuersale affirmatiuum, & de cæteris simili modo, de quibus seorsum dicemus. Tres vero dictiones vltimæ sunt bisyllabæ, quia in eis nulla notari debet conclusio: nam quælibet illarum est inutilis. Inquit {Magis autem erit sic} hoc est per subscriptam figuram vnumquodq; eorũ præceptorum ad inueniendum medium quæ dicta sunt, manifestum. Sint enim in figura sequentia quidem A prædicatum omnia ea, in quibus est B: quæ autem ipsum A, sequitur} hoc est prædicatum præcedentia, ea sint, in quibus est C: quæ vero ipsi A, prædicato non contingunt inesse, quæq; aliena dicuntur, sunt ea omnia, in qbus est D:

Hæc de prædicati, quod est bonum, consequentibus, antecedentibus, & alienis. Deinde describit hæc eadem in figura de subiecto: & inquit. {Rursum autem ipsi E subiecto, quæ quidem insunt, hoc est consequentia, ea omnia sunt, in quibus est F: quæ autem ipsum E subiectum sequitur, hoc est præcedentia subiectum, sunt ea omnia, in quibus est G, quæ non contingunt ipsi inesse, hoc est aliena, ea omnia sunt, in quibus H est: & sic habẽtur subiecti, quod est voluptas, consequentia, antecedentia, & aliena: hæc sunt verba, quę Aristo. præmittit inscriptioni. Postea vero figura inscripta. Inquit: {hæc autem inscriptio de propositionum facultate est: deinde quid per literas in illa inscriptas intelligat, exponit. Et inquit. Et intelligatur A E, Propositio habẽs prædicatum A bonũ, subiectum E, voluptas: B vero intelligantur consequentia A: C autem quæ ipsum A sequitur: quæq; dicuntur antecedentia A prædicatum, D vero intelligantur extranea ab eodem A: hæc de prædicato, & de subiecto. Inquit. F {Et rursum F intelligantur consequentia E subiectum, G aut quæ ipsum E, sequitur: quæ dicuntur antecedentia, E subiectum: H vero extranea ab eodem E. His descriptis colligit vtiles, & inutiles coniugationes ex parte angulorum figuræ. Et inquit. Fiunt igitur nouem cõiugationes sic, B F: quæ illa dictione Febas notantur, & est inconstans: C G, vt per Cageti habetur D H, vt per hedas inutilem intelligitur, C F, vt p. Fecana apparet: B H vt per Hebare, notatur D F vt Dafenes: C H, vt per Hecas inutilem D G, vt per Gedago: B G, vt per Gebali perpenditur. Quarum quidem sex constant, & faciunt syllogismum: tres autem, videlicet B F, idest Febas, C H, Hecas, D H, Hedas, non constant. Hæc de figura.

Fecana. Barbara.

Siquidem igitur aliquid idem eorum, quæ sunt C, alicui eorũ, quæ sunt F sit, necesse est A omni E inesse: nam F quidem omni E, C autem omni A: quare omni E inest A.

G



Fecana concludens vniuersalem affirmatiuam. in qua medium sequi subiectũ, antecedit aut prædicatũ.

H


Dispositа, & dilucidata figura, repetit regulas, et quidem per literas in ipsa figura collocatas: vt figuræ vsum quilibet possit facile memoriæ commendare. Prima est, quoties eorum, quę in C sunt, aliquod idem est alicui eorum, quæ sunt in F, regula vtilis est ad syllogizandũ problema vniuersale affirmatiuum, videlicet, omne E est A. Inquit. {Siquidẽ igitur aliquid idem eorum, quæ sunt C, hoc est præcedentium A, prædicatum, alicui eorum, quæ sunt F, hoc est consequẽtium subiectum idem sit, veluti ſm naturam, finis, necesse est A bonum, quod est prædicatum, omni E, voluptati, quę est subiectum in esse: nam F quidem, hoc est ſm naturã finis, omni E voluptati inest. Atq; omni C ſm naturam finis, A inest, quare omni E inest ipsum A. Habetur autem hęc regula per illam dictionem Fecana. In illa enim ipsum A, vltima syllaba positum notat problema esse vniuersale affirmatiuum. Per A autem circiter medium collocatũ notatur problematis prædicatum: per C ante A notantur antecedentia prædicatum A, per E, prope principium dictionis notatur subiectum problematis, per F, ante E, notantur consequẽtia subiectum E: igitur per hanc dictionem fe-

Cõmẽ. 261.

cana

eana habetur, q̃ ad conſtruendum problema vniuerſale affirmatiuum, oportet reſpicere ad conſequentia ſubiectum, & ad antecedentia prædicatorum: quorum ſi aliquid idem eſt, illud eſt medium ſyllogizans problema. Animaduerte medium per duas literas eē collocatum, vt, ſ. notaret eius habitudinem ad ſubiectum, vt conſequens eſt, & habitudinem ad ptædicatum, vt præcedens ipſum.

Si autem C eſt G idem: neceſſe eſt alicui E inesse A: nam id, quod eſt C, A, id, quod eſt G E, omne ſequuntur.




Cageti. Darapti cõcludentes affirmatiũ particularem, exigunt mediũ vtriuſque extremi antecedens, qui vt ſupra reducit ad primam ſigurã.

Cõmẽ. 261.

Secunda regula, quando idem eſt antecedens ſubiecti, atq; prædicati, valet ad ſyllogizandũ problema particulare affirmatiuum in Darapti, & in Darñ per cõuerſionem minoris. Inquit. {Si autem C} hoc eſt prædicati antecedens: {& G, ideſt ſubiecti antecedens idem eſt, neceſſe eſt alicui E ineſſe A, nam ad omne C ſequitur A, prędicatum, & ad omne} G ſequitur E, ſubiectum, igitur valet ad ſyllogizandum particulare in Darapti, & per conuerſionem minoris in Darñ. Animaduerſione dignum hanc regulam haberi dictione cageti: nam I, in vltima ſyllaba collocatum ſignificat problema particulare affirmatiuum: & per C ante A, ſignificatur eſſe reſpiciendum ad antecedentia prędicati, & per G ante E, ad antecedentia ſubiecti. Igitur ſignificat problema particulare affirmatiuum eſſe terminandum per mediũ, q̃ vtriuſq; extremi antecedens eſt.

Si autem F, & D ſint idem, nulli E A ineſt ex proſyllogiſmo. Quoniã enim conuertitur negatiua, & F, ei, quod eſt D, idem eſt, nulli F ineſt A, F autem omni E.




Dafenes ſiue cælarent qui reducit per conuerſione ad Cęlarent, cõcludit, pblema vniuerſale negatiuum, exigit mediũ, quod ſequatur ſubiectum, repugnet autem prędicato.

A Tertia regula, quando idem eſt prædicato alienum, & ſubiecti conſequens, valet ad ſyllogizandum problema vniuerſale negatiuum in Cęſare, in celarent vero valet cõuerſa minore ĩ terminis. Inquit. {Si autem F, hoc eſt ſubiecti ſequens, & D, h oc eſt alienum prędicato ſint idem: ex tali proſyllogiſmo, nulli E inerit A, in Cęſare, quoniam enim conuertitur negatiua, quæ eſt maior, & F, ei, quod eſt D, idem eſt, nulli F inerit A, & F ineſt omni E: igitur, ſupple in celarent, nulli E ineſt A: habetur autem regula hæc per dafenes: vbi E, vltima ſyllaba collocatum problema vniuerſale negatiuum ſignificat, cuius medium quærendum eſt: F vero ante E ſignificat eē proſpiciendum ad conſequentia ſubiecti, quod eſt E: D vero ante A, ad aliena A prædicato, igitur ſignificat problema vniuerſale negatiuum terminandum eē per mediũ, quod eſt ſubiecti ſequens, prædicato vero alienum. Animaduerſione dignum in exemplo figuræ, vbi problema illud, omnis voluptas bonum, poſitum eſt, non poſſe re

B periri aliquod idem quod ſit voluptatem ſequens, & â bono alienum, ideo oportet mutare terminos: nõ enim exemplum illud omnibus exemplis accommodari põt, cum ſit vniuerſale negatiuum. Præterea debes ſcire Ariſto. hic per proſyllogiſmum accepiſſe ſyllogiſmũ & ſyllogiſticam auctionem, vt græci animaduertunt.

Rurſus, ſi B & H idem, nulli E inerit A: nam B A quidem omni: ei autẽ in quo E nulli inerit: idem enim erat ei, quod eſt H B, H autem nulli E inerat.

Hebare. cameſtres.




Cameſtres, ſiue Hebare, qui minoris concluſionis conuerſione reducitur ad celarent, ad concludẽdũ pblema vniuerſale negatiuũ indiget medio ſubiecto repugnãs, prædicatum autẽ ſequens.

Cõmẽ. 265.

D Quarta regula eſt quãdo idem eſt prædicati ſequẽs, ſubiecto vero alienum, tunc valet ad ſyllogizandũ problema vniuerſale negatiuum in Cameſtres, in celarent autem, per minoris conuerſionem, & concluſionis, & ſi licet: per propoſitionum tranſpoſitionem. Inquit {rurſus ſi B & H idem eſt} hoc eſt ſi prędicati ſequens, & ſubiecto alienum idem eſt {nulli E inerit A: nam B A quidẽ omni ineſt, cum ſequatur ad A: ei autẽ, in quo eſt E, nulli inerit: ponitur enim B idẽ ei, quod eſt H, quod ab E ſubiecto alienum eſt: quare A nulli E inerit. Notatur vero hæc regula per illam dictionem hebare, vbi E in vltima ſyllaba problema vniuerſale negatiuum ſignificat: H autem ante E ad extranea ſubiecto proſpiciendum eſſe, & B ante A, ad conſequentia prædicatum, vbi, ſi vnum reperitur, quod ſit ſubiecto alienum, & prædicati ſequẽs, medium eſt ad ſyllogizandum problema vniuerſale negatiuum. Animaduerſione dignum hoc exẽplum haberi non poſſe per problema collocatum in dicta figura, & propterea mutaui terminos.

Si vero D & G idem: A alicui E nõ inerit: nã ei, quod eſt G nõ ineſt A: qm̃ neq; ipſi D, G autẽ ſub E eſt; quare alicui E non inerit.

Animal.




Felaptõ, ſeu Gedago, qui minoris conuerſiõe reducitur ad Ferio, ad cõcludendũ pblema particulare negatiuum indiget medio quod repugnet ſubiecto, & ſequatur prædicatum.

cõmẽ. 266.

Quinta regula, ſi vero D, ſcilicet extraneum A, prædicato A: & G, ſcilicet antecedens E ſubiectum eſt idem: medium erit ad cõcludendum, q̃ A alicui E non ineſt, in Felapton, & per conuerſionem minoris in ferio: nã ei quod eſt G, non ineſt A: quoniam neq; ipſi D ineſt, G autem ſub E eſt: quare alicui E non inerit A. Notatur autem hæc regula per illam dictionem Gedago. Nam G ante E ſignificat eſſe proſpiciendum ad antecedentia ſubiectum: & D ante A, ad extranea prędicato: vbi ſi aliquod idem erit, ad ſyllogizandum O, hoc eſt particulare negatiuũ valet.

Si autem G et B idem, cõuerſus erit ſyllogiſmus. nam G quidem A inerit omni: B enim omni A. E autem ipſi B: idem enim erat ei, quod eſt G: A igitur ei, quod eſt E, omni quidem non neceſſe eſt ineſſe, alicui autem neceſſe, eo quòd conuertatur vniuerſale prædicatiuum in particulare.

Diſamis. δὲ vel δὴ Aũt igitur.



Gebali ſiue Baraliptõ indirecte concludens particularẽ affirmatiuã concluſionis cõuerſione indigens, exigit medium antecedens ſubiectũ, ſequẽs autem prędicatũ.

cõmẽ. 267.


Sexta regula eſt problematis particularis, quod indirecte ſyllogizatur, vtpote conuerſa concluſione. Verbi cauſa, ſit problema, quoddam E eſt A: cuius termini ſunt ſubſtantia, animal: vt ſit problema, quædam ſubſtantia eſt animal. Inquit: {ſi autem G & B idem eſt:} hoc eſt, ſi idem præcedens ad E fuerit, & conſequens ad A: vtpote præcedens ad ſubſtantiam, & ſequens ad animal. Veluti viuens, quod ad animal ſequitur, & ſubſtantiam præcedit: tale medium G B, vtile erit ad ſyllogizãdum, quoddam E eſſe A: hoc eſt quandam ſubſtantiam eſſe animal, in Baralipton: & quidem indirecte. hoc etiam medium valet ad ſyllogizandum quoddam E eſſe A, in tertia figura per conuerſionem minoris ſyllogiſmi in Baralipton facti, qua conuerſione in Diſamis idem problema ſyllogizatur. Vnde inquit {ſi autem G precedens ſubiecti, et B ſequens prædicati idem eſt, cõuerſus erit ſyllogiſmus: nã ſyllogizat particulare indirecte: & cauſam aſſignat: & inquit {nam ipm G quidẽ omni A inerit, omne enim animal eſt viuens: B enim ipſum ineſt omni A: nam omni animali viuens ineſt: ſequitur enim ad animal. E autem ipſi B, ſcilicet omni etiam ineſt: quoniam ſubſtantia ineſt viuenti omni. idem enim erat ei, quod eſt G: quod eſt præcedens ad E: viuens enim præcedit ſubſtantiam. Cõcludit problema, & inquit {A igitur, ſcilicet animal, ei, quod eſt E, ſcilicet ſubſtantia, omni quidem non neceſſe eſt ineẽ, ſed alicui neceſſe eſt ineẽ: & affert cauſam: & inquit {eo q̃ conuertatur vniuerſale prædicatiuum in particulare: deberet enim ſequi, omne A eſſe E: quoniam omne animal eſt ſubſtantia: ſed per conuerſionem ſequitur, quoddam C eſſe A: quare medium, quod prædicatur de omni prædicato, & antecedit ad omne ſubiectum, vtile eſt ad ſyllogizandum problema particulare affirmatiuum indirecte, & quidem in prima figura.

In tertia vero directe conuerſa minore. Notatur autẽ hæc regula per Gebali: nam I vltima ſyllaba poſitum, ſignificat problema particulare affirmatiuũ, G B vero ſignificat eſſe proſpiciendum ad præcedens ſubiectum, et ad ſequens prædicatum: quod ſi idem fuerit, vtile erit ad ſyllogizandum quandam ſubſtantiam eſſe animal, ſiue quoddam E eſſe A. Sed animaduerte per exemplum in figura poſitum nõ poſſe terminos hos inueniri, ideo nos alios terminos aſsignauimus.

Manifeſtum ergo quoniã ad prædicta perſpiciẽdum eſt, vtrinque ſecũdum vnũ quodq; problema. per hęc enĩ omnes ſyllogiſmi ſunt. Verum oportet & ſequentium, & eorum ad quę aliud ſequitur, vnumquodq; & ad prima, & ad vniuerſaliſsiſima inſpicere. Vt eius quidẽ quod eſt E, magis ad C F, quàm ad F ſolum: eius autem, quod eſt A, ad C F, quàm ad F ſolũ: nam ſi ei quidem, quod eſt C F ineſt ipſum A, et ei, quod eſt F, & ei, quod eſt E, inerit: ſi nautem ad hoc nõ ſequatur A, poſsibile eſt, ad id quod eſt F, ſequi, ſimiliter autem et in his, ad quæ idẽ ſequitur, conſiderandum eſt: nam, ſi ad prima quidem, & ad quæ ſub illis ſunt, ſequetur, ſin autem non ad hæc, quæ tamen ſub his ſunt, poſſibile eſt.

ἑκατέρου Vtrinque in vtroq; vtriuſque. Verum aũt. Aliud verbum addiũ.

De antecedẽtibus quæ proſpiciẽda.



Quę nã media inſpicienda ſint.

cõmẽ. 268.

Ex dictis quaſi corollarie deducit, ad conſequentia, & antecedentia, & aliena eſſe proſpiciendũ pro quouis problemate ſyllogizando, ex eo q̃ per hæc tria ſyllogiſmi omnes conficiantur. Oſtendit autem hoc, vt innuit hæc tria conſiderata ſufficere pro artis perfectione, inqt {manifeſtum ergo eſt, quoniam ad prædicta tria, antecedentia, conſequentia, & extranea proſpiciendum eſt vtrinque, hoc eſt tam ex parte ſubiecti, q̃ prædicati ſecũdum

eũdum vnumquodq; problema. dixit ſecũdum vnumquodq; problema, quoniam & dialecticum, & analyticum, et ſophiſticum: vel dixit ſecundum vnumquodq; problema, quia & vniuerſale, & particulare, & affirmatiuum, & negatiuum. Aſsignat autem cauſam, et inquit {per hæc enim tria omnes ſyllogiſmi ſunt, & poteſt intelligi omnes ſyllogiſmi, hoc eſt omnes figuræ, non autẽ omnes modi: & poteſt intelligi omnes modi omnium figurarum, verum non eodem modo: nam aliqui per illa conficiuntur per ſe, aliqui conuerſione. Vel poteſt intelligi, & quidem per omnes ſyllogiſmos ſecũdum genus: nam quadruplex eſt ſyllogiſmus. aut vniuerſalis affirmatiuus, aut vniuerſalis negatiuus, aut particularis affirmatiuus, aut particularis negatiuus: modo omnes hi per illa tria confici poſſunt. Verbum vtrũq; græce eſt ἑκατέρου: hecateru, latine vtriuſq;, vel in vtroq;: nos vero vtrinq; dicimus, hoc eſt vtraq; ex parte, ſubiecti, ſ. & prædicati. Subſcribit tamen quandam horum vtilem proſpectionem, pro propoſitionum ſyllogiſticarum abũda facultate, aſſerens eſſe vtile vt conſiderentur, prima & communiſsima antecedentia, atq; conſequentia. per cõmuniſsimum antecedens intelligit illud, quod eſt remotum a ſubiecto, & proximum vel propinquius prædicato. Vt ſi problema ſit ſubſtantia homo: inter quæ multa ſunt antecedentia & conſequentia: vniuerſale & cõmune antecedens eſt, quod eſt ſubſtantiæ propinquum, & ab homine remotum, vt corpus, & animatum. Conſequens vero commune & vniuerſale eſt, quod ab homine eſt remotum, vt animatum, & corpus: quæ ſubſtantiæ ſunt propinqua. Et inquit {verum oportet: & conſequentium, & eorum, ad quæ aliud ſequitur, hoc eſt antecedentium vnumquodq; ad prima, atq; vniuerſaliſsima inſpicere. Verbum aliud in græcis codicibus nõ eſt, ſuppleuimus autem nos, ſicut græca conſtructio expoſcit. Et ponit exemplum per literas. Et inquit {vt eius quidem, quod eſt E ſubiectum, videlicet hominis: magis ad C F, hoc eſt ad animatum, quam ad F ſolum, ideſt animal proſpiciendum eſt: eius autem, quod eſt A, prædicatum, magis ad C F, vniuerſaliſsimum antecedens, quam ad F, hoc eſt particulare ſolum. Appellat magis vniuerſale gemina litera, minus vero vniuerſale ſingulari litera, vt innuat ita magis vniuerſale cõtinere minus vniuerſale, & ad ipſum eẽ multiplex (vt Binarius literarum numerus continet vnitatem, & eſt multiplex ad vnam literam.

Præterea & alia ratione ſic vocat, vt innuat, quod ſit conſequens ad ſubiectum, vt patet per F: & antecedens ad prædicatum, vt patet per C. Vniuerſaliſsimum vero tribus literis nuncupat, vt innuat proximum eſſe prædicato per tres gradus: aſsignat autem cauſam, cur ad conſequentia, atque antecedentia prima, atque vniuerſaliſsima eſt proſpiciendum. Primo per ſe, nam proſpiciendo vniuerſaliſsimum conſequens, atque antecedens, magis propoſitionibus, atq; mediis poterimus abundare. ſit problema exempli cauſa, omnis homo eſt ſubſtãtia, conſequentia hominem, & præcedentia ſubſtantiã ſunt, animal, animatum, corpus: ſi ergo ſumpſero corpus: ſyllogiſmus erit, omne corpus ſubſtãtia: omnis homo corpus: ergo omnis homo ſubſtantia: corpus ergo erit vnũ medium. & quia vniuerſale continet minus vniuerſale, ſequitur enim ſi omne corpus eſt ſubſtãtia, vt omne animatum ſit ſubſtantia: nam vt iuniores dicunt a ſuperiori diſtributo ad inferius diſtributum valet conſequẽtia. ideo ſecundum medium erit animatum. Quare ſyllogizabimus, omnis homo eſt animatus: omne animatum ſubſtantia: omnis homo ſubſtantia, & cum animatũ cõtineat animal, erit tertium medium animal ad idem problema ſyllogizandum: contra vero non: non enim ſi per animal ſyllogizatur omnis homo eſt ſubſtantia, per animatum poteſt ſyllogizari. non enim ſequitur per ſe, ſi omne animal eſt ſubſtantia, vt omne animatum ſit ſubſtãtia, niſi per accidens: neq; ſequitur omne corpus eſt ſubſtantia. Quare, ſi vniuerſaliſsima conſequentia, & antecedentia proſpexerimus abundabimus mediis. Inquit {nam ſi ei quidẽ quod eſt C F, hoc eſt animato, ineſt A, i. ſubſtantia: & ei quod eſt F, ſcilicet animali, & ei, quod eſt E, ſcilicet homini inerit: quare per inſpectionẽ ad vniuerſaliſsima pluribus mediis abundabimus. Secundo vtile eſt proſpicere hæc vniuerſaliſsima per recurſum. nam ſi proſpexerimus vniuerſaliſsima, quæ hominẽ cõſequuntur, vtpote vſq; ad ens, ſi illa vniuerſaliſsima exuperarent prædicatum hominis, videlicet ſubſtantiam: recurrere poterimus ad ea, quæ ſub illis vniuerſaliſsimis continentur, donec inuenerimus vnum vel plura: quæ non tranſcendunt prædicatum, & conſequuntur ſubiectum: quare omnino vtile eſt proſpicere vniuerſaliſsima, quia vel abundabimus per eiuſmodi inſpectionem pluribus mediis, vel per recurſum poterimus omnino medium inuenire: aut melius, vtile eſt proſpicere hæc vniuerſaliſsima non vltra prædicatum, ſed quæ ſunt inter prædicatum & ſubiectum: quoniam ſi proximum præcedens ad ſubſtantiam non eſt vtile, remotum præcedens erit vtile. Inquit {ſi autem ad hoc, ſcilicet vniuerſaliſſimum conſequens ad ſubiectum, ſcilicet ad animatũ propter tranſcendentiam non ſequatur A, poterimus recurrere ad F, & poſsibile eſt, vt ipſum A ſequatur ad F, contentum ſub C F, vniuerſaliſſimo: ſimili modo de antecedentibus inquit {ſimiliter & in his, ad quæ idem A ſequitur, hoc eſt in antecedentibus ad A, conſiderandum eſt. Cauſam affert, quam dixit, & inquit {nam ſi ipſum A ſequitur ad prima, & vniuerſaliſsima antecedentia, & quæ ſub illis ſunt, ſequetur: quare abundabimus pluribus mediis. Sin autem non ad hæc A ipſum ſequatur ob illorum nimiam tranſcendentiam, ad ea tamen, quę ſub his vniuerſaliſsimis ſunt, poſsibile eſt vt A prædicatum ſequatur: quare per recurſum omnino reliquetur mediũ. Vtile ergo eſt ad vniuerſaliſsima illa proſpicere, vel qa abundabimus mediis, vel quia omnino nõ deerit nobis medium: ſemper enim per recurſum ad ea, quæ ſub illis continentur, poterimus ipſum inuenire. Tacuit autem extranea, vel quia idem iudicium eſt, vel quia omnia extranea, & ea quorũ ſunt, in æquo ſe habent, nec alterum altero dicitur propinquius vel remotius.

Dubõ. Dubitant fere omnes, q; Ariſtoteles ſibi cõtrarius videtur: nam ſuperius præcepit proxima conſequentia eẽ proſpicienda, hic vero præcipit vniuerſaliſsima, atq; remota.

Solutio Alberti. Albertus reſpondet Ariſtotelem ſuperius eſſe locutum de conſequentibus reſpectu alterius extremi, at nunc loquitur de cõſequentibus, vt mediãt inter ſubiectum: & prędicatum, atq; reſpectu vtriuſque extremi.

Philoponi ſententia. Verum cur quando loquimur de conſequentibus abſolute repectu alterius, proxima, & reſpectu vtriuſq;, remota proſpicere debemus, albertus cauſam non aſsignat. Philoponus ait proxima conſequentia eſſe proſpicienda in deſcribendo: nam qui deſcribit proxima, & remota deſcribit: in conſtruendo vero hic dicit eſſe reſpiciendum ad remota, quia ſic pluribus mediis abundabimus.

Propria opinio. Ego vero dicerem ad proxima eſſe reſpiciendũ in inueniendo media, at in inuentis mediis vtendo, proxima præcepit hic eſſe proſpicienda, vt abundemus mediis. aut dicendum, q; Ariſtoteles non vult hæc eſſe eligibiliora, ſed vtilia ad abundantiam mediorum.

Dubitatio. Sed q̃res, cur conditor carminum ſicut poſuit literas in dictionibus, quibus annotatur problema, et annotantur antecedentia, & conſequentia, & extranea, cur non poſuit literas, quibus annotatur figura, cui medium ſeruit.

Solutio. Reſpondetur, quia figura, cui medium ſeruit, & modus ſyllogiſmi, cui ſeruit, ſatis habentur per literas, quibus notantur conſequentia, antecedentia, & extranea: atq; problema. per F C, quæ in Fecana dictione ſunt, habetur medium ſeruire primæ figuræ: quod enim ſequitur ſubiectum, eſt de eo vniuerſalitet prædicans: quod præcedit prędicatum, prędicato ſubiicitur vniuerſaliter: ergo habetur

betur medium, quod debet esse ad minorẽ prędicatum, & ad maiorem subiectum: & sic habetur figura: modus vero habetur ex conclusione etiam, quæ cum sit vniuersalis affirmatiua, non est nisi in primo. Præterea, D F, quod est medium annotatum in dictiõe Dafenes, significat primæ, et secundæ figuræ ipsum inseruire: medium enim hoc, est extraneum a prædicato, & sequens subiectum, extraneum autem prædicato potest esse tam si illi subiũgitur, quã si de eo negatiue prædicetur, quare vtriq; figuræ seruit: si enim extraneum negatiue de prędicato dicitur, cum idem de subiecto dicatur affirmatiue, & vniuersaliter, secunda figura relinquitur: at, si de extraneo prædicatum dicatur, cum illud extraneum affirmatiue de subiecto vniuersaliter prædicetur, figura prima relinquetur. Et sic ex literis problema, & medium significantibus annotatur etiam figura, vt discurrenti patet. Simili ratione patet in dictione Hebare, in qua ponitur H B: nam sequens ad prædicatum, & extraneum à subiecto nõ põt esse nisi in secunda figura, videlicet in Camestres: in quo mõ minor est negatiua, & sic in cæteris partim ex qualitate, partim quantitate problematis, partim ex habitudine mediĳ, quæ habetur ex literis, quę annotant medium, figura patet, & modus: non ergo alias literas præter illas necesse erat addere: nam illis, & figura & modus comprehenduntur.

Antiquus. Palam autem & quoniã per tres terminos, & duas propositiones est consideratio, & per prædictas figuras syllogismi omnes: monstratur enim omni quidem E inesse A, quando C & F idem aliquid sumitur: hoc aũt erit medium: extremitates autẽ A & E: fit igitur prima figura. Alicui autem, quando C et G sumitur idem: hęc autem postrema figura est: medium enim fit G: nulli vero, quando D & F idem est, sic autem & prima figura, et media est: prima quidem, quoniam nulli F inest A, siquidem conuertitur priuatiua, F autem omni E: media autem, quoniam D A quidem nulli, E autem omni inest, alicui autem non inesse, quãdo D & G idem fuerit, hæc autem postrema figura est: nã A quidem nulli G inerit: E vero omni G. Manifestum igitur est, quoniam per prædictas figuras omnes syllogismi sunt.

Cõmẽ. 269. Rursus etiam ex dictis concludit ex quot terminis, quotq; propositionibus, dicta ars inueniendi mediũ cõstat. Et q̃ omnes syllogismi, qui hac arte terminantur, p̃ prædictas figuras, quas tres esse dixit, conficiantur: nec ab ratione hoc facit: nam per ea, quæ hic dicit, colligitur q̃ in dictionibus carminum non sit necessarium ponere literas, per quas figura & modus syllogismi habeatur.

Præterea etiam per hæc quæ dicit, vult habere artis sufficientiam. Et hoc proponit, cum inquit. {Palam autem & quoniam per tres terminos, & duas propositiones est consideratio. appellat autem artem inueniẽdi medium, scepsim, hoc est considerationem: quoniam q̃ media inuenit, considerat multa, & prospicit multa, immo vniuersa in consideratione, atq; inuẽtione collocata est: hæc est prima pars excerpti. Deinde subscribit secundã, & inquit {& palam, supple etiam est, q̃ syllogismi omnes, qui hac arte cõficiuntur, per prædictas figuras sunt, quas in principio libri exposuit, hæc est secũda excerpti pars. Probat autem vtrasq; has excerpti partes inductione, inducẽdo videlicet in omnibus regulis assignatis in hac arte: & inquit {monstratur enim omni quidem E inesse A, per Fecana, vtpote, quando C & F idem aliquid sumitur, hoc est quando aliquid eorum quæ consideran-

Cõsideratio inspectio cõtẽplatio indagatio.

E tur, idẽ est ad subiectum consequẽs, & prædicatum præcedẽs: modo sic accipiendo medium, erit considerationis vnus terminus, extremitates vero duę, videlicet A, & E: ergo consideratio tribus terminis constat, & duabus propositionibus: hæc quo ad primam excerpti partẽ. Quo vero ad secundam inquit {fit igitur sic syllogizando prima figura. Qua ratione patet primam artis regulam tribus terminis, duabusq; propositionibus constare, & q̃ syllogismus, qui hac regula conficitur, in prima figura est, quæ est aliqua trium: idẽ inducit in Cageti. Et inqt: {alicui aũt, supple E inesse A monstratur, quando C & G. {sumitur idem: hoc est, quando aliquod eorum, quæ sumuntur in consideratione, idem est præcedens ad subiectũ, & ad prædicatum, quæ habitudo est in tribus terminis, & duabus propositionibus, & est tertia figura: qua ratione patet secundam artis regulã eodem modo se habere, vt de prima dixit. Eadem & in Dafenes inducit, & inquit {nulli vero E inesse A monstratur, quando D, & F, idem est, hoc est, quando extraneum a prædicato est consequens subiectum, qua ratione erit hæc secunda cõsideratio in tribus terminis, & duabus propositionibus. qua vero in figura syllogismus sit, qui hac regula conficitur, exponit, & inquit {sic autem & prima figura, & media est. Prima quidem, quoniam nulli F inest A: siquidem cõuertitur affirmatiua, F autem omni E: quare erit prima. Media autem, quoniam D, quod est idem F, ei q̃d est A, nulli inest: E autem omni: sic enim media figura fit: quare patet tertiam considerationis regulam tribus terminis & duabus propositionibus constare: & q̃ syllogismus, qui illa regula fit, est in aliqua dictarum figurarum. Tandem hæc eadem in particulari negatiuo, quæ per Gedago designatur, inducit, & inquit, alicui autem E non inesse A monstratur: quando D, hoc est extraneum à p̃dicato & G, id est precedens subiectum, idem est: nam hæc habitudo tribus terminis, & duabus propositionibus constat: & postrema figura fit: nam A quidem nulli G inerit, E vero omni G: & ita in tertia figura: ex hisce deducit, quæ dixerat, & inquit {manifestũ igitur est, quoniam per prędictas figuras omnes syllogismi fiunt, supple, qui hac arte reperiuntur: & supple, q̃ hæc consideratio, qua mediĳs abundamus, tribus terminis constat, & duabus propositionibus, & sic perspicuum est secundũ excerptum: ex hisce apparet in dictionibus, quę ostẽdũt artis regulas, non eẽ necessarium addere literas, quibus figura syllogismi, & modus designẽtur: quia figura satis haberi potest per literas medium inducẽtes: vt inductiue Aristoteles demonstrauit in omnibus carminum dictiõib⁹, & modus ex qualitate & quantitate, pblematis: ex hisce rursus patet non artis sufficiẽtiã hic Aristo. assignasse, vt Albert⁹, & Culuerbin⁹ autumant, sed ea, in q̃bus ars consistit ipsum explicasse. Probauit enim omnẽ hanc artem in tribus terminis versari duabusq; propositionibus, & in his syllogismis solum, qui in dictis tribus figuris sunt. Quæret fortasse quispiam, cur sicut Aristo. demonstrauit artem hanc esse in syllogismis trium figurarum, non demonstrauit omnes syllogismos cuiusuis figuræ hac arte reperiri. Potest dici causam esse, quia hæc ars non fit nisi inspectione consequentium, antecedentium, & extraneorum: modo hæc non possunt applicari per se nisi his syllogismis, qui habent vtranq; propositionem vniuersalem: consequens enim est prædicatum vniuersaliter, antecedens subiectum vniuersaliter, extraneum vero negatur & vt subiectum, & vt prædicatum vniuersaliter. Quare eiusmodi ars non nisi his syllogismis per se accommodari potest, qui vtranq; propositionem vniuersalem habent. Tales in prima & secunda conclusionem etiam vniuersalem habent, solũ autem in tertia conclusionem particularem habent, ergo hæc ars per se de mediĳ inuentione esse potest in vniuersalibus primæ, & secundæ figuræ: in particularibus vero non nisi tertiæ. Per conuersionem autem est omnium,

Dubõ de sufficientia modorũ.

Rñsio.


Cur nõ particularibus hæc ars applicetur.

nium,& particularium,& vniuerſalium omnium figurarum,vt diximus ſuperius.

Et quoniam non eligendum quæcunq; omnia ſequuntur,eo ꝙ nullus fiat ſyllogiſmus ex ipſis. Nam conſtruere quidem omnino non erat ex ſequentibus. Priuare autem non contingit per ea , quæ omnia ſequuntur. Oportet enim huic quidem ineſſe, huic autem non ineſſe.


Cõm. 270. Tertium excerptum eſt,ꝙ, ſi communiora conſequẽtia ſint eligenda,non tamen vſq; adeo communiora eligenda ſunt,vt omnia ſequantur,eo ꝙ nullus ex ipſis fiat ſyllogiſmus:nam conſtruere,vt inquit, nõ erat ex ſequẽtibus:hoc eſt non poteſt mediũ p̃dicare in vtraq;,niſi ſecunda figura fieret ex ambabus affirmatiuis. Quare, cũ medio in vtraq; prædicante , non fiat ſyllogiſmus niſi in ſecũda figura:& in illa fieri nõ poſsit , ĩ nulla fieri põt ex cõſequẽtibus omniũ:ſimiliter etiam ſi extranea eligẽda ſunt,non ea eligẽda ſunt,quæ vtriq; extranea ſint, quia, (vt inquit,)priuare autem non cõtingit per ea,quæ omnia ſequuntur,hoc eſt non contingit priuatiue ſyllogizare per vtriq; extranea,quoniã ex puris negatiuis in nulla figura fit ſyllogiſmus . Nam in ſyllogiſmo negatiuo huic quidem ineſſe oportet medium,huic autem non ineſſe:quare,cum cõmunia conſequentia , cõmuniaq; extranea eligenda tibi ſint,vt ſuperius præcepit , non vſq; adeo communia eligas , vt aut vtriuſq; cõſequẽtia ſint, aut vtriuſq; extranea:quoniam hoc pacto eligens nullũ ſyllogiſmũ conficere poteſt. Aut intellige hoc pacto, patet etiam & quoniam non eligendum, quæcunq; omnia ſequuntur:quoniam nullus fit ſyllogiſmus ex his. cuius cauſam aſsignat , & inquit: quoniam nec conſtruere qdem erit omnino ex ſequentibus:non enim in ſecunda figura ſyllogiſmus ex duabus affirmatiuis eſt : nec etiam priuare cõtingit, hoc eſt nec priuatiue ſyllogizare ex cõ ſequẽtibus:quia vt inquit , oportet huic quidem ineſſe, huic autem non ineſſe. Ergo ex vtriſq; ſequentibus,nullo pacto fit ſyllogiſmus:nec affirmatiu⁹, nec negatiuus: affirmatiuus quidem non,quia in ſecunda figura nullus eſt talis , priuatiuus minime , quia alteram oportet eſſe negatiuam.

Manifeſtum autem quoniam , & aliæ conſiderationes , quæ ſecundum electiones ſunt, inutiles ſunt ad faciendum ſyllogiſmum, vt ſi conſequentia vtriuſq; eadem ſunt , aut ea , ad quæ A ſequitur,quæ non contingunt E ineſſe. Aut rurſum quæcunque non poſsibile eſt vtríque ineſſe:nõ enim fit ſyllogiſmus per hæc. Febas. Hecas. Nam ſi ſequentia eadem ſunt (vt B & F:) media fit figura,prædicatiuas habens vtraſq; propoſitiones.



Ex puris affirmatiuis in ſecũda figura nihil concluditur, qa cõcludit cõtraria.


Si autem ea,ad quæ A ſequitur, & quę non contingunt ineſſe E,vt C & H, prima erit figura priuatiuam habens ad minorem extremitatem propoſitionem.



Ex negatiua minore ĩ prima figura nihil concluditur , eadem oratione.

Si autem quæcunq; non contingunt vtrinque,vt D & H,priuatiue vtręq; propoſitiones erunt,aut in prima,aut in media figura,ſic autem nullo modo erit ſyllogiſmus. Hedas.

B




Ex ambab⁹ negatiuis eadem ratione nihil concludiur.

Cõm. 271. Quartum ſiue excerptum,ſiue corollarium eſt, alias C conſiderationes,quæ in ſuperiori figura ſecundum electiones ſunt,inutiles eſſe ad ſyllogiſmmum conficiẽdũ: vtpote ſi conſequentia vtriuſq; rei eadem ſint, aut ea ad quæ A ipſum ſequitur:quæq; præcedentia prædicatũ dicuntur,& quæ non contingunt E ipſi ineſſe,quęq; extranea ſubiecto appellamus,eadem ſint. Aut rurſum quæcunq; non poſsibile eſt vtriq; ineſſe,quæ vtrique rei alienа dicebamus eadem ſint : non enim fit ſyllogiſmus per hæc,hoc eſt per has tres electiones . Quæ per ordinem Ariſtoteles exponit : & primo , quando conſequentia vtriuſq; rei eadem ſunt,& inquit{nam ſi ſequentia vtriuſq; rei eadem ſunt(vt B & F:) B enim ſignificat ea,quę p̃ dicatum ſequuntur,F vero, quæ ſequuntur ſubiectum : media fit figura:vbi medium bis prædicabit̃ : & ſic erit inutilis:quoniam habet vtraſq; propoſitiones affirmatiuas,ex quibus nihil ſequitur in ſecunda figura . Quam inutilitatem per dictionem Febas annotarũt iuniores, per quam ſignificarunt B F , medium ſimpliciter inutile D eſſe ad ſyllogizandum. Deinde exponit ſecundam,& inquit{ſi autem ea ad quæ A ſequitur,quæ dicuntur prædicatum præcedentia , & ea quæ non contingunt ineſſe ipſi E:quæ dicuntur aliena à ſubiecto,eadem fuerint , vt C,& H,Prima erit figura priuatiuam habens ad minorẽ extremitatem propoſitionem,quare inutilis erit ad ſyllogiſmum.Nec dici poteſt vtilem eſſe hanc electionem ad tertiam figuram , quoniam nec in tertia figura aliquis ſyllogiſmus fit hoc pacto,vt diſcurrenti patet. Hãc annotant per illam dictionem Hecas, vbi notatur quando H C,idem eſt,in prima nullum fieri ſyllogiſmum. Deinde tertiam exponit:& inquit. Si autem quæcunq; non cõtingunt vtriq; rei , hoc eſt vtriuſq; aliena eadem ſunt, vt D & H:quæ in dictione Hedas habentur priuatiue vtræq; propoſitiones erunt,aut in prima,aut media figura:ſic autem in nulla figura ſyllogiſmus eſſe poteſt:quare patet has tres electiones inutiles eſſe. Sed circa hæc quærunt

quærunt Iuniores, quam ob causam sicut sunt inutiles
1. Dubitatio contra modum inspectiones, non sunt inutiles inspectio
nes aduersus figuram. Meo iudicio friuola est hæc
Solutio. quæstio: nam & aduersus figuram, & aduersus modum
sunt vtiles, & inutiles inspectiones: verum ad præsen-
tem artem vtiles, & inutiles aduersus figuram inspectio
nes supponuntur tanq; superius declaratæ. Declarauit
quæ vtilis, & quæ inutilis aduersus figuram dispositio
sit, illa igitur supposita, docet inspectiones vtiles, atque
inutiles aduersus modum: quare quærere quam ob cau-
sam inspectiones vtiles, atq; figuras inutiles nō assigna-
uit, friuolum est, & falsum, quoniam illas alibi assigna-
2. Dubō. uit, & ad præsens in artem supponit. Quærunt secū-
do, cum ad syllogisticum modum duæ exigantur, &
quantitas & qualitas, quare sicut assignauit vtiles, atq;
Solutio. inutiles penes qualitatum inspectiones, non penes quā-
titatem assignauit. Midi videtur esse dicendum quic
quid Iuniores velint, duplici ratione inspectiones aduer
sus quantitatem Aristo. non assignasse: & necessitate eo
rum, quibus artem confecit, & euitandæ superfluitatis
causa: necessitate quidem eorum, quibus artem confe-
cit, quoniam hæc ars inspectione consequentis & præ-
cedentis, & extranei conficitur: modo hæc non possunt
se haberi nisi vniuersaliter respectu eorum, quorum ra-
tione inspiciuntur, vt superius diximus. Euitandæ vero
superfluitatis causa, quia superius assignauit vtiles, & in
3. Dubō. utiles penes quantitatum inspectiones: quare ne in do-
ctrina superfluum videatur, nunc illas præterit. Dubi-
tant & tertio, nam ea inspectio, quæ prædicati antece-
dēs sumit, & subiecti extraneum vtilis videtur. Si enim
syllogizemus in Felapton: nullum C H est E: omne C H
est A: sequetur, quoddam A non esse E.

E. Q. non. A.



Felapton.

Solutio. Iuniores dixerunt hanc inspectionem vtilem esse: ad
syllogizandum subiectum de prædicato, nō autem præ
dicatum de subiecto. Sed non placet hæc eorum solu
Cōfutatio. tio: nam solum in prima figura conclusio indirecte syllo
gizatur, & in nulla alia: propterea hæc videtur directa,
& non per C H, quod est præcedens prædicatum, & ex-
traneum ab subiecto: nam E, in casu non est subiectum,
sed prædicatum, & sic non bene per C H syllogizabitur:
sed per D G, hoc est per medium, quod est extraneum à
prædicato, & præcedens subiectum syllogizatur. Ha-
ctenus de iuniorum dubitationibus.

H Manifestum autem & quæ eadem sunt, su-
mendum est secundum considerationem, &
non quæ diuersa sunt, vel contraria. Primum
quidem, quoniam medij gratia est inspectio,
medium autem non diuersum, sed idem opor
tet sumere.

Cōmē. 21. Demum deducit dictæ artis sufficientiam: ostendens
ex dictis ad propositionum facultatem eam, quæ per se-
quentia, & antecedentia, & extranea dicta est: quorum
identitatem sumere oportet secundum alterum extre-
morum nullam esse aliam methodum: nam, (vt inquit,)
Cōsiderādū. si alia esset, aut illa esset non conueniens, vel ad nostram
reducibilis. Animaduersione igitur dignum veterum
nonnullos aliam methodum assignasse: tam ad syllogi-
zandum vniuersalem negatiuam inspiciendum esse ad

E B F: quę vtriusque sequentia sunt: dixerūt, quia si illa aut
contraria sunt, aut diuersa, ad syllogizandum vniuersa-
lem negatiuam valebunt. Verbi causa, sit problema nul
lus Cygnus est Ethiops: consequens Cygnum subiectū
problematis est Album, ęthiopem prædicatum, nigrū,
quia igitur hæc sunt contraria, potest problema duob⁹
syllogismis syllogizari. Primo, nullum album est ni-
grum: omnis ęthiops est niger: ergo nullus Ethiops est
Albus. Medium est nigrum, æthiopem consequens.


Secundo syllogismo sic nullus ęthiops albus: omnis
Cygnus albus: ergo nullus Cygnus æthiops: medium al
bum: & ita album & nigrum, quæ illa sequuntur, & in-
ter se contraria media sunt, simili ratione sumi possunt
duo consequentia: quæ sunt diuersa, vt si problema sit nul-
lus lapis est homo, Lapidis consequens erit inanimatū:
hominis vero animal: modo inanimatum, & animal nō
cōtraria sunt, sed diuersa. Est igitur regula antiquorum,
vt ad consequentia vtriusq; rei inspiciamus, quæ si fue-
F riunt contraria, aut diuersa, erunt media secundum dictū
modum ad syllogizandum vniuersalem negatiuam. Nota.

Quo vero ad verba attinet. Debes scite verba Aristo
telis dupliciter reperiri, vno modo sic: Palam autem, &
quæ eadem sumendum secundum considerationem, &
quæ diuersa, aut contraria: & tunc videtur quasi corolla
rium ex dictis, quasi dicat, palam autem, & quæ eadem
sumenda secundum considerationem, vtpote præceden
tia, & sequentia, quæ, (vt extremis eadem sumūtur,) &
quæ diuersa & contraria, (vtpote extranea subiecto, vel
pdicato: quæ vt rei cōtraria vel diuersa siue repugnātia
accipiuntur. Alius textus legit, (vt nos trāstulimus,) &
tunc lege, palā aūt & quæ eadem sunt, ideſt cōsequētia,
& antecedentia, & extranea, quæ eadē sunt, sumendum
est secūdū considerationē, & nō esse sumendum vtriusq;
consequētia, q̄ sunt aut diuersa, aut cōtraria, vt veteres
asserunt, & hoc pacto textus rectior est, vt placet grȩcis
expositoribus, quēadmodū verba sequētiā demōstrant,
G probat aūt Aristo. consequentia nō eē sumendū, vt con-
traria vel diuersa. primo, qm̄ medij gratia est inspectio,
mediū aūt nō diuersum, vel contrariū est, sed vnū: nam
vnius problematis vnus est per se syllogismus, vnius au
tē syllogismi, vnū est mediū, constat. n. tribus terminis,
subiecto videlicet, & pdicato problematis, & vno medio,
& duab⁹ propōnibus, vt dictū est: quare nō diuersa vel
cōtraria eē possunt: erunt enim ad diuersa problemata,
quæ non vno syllogismo syllogizantur.

Deinde in quibuscunq; accidit fieri syllo-
gismum, cp sumantur contraria, aut non con-
tingentia eidem inesse, in prædictos omnia
reducuntur modos: vt si B & F sint contra-
ria, aut non contingunt eidem inesse, erit qui
dem enim his sumptis syllogismus: quoniam
nulli E inest A: sed non ex ipsis, sed ex prædi-
cto modo, nam B A quidem omni, E autē nul
li inest: quare necesse est B idem esse alicui eo-
rum, quæ sunt H.

Nō contingētia eidem inesse diuersa, disparata. Nō contingunt eidem inesse diuersa disparata.

Nigrum.
B.F.



Hebare. Camestres.


Cōmē. 22. Secundo declarat illam antiquorum artem reduci ad
prædictam: nam si problema sit, nullum æthiopem esse
Album:

Album, medium erit nigrum. At nigrum est extraneũ a prædicato, videlicet Albo, & subiecti scilicet. Aethiopis consequens, quare relinquetur tertia regula, quæ intelligebatur per dictionem Dafenes. Simili ratione & de illo problemate, nullus Cygnus est Æthiops per Hebare. Inquit. {deinde in quibuscunq; accidit fieri syllogismum, q; sumantur contraria, aut non contingẽtia eidem inesse, idest aut diuersa, in prædictos modos omnia reducuntur, & hoc declarat, vt si B & F vtriusq; cõsequẽtia sint contraria, aut non contingentia eidem inesse, idest aut diuersa, erit quidẽ. n. ꝟs sumptis syllogismus, immo erunt duo syllogismi ad duo problemata, quoniam nulli E inest A, sed non ex ipsis regulis, quas ipsi ponunt, sed ex prædicto modo nostro, quem dedimus, cuius exẽplum affert in Hebare, & inquit: nam B, quod est sequẽs A prædicatum, omni A quidẽ inest, nigrum enim omni Aethiopi inest, A autem nulli inest, quoniã nigrum nulli Cygno inest, quare necesse est B nigrum consequens prędicati Aethiopis, idem esse alicui eorum, quæ sunt H, ideſt extranea à subiecto, quod est Cygnus. At hæc erat quarta regula, quæ per Hebare notabatur. Quare problema nullus Ethiops est Albus, per Dafenes, Problema vero nullus Cygnus est Aethiops, p Hebare terminatur, & ita ars antiquorum ad prędictam reducitur.

Nõ possunt eidẽ inesse: disgata sint: diuersa sint.

Rursum si B, & G non possint eidem inesse, erit quoniã alicui E non inerit A etenim sic media erit figura. nam B A: quidem omni, G vero nulli inerit, quare necesse est idem esse alicui eorum, quæ sunt D: nam non cõtingere G & B eidem inesse, nihil differt, aut G alicui eorũ quę sunt D idẽ esse, omnia. n. sumpta sunt in D, quæ non contingunt A inesse. Manifestum ergo, quoniam ex istis huiusmodi inspectionibus nullus fit syllogismus.

B.



a. Homo.
c. Corpus.
b. Animal.
g. Laurus.

Cõmẽ. 275.

Hactenus de regula, quam veteres de vniuersali problemate negatiuo assignabant, at nunc de regula, quam de problemate particulari negatiuo assignant, aristoteles disputabat. Dicebant enim ad terminandum problema particulare negatiuum esse respiciendum ad B & G, hoc est ad consequens prædicati, & ad præcedens subiecti, quæ si contraria sint, vel diuersa, potest problema terminari in tertia figura, verum primo prosyllogizando in secunda, verbi causa, fit problema, quoddam corpus non est Homo, tũc subiectum erit corpus, quod per E significatur, prædicatum, quod per A intelligitur, erit homo. Sit igitur præcedens E subiecti, scilicet corporis Laurus, quod per G intelligitur, consequens prædicatũ, scilicet hominem, quod per B intelligitur, sit animal. Patet hæc duo Laurum, & animal esse diuersa: tunc antiqui vtebantur duobus syllogismis, ad terminandum illud problema, & primus, q prosyllogismus est erat, omne A est B, quoniam omnis homo est Animal, B enim ad A consequebatur, nullum G est B, quoniam G & B erant diuersa, nullus enim laurus est Animal, quare, nullum G A est A, quoniam nullus laurus est homo. Medium itaq; huius est B, hoc est animal, quod a prædicatum, videlicet hominem sequitur. Principalis vero syllogismus est in tertia figura, videlicet nullum G est A, quoniã nullus laurus est homo, vt fuit deductum, est enim. G. idem alicui eorum, quæ sunt D, omne G est E, quoniã omnis laurus est corpus, est enim G præcedẽs ad. E, ergo quoddam corpus non est homo. Patet medium esse laurum, quod est extraneum à prædicato, & præcedẽs subiectum, quare hæc antiquorum regula ad Gedago reducitur. Inquit {si B & G non possint eidem inesse, vt dicebant antiqui, qui voluerunt ad syllogizandum problema particulare negatiuum, esse inspiciendum ad B, quod sequitur prædicatum, & ad G, quod antecedit subiecto, quoties illa sunt aut contraria, aut diuersa. Inquit. {Aristoteles illis sumptis erit syllogismus, quoniam alicui E non inerit A, sed non ex ipsis regulis, quas illi constituebant, sed ex p̃dictis nostris regulis, quod declarat, & primo ostendit per syllogismum in secunda figura, quod G præcedens ad E, si est diuersum ab ipso B, sequente ad A, quod propter hoc fit reducendum ad D extraneum ab ipso A, & syllogizat in secunda figura, hoc pacto dicens, & enim sic media erit figura, & intellige de prosyllogismo, qui necessarius est ad demonstrandum propositum. nam, vt inquit, B quidem, A omni, est enim B ad A sequens, G vero nulli inerit, intellige, q; idem B nulli G inest: sunt enim diuersa, atq; aliena, ergo nulli G inerit A, hic est prosyllogismus, ex hoc infert illud præcedens, quod est G esse ad aliquod eorum, quæ sunt D reducibile, & inquit. {Quare G, quod ponebatur ad E præcedens, necesse est esse idẽ alicui eorum, quæ sunt D, & assignat causam, cũ inquit, {nam non contingere G, & B eidem inesse, hoc est, G & B esse extranea, atq; diuersa, nihil differt, aut G alicui eorum, quæ sunt idem esse, siquidem quicquid sequentis extraneum est, & eius quoq; cuius consequens erat, extraneum sit oportet. Propterea subdit, omnia enim sumpta sunt in D, quæ non contingunt A inesse, quare G est extraneum ad B, & B sequitur ad A, G erit extraneum ad A, quare erit idem alicui eorum, quę sunt D: nam omnia extranea ab A, sumpta sunt in litera D, ergo G medium in tertia figura, erit extraneum à prędicato, & præcedens subiectum, & syllogismus principalis erit, nullum G est A, quoniam G est eorum, quæ sunt A: omne G est. E, quoniam est præcedens subiecto, ergo per Gedago, quoddã E non est A, quare antiquorum regula, ad prædictam reducitur. Lectio vero latina habebat, quare necesse est idem esse alicui eorum, quę sunt H. Nam nõ contingere G & B eidem inesse, nihil differt, aut B alicui eorum, quæ sunt H, idem esse, omnia enim sunt sumpta in H, quę non contingũt E inesse, quæ q; ita stare non possit, primo per terminos declaratur, sit A Homo, E Corpus, B consequẽs ad A, sit animal, & G antecedens E sit laurus. Patet ex his terminis sumpta esse G & B extranea, nihil enim idem contingit Laurum esse, & animal, patet etiam omni B in esse E ex eisdem terminis, omne enim animal corpus. Secundo probatur lectionem latinam stare non posse rationibus: nam, si ex eo, q; omni A inest B, & nulli G inest B, colligi possit, vt latina lectio habet, B idem esse alicui eorum, quę sunt H, sit igitur illud K tunc per secundam figuram, nullum E est K, omne B est K, nullum B igitur est E, sed dicebatur, omne B esse E, hoc autem est impossibile, quare latina lectio stare non potest. Præterea B cõsequẽs est ipsius A, & G: & B posita extranea, quare G etiam alienum erit ab ipso A: nam quicquid extraneum est consequenti, & eius quoque, cuius consequens erat, extraneum esse oportet, G igitur ex necessitate aliquid eorum erit, quæ sunt D, eo quòd D omnia extranea significet ipsius A, insuper non oportet quod antecedenti extraneum est, idem quoque esse consequenti extraneum. Quare non oportet B esse ipsi E extraneum, si est extraneum ab ipso G, quod est ad E, antecedens

Digressio circa verba Aristo.

a. Homo.
c. Corpus.
b. Animal.
g. Laurus.


tecedens, ergo non oportet esse B idem alicui eorum, q̄ E esse B alicui eorum, quæ sunt H, nā cum B sit contrarium
sunt H. Hactenus de errore latinę lectionis. Culuerbi-
nus vero Alberti sectator lectionem latinam defendit.
Inqt{ enī si B & G contraria sunt, cū B, ei, quod est G, sit
repugnans, erit in parte repugnans ei, quod est E, est enī
G antecedens ad E, & quicquid antecedenti repugnant,
pro parte consequenti repugnabit, vnde animal repu-
gnans lauro, pro parte corpori repugnat, & propterea
syllogizari potest, aliquod E non esse A, per G medium.
Verum non vno syllogismo, sed per duos, & prosyllo-
gismo quidem in secunda sic, omne A est B, nullum G est
B, ergo nullum G est A. Syllogismo vero in tertia sic,
nullum G est A, omne G est E, ergo aliquod E non est A,
vbi patet B esse in primo medium, quod cum sit extra-
neum ab ipso G, erit pro parte extraneū ipsi E, & sic erit
Cōfutatio. idem alicui eorum, quæ sunt H. Sed pace horū dixerim,
hęc defensio stare non potest. Primo, quia tunc mediū
non erit extraneum à prædicato, & præcedens subiectū
in syllogismo principali, & sic non reducetur ad Geda-
go. Præterea extraneū in parte alicui subiecto, non nu-
meratur ī illis, in quibus ponitur H, nam omne extraneū
alicui, conuertitur vniuersaliter cum eo, (vt Aristoteles
superius dixit,) ergo quod in parte est extraneū subiecto
non potest idem esse alicui eorum, quæ sunt H, erit enim
sic illi in toto extraneum, extraneum enim facit cum eo
cuius est extraneum, propositionem vniuersalem nega-
tiuam. Quare lectio latina dubia videtur, nisi dicatur,
quòd Aristoteles loquitur ad hominem: nam dixerunt
quidam particulare negatiuum syllogizari posse per B
G, quæ sunt contraria vel repugnantia sibi. contra obij-
cit Aristoteles, hoc fieri non posse nisi B enumeretur, sal
tem inter ea, quæ sunt in H, quæ licet secundum verita-
tem dicunt vniuersalitatem, tñ in casu erit extraneum se
cundum partem, vnde inquit{ rursus, si B & G, non pos-
sint eidem inesse, hoc est sint sibi inuicē repugnantia, be-
ne concedo, quoniam alicui E non inerit A, quoniam sic
media erit figura, nam B ipsi A quidem omni inest, G ve- G
ro nulli inerit, quia illi contrariū, quare necesse est idē B
esse alicui eorum, quę sunt H, saltem in parte secūdū eos,
nam non contingere G & B eidē inesse, nihil differt ab eo
substantiandi, quod est G, esse aliquod eorū, quæ sunt H,
quoniam omnia, quę nō cōtingūt A inesse, sumpta sunt
in H, saltē secundū eos, & sic lectio latina bene stat. De-
mum ea, quę dixit aduersus hanc secundā antiquorum
inspectionē epilogat, & inquit{ manifestū ergo qm̄ ex
istis quidem huiusmodi inspectionibus nullus fit syllo-
gismus, & per inspectiones huiusmodi intelligit, q̄ fierēt
de B & G, quoties illa sunt cōtraria, p̄ has. n. inquantū ta-
les nullus vnus fit syllogismus, nisi G reducatur ad aliqd
eorū, q̄ sunt D, & sic fit syllogismus, nō per tales inquā-
tum huiusmodi, sed vt reducuntur ad nostra regulas.

Sin autem B & F sint contraria, idem esse
B alicui eorum, quæ sunt H, & syllogismum
Hebare. semper fieri per hæc. Accidit ergo sic inspi- H
cientibus, considerare viam aliam necessa-
riam, eo p̄ quandoque latet identitas, quæ
est inter B & H.

Veteres, (vt visum est,) duabus inspectionibus doce
Cōmē. 274. bant abundare propositionibus, aut respiciendo ad B G,
quoties sunt cōtraria, aut respiciēdo ad B F, simili modo
si sunt cōtraria, si respicimus ad B G contraria, docebant
abūdare in particularibus problematibus negatiuis, vt
visum est, sin autem respexerimus ad B F cōtraria, doce-
bant abundare in vniuersalibus negatiuis, postquā ergo
refutauit eam antiquorū inspectionē, quæ erat de parti-
cularibus negatiuis, redit ad aliā inspectionē, quæ est de
vniuersalibus negatiuis. Et inquit{ sin autem B & F sint
cōtraria, vt dicebant veteres, debere esse ad terminandū
problema vniuersale affirmatiuum, manifestum est idē

ipsi F, & F sequitur ad E B, erit contrariū atq; extraneum
ab E: quicquid enim consequenti extraneum est, & ante
cedenti extraneum erit, at extranea ab E per literam H,
notabātur in figura. quare oportet B esse idem alicui eo-
rum, quæ sunt H, popterea subdit, & supple, manifestū
est syllogismū semper fieri per hæc nostra præcepta, &
nō per eorū inspectiōes, cū enim mediū fuerit cōsequēs
prædicati, & subiecti extraneū, erit regula nostra, q̄ ha-
betur per Hebare. Propterea cōcludit quid istis acci-
dat, & inquit{ accidit ergo sic inspicientibus, vtpote ad
B F contraria, considerare vnam aliam necessariam, quæ
sit vtilis & aperta, per quam facile intelligatur, quo
modo sit problema vniuersale negatiuum terminandū,
eo q̄ ista eorū inspectione, quādoq; latet identitas, quæ
est inter B & H, non enim per hāc eorum inspectionē fa-
cile apprehenditur identitas inter B & H, nisi prospicia-
mus F esse contrarium ipsi B, & sic nō inspecto solo B pa
F tet ipsum B esse idem alicui eorū, quæ sunt H, sed oportet
laborare, & interponere F contrarium ipsi B, & sic per ar
gumentū, & cōiecturam sciemus B eē idem alicui eorū,
quæ sunt H, via ergo nostra erit vtilior, & apertior, quia
nō tot laboribus patet B esse idē alicui eorū, quæ sunt H,
nam prospectis ipsius A consequētibus, & ipsius E extra
neis, si aliquid idem erit consequens ad A, & extraneum
ad E, mox habebitur medium ad syllogizandum nullū
E esse A, vtpote per Hebare.

Eodem autem modo se habent, & qui ad impossibile deducunt syllogismi his, qui o-
stensiui sunt, nam ipsi fiunt per ea, quæ sequū
tur, & per ea, ad quæ sequitur vtrunque, &
eadem consideratio in vtrisque est. Quod
enim monstratur ostensiue, & per impossibi-
le est syllogizare, & per eosdem terminos, &
G quod per impossibile, & ostensiue, vt quoniā
A nulli E ineſt. Ponatur enī alicui inesse. ergo
quoniam B omni A, A autem alicui E, & B ali-
cui E inerit, sed nulli inerat.



Camestres syllogismus vtilis negatiue per impossibile, idem exigit medium quod in ostensiuis.

Hactenus de arte inueniēdi mediū in ostensiuis, nunc Cōmē. 275.
de arte inueniendi mediū in his syllogismis, qui ducunt
ad impossibile, & primo proponit artē inueniēdi mediū
in syllogismis ad impossibile sub hac conclusione. Et in-
quit{ eodē aūt mō se habēt, & qui ad impossibile dedu-
cūt syllogismi his, qui ostēsiui sunt, } hæc est conclusio.
Probat cōclusionē primo, quia syllogismi ad impossibi
le per cōsequentia fiunt, et per antecedentia vtriusq; sub
iecti, & prædicati, & per aliena vtriusq;, at per hæc ea-
dem & ostēsiui, ergo eodē modo ostēsiui, & ad impossi-
bile syllogismi se habent. Inquit, { nam & ipsi } scilicet


Nota.

syllogismi

syllogismi ad impossibile {fiunt per ea, quæ sequuntur vtrūq; }ideſt subiectum, & prædicatum, & supple{per ea, ad quæ vtrunq; }scilicet subiectum, & prędicatū sequitur. Consequentia enim sunt, quæ sequuntur, antecedentia vero, ad quæ vtrunq; sequitur, scilicet prędicatū, & subiectū. Et adde etiā syllogismos ad impossibile fieri per aliena ab vtroq;. Secundo idē probat ex eo, quod tam in ostensiuis, q̄; in syllogismis ad impossibile eadem est consideratio. Cuius causam affert ex eo, q̄ oē, quod ostensiue demonstratur, & per impossibile est syllogizare, & per eosdem terminos: & contra, quod demonstratur per impossibile, & ostensiue demonstratur, non tamen eodem modo, demonstratur hæc cōclusio, nullum E est A, ostensiue: non enim ex hypothesi, demonstratur vero syllogismo ad impossibile sumpto opposito conclusionis cum altera propositionum assumptarū in syllogismo ostensiuo, quæ erat manifeste vera, & in ostensiuo syllogismo concessa, inferendo oppositum alterius manifeste falsum, ergo ex hypothesi. Tamen per eosdē terminos, extrema videlicet, & medium. Animaduersione dignum syllogismū ad impossibile semper supponere ad syllogismum ostensiuum. Verbi causa, syllogizetur hæc conclusio per ostensiuum, nullum E est A, hoc pacto, omne A est B, nullum E est B, ergo nullū E est A. Hic primus est syllogismus, q̄ græce deicticus dicitur, latine etiam assertorius. Eadem pōt, & per syllogismum ducentē ad impossibile syllogizari, sumpta hypothesi, quæ est cōtradictorium conclusionis, nam posteaq; per te negatur sequi vniuersalem illam conclusionē nullum E est A, oportet te dare illius oppositum sequi. Nam duorum oppositorum, si alterum non sequitur ad antecedens, alterum sequi necesse est, quare hypothesis, quā tu sequi concedes, erit aliquod E est A, tunc sumpta maiore, quæ erat manifeste vera in ostensiuo, & addēdo hypothesim pro minore, hoc pacto, omne A est B, aliquod E est A, sequetur oppositum eius propositionis, quæ fuit minor in ostensiuo, quod quidem oppositum est manifeste falsum, videlicet, ergo aliquod E est B. Et quoniam hæc conclusio est manifeste falsa, ideo aliqua propositionum erit manifeste falsa, earum dico, quæ in syllogismo ad impossibile assumptæ sunt, & non maior, quæ erat manifeste vera, ergo minor. Falsum ergo est, quòd aliquod E sit A. Quare huius oppositum erit verum, videlicet nullum E est A, & sic habetur eadem conclusio ostensiuo syllogismo, & ducente ad impossibile probata, & per eosdem terminos. Inquit{vt quoniam A nulli E inest, hæc est conclusio ostensiui, si negetur, ponatur. n. A alicui E inesse, erit tunc hypothesis, quæ per te sequitur ad antecedens, aliquod E est A, ergo quoniam B omni A inerat in ostensiuo. Hæc enim in ostensiuo erat maior, omne A est B, A autē alicui E, hæc enim est hypothesis tua, quam sequi putabas. Ergo ex illa propositione, quæ fuit maior in ostensiuo, & ex hypothesi a te data, B alicui E inerit, sed in ostensiuo ipsum B nulli E inerat, quare cum hoc sit manifeste falsum, & non sequitur propter maiorem, quæ est manifeste vera, sequitur propter hypothesim, quare hypothesis est falsa, & sic eius oppositum, quod est, nullum E est A, erit verum, ecce quomodo eadem conclusio ostensiuo syllogismo, & ducente ad impossibile probatur, & per eosdem terminos, & per inspectiones ad ea, quæ in arte sunt assignata. Animaduerte, q̄ verba Aristotelis possunt aliter legi, & meo iudicio magis ad rem, vt dicemus, q̄ primo ponat conclusionem dicens, eodem autem modo se habent et qui ad impossibile deducunt syllogismis his, qui ostensiui sunt, hæc est conclusio, deinde probat illam, & primo ex inspectionum identitate, & inquit {nam ipsi fiunt per ea, quę sequūtur, & per ea, ad q̄ seqtur vtrūq; } hoc est quia & ostensiui & ad impossibile ducētes fiunt per eandem inspectionem antecedentium, consequentium, & extraneorum. Secundo probat illam ex consideratione identitate. Et inquit, & eadē consideratio in vtriſq; est. Deinde declarat per exempla quomodo ostē siui, & ad impossibile ducentes eadem consequētium & antecedentiū & alienorū inspectione fiāt, & ponit exēplum primo in vniuersalibus problematibus. Secunda ibi, rursum qm̄ alicui, ponit exēplum in particularibus. Et prima pars patet ex hisce, quæ diximus.

Consideran dum.

Rursum, quoniam alicui inest. Si enim nulli E inest A, E autem omni G, nulli G inerit A, sed omni inerat, similiter autem & in alijs problematibus. Semper enim erit ī omnibus per impossibile ostensio, ex consequentibus & his, ad quę sequitur vtrunq;.



Darapti syllogismū particularis per impossibile, idem mediū tamē, quod ostensiuus.

Hæc est secunda pars, in qua ponit exemplum in particulari problemate. Syllogizetur enim ostensiue, aliquod E est A, hoc pacto in Darapti, omne G est A, omne G est E, ergo quoddam E est A, si non sequitur hæc, sequetur oppositum, videlicet nullum E est A, tunc ex tali hypothesi, quæ secundum te sequitur pro maiore, & ex ea propositione, quæ in ostensiuo fuit minor, syllogizabimus in Celarent, sic, nullum E est A, hæc est hypothesis, omne G est E, hæc erat in ostensiuo minor. Ergo nullum G est A: at hoc manifeste falsum. Igitur aliqua propositionum, & non minor, quia illa est manifeste vera, ergo maior, quare sua opposita, videlicet aliquod E est A est vera, & sic habetur propositum, inquit{rursum quoniam alicui E inest A, fit supple conclusio in ostensiuo, si enim hæc negatur, & concedatur sequi opposita, videlicet nulli E inest A, hac pro maiore sumpta, E autem omni G, supple inerat in minore ostensiui, sequitur, q̄ nulli G inerit A, sed hoc est manifeste falsum, quia omni inerat in maiore ostensiui, quare oportet dare alicui E inesse A: & sic habetur intentum: Addit similiter autem & in alijs problematibus cuiusuis quantitatis, & qualitatis, semper enim erit ostēsio, quæ per impossibile est, ex cōsequentibus, & ex his antecedentibus, ad quæ vtrunq; subiectum, & prędicatum sequitur, quemadmodum, & ostensiui. Hoc pacto per hæc duo exempla patet ex idētitate inspectionum fieri & ostensiuos & ducētes ad impossibile, (vt prima ratio assumpsit.

Cōmē 276.

Et in vnoquoq; problemate eadem est cōsideratio & ostēsiue volēti syllogizare, & ad impossibile ducere: nā ex eisdē terminis vtrę q; demōstrationes sunt. vt si ostēsum est nulli E ineē A, q̄m accidit, & B alicui E ineē, quod est impossibile, si sumptū sit, E quidē nulli, A autē omni inesse B, manifestum erit, q̄ nulli E inerit A. Rursum, si ostensiue syllogizatū sit A inesse nulli E, ponētibus inesse alicui, per impossi-

Nota.

bile monſtrabitur nulli ineſſe, ſimiliter autem & in alijs, in omnibus enim ijs, neceſſe eſt communem aliquem ſumere terminum aliũ à ſubiectis, ad quem erit mendaci ſyllogiſmus: quare conuerſa ea propoſitione, altera ſimiliter ſe habente, oſtenſiuus erit ſyllogiſmus per eoſdem terminos. Differt enim oſtẽſiuus ab eo, qui ad impoſſibile, eſt quoniam in oſtenſiuo ſecundum veritatem ambæ ponuntur propoſitiones, in eo autem qui ad impoſsibile, falſa vna. Hæc quidem igitur magis manifeſta erunt per ſequentia, quando de impoſſibili dicemus, nunc autem tantum manifeſtum ſit nobis, quoniam ad hæc perſpiciendum, & oſtenſiue volentibus ſyllogizare, & ad impoſſibile deducere.

Cõmẽ. 277. Animaduerſione dignum inſpectionem differre a cõſideratione: nam conſiderando inuenimus antecedẽtia, conſequentia, & extranea: inſpiciendo vero inuentis vtimur: cum inuenimus antecedentia p̃dicati, & conſequẽtia ſubiecti, inſpicimus an aliquod eorũ vnũ & idẽ ſit antecedens prædicati, & conſequẽs ſubiecti, vt habeamus medium in Barbara ſimili modo in cæteris facimus.

Quare differt inſpectio a conſideratione: tam etſi ambæ de ſubiecto, & prædicato problematis ſint. Cum igitur Ariſtoteles probauit identitate inſpectionum, in oſtenſiuo: & in deducente ad impoſsibile eandẽ eſſe artem ad inueniendum medium, nunc hoc idem probat identitate conſiderationum. Et hoc proponit, & in vnoquoq; problemate eadem cõſideratio eſt, & oſtẽſiue volenti ſyllogizare, & ad impoſsibile ducere, cuius rationem affert, & inquit {nam ex eiſdem terminis vtrãq; demõſtrationes ſunt, termini enim oſtenſiui ſunt, B A E: termini vero ducentes ad impoſsibile ſimiliter: & hoc oſtendit. Primo præmittendo ſyllogiſmũ ad impoſsibile oſtenſiuo, ſecundo contra, præmittendo oſtẽſiuum ſyllogiſmo ducenti ad impoſsibile, & præmittens deducentem ad impoſsibile, inquit, (vt ſi oſtenſum eſt nulli E ineſſe A:) quoniam accidit & B alicui E ineſſe: quod eſt impoſsibile. ſic ſyllogizando, oẽ A eſt B: quoddam E eſt A, ergo quoddam E eſt B: ſi inquam ſic ad impoſsibile ſyllogizetur, termini ſunt, B A E: deinde ſyllogizans oſtenſiue inquit, {ſi ſumptum ſit nulli E ineſſe B: ſicut eſt in rei veritate ſumendum, quoniam concluſio præcedentis ſyllogiſmi erat impoſsibilis, & ſit ſumptũ etiam, omni A ineſſe B, in Cameſtres, manifeſtum eſt, quoniam nulli E inerit A, quare termini erunt, B A E, ſimili modo termini erunt, B A E, ſi præmittatur oſtenſiuus: & hoc inquit. Rurſus contra, ſi oſtenſiue proſyllogizatum ſit, nulli E ineſſe A: hoc pacto, omne A eſt B: nullum E eſt B: ergo in Cameſtres nullum E eſt A, patet terminos eſſe B A E: deinde ſyllogizat per impoſsibile, & inquit {ponentibus ſupple A alicui E ineſſe: quod eſt oppoſitum dictæ concluſionis, quæ in oſtenſiuo fuit ſyllogizata, per impoſsibile monſtrabitur nulli ineſſe ſyllogizando in Darij ſic, omne A eſt B: aliquod E eſt A, vt ponis, ergo aliquod E eſt B, hoc eſt manifeſte falſum, & non ratione maioris, ergo ratione minoris, quare eius oppoſitum, quod eſt, nullum E eſt A, verum eſt, quare termini ſunt B A E, ſimili modo in omnibus alijs fieri poteſt, ſic igitur ijdem ſunt termini vtriuſque ſyllogiſmi, ſiue oſtenſiuus præmittatur, ſiue ducens ad impoſsibile, & quia quiſpiam dicet nunquid præmittere oſtenſiuum, vel poſtponere refert quo ad terminorum identitatem, quaſi reſpondens, inquit {in omnibus enim, ſupple oſtenſiuis ſyllogiſmis ſiue propoſitis, ſiue poſtpoſitis, communem aliquem terminum ſumere oportet, vtpote B, alium A ſubiectis, nam in Cameſtres, A ſubiectum erat in prima, & E ſubiectum erat in ſecunda: terminus B, eſt commune in vtraque prædicatum, licet in altera affirmatiue, in altera negatiue, & in hoc apparet translationes latinas eſſe mendaces, quarum verba ſunt. In omnibus enim neceſſe eſt ijs, qui per impoſsibile communem aliquem ſumere terminum, alium a ſubiectis quæſtare non poſſunt, non enim in deducentibus ad impoſſibile communis terminus, qui eſt A, alius eſt a ſubiectis, immo ipſum A eſt ſubiectum in prima, nec videlicet, (vt Albertus inquit,) quòd ſit alius a ſubiectis in oſtenſiuo, quoniam etiam in oſtenſiuo, ipſum A eſt ſubiectum in prima, quare verba græca recte ſe habent ſic, in omnibus enim neceſſe eſt communem aliquem ſumere terminum alium A ſubiectis: ecce quòd loquitur in oſtenſiuis, in quibus communis terminus eſt B, alius ab A & E, quæ erant ſubiecta in propoſitionibus: ad quem communem terminum, velut in prædicatum, erit ſyllogiſmus mendacij. nam ſyllogiſmus mendacij concludit quòd aliquod E eſt B, & ſic ad eum terminum, qui erat communis in oſtenſiuo, hoc eſt, qui erat medium in oſtenſiuo, ſyllogiſmus mendacij ducit, veluti in prædicatum concluſionis. Et intendit per ſyllogiſmum mendacij ſyllogiſmum ducentem ad impoſſibile, qui ideo mendacij dicitur, quia eo oſtenditur, q̃ mendax ſit hypotheſis. Ex his deducit quomodo ſyllogiſmi eiuſmodi ſeſe habent inter ſe, & inquit, {quare eadem propoſitione conuerſa, altera autem ſimiliter ſe habente, oſtenſiuus erit ſyllogiſmus per eoſdem terminos. Albertus non recte hæc verba exponit. Inquit enim, eadem propoſitione, quæ erat concluſio in oſtẽſiuo conuerſa in ſuum oppoſitum, altera vel maiore, vel minore in ſyllogiſmo oſtenſiuo ſimiliter ſe habente, generatur ſyllogiſmus oſtenſiuus. Hoc enim implicare videtur, nam ex oppoſito concluſionis oſtenſiui ſyllogiſmi, cum illius altera propoſitione deducitur impoſſibile, & ſic non oſtenſiuus, ſed ducens ad impoſſibile fit. Propterea melius dicas: quare (poſtquam ad communem terminum mẽdacij ſyllogiſmus factus eſt, eadem propoſitione, quæ eſt mendax conuerſa ad oppoſitum, altera ſimiliter ſe habente, hoc eſt ſiue maiore ſiue minore non mutata, per eoſdem terminos erit oſtẽſiuus ſyllogiſmus. Erit dico per eoſdem terminos, non tamen eodem modo ſe habentes. Nam in oſtenſiuo cõmunis terminus eſt B, in deducente ad impoſsibile communis & medius terminus eſt A. Ex hiſce patet in vtriſque ſyllogiſmis alteram propoſitionem eſſe communem, vtpote illam, quæ immutabiliter ſe habet. Hæc enim ſiue maior, ſiue minor ſit, cum immutabilis ſit, vtriſque communis erit. Sed dices, videtur quòd vterque ſyllogiſmus ſit oſtenſiuus, quoniam in vtroque propoſitiones ponuntur, & in vtroque illis poſitis, oſtẽditur concluſio, ergo vterque oſtenſiuus videtur. Reſpondet Ariſtoteles, & inquit, differt enim oſtenſiuus ab eo, qui ad impoſsibile ſyllogiſmus eſt, quoniam in oſtenſiuo ſecundum veritatem ambæ propoſitiones ponuntur, in eo autem, qui eſt ad impoſsibile, falſa vna ponitur, quaſi dicat vtrunque aliquo pacto eſſe oſtenſiuũ, licet non eodem modo, vt patet. Verum, quia res iſta non multum hic eſt dilucidata, ad ſecũdum librum trãſmittit nos. Ait tamen eſſe ex ijs manifeſtum, & in oſtenſiuis, & in deducentibus ad impoſsibile ſemper eſſe inſpiciendum ad hæc, quæ dicta ſunt, videlicet ad antecedentia, ad conſequentia, & ad extranea. Quando quidem ducens ad impoſsibile ſit aliquo pacto oſtenſiuus, & ex eiſdẽ terminis, ex quibus oſtẽſiuus, ſibi correſpondẽs cõſtat. Quærunt græci expoſitores quonam modo ſyllogiſmus ad impoſsibile, & oſtenſiuus cõuertantur, cum in ſermone de tribus figuris ſit oſtenſum quartũ ſecundę, & quintum tertię ſolũ per impoſsibile oſtẽdere,

Latinis codicis mẽda.

Cõfutatio.

Sanior expoſitio.

Obiectio.

Solutio.

Dubitatio.

per

Solutio. per rectum autem nequaquã. Solutio eſt:q̃ nõ de modis figurarum eſt hic ſermo:ſed de problematibus omnibus vniuerſalibus:& particularibus:affirmatiuis: & negatiuis:q̃ vnumquodq̃ horũ:& recte, & per impoſsibile oſtenditur: nam rectum ſyllogizatur oſtenſiue conuerſum ad oppoſitum ſyllogizatur per impoſsibile,non tamen ſm omnẽ,& vnũquemq̃ modũ figurarũ. Præterea Iuniores dubitant:nam primum principiũ in Metaphyſica per impoſsibile oſtendit Ariſto. in quarto libro Metaphyſicæ,quod tamẽ dicit nõ poſſe oſtẽſiue demonſtrari. Magnus Albertus reſpondet primũ illud principium non demõſtrari oſtenſiue,ideſt per cauſam. Demonſtrari vero oſtẽſiue, quia recto diſcurſu. Puto melius eſſe dicendũ, bene illud poſſe prioriſtice oſtenſiue demonſtrari,qm̃ recte ſyllogizatur & per impoſsibile ẽt,qm̃ cõuerſum ad oppoſitũ ſyllogizari poteſt,nõ tamen poſterioriſtice. Vel forte ſermo Ariſtotelis eſt verus per ſe,& de omni problemate,quatenus ſyllogizabile,eſt falſus per accidens,quatenus problema eſt demõſtrabile. Animaduerte Ariſtotelem hic nullam feciſſe differentiam inter ſyllogiſmum per impoſsibile,& ſyllogiſmũ ducentem ad impoſsibile,vt putat Albertus. Nã indifferenter altero pro altero vſus eſt. Vtrũ vero ſit aliqua differentia,non eſt præſentis ſpeculationis: ſatis eſt mihi Ariſtotelem hic nullam inter eos indicaſſe differẽtiam. Immo nec Alexander:nec Philoponus talem differentiam hic fecerunt. Sed de hac re diligentius in ſecũdo libro. Quæret fortaſſe quiſpiam, vtrum quilibet ſyllogiſmus ducens ad impoſsibile ſupponat vnum oſtenſiuum ſaltem in mente, vel econtra. Videtur ex verbis Ariſtotelis vtrunque. Inquit enim Ariſtotelis in omnibus enim his neceſſe eſt aliquem communem ſumere terminum alium a ſubiectis, ad quem erit mendaciũ ſyllogiſmus, & loquitur de oſtenſiuis: alioquin non diceret ad quem communem terminum veluti in prædicatum concluſionis deductæ per impoſsibile, erit ſyllogiſmus mendaciũ. Ergo ducens ad impoſsibile præ ſupponit oſtenſiuum. Quod vero oſtenſiuus ſupponat ducentem ad impoſsibile:ex verbis quæ ſubſcribit patet. Inquit enim quare conuerſa eadem propoſitione, videlicet ad oppoſitum, a litera ſimiliter ſe habente,oſtenſiuus erit ſyllogiſmus per eoſdem terminos. Ecce quòd indicat ducentem ad impoſsibile ſupponi: cum dicat oſtenſiuum fieri conuerſione ad oppoſitum eius propoſitionis, quæ fuit concluſio in deducente ad impoſsibile. ¶ Ex dictis Ariſtotelis nihil certi habemus: nam ait indifferenter alterũ alterũ poſſe p̃ſupponi:& quouis præſuppoſito, ſemper termini ſunt ĩdem: licet non eodem modo diſpoſiti. ¶ Præterea dixit omne problema eſſe ſyllogiſmo ducente ad impoſsibile, & ſyllogiſmo oſtenſiuo demonſtrabile, vtpote nullum E eſt A,non cõuerſum, oſtenſiue ſyllogizatur, conuerſum ad oppoſitum, vt ad illam aliquod E eſt A,ſyllogizatur per impoſsibile. Fortaſſe dici poteſt ſyllogiſmum per impoſsibile fieri poſſe nullo ſuppoſito oſtenſiuo in mente. Nam poſſum ſyllogizare ex maiore manifeſte vera: & ex tua hypotheſi falſa deducendo vnam manifeſte falſam. Poſſum autem oſtenſiue ſyllogizare vnam veram ex ambabus veris: & non correſpondendo alterum alteri, ſed per diſſimiles terminos, & diſſimilia problemata, & diſſimiles propoſitiones, & tales ſyllogiſmi dicẽtur abiuncti, ſiue diſperati, ſiue impertinentes. poſſum etiam ſyllogizare oſtenſiue correſpondendo ad ſyllogiſmum per impoſsibile: vtpote conuertendo concluſionem deductam per ſyllogiſmum ad impoſsibile ad oppoſitum, & poſſum ſyllogizare per impoſsibile correſpondendo ad ſyllogiſmum oſtenſiuum, & conuertendo concluſionem veram per oſtenſiuum deductam, & tunc iſti ſyllogiſmi erunt conuerſiui, atque coniuncti, ſiue coalterni, ſed de ordine eorum in ſecundo libro dicemus. Nunc vero ſatis ſit demonſtraſſe oſtenſiuũ, & ducentem ad impoſsibile bifariam eſſe, aut conuerſiuos, aut abiunctos.

In alijs autẽ ſyllogiſmis, qui ex hypotheſi ſunt.(Vt quicũq̃ ſm tranſumptionẽ, aut etiã ſm qualitatẽ in ſubiectis,)nõ in his, quę à principio,ſed in trãſumptis erit conſideratio, modus aũt inſpectionis eſt ídẽ. Cõſiderare autẽ oportet,& diuidere quot modis ſunt,q̃ ex hypotheſi. Demonſtratur quidem igitur vnum quodq̃ problematum ſic.

Ec Ex De

Ec Ex De

Quidem igitur enim.

Hactenus declaratum eſt hypothecticos, qui ad impoſsibile deducunt, per eandem methoduum perfici, at nunc declarat eandem methodo perfici hypotheticos, qui tranſumptione vtuntur. Sed antequam ad declarationem accedamus. Primo animaduerſione dignum, non eſſe idem ſumptionem, & tranſumptionẽ, vt Stoici arbitrantur, ſumpta enim ſiue aſſumpta, ſiue ſumptiones, ſiue aſſumptiones, & poſita, ſiue poſitiones, vel conceſſa, aut conceſſiones, idem eſt ſm Peripateticos. Nam ſyllogiſtice,vel proſyllogiſtice propoſitiones a peripateticis poſitiones,ſiue poſita ſunt appellatę, vt ex definitione ſyllogiſmi patet, quæ etiam conceſſa dicuntur. M. Tullius eã propoſitionem, quam nos maiorem appellamus,vbiq̃ propoſitionem appellat, eam vero,quam nos dicimus minorem, ipſe ſumptionẽ vocat. Quid igitur ſumptio, ſiue ſumptum ſit, ex hiſce patet. Tranſumptum vero,ſiue tranſumptio eſt propoſitio quædam, qua ab aduerſario conceſſa aut vi ſyllogiſmi,aut motu proprio, opponens deducit problema principale. verbi cauſa,ſit problema principale, diuitiæ non ſunt bonæ,trãſumptum erit, ſanitas magis videtur bonum,quam diuitię:nam hoc conceſſo ab aduerſario, aut moto proprio, aut vi ſyllogiſmi, ſyllogizabo negatiue ſic, ſanitas magis bonum videtur, quam diuitię, ſed ſanitas non eſt bonum:ergo nec diuitiæ. Dicitur autem propoſitio illa tranſumptio, ſiue tranſumptum, quia nec eſt ſyllogiſtica, nec proſyllogiſtica propoſitio, ſed vltra has aſſumptum, quod nullo pacto ad problema principale poteſt eſſe ſyllogiſtica, aut proſyllogiſtica aſſumptio & Ariſtoteles vocat illam hypotheſim, eſt enim tranſumptio hypotheſis, quoniam ea conceſſa infertur principale problema. Ex his ſequitur cauſa,quare inuenta fuit tranſumptio. Nam cum ad principale problema caremus mediꝰ, vtimur tranſumptione. Sequitur etiam ſyllogiſmum per tranſumptum & ſyllogiſmum tranſumpti, vel de tranſumpto non eſſe idem, nam his proceſſus, quo probamus propoſitionem, ſyllogiſmus tranſumpti, vel de tranſumpto eſt, ſecundus vero proceſſus, in quo vtimur hypotheſi, qua aut conceſſa ab aduerſario, aut ſyllogizata, principale problema, deducimus, ſyllogiſmus per tranſumptum dicitur, ex his patet quid ſit per tranſumptionem ſyllogizare. Vlterius animaduerte nos bifariam poſſe per tranſumptum ſyllogizare, aut propter eandem qualitatem in ſubiectis, aut propter particularem inſpectionem antecedentium, conſequentium, & alienorum prædicati & ſubiecti eius hypotheſis, quæ tranſumptio dicitur, hoc eſt aut propter conuerſionem alterius propoſitionis in ſyllogiſmo principali: & per ſubiecta, in quibus qualitas conſideratur,intelligo ſubiectum hypotheſis, ſiue tranſumpti, & ſubiectum problematis principalis. verbi cauſa, problema principale eſt, diuitiæ non ſunt bonæ. Tranſumptum vero eſt, ſanitas videtur magis bonum quàm diuitiæ, ſubiecta ergo, quorum qualitas conſideratur, ſunt diuitiæ, & ſanitas, eſt autem qualitas habitudo localis, qua mediante ligantur illa ſubiecta, vt è tranſumpto ad principale problema licet procedere, vt locus a maiori ad minus, vbi deſtructiue procedimus, locus a minori ad

Cõmẽ. 208.

Cõſiderãdũ

Sumptum
Sumptio
Aſſumptum
Aſſumptio
Poſitum
Poſitio.
Cõceſſum.
Propoſitio ſumptio.

Trãſumptũ quid.


Quare inuẽta tranſumptio.

Sylls de trã ſumpto ſyllogiſmus p trãſumptum differunt.

Per tranſumptũ ſyllogizare bifariã

maius,vbi conſtructiue,locus à ſimili,vbi vtroq; modo argumentamur. Locus et cauſa ad effectum. Locus à cõtrarijs,& cæteris id genus,de quibus in Topicis dictum eſt. Quare habitudo localis,vi cuius procedimus, e ſubiecto tranſumpti ad ſubiectum problematis,reſpectu alterius,atq; alterius prædicati,qualitas in ſubiectis dicit, vt ſi tranſumptum ſit,omne animal eſt ægrũ. Loca à cõtrarijs vtentes,deducemus nullũ animal eſſe ſanũ. Et ſi tranſumptũ ſit,domus eſt bonũ,loco a cauſa deducem⁹, domificatorem eẽ bonum, & in cæteris id genus ſimiliter. Quid igitur qualitas in ſubiectis ſit,hactenus. Vtimur autem tranſumpto propter particularẽ inſpectionem,vt ſi tranſumptũ ſit particulare, & nos ab ipſo nõ variatis terminis, nec qualitate, deducimus vniuerſale,non quidem vi inſpectionis, ſed vi conuerſionis alterius propoſitiõis,quæ in ſyllogiſmo eſt,verbi cauſa. Per Cageti probam⁹ quoddã E eſt A,per medium C G: quod eſt vtriq; præcedens,ex hoc tranſumpto particulari per particularem inſpectionem, quæ habetur per Cageti, deducimus vniuerſaliter, omne E eſſe A,vtpote conceſſo ab aduerſario,quod G pręcedens ad E, conuertatur cũ E.vt ſi termini eſſent animal,homo, riſibile, per riſibile, quod antecedit ad hominem & ad animal in darapti ſic, ſyllogizarem,oẽ riſibile animal,omne riſibile homo,ergo quidam homo animal,hæc eſt concluſio per Cageti deducenda per medium C G. Tamen ex hac particulari deducimus omne E eſſe A,hoc eſt omnem hominem eẽ animal:quia riſibile conuertitur cũ homine, ideo cõuerſa minore erit ſyllogiſmus in barbara. Patet ergo p̃ hãc particularem inſpectionem,quæ Cageti habetur, nos p̃ tranſumptum probare vniuerſale,cum a particulari trã ſumpto ad vniuerſale proficiſcamur,virtute ſyllogiſmi, cuius minor eſt conuertibilis. His declaratis, ad verba Ariſtotelis deueniamus.

Vſus trãſumpti per particularẽ inſpectionem.




G

Inquit{in alijs aũt ſyllogiſmus,qui ex hypotheſi ſũt, vt quicũq; fm trãſumptionẽ,aut ẽt fm qualitatẽ in ſubiectis,et ſupple aut fm particularẽ inſpectionẽ,pcedunt, nõ his ſupple problematibus,quæ a principio tanquam principaliter probãda, methodus noſtra eſt accõmodãda,ſed in trãſumptis erit cõſideratio. Debemus.n.reſpicere ad prædicati,atq; ſubiecti ipſius tranſumpti antecedentia,conſequentia,& extranea,& nõ ſubiecti, atq; p̃dicati problematis antecedentia conſequentia & extranea,quare methodus erit de inuẽtione medij in ſyllogiſmo,qui eſt de trãſumpto, qui eſt primus proceſſus, & non in ſecundo proceſſu, quoniam ad fm proceſſum ſufficit qualitas in ſubiectis,quæ eſt illorum localis habitudo,aut conuertibilitas medij cum ſubiecto. Propterea ſubdit{modus aũt inſpectionis idem eſt,ſupple ĩ primo proceſſu,vt in oſtẽſiuis oĩbus. Verũ(vt inquit) conſiderare oportet, & diuidere quot modis ſunt ex hypotheſi ſyllogiſmi,melius dicerem quot modis ſunt de hypotheſi ſyllogiſmi. Proceſſus enim prim⁹ eſt de hypotheſi, & nõ ex hypotheſi. Propterea verbũ grẽcũ eo,p̃ de,intelligit,vnde quaſi epilogãdo inqt{mõſtrat quidẽ igit vnũ quodq; problematũ ſic,}ideſt methodo p̃dicta in oſtẽſiuis,ſaltẽ quo ad primos ipſos proceſſus:nam in ſecundis proceſſibus vtimur aut qualitate in ſubiectis,aut cõuerſione medij cum ſubiecto,vt poſtea.

H


Eſt autem & alio modo quædam ſyllogizare horum, vt vniuerſalia per particularium inſpectionem ex hypotheſi. Si enim C & G eadẽ erunt,ſolis autem his,quę G ſunt, ſumatur E in eſſe:omni vtiq; E inerit A.



F

Darapti minoris cõuerſione reddit concluſionẽ vniuerſalem affirmatiuã i Barbara.

Et rurſus ſi D & G eadem ſunt,ſolum aũt de G prędicatur E: qm̃ nulli E inerit A, manifeſtũ ergo eſt,q; ſic inſpiciendum erit.



Felapton.

Per particularem inſpectionem antecedentis, & conſequentis,& extranei duæ regulæ aſsignãtur, altera per Cageti,altera per Gedago. Per Cageti enim ſyllogizatur problema particulare affirmatiuum in Darapti,per Gedago problema particulare negatiuum in Felapton. Quoties ergo ex particulari problemate vniuerſale deduci poteſt, ſyllogiſmus erit per trãſumptum in eiſdem terminis,& in eadẽ qualitate,quare trãſumptũ erit particulare problema. Problema principale erit vniuerſale,quod ex trãſumpto deducit. Verũ in hac ſpecie tranſumptionis nõ idẽ eſt hypotheſis ſiue trãſumptis, & locus,ppter quẽ ex tranſumpto infertur problema: nã hypotheſis ſiue tranſumptum erit particulare problema, è quo ad vniuerſale proficiſcantur. Locus vero eſt, q̃ minor conuertatur in terminis:nam conuerſione ſtãte, poterimus vniuerſale ſyllogizare per tales particulares inſpectiones:nam conuerſa minore relinquetur ſyllogiſmus aut in barbara,aut in celarent. Inquit Ariſto.{eſt autẽ & alio modo quædã horũ ſyllogizare, vt ex hypotheſi vniuerſalia problemata,per particulariũ inſpectionẽ.Ponit exẽpla.Et inquit.{Si enim C & G, hoc eſt antecedens ad A,& antecedens ad E,eadẽ erũt, ſolis autem his,quæ G ſunt,ſumatur E ineſſe, & per hęc intelligit hypotheſim,quæ eſt,vt E inſit ſolis his,quæ ſunt G,eo modo,quo prędicata conuertibilia omni ſoli,& ſemper ſubiecto inſunt, ex hac particulari cum illa hypotheſi,ſequetur,q̃ omni E inerit A,ſyllogiſmus enim hic, qui in Darapti eſt, ad barbara reducetur per conuerſionem minoris in terminis, hæc de particulari affirmatiuo.

Deinde de particulari negatiuo. Inquit.{Et rurſum ſi D & G eadem ſunt,G quidem præcedens ad E, & D extraneum

Cõuẽ. 1to.

Cõuẽ. 2do.

Expõnes verborum.

Alberti expoſitio.

Prima nra expoſitio.


Alia expõ noſtra.

Tertia expoſitio.

extraneum ab A:si inquam hæc eadem sunt, solum de G prędicetur E:hoc est conuertibiliter E inesse ipsi G suppo natur,syllogismus in Felapton erit per particularem in spectionem significatam per Gedago: sed quoniam mi nor vniuersaliter conuertitur,sequitur in celarent, quo niam nulli E inerit A. Demum epilogat. Et inquit. {Ma nifestum ergo est, quoniam in his syllogismis:quòd trā sumptum sic(vt in arte dictum est) inspiciendum est,sal tem in primis processibus.

Eodem autem modo & in necessarijs,& cō tingentibus: nam eadem consideratio, & per eosdem terminos erit, & eodem ordine,& cō tingētis,& inesse syllogismus,sumendum au tem & in contingentibus,& quæ non insunt, posśibilia autem inesse,ostēsum est enim quo niam & per hæc fit contingentis syllogismus. similiter autem se habebit, & in alijs prædica tionibus.

Cōmē. 180. Ostendit & in necessarijs & contingentibus eodē mo do artem valere. Et inquit. {Eodem autem modo & in necessarijs & contingentibus problematibus, ars inue niendi medium valet.nā vt inquit, eadem consideratio, & per eosdē terminos erit: & per terminos intelligit su biectum, atque prędicatum contingentis,aut necessarij problematis.nam considerando vtriusq; rei anteceden tia,& consequentia: & extranea,consideratio de inuen tione medij perficitur simili modo in his,vt in alijs,syllo gismus quoq;,qui & de contingenti & qui de necessario est,& eodem ordine,idest eadē figura, quæ est ordo ter minorum cum medio, fit vt cæteri syllogismi aguntur, est tamen aliqua differentia (vt dicit inter contingentes & de inesse syllogismos. Nam consequentia quæ insunt, & antecedentia,quibus insunt res,non sumēda sunt quę modo insunt,sed quæ posśibilia sunt inesse, si enim syllo gizamus hoc problema,omnis homo potest currere,syl logizabimus,omne sedens potest currere: omnis homo potest sedere:omnis homo potest currere.



Vbi non quæ insunt, sed quæ inesse possunt, sumpta sunt.nam superius demonstrauimus per hæc,quæ inesse possunt,syllogismum de contingenti fieri. Addit simili ter autē res se habebit & in alijs prædicationibus. Ve rum quid per alias prædicationes intelligat, non facile patet. Albertus intelligit alios prædicādi modos: ceu in modalibus de vero & falso:posśibili,impossibili. De quibus in secundo de interpretatione. Dicebamus nos per alias prædicationes Aristotelem intelligere proble mata alia:quæ per mistos syllogismos deducūtur. Nam tam in mistis,quā in simplicibus methodus eadem est. Dicemus autem nunc Aristotelem intelligere per alias prędicationes,alia problemata:quę ex obliquis constāt. Nam reductis obliquis ad rectos, eadem erit methodus inueniendi medium. Vel fortasse per alias prædicatio nes,intelligit alia prædicata hypothetica:quæ fiūt in syl logismis conditionalibus. Vt Theophrastus inquit. Re ferēte Alexandro. Nam vt Boethus inquit. Cōditiona

Expōnes verborum.

Alberti expositio.

Prima nra expositio.

Alia expō nostra.

Tertia expositio.

Alis syllogismus omni figura fit. Hic enim est in prima figura,si A est, B est:si. B. est,C est:ergo si. A. est,C. est. Nam mediū B. prædicatur de. A. &. C. prædicatur de. B. medio. Quare. A. erit subiectum. C. prædicatum: &. B. medium: quod antecedit ad. C. & sequitur. ad. A. Simili modo fieri possunt in alijs figuris: de quibus exēpla Boetij in libro de hypotheticis perquire. Intelligit ergo per alias prædicationes,alia prædicata:quæ non absolute, sed hypothetice prędicantur. Nam quæ in his eadem ars est:vt in categoricis:vt dicemus.

Manifestum ergo ex dictis est, quòd nō solum posśibile est per hanc viā fieri omnes syllogismos,sed etiā, quòd per aliam impossibile est, omnis enim syllogismus, ostensum est, quòd per aliquam prędictarum figurarum fit. Has autem non contingit per alia constitui, quam per sequentia, & quæ sequitur vnumquodq;, ex his enim propositiones, & medij sumptio est,quare nec syllogismum posśibile est fieri per alia.

Nullam aliā esse viam a p̄dicta trium figurarū cō recta medii dispōne cōficiēdorū syllogismorū.

Cōmē 181. Ad demonstrandam præsentis artis sufficientiā, duo requiruntur, & quod omnes syllogismi per ipsam con stituantur,& per nullam aliam constitui posśint. Demō strauit itaq; Aristoteles hactenus omnes syllogismos ac arte cōstitui,at nunc q̄ per aliam constituantur nullam, hoc pacto syllogizat. Omnis syllogismus, qui est per aliquam trium figurarum, per aliam artem constitui nō potest,q̄; per consequentia,antecedētia, & extranea:sed omnis syllogismus mundi est per aliquam trium figura rum:ergo omnis syllogismus mundi per aliam artem cō stitui non potest, q̄; per antecedentia, consequentia, & extranea:huius syllogismi primo accipit conclusionem, & inquit. {Manifestum ergo est dictis est,quòd non so lum posśibile est per hanc artem, atq; viam fieri omnes syllogismos,vt huc vsq; Aristoteles prolixe demonstra uit,sed etiam,quòd per aliam impossibile est. Primum scilicet q̄ omnes syllogismi hac arte constituantur,tanq̄; manifestum ex dictis conclusit secundū,videlicet q̄ nec per aliam constitui posśint, non tanq̄; ex dictis manife stum, sed tanq̄; ex dicendis manifestum fore proposuit. Deinde de syllogismo sumit minorē. Et inquit. {Om nis enim syllogismus ostensum est: quoniam per aliquā prædictarum figurarum fit, hæc fuit minor:deinde acce pit maiorem, & inquit. {Has autem,idest hos syllogis mos,qui sunt in aliqua trium figurarum, non contingit per alia constitui, quam per sequentia, & quæ sequitur vnumquodq;,s. prædicatum,& subiectū,hoc est per an tecedentia,& supple per extranea:hæc fuit maior, cuius causam dicit,& inquit. {Ex his enim,s. antecedentibus & consequentibus,& extraneis,propositiones,& medij sumptio est:per medij.n. sumptionē propositiones fiunt vt patuit,repetit conclusionem. Et inquit. {Quare nec syllogismum posśibile est fieri per alia, quam per antece dentia,consequentia,& extranea.

Syllogism⁹ textus hic ē.

Via ergo de omnibus quidem eadem est, & circa philosophiam, & circa artem quam libet,& disciplinā. Oportet enim quæ insunt & quibus insunt circa vnumquodq; colligere,& his quam plurimis abundare: & hoc per tres terminos considerare, destruentem qui dem sic,construentem vero sic: & secundum veritatem quidem, ex his, quæ fm veritatem scripta sunt inesse: ad dialecticos autem syllo gismos, ex propositionibus, quæ sunt secun dum opinionem.

Cõmẽ. 282. Probauit præsentis artis sufficientiam ex parte syllogismorum: inquantum omnis syllogismus cuiuscũ figuræ hac arte constituitur: & per nullam aliam. Nunc quasi ex dictis corollarie ostendit præsentis artis sufficientiã ex parte problematum, quæ in omnibus artibus, & scientijs proponuntur, inquantum hac arte syllogizantur, & nulla alia. Et hoc proponit. Et inquit. Via ergo de omnibus quidem eadem est: de omnibus, s. problematibus: & circa philosophiã. i. his omnibus, quæ sunt circa Philosophiam, quæ sunt philosophica problemata, & de his omnibus, quæ sunt circa artem quamlibet: & de his omnibus, quæ sunt circa disciplinam. Et per Philosophiã: fortasse Metaphysicam intelligit: & fortasse diuinam et naturalem: & per artẽ quamlibet fortasse intelligit Rationales: & Mechanicas, & propterea dixit quamlibet. Et per disciplinas: intelligit Mathematicas omnes, quæ per excellentiam dicuntur Mathematicæ, idest disciplinæ, deinde sequuntur illa verba. Oportet enim & quæ insunt & reliqua. in quibus assignat causam: quare de omnibus problematibus omnium scientiarum eadẽ via fit: & Albertus sic intelligit. Oportet enim quæ insunt, i. prædicata: & ea, quibus insunt. i. subiecta problematũ circa vnumquodq; problema colligere: ita vt omne problema ad extrema resoluatur: & his collectis: quàm plurimis abundare. Et hæc. s. subiecta: & prædicata oportet per tres terminos. s. antecedentia: consequentia, & extranea confiderare. Sed hæc expositio non videtur cõsona. nam nos non subiectis, & prædicatis dicimur abũdare, sed propositionibus, vel consequentibus, & antecedẽtibus, & extraneis: nec per tres terminos intelligere solet, nisi maiorem, & minorẽ extremitates, & medium, melius ergo per ea, quæ insunt consequentia, & per ea, quibus insunt, antecedentia intelligerent: hæc enim circa vnumquod, s. circa subiectum, & prædicatum pblematis, colligere oportet: & his, s. consequentibus, & antecedentibus, & supple extraneis, oportet abundare: sic enim & propositionibus abundabimus, & oportet hęc, s. consequentia, antecedentia, & extranea tres terminos tantum considerare, & non per quatuor, vt veteres, qui considerarunt subiecti, & prædicati duo consequentia contraria: & ita quatuor terminos considerabant, subiectum, & prædicatum problematis, & consequentia cõtraria, vt superius diximus: hæc sunt generatim obseruãda in omnibus problematibus cuiusuis scientiæ, atque cuiusuis artis, & disciplinæ, speciatim vero & per partes est aliqua differentia, nam destruentem, qui vult problema negatiuum syllogizare: oportet illa considerare sic, idest vno modo: nam q̃ syllogizat problema negatiuum debet considerare extranea, et antecedentia, vel cõsequentia: construentem vero, qui vult problema affirmatiuum syllogizare, oportet considerare sic, idest alio modo, quoniam solum antecedentia, & consequentia. Secundam differentiam tangit ex parte veritatis, & probabilitatis. nam qui demonstratiue syllogizat, oportet considerare antecedentia, consequentia, & extranea, vt propositiones veras, & necessarias faciunt, qui dialecticè: quatenus dialecticas. Inquit. {Et fm veritatem volẽtem problema syllogizare, oportet considerare cõsequẽtia, quæ fm veritatem scripta sunt inesse rei: similiter & antecedentia, & extranea, ad dialecticos autem syllogismos oportet ex propositionibus, quæ sunt fm opinionẽ syllogizare, & per consequens oportet considerare consequentia, quæ fm opinionem insunt: hæ sunt duæ differentiæ speciatim illa considerando. Nam problemata possunt vt vera considerari: & vt vera tali veritate: necessaria: vel dialectica: vt vera: ad syllogizandum illa: sufficit considerare subiecta prædicata problematis: & illorum antecedentia: & extranea, & illis abundare: & per tres terminos inspicere. At si problemata scientiarum considerentur (vt vera tali veritate) necessaria videlicet, vel dialectica: affirmatiua: vel negatiua; tũc non eodem modo considerabimus illa. Nã quatenus affirmatiua sunt, solum ad antecedentia, & consequentia inspicimus: quatenus negatiua, etiam ad extranea. Similiter si considerantur vt necessaria, consideramus consequentia (vt necessario sequuntur) antecedentia, vt necessario antecedunt: & extranea: vt necessario remouentur. Sin autem (vt vera dialectice considerãtur) oportet inspicere ad cõsequentia, quæ fm opinionem sequuntur: ad antecedentia: quæ fm opinionem præcedunt: & ad extranea, quæ fm opinionem remouentur.

Alberti expositio. Cõfutatio. Summã omniũ cõsideratorum.

Principia itaq; syllogismorum vniuersaliter quidem dicta sunt, & quomodo se habeãt, & quomodo oportet inquirere ea, quatenus non aspicimus ad omnia, quæ dicuntur. Neq; ad eadem construentes, & destruentes, neque etiam construentes de omni, aut de aliquo, & destruentes ab omnibus, vel ab aliquibus, sed ad pauciora, & determinata.

Cõmẽ. 283. Epilogat. Et inquit. {Principia itaq; syllogismorũ, vniuersaliter quidem dicta sunt, & licet per prĩcipia syllogismorum, intelligi possint termini, propositiones, & figuræ: hic intelligit antecedentia, consequentia, & aliena, quæ vniuersaliter dicta sunt: quoniam speciatim dicenda sunt in scientijs particularibus cum alia sint physica, alia Metaphysica, alia Geometrica, & alia, atq; alia in alijs atq; alijs scientijs. Hic enim de his diximus generatim per terminos communes omnibus omnium scientiarum, vrpote per B F, C G, H D, quæ vniuersalia omnibus sunt, & quomodo se habeant, quia nõ per quatuor, sed per tres terminos sunt construenda. Diximus etiam quomodo inquirenda sunt, quantũ ad inspectiones, quatenus ad vnum problema syllogizandum non inspicimus ad omnia, quæ dicta sunt semper: non enim ad vnũ problema constituendum inspicimus ad antecedentia: consequentia: & extranea simul: sed vel antecedẽtia, vel ad antecedentia, & consequentia: vel ad extranea, quæ aut consequuntur, aut antecedunt. Simili modo neque inspicimus ad eadem in construendo: et destruendo. Nã in construendo inspicimus Fecana: Cageti: Gebali. In destruẽdo inspicimus Dafenes: Hebare: Gedago. Neq; construentes de omni, & de aliquo eadem inspicimus. De omni enim construentes hoc est vniuersaliter affirmatiue inspicimus Fecana: de aliquo vero construentes Cageti, & Gebali. Neq; destruentes respicimus eadem, nam cum ab omnibus destruimus respicimus Dafenes: & Hebare. Destruentes vero ab aliquibus respicimus Gedago. Propterea inquit. {Sed ad pauciora, & determinata, respiciendum esse diximus, siquidem alia pro affirmatiuis, alia pro negatiuis, et pro vniuersalibus alia: & alia pro particularibus.

Enim. Autem. Secundum vnumquodq; vero eorum, quę sunt, eligere est, vt de bono, aut de scientia: propria enim secundum vnamquamq; sunt plurima. Quare principia quidem: quę sunt circa vnumquodq;, experimento est crescere, dico autem vt Astrologicam quidem experientiam, astrologicæ scientię, sumptis eni sufficienter apparentibus, sic inuentæ sunt astrologicæ demonstrationes, similiter autem & circa aliam quamlibet se habet, & artem, & scientiam.

Crescere. Tradere.

Cõmẽ. 284. Quid Aristoteles velit hic facere, non facile patet. Nonnulli Aristotelẽ dicunt hic tradere viam, qua accipiuntur propria principia: q̃ sunt petitiones siue propositiones in demõstratiõibus diuersarũ scientiarũ cõtractis. Nam cum determinauit viam, qua cõmunia principia accipiuntur:

1. Expõ.

accipiuntur: communesque propositiones syllogisticæ: erat decens addere viam: qua propria principia propriæque propositiones acciperentur. Nonnulli vero dixerunt Aristotelem per verba hæc remouere tacitum dubium. Nam cum sit dictum artem inueniendi medium esse omnibus communem: atq; sufficiētem: & ad omnē scientiā valere: ideo quispiam ambigeret an ista sufficiat ad propria principia sumenda in vnaquaq; scientia: cui Aristotelem respondere dicunt artem hanc nō sufficere: quam expositionē sequebamur olim. Alij vero dicunt dubium: quod Aristoteles remouet: esse an per istam artem possint syllogizari principia cæterarum scientiarū. Sicut syllogizari possunt problemata omnium scientiarum. Cui respondere dicunt scientiarum principia non posse arte eiusmodi syllogizari: siquidem scientiarū principia per viam sensus memoriæ: & experiētię habentur.

Secunda expositio.

Tertia expositio.

Expō præsens &. 4.

Fortasse Aristoteles remouet aliud dubium: nam (vt Philoponus superius dixit) hæc ars est inueniendi propositiones ad omnem syllogismum: & abundandi illis. Ideo quis diceret ergo frustra sunt alię scientie: cum per hanc artem sufficienter propositiones omnium syllogismorum inueniantur. Respondet & inquit. Secundum vnumquodq; vero problematum eorum: quę sunt in determinatis scientijs eligere est: & non tantum communiter: vt per artem hanc habitum est. Verbi gratia: eorum problematū: quæ sunt de bono: vtrum sit voluptas: vel virtus: & cęterea id genus: & eorum problematum: quę sunt de scientia: vtrum sit de nouo: an reminisci: & vtrū eadem sit contrariorum: quorum problematum prima sunt moralia. Secunda vero metaphysica: siue Dialectica. Horum enim principia sunt diuersa. Propositionesq; non eędem: & causam assignat. Et inquit. Propria enim secundum vnamquamq; scientiam plurima sunt: & diuersa: nam eorum: quæ de bono alia sunt: & alia eorum, quæ de scientia: quare licet hęc ars sit inueniendi propositiones in omni scientia: non tamen per hanc habentur propriæ cuiusq; problematis propositiōes: ideo aliæ sciētiæ non frustra sunt. Et tunc emergit aliud dubium: si aliorum problematum aliæ sunt propositiones: nūquid illæ syllogismo accipi possint: & per hanc artem. Respondet. & inquit. Quare principia quidem quæ sunt circa vnumquodq; problema experimento est ad inuenire: crescere atq; tradere. Dico autem: vt Astrologicam quidem experiētiam eorum propriorum principiorum esse: quæ sunt Astrologicæ scientiæ. Sumptis enim sufficienter apparentibus, vt in deliquijs: accessibus: recessibus: processibus: regressibus: occultationibus: & exortibus: sic inuentæ sunt Astrologicæ demonstrationes: primo tamen illarum propositiones, deinde demonstrationes: & inducens in omnibus inquit. Similiter autem & circa aliam quamlibet siue artem, siue scientiam. Ergo propositiones problematum diuersarum scientiarū non syllogismis ac arte confectis accipiuntur, sed experimento vt secundo Posteriorum docet.

Dubō.

Responsio.

Declarare
Promere
Edere.
Hanc.
Hoc.
Ipsum.

Quare sumptis, quę insunt circa vnūquodque, nostrum iam erit demonstrationes prōpte declarare. Si enim nihil fm historiā omittatur eorum, quę subtiliter, & vere insunt rebus, habebimus de omni (cuius non est demonstratio:) hanc inuenire & demonstrare. Cuius autem non nata est demonstratio, hoc facere manifestum, vniuersaliter quidem igitur quo oportet modo propositiones eligere, penè dictum est. Per diligentiam autem pertransiuimus in eo negotio, quod circa Dialecticam est.

Cōmē. 285. Ex hisce deducit hanc artem esse vtilem omnibus scientijs in specie. nam licet non sit vtilis ad syllogizandum principia demonstrationum particularium scientiarum est vtilis ad syllogizādum, atq; demonstrandum ex his: sumpta enim principiorum veritate per obseruationem per hanc artem scimus illa in syllogismo collocare. Inqt. {Quare sumptis, quæ insunt circa vnumquodq; } idest consequentibus, quæ insunt circa subiectum, & prædicatū, similiter sumptis antecedentibus, quibus insunt vtraque, & sumptis alienis ab vtroq;, per sensum memoriam & obseruationem: nostrum iam erit demonstrationes prompte declarare, & illas ad formam syllogisticam per hanc artem reducere, prompte quidem, quia non requiritur tempus, quo inueniamus aliud necessarium. & reddit causam. Et inquit. {Si enim nihil fm historiam, idest veritatem & inquisitionem omittatur eorum, s. consequentium, quæ subtiliter & vere insunt rebus. Similiter eorum antecedentium, quibus vtrunq; inest: & alienorum, habebimus de omni scilicet problemate (cuius quidem non est adhuc facta demōstratio) hanc illam demōstrationem nondum de illo factam: & inuenire: & demōstrare. Quo vero ad verba attinet. Verbū fm historiam potest construi cum illo verbo omittatur: & potest cōstrui cum illo verbo insunt. Si cum verbo omittatur: construitur: sensus est: si nihil omittatur fm historiam: idest (vt in historia fit) in qua nihil de rebus gestis omitti solet: cum est fidelis. Si igitur (vt fit in historia) eorum quæ insunt nullum omittatur: facile poterimus demonstrationes facere. Sin autem cum verbo insunt construitur: lege sic. Si enim nihil omittatur eorum, quę secundū historiam, idest veram narrationē: subtiliter: & vere insunt rebus. Tunc (vt diximus) facile demōstrationes facere poterimus. Verbū aūt subtiliter, gręce est ἀκριβῶς acribos: qđ licet latinè sit subtiliter, diligēter, exactè, & id genus, tamen hic (vt mihi videtur) pro certitudinaliter: siue constanter intelligitur. Et tunc est sensus: si nihil (vt in historia fieri solet (omittatur eorum: quę certitudinaliter: & vere insunt rebus, subiecto scilicet & prædicato: nihil etiā eorum: quæ antecedunt rebus: & nihil eorum: quæ aliena sunt à rebus ipsis: habebimus de omni problemate: cuius nō est adhuc facta demonstratio: hāc demonstrationem: quam nondum fecimus: etiam inuenire: & demonstrare. Et dixit eorum: quæ certitudinaliter insunt: & vere, quia demōstrationes sunt ex veris & notioribus: atq; certioribus. Nisi enim ea sumantur: quę certitudinaliter: & vere aut sequuntur, aut antecedunt subiectū & prædicatum problematis, non poterunt propositiones esse demonstrationum. Non enim erunt notiores: & veriores. Propterea subdit: cuius vero non nata est supple esse demonstratio: vt problematis dialectici: cuius demonstratio esse non potest: hoc supple aliter oportet facere manifestum: quoniam non oportet sumere: quæ vere: & certitudinaliter insunt: sed quæ secundū opinionem insunt: vel secundum opinionem antecedūt: vel fm opinionem a rebus sunt aliena: vt in libris Topicorum dicetur. Deinde quasi epilogādo inquit. Vniuersaliter atq; summatim pene dictum est: quomodo oportet propositiones eligere: nā generatim atq; confuse: per diligentiam autem atq; distincte pertrāsiuimus in eo negotio: quod circa dialecticam est: vt in libris Topicorū: vbi dedit methodum abundandi propositionibus: cum loca vtilia cuiusq; problematis assignauit. Verbum pene: non eget expositione: nam dicens vniuersaliter: dixit pene se dixisse.

Cap iii. De diuisiōe, eiusq; syllogismo agit. γὰρ enim κἀκ. δ' autem ñ aut. Autem δ' itaq; δ'ñ.

QVoniam autem diuisio per genera, parua quædam particula est, dictę methodi, facile est videre, est enim diuisio velut infirmus syllogismus. nam quod quidem oportet ostēdere petitur: syllogizatur autem semper aliquid superiorum. Primum itaq; idē hoc latuit omnes vtentes ea.

Nunc

Cõmẽ. 186. Nunc refellit aliorum artem, quam veteres de medij inuẽtione aſsignarunt: nã ſic ars aſsignata ab ipſo relinquetur laudata. Sed quòrũ hęc ars ſit, quã Ariſto. ipſe refellit, nõ facile patet. Alexãder Platonis eſſe contẽdit. Alexan. expoſitio. 1. nã Plato diuiſionẽ aſſerit eſſe viã inueniẽdi medium, cũ enim diuiſiõe definitio inueniatur, et definitio mediũ in demonſtratione ſit, mediũ in ſyllogiſmis diuiſione inueniri affirmauit. Quã expoſitionẽ Auerroes in cõmẽto Primo de anima co. 1. dẽ anima ſecutus eſt: vbi Hippocratẽ demõſtrationem, Platonẽ diuiſionẽ, viã eſſe inueniẽdi mediũ in demonſtrationib⁹ aſſerit. Sed hęc Alexãdri expoſitio ambigua eſt, nã Plato methodũ in quatuor diſſecuit, in diuiſiuã, definitiuã, demõſtratiuã, & reſolutiuã, q̃ rõne diuiſiua methodus cũ ſit diuerſa à demõſtratiua, ad illã nõ conExpõ Philopo. 2. fert. Philoponus aũt ignorat eos, quorũ methodus eſt hæc. Ideo quicunq; illi ſint. Ariſto. primo proponit eorũ errorẽ, & inquit. ❴ Qm̃ aũt diuiſio per genera, parua quædã particula eſt dict⁹ methodi, facile eſt videre. Dixit parua particula, qm̃ diuiſio ad medĩ ſyllogiſtici inuẽtionẽ aut nihil cõfert, aut cõfert ſolũ ad inuẽtionẽ medĩ in demõſtratione. Mõ demõſtratio nõ omnis ſyllogiſmus eſt, ſed aut vna pars, aut vna ſpecie: ergo diuiſio nõ ad omnẽ medĩ ſyllogiſtici inuẽtionẽ, ſed ad partẽ cõfert: quare eſt parua particula totius artis. Dixit aũt per genera: qm̃ multiplex eſt diuiſio, alia accidentis in ſubiecta, alia ſubiecti in accidẽtia: & aliq; id genus. Diuiſio autẽ, q̃ ad medĩ in demõſtratione inuẽtionẽ cõfert, eſt illa: quę per genera fit ad ſpecies mediãtibus eſſentialib⁹ differẽtijs. Hæc enĩ eſt: quę dici põt parua particula dictæ artis. Deinde oſtẽdit alia rõne: cur diuiſio non ſufficiat pro medĩ inuẽtione in demõſtratione. Et inquit. Diuiſionẽ nõ ſufficere: quia diuiſio eſt infirmus ſyllogiſmus: cuius cauſam aſſerit ex eo: quia quod oportet oſtẽdere: in illo petit. Verbi cauſa. Si oportet oſtẽdere de homine eſſe mortale. petit. Syllogizabitur enĩ ſic, eẽ animal aut mortale, aut ĩmortale: homo eſt aĩal: ergo homo eſt mortalis, aut ĩmortalis. Sed nõ eſt ĩmortalis: ergo eſt mortalis: in hoc ſyllogiſmo petitur. Hoc enim. ſ. hominẽ non eſſe ĩmortalẽ: aſſumitur: quod erat probandũ. Eſt enim q̃que ignotum hominẽ nõ eẽ immortalẽ: & eſſe mortalẽ. Sed ſupple ſi nõ petit: nõ ſyllogizabit: niſi ſemper aliquo ſuperiorũ propoſito: nã ſi nõ aſſumitur altera pars diſiunct⁹: videlicet illa: ſed nõ eſt ĩmortalis: non ſyllogizatur niſi illud mortale: vel ĩmortale. Modo hoc eſt q̃d ſuperius, ad ipſum mortale, quod intẽdebatur de homine, cũ diſiunctũ ſit cõmunius altera ſui parte, quare p̃ diuiſionẽ aut petit, aut ſolũ aliquod vniuerſale ſyllogizaDuplex erroris cauſa. bitur. Propterea quaſi epilogando: ait hoc idem eſſe primũ eorũ, quę latuerunt oẽs vtẽtes via diuiſionis. Ex his apparet duplicẽ cãm, quare diuiſio nõ eſt via cõueniens ad inuẽtionẽ medĩ. Prima q̃ nõ facit ad inuẽtionẽ medĩ in ſyllogiſmo: in eo q̃ eſt mediũ ſyllogiſmi, ſed eo q̃ eſt mediũ demonſtrationis, quare hoc pacto diuiſio erit parua particula huius artis: cũ conferat ſolum ad mediũ ſyllogiſmi demõſtratiui. Secunda q̃ aut petatur in ipſa, aut per ipſam nõ ſyllogizatur propoſitũ: ſed aliquod cõmunius illo: quod de homine quęrebatur.


Et ſuadere conati ſunt tanq̃ exiſtente impoſſibili de ſubſtantia demonſtrationem fieri, & de eo, quod eſt quid.

Cõmẽ. 187. Nunc ponit eorũ motiuũ, qui dixerunt diuiſionẽ eſſe methodum inueniẽdi mediũ in demõſtratiõibus. Et inquit. ❴ Et ſuadere conati ſunt ſuã opinionẽ tanq̃ exiſtẽte impoſsibili de ſubſtãtia demõſtrationẽ fieri, & de eo, quod eſt quid. Si ergo de definitione fieri põt demõſtratio, fieri põt ſyllogiſmus: & cũ nullus de diffinitione fieri poſsit ſyllogiſmus, niſi diuiſiuus, iure diuiſiuo ſyllogiſmo mediũ in demõſtrationibus inuenitur: & cum demonſtratio ſit principaliter ſyllogiſmus, videtur diuiſio vtilis ad inuentionem medĩ in ſyllogiſmis.

E Quare neq; quoniam contingebat ſyllogizare eos, qui diuidunt, intellexerũt, neq; quoniam contingebat ſic, quemadmodum dixi-
mus. In demonſtrationibus enim, cũ oportet quid ſyllogizare ineſſe, oportet medium, per quod fit ſyllogiſmus, minus ſemper eſſe: & non vniuerſalius prima extremitatum, diui-
ſio autem contrarium vult: nam vniuerſalius ſumit medium. Sit enim animal quidem, in quo A, mortale autem in quo B: & immortale, in quo C: homo vero, cuius terminum oportet ſumere, in quo D, omne ergo animal acci-
pit aut mortale, aut immortale. hoc autem eſt quicquid erat A, omne eſſe aut B, aut C. Rurſus hominem ſemper, qui diuidit ponit, animal eſſe: quare de D ſumit A eſſe, ergo ſyllogiſmus quidẽ eſt, quoniã D, aut B, aut C, omne erit: quare hominẽ aut immortalẽ, aut mortalẽ neceſ-
ſariũ eſt eſſe, animal autẽ mortale ſolũ, nõ neceſſe eſt eſſe, ſed petitur: hoc autem erat, quod oportebat ſyllogizare.

Syllus de ſecunda particula definitionis hois, ſuppoſito q̃ homo ſit animal. Terminum definitionẽ.


F



Diuiſiuꝰ ſyllogiſmus in primo proceſſu.

G Et rurſus qui ponit A quidẽ animal mortale, in quo aũt B pedes habẽs, in quo aũt C non habens pedes, hominem vero D, ſimiliter ſumit A quidẽ aut in B, aut in C eſſe, omne enim animal mortale, aut pedes habens, aut pedes non habens eſt, de D autem A: nam hominem, animal mortale ſumpſit eſſe: quare habens pedes, vel non habens pedes eſſe animal, neceſſe eſt hominem, pedes autem habens, nõ neceſſe eſt, ſed ſumit: hoc autem erat, quod oportebat rurſus oſtendere.

Secundus ſyllus.



H A aĩal mortale.
B pedes habens.
C Non habẽs pedes.
D homo.

Secũdus proceſſus.

Animaduertendum in diuiſiua methodo fieri duos proceſſus. Alterum ſyllogiſticum, quo ſyllogizatur de definibili quoddam diſiunctum vniuerſalius: quare altera eius pars, quæ de definito quæritur, verbi cauſa. Si de homine Cõmẽ. 188.

homine quærimus mortale, quæ est vna particula definitionis hominis, nō mortale syllogizatur, sed mortale vel immortale hoc pacto, omne animal mortale vel immortale, omnis homo est animal, ergo omnis homo est mortalis, vel immortalis, hic est primus processus, & q̄dem syllogisticus. Secundus vero est, quo concluditur quæsitum, & fit à destructione alterius partis disiunctiuæ ad alteram partem: hoc pacto, omnis homo est mortalis, vel immottalis, sed nō est immortalis, ergo est mortalis. Horum processuum primus est syllogisticus simpliciter, secundus vero syllogisticus secundum quid, & simpliciter assyllogisticus, quoniam petit id quod quærebatur. Quærebatur. n. hominem non esse immortalē: sed mortalem Aristo. ergo primo sumit, quid non intellexerunt vtentes diuisione, & inquit. {Quare neq; quoniam contingebat syllogizare eos, qui diuidunt, intellexerunt, & hoc, quo ad primū processum, isti enim ignorant primum processum, qui est syllogisticus, & quid p ipsum syllogizatur: neq; intellexerunt secundum proces B sum, quo syllogizabatur, quoniam contingebat sic, hoc est petendo, qui reuera non est syllogisticus, sed est cum petitione principij̄, vt diximus. Ignorabāt ergo isti quid syllogistice, & quid assyllogistice in diuisione concludebatur: nam syllogistice cōcluditur illud disiunctū, quod est vniuersalius quæsito, quod est altera pars eius, assyllogistice vero deducebatur quęsitum, sed cum petitione principij̄, & hoc declarat, & syllogizat accipiens primo maiorem, & inquit. {In demonstrationibus enim, cum oportet quid syllogizare ineſſe alicui, oportet medium, per quod fit syllogismus, minus semper esse supple maiore extremitate, quæ quęritur, & maius extremitate minore, nam omnis demonstratio cum in Barbara fiat, per Fecana cōficitur. addit. {Et non vniuersalius prima extremitate} nam posset dici in demonstratione non esse medium aliqua extremitate minus, cum demonstratio ex conuertibilibus constet: propterea addit, vel saltem non minus: est ergo maior syllogismi hæc, medium in de C monstratione, per quod demonstratur quæsitum de cōcesso, hoc est maior de minore, non debet esse minus extremitate maiore, deinde accipit minorem. Et inquit. {Diuisio autem contrarium vult: nam vniuersalius sumit medium, est ergo minor, mediū in diuisione est maius quæsito, est enim quæsitum mortale de homine, modo siue medium sit animal, siue medium sit illud disiunctum, semper est maius quæsito: omne siquidem mortale est animal, & non conuertitur, similiter omne mortale vel immortale, & non conuertitur, ergo nec per animal, nec per illud disiunctum in via diuisiua potest syllogistice demonstrari mortale de homine. Quare, si per diuisionem ostendetur, non nisi per 5m processum demonstrandum erit, at in secūdo processu petitur. Aristoteles ergo ostendit, quomodo syllogistice non potest quęsitum illud de homine demonstrari, & q̄ si demonstretur per secūdum processum petitur. Et inquit. {Sit enim animal quidem, in quo A. Mortale vero in quo B, homo vero, cu D ius terminū siue definitionem oportet sumere, sit in quo D: omne ergo animal diuisor ip̄ę accipit, aut mortale, aut immortale, hoc autem est dicere, quod quicquid erat A, sit aut B, aut C. Rursus hominem semper, qui diuidit, ponit animal esse, quare de D sumit A esse: nam D homo, & A animal ponebantur esse, ergo syllogismus quidem erit quoniam D aut B, aut C omne erit, quare hominem aut mortale animal, aut immortale animal necessarium est esse, non autem necesse est hominem esse animal mortale solum. Syllogistice ergo de homine illud disiunctum demonstratur p̄ medium, quod est animal: at nec per animal, nec per illud disiunctum demonstratur syllogistice mortale, quod quærebatur de homine, sed in secūdo processu petitur. nam cum dicitur, sed homo non est immortalis, in hoc assumpto petitur hominem esse mortalem, hoc autem erat, quod oportet syllogizare, & nō petere.

A Patet ergo quid syllogistice, & quid assyllogistice in diuisione demonstratur. Mortale enim de homine non demonstratur syllogistice, quia siue animal, siue illud disiunctum medium velis, demonstrari nō potest, cum sit maius illo quæsito. Demonstratur autem assyllogistice petendo hominem non esse immortalem. Hæc itaq; dicebat Aristoteles vtētes via diuisiua ignorare: nō enim intellexerunt quid syllogistice, & quid syllogistice sic, idest assyllogistice per viam diuisiuam demonstretur. Hæc de illa particula hominis definitionis, quæ est mortale: idē ostendit de ea particula, quæ est bipes. Est enim homo animal mortale bipes. Et inquit. Et rursus qui ponit A quidem animal mortale, in quo autem B pedes habens, in quo autem C, est non habens pedes, hominem vero, cuius quærimus particulam illam bipes, intelligitur in D. hic constituens hoc pacto terminos, similiter sumit A quidem aut in B, aut in C esse: omne enim animal mortale aut pedes habens est, aut pedes non habens est, de D autem A: nam hominem animal mortale per primā diuisionem sumpsit esse, quare necesse est hominem esse animal habens pedes, vel non habens pedes, non tamen est necesse hominem esse animal habens pedes: ergo syllogistice quidem illud disiunctum habens pedes, vel nō habens pedes deducitur, non autem illius disiuncti alterum, scilicet habens pedes, quoniam siue animal sit medium, siue illud disiunctum, est in plus prima extremitate. Assyllogistice vero cōcluditur per secundum processum petendo hominem non esse non habētem pedes. nā in hoc sumit hominem habere pedes, quod quidem erat probādum, & sicut de his duabus particulis dictum est, ita & de illa particula animal, & de cęteris dici pōt, semper tamen aliquo communi suppositio.

Et ergo in hunc modum semper diuidentibus vniuersalius quidem accidit medium sumere eo de quo quidem oportet & demōstrare differentias extremitates. Finaliter autem q̄ hoc sit homo, aut quodcunq; vtiq; sit, quod quæritur, nihil dicunt manifestū, vt necessariū sit, & enim aliam viam facientes omnem, habitas idoneitates non opinantur esse.

Quasi epilogando quæ dixerat contra vtentes via diuisiua. Inquit. Et ergo in hunc modum semper diuidentibus. Hoc est his, qui vtuntur via diuisiua hoc pacto: semper accidit medium sumere vniuersalius eo, de quo oportet & demonstrare differētias quæsitas quę sunt extremitates maiores, erit ergo medium vniuersalius maiori extremitate: quæ est ea differentia, quæ quæritur de definito. Et eo definito, de quo quæritur, q̄a siue animal sit, siue illud disiunctum, semper est maius vtraq; extremitate. Ergo per tale medium nō potest syllogistice differentia quæsita syllogizari. Finaliter autem q̄ homo sit hoc, ideſt mortalis, vel quodcunq; vtiq; sit: quod quæritur videlicet bipes vel id genus. Nihil dicunt manifestū: vt necessarium sit, quod quæritur. Cum. n. syllogizato disiuncto sumunt, sed homo non est immortalis, sic dicēdo, nihil dicunt manifestum, immo petunt principium: nam hoc est æque ignotum sicut illud, quod quæritur, quare non sumunt aliquid manifestius quæsito, vt per illud assumptum necessarium sit supple id quod quæritur deducendum. Est. n. æque ignotum. Demum quid de arte nostra illi senserint: obiter subscribit. Et inqt. Et. n. aliam viam facientes omnem: ideſt penitus aliam. Sumpsit. n. omnem, pro omnino, quasi dicat. Et. n. omnino facientes aliam viam inueniendi medium, habitas idoneitates, ideſt dicta pręcepta, quę idoneitates appellant, q̄ illis idonei sumus inuenire medium non opinanť esse. Verbum habitas grece est ἐνδεχομένας endechomenas: latinè contingentes, tamen per contingentes habitas intelligit, siue congruentes. Quod igitur per diuisionē mediū Cōmē. 289.

non

non inueniatur, nec ſyllogiſmi, quatenus ſyllogiſmus, nec ſyllogiſmi, quatenus demõſtratiuus, ex hiſce patet,

Dubõ pulchra. Solutio. Iuniorum. Quæres fortaſſe quid petitur in diuiſiua ipſa methodo. Reſpondent Iuniores in ſecundo proceſſum peti, illud vero, quod petitur dicunt eſſe deſtructionem alterius partis diſiuncti. Nam poſtquam ſyllogizatum eſt, omnem hominem eſſe mortalem vel immortalẽ, ſumit diuidens: ſed non eſt immortalis, modo hanc negatiuam deberet probare, & non probãs, illam petit, ſumitq; illã


Reprobõ. tanquam manifeſtam. Sed hæc reſpõſio eſt directe aduerſus verba Ariſto. qui ait eum, qui diuidit petere illã homo eſt mortalis, quia ſumens illam homo non eſt immortalis, in illa petit hominem eſſe mortalem, quoniam æque notæ ſunt ambæ, & in altera, altera continetur.

Solutio pro pria. Quare dicendum illud, quod petitur, non peti, niſi in ſecundo proceſſu, & quod petitur eſſe quæſitum, verũ nõ in ſe petitur, ſed in ſuo æquiualenti.

Manifeſtum autem eſt, quoniam neq; deſtruere hac via eſt, neq; de accidente aliquod, aut proprio ſyllogizare, neq; de genere in quibus ignoratur, vtrum hoc modo, aut illo ſe habeãt. vt, putas ne diameter eſt commenſurabilis, aut incommẽſurabilis? ſi.n. ſumat q̃ omnis longitudo eſt comenſurabilis, aut incommenſurabilis: diameter autem eſt longitudo: ſyllogizatum eſt, quoniam aut incommenſurabilis aut commẽſurabilis eſt diameter: ſi autem ſumetur incõmenſurabile, quod oportet ſyllogizare ſumetur.

Cõmẽ. 190. Oſtendit & nunc diuiſiuam methodum inutilem eſſe ad deſtruendum vel conſtruendũ aliquod quatuor prædicatorum, de quibus in Topicis dictum eſt, vnde inqt, manifeſtum autem eſt, quoniam hac via, quæ eſt diuiſio non eſt aliquid eorum prędicatorum, quę in Topicis dicta ſunt, deſtruere, hoc eſt negatiue ſyllogizare, neq; eſt ſyllogizare, ſ. affirmatiue aliquod de accidente, ideſt aliquam ſpeciem accidentis de ſuo ſubiecto, aut de proprio eſt ſyllogizare aliquam ſpeciem de eo, cuius eſt propriũ nec de genere, i. nec aliquam generis ſpeciem poſſumus ſyllogizare de eo, cuius eſt genus, potiſsimum in his, de quibus ignoratur vtrum hoc modo, vel illo ſe habeant. Vult igitur dicere viam diuiſiuam eſſe ſimpliciter inutilem, quoniã per ipſum nec negatiue ſyllogizari poteſt aliquod quatuor prædicatorum, nec affirmatiue ſyllogizari aliquod accidens de eo, cuius eſt accidens nec aliqd proprium, nec aliquod genus, de his dico, in quibus dubitatur quid horum ſit. Quo vero ad verba attinet. Cũ Ariſtoteles inquit, neq; de accidente aliquod, non intelligas accidens eſſe id, de quo ſyllogizatur aliquod, ſed p aliquod intelligit ipſe aliquam ſpeciem accidentis, vnde ſenſus eſt, neq; aliquod accidens de eo, cuius eſt. Probat autem hoc vno tantum exemplo. Et inquit. Vt putas ne Diameter eſt commenſurabilis, vel incommenſurabilis, ſi enim, vt inquit, quiſpiam ſumat quoniam omnis longitudo eſt commenſurabilis, vel incommẽſurabilis. Diameter autem eſt longitudo: ſyllogizatum eſt, quoniam commenſurabilis, vel incommenſurabilis eſt Diameter. Ecce quomodo non quæſitum ſyllogizatum eſt, ſed qd q̃ſito vniuerſalius. At, vt inquit, ſi ſumatur incõmenſurabile & ſupple dicatur, ſed non eſt incommenſurabilis, & concludatur ergo eſt commenſurabilis, dum ſumit q̃ non ſit incommenſurabilis, quod oportet ſyllogizare, ſumetur, & cum in illo aſſumpto contelligatur quæſitum noſtrum petitur, quod erat probandum, & ſicut de commenſurabili, quod eſt accidens, ſiue proprium Diametro, dictum eſt, ita in cęteris prędicatis intelligendum erit.

E Non ergo eſt oſtendere: nam via quidem hęc eſt. Per hanc autem non eſt oſtendere cõmenſurabile vel incommenſurabile. in quo A longitudo: B autem commenſurabile, vel incommenſurabile, diameter C.



F Ex hiſce deducit primo, q̃ ſi diuiſiua methodus ſit illa, qua mediũ ſemper inuenitur, nihil poteſt oſtendi. nec iniuria hæc repetit, repetit.n. hęc, vt innuat diuiſionem, qua ſemper vſus eſt Plato in ſuis dialogis, nullam eſſe, & penitus inutilem, & hoc concludit, cum inquit, non ergo eſt oſtendere, intellige ſi ſola diuiſione medium inuenitur. Probat, nam via quidem, qua aliquid oſtenditur, hæc eſt, ſupple qua oſtenſum eſt Diametrum eſſe cõmenſurabilem vel incõmenſurabilem: at vt dicebamus, per hanc diuiſiuam viam non eſt oſtendere de Diametro commenſurabile, vel incommẽſurabile. Et diſponit terminos, vt in quo eſt A ſit longitudo, in quo eſt B, ſit illud diſiunctum commenſurabile, vel incommenſurabile. Diameter ſit, in quo. C. patet per diuiſiuam hanc methodum determinate nec commenſurabile, nec incommenſurabile de ipſo Diametro demonſtrari, ſed illud diſiunctum ſolum, quare nihil, per hanc viam demonſtrari poterit. Siquid.n. hac demonſtrari poſſet, eſſet illius diſiuncti alterum, at nullum illius demonſtrari poteſt: ergo diuiſiua methodo ſimpliciter nihil eſt oſtenſibile. hæc Ariſto. Cõmẽ. 191.

G Manifeſtum igitur eſt, quoniã neq; ad omnem conſiderationem congruit inquiſitionis modus, neq; quibus maxime videtur conuenire, in his eſt vtilis. Ex quibus quidem igitur demõſtrationes fiunt, & quomodo, & ad quæ perſpiciendum ſm vnũquodq; problema manifeſtum eſt ex dictis.

H Ex his quoq; deducit methodum diuiſiuam nulli vtilem eſſe conſiderationi, quoniam nec ad conſtruendum nec ad deſtruendum aliquod problema cuiuſuis prædicati, nec ad definitionis inuentionem, cui potiſsimũ vtilem eſſe aſſerebatur, & inquit. {Manifeſtum igitur eſt, quoniam neq; ad omnem conſiderationem cõgruit hic inquiſitionis modus, & quiſpiam dicet, ſi non ad omnẽ, ergo ad aliquam nõ eſt vtilis, quia negatio præpoſita facit æquipollere ſuo contradictorio, & vltra ſequitur alicui eſſe vtilem, cum ſubcontrariæ ſint ſimul veræ, potiſsimum quãdo materia non fuerit neceſſaria, intellige ergo negationem illam poſtpoſitam, licet præcedat, & tũc ęquipollet nulli. Propterea ſubdit {neq; in his vtilis eſt, quibus maxime videtur conuenire, videtur.n. conuenire definitionibus inueniendis: modo, q̃ his non conueniat dictum eſt. Demũ epilogat, & inquit. {Ex quibus quidem igitur demonſtrationes, ideſt ſyllogiſmi, fiant, quoniam ex tribus terminis, & duabus propoſitiõibus, & quomodo, ideſt qualibus cõſiderationibus, & ad quę perſpiciendum, hoc eſt quibus inſpectionibus, ſm vnũquodq; problema, ſ. vniuerſale, particulare, affirmatiuũ, & negatiuum, Cõmẽ. 191.

Dubō. 1. & negatiuum, manifestum est ex dictis. Quæret fortasse quispiam circa superius dicta, quomodo medium in demōstrationibus sit maiori extremitate minus, cum sit secum conuertibile. Iuniores dixerunt medium in demonstratione esse minus fm rationem maiori extremitate, maius vero minore extremitate, fm rem vero esse æquale. Sed hoc non est intelligibile: nam si fm rationem est minus, ergo fm rationem erit inferius. Modo in demonstrationibus mediū nec est inferius, nec superius. Propterea dici potest vt diximus superius Aristo. addidisse medium esse minus, aut non vniuersalius, & hoc rationi sufficit. Præterea dici potest aliquid competere alicui fm rationem generis, quod nō competit alicui fm rationē speciei, vt posse videre ipsi talpę sub ratione animalis competit, nō tamē sub ratione talpę. Sic medio in primo primę competit, vt est medium syllogisticum esse antecedens ad prædicatum, & cōsequens subiectum, vt vero est medium demonstratiuum, cōpetit esse ęquale. Quæres vlterius quomodo medium in diuisiua methodo sit maius prima extremitate. Cū animal erat medium ad syllogizandum illud disiunctū mortale vel immortale, quod vel est in minus, vel æquale illi. Dici potest (vt Iuniores dicunt) & quidem non imperite, maiorem extremitatem esse alteram disiuncti partem, videlicet mortale: nam illam quærimus de homine. Modo in primo processu syllogizatur illud disiunctum de homine per animal: & illic medium non est in plus, in secūdo processu concluditur per destructionem alterius partis quæsita maior, vtpote de homine mortale. Modo cum accipitur, sed homo non est immortale, quod assumitur non immortale videtur in plus, cum ex negatiua non sequatur affirmatiua. Hæc Iuniores. Melius dico. Aristo. non asserere in diuisiua methodo mediū esse in plus, sed hoc sumere ad hominem, si.n. quærimus mortale de homine syllogizare, medium per aduersarium assignandum erit, & cum non possit esse destructio alterius partis, nam in illa petitur, & nihil syllogistice per illā deducitur, erit animal, aut illud disiunctum, & sic quodlibet illorū est maius prima extremitate, quę quærebatur, & sic in diuisiua methodo fm aduersarios, si debet syllogistice syllogizari quæsitum, mediū debet esse minus. Cōstat autem fm eos esse maius.

Solutio. Iuniorum.

2. Dubō.

Solutio. Iuniorum.

Solutio pria.

Particula tertia.

De syllogismorum resolutione.

Cap. 1. Omnes syllogisticas rationes ad aliquam prædictarum figurarum reducendas esse dicitur.

QVomodo autem reducemus syllogismos in prædictas figuras, dicendum vtiq; erit post hæc: reliquum.n. rursus hoc considerationis est. Si.n. generationem syllogismorum inspiciamus, & inueniendi habeamus potestatem, amplius autem factos reducamus in prædictas figuras, finē habet quæ ex principio suppositio est. Accidet autem & simul quæ prius dicta sunt, confirmari manifestiora esse, quòd sic se habent per ea, quę nūc dicenda sunt. Oportet enim omne quod verum est ipsum sibi ipsi consentaneum esse omni quaque.

Hæc est portio tertia, quā Ari. περὶ τῆς ἀναλύσεως id est de resolutione syllogismorum inscribit. Analysis.n. & reductio idem est. Est enim quadruplex resolutio & quadruplex reductio. Alia enim est, cum syllogismi cęterarum figurarum ad primam, quę cęteris perfectior est, reducuntur. Alia, cum in eadem figura syllogismi ad eos reducuntur, qui in eadem perfectiores sunt. Omnes enim syllogismos primæ ad duos primos reducimus, & omnes contingentes imperfectos per cōuersionē ad oppositum reducimus ad perfectos. Et de hac resolutione, atq; reductione in prima particula egit. Tertia est resolutio atq; reductio, qua assyllogistice orationes ad syllogismos reducuntur, atq; resoluūtur. Est autem assyllogistica oratio antecedens, non dispositum in modo neq; in figura, licet ex eo sequatur necessario cōsequēs, & de hac proponit. Cū inqt. {Qūo autē reducemus syllogismos, nō qui distincte sunt syllogismi, sed qui cōfuse ac informes, quales sunt syllogisticę orōnes obscurę tū syllogistice propter infirmitatē, in p̄dictas figuras, dico qūo imperfectos syllogismos reducimus ad p̄fectos, qm̄ omnis reductio, vel resolutio est ab imp̄fecto ad perfectū. Dicē dū vtiq; post hæc, scilicet q̄ diximus de generatiōe syllogismorū, & de propositionū facultate. Est ergo intētio, quomodo informes syllogismi ad cōformes reducātur. Quarta vero resolutio atq; reductio est quoties vna cōclusio in plures figuras & quidem per plura media resoluitur, de qua ea parte differendum est, quæ incipit. Quę cunq; autem in pluribus. Patet ergo per hęc quid restat, & quæ sit partis intentio. Assignat vero huius suę intentionis causas. Et primo inquit. {Reliquum.n. rursus hoc considerationis est, vniuersa enim huius libri consideratio in tres partes dissecatur. In generationem, s. syllogismorum, in inueniendi potestatem, & in resolutionē atq; reductionem syllogismorum, qui propter confusionem non syllogistici videntur. Propterea inquit. {Si.n. generationem syllogismorum inspiciamus, vt particula prima inspeximus, & inueniendi habeamus potestatem quod effecimus particula secūda, amplius autem factos confuse tamen, reducamus in prædictas figuras, finē habebit suppositio, quę ex principio est. Hoc.n. restat in hac tertia particula, hęc est prima ratio. Assignāt secundā causam, ex eo, q̄ quæ dicta sunt, q̄ bene dicta sint, per hæc, quę nunc dicemus, & confirmabuntur, & dilucidabuntur. Nam cum ea, quæ diximus, vera sint, & verum omne sit, cui & dicta posterius, & dicta prius omnia cōsonant, hæc quę posterius dicimus, illis veris antedictis consonando illa magis, ac magis confirmabunt dilucidabuntq;. Vnde inquit. {Accidet etiam simul quæ prædicta sunt de generatiōe syllogismorū, & de facultate propositionū, & confirmari & manifestiora fieri, q̄ sic se habent, vt dictum est, per ea, quæ nunc dicenda sunt, cuius rationē assignat, cū inquit. {Oportet.n. omne quod verum, est ip̄m sibi ipsi cōsentaneū esse omni quaq;, hoc est & per ea, quæ sunt ante, & per ea, quæ sunt post, & ab oī latere. Quo vero ad verba attinet, verbū consentaneū, est ὁμολογούμενον: homolongumenon, latine est & cōsentaneū, & cōsonans, & cōfessum, & cōsentiens. Vnde & alij auctoritatē hāc sic tradūt, vero omnia cōsonant. Alij sic, veritas testatur sibi ex omni loco. Dices nōne informe percedit formale. Ergo confusus syllogismus p̄cedit distincte syllogisticū. Debuit ergo prius de cōfusis orationibus differere, quæ sunt priores q̄; de distinctis syllogismis. Dicas Arist. hic de confusis differe, nō quid sint, nam de eis sic egit in prima parte, vbi de inutilibus coniugationibus egit. Sed de reductione confusarum orationum loquitur, quæ ad syllogismos fit. Ergo hæc cōsideratio præsupponit syllogismos. Semp.n. reducibile supponit id, ad quod fit reductio. Præterea ordo doctrinę est contrarius ordini naturali. Naturalis.n. ordo incipit à prioribus natura, nostet à priorib⁹ nobis. Licet igitur informe sit prius natura, ad nos est posterius. Præterea dices si finem imponemus intentioni propositæ ex p̄tractatione huius tertij, secundus liber Priorum frustra esset. Dicendum librum secundum esse de consequentibus ad perfectionem syllogismorum, est.n. de syllogisticis potestatibus, quare p̄ illa tria principalis finis hr̄. Per librū fm finis secūdarius attingit, minusq; principalis.

Secūda du.

Primum quidē igitur oportet tentare duas propositiones accipere syllogismi, facilius.n. in maiora diuidere, quam in minora: maiora

autem

autem composita sunt quam ea, ex quibus cõ E ponuntur. Deinde cõsiderare, vtra in toto, & vtra in parte, & si non ambæ sumptæ sint eũ, qui ponit alteram, aliquoties. n. vniuersalem protendentes eam, quæ in hac est, nõ sumunt neq; scribentes, neq; interrogantes, aut has q̃dem protendunt, per quas autem hæ concluduntur, omittunt, aliæ vero vane interrogantur. Considerandum autem siquid superflui sumptum sit, & si quid necessariorũ omissum: & hoc quidem ponendum, illud vero auferẽdum, donec veniat quis ad duas propositiones, sine enim his non est reducere interrogatas orationes.

Cõmẽ. 294. Hactenus de intentione, nunc vero dictam intentionem prosequitur. Primo docens via resolutiua propositiones inuenire, & cum ars constet præceptis, quatuor præceptis docet resolutionem confusarum orationum, & ex quibus propositionum inuentio patere potest.

Præceptũ. 1. Primum ergo præceptum est de propositionum numero, cum inquit. {Primum quidem igitur oportet tentare duas propositiones accipere syllogismi, & intellige p̃ceptum hoc ex eo, quia in oratione confusa quandoque plures, quãdoq; pauciores duabus propositionib⁹ sunt. Ideo semper in duas propositiones vniuersa oratio reducenda est. Animaduerte tamẽ, q; tota oratio est informis syllogismus, diuiditur in antecedens, & consequẽs: consequens quidem statim cõstat per notam illationis, nam ea propositio, quæ per notam illationis infertur, cõclusio est in tali informi syllogismo, totum vero illud qđ præcedit, ex quo videlicet infertur, hæc oratio cõfusa dicitur, & informis, quam tentãdum est reducere ad duas propositiones. Amplius conclusio cognoscitur per hoc quod proponitur, & antecedens, & per hoc quod probat propositum. Causa autem, quare prius de propositionum, quam de terminorum numero tentandum est, hæc videtur, q; vt inquit, facilius enim in maiora diuidere, quam in minora. Maiora autem composita sunt, s. propositiones, quam ea, s. termini, ex quibus componũtur. Ergo prior est orationis confusæ resolutio ad propositiones, quam ad terminos. Quare præceptum de propositionum numero præcedit præceptum de terminis.

Quo vero ad verba attinet, per diuidere non dissecare intelligit. Nam facilius est quãtum aliquod dissecare in partes minores, quã in partes maiores. Possumus. 11. cultello de ligno partes minores findere, maiores vero non nisi securi. Sed per diuidere intelligit resoluere. Oratio. 11. quæ syllogistica est, confusa tamẽ, prius resoluitur ad maiora, & propinquiora, quã ad terminos minores, & remotiores, inuento propositionum numero.

Secũdũ præceptum. Secũdum præceptum est de differentia propositionum, hoc est quæ maior, quæue earum minor propositio sit, hoc autem pr̃ceptum adimpletur, quoties cõsideratur vtra in toto, hoc est quæ nam vniuersalis, vtra in parte sit, id-est quæue particularis.

Dubitatio pulchra. Solutio. Sed dices, quid si demõstratio sit potissima constans ex vtrisq; vniuersalibus. Vno modo dici potest præceptum non habere locum nisi cũ propositiones sunt dissimiles quantitate, vel intellige p̃ceptum locum habere vt in pluribus, non autem in omnibus. Melius fortasse intelligit per vniuersalem eam in qua ponitur problematis prædicatum, quod in sylogismo est maior extremitas quæ vocatur totum particulare, in qua ponitur problematis subiectum, quod dicitur pars. Cum enim prædicatum contineat subiectum, propositio in qua ponitur prædicatũ, vniuersalis dicta est, & propositio in toto in qua vero subiectum, particularis, & dicitur propositio in parte. Et per hoc fm præceptũ habetur quomodo totũ antecedens debeat reduci ad duas propositiones, vt ad eas solum, in quarũ vna ponitur prædicatum problematis, in altera subiectũ, nam sic habetur maior & minor. Et habetur quæ duarum de fuerit in oratione, & quæ ponitur, sed quoniã in oratione cõfusa quæ ad syllogismum reduci potest, quadrifariã cõfusio accidit, vt græci expositores annotarunt, alia quidẽ propositionis minoris defectum, alia autẽ defectu maioris, alia defectu nõ syllogisticarũ propositionũ, sed prosyllogisticarũ, alia nõ necessariarũ propositionũ abũdãtia. Defectu quidẽ minoris, vt si oratio sit. Omne proprium bonũ, ergo sanitas bonum. Defectu vero maioris vt si oratio sit. Voluptas est fm naturam, ergo voluptas est bonũ. Defectu prosyllogisticarũ propositionũ, vt si oratio sit, Socrates noctu vagatur, omne noctu vagans fur. Socrates ergo fur. Huic orationi syllogisticæ non desunt propositiones. Prosyllogistica deest, nã deficit omne clam accedẽs fur: qua maior prosyllogizatur, si enim F addidero, omne noctu vagans clam accedit, relinquetur maior, s. q; omne noctu vagans fur. Propositionũ deniq; nõ necessariarum abundãtia, vt si oratio sit, voluptas est fm naturam bonum, voluptas est operatio, voluptas est imperturbata vita. Omne fm naturam est bonum, ergo voluptas bonum. In hac enim prima & vltima necessariæ sunt, cæteræ superfluę. Posset q; addi & quintam cõfusionem, vt quando ponerentur prosyllogisticæ propositiones, non autem syllogisticæ, non tamen curauit addere, quia ex his colligi potest. Cognoscitur autem, quãdo maior, vel minor, vel vtræq; defuerint ex præcepto præcedẽti: nam, si in nullis propositionibus assumptarũ inuenitur subiectum, neq; prædicatum problematis, nullę sunt ad problema propositiones immediatę. Ea vero, in qua subiectum vel prædicatũ problematis inuenitur, est maior, vel minor, cum igitur quadrifariam confusio accidat, ideo emergit tertiũ præceptum. Et inquit. {Et si non ambæ sumptæ sint, considerare debemus eum G opponentem vel eum syllogismum, qui ponit alteram. nam vt inqt, Aliquoties vniuersalem protendentes, proponentesq;, idest maiorem causa, quæ in hac est, idest minorem non sumunt, dico non sumunt, nec scribentes qui posteris monumenta relinquunt, neq; interrogãtes, qui opponunt. Aut has quidem protendunt, s. syllogisticas. Prosyllogisticas vero, per quas hæ syllogisticæ concluduntur, omittunt. Aliæ vero, quæ abundanter ponuntur, vane interrogantur, quia nec ponuntur, vt syllogisticæ, nec vt prosyllogisticę, cur vero superflua in oratione confusa nonnunquam assumantur, dicemus. nam licet nec ad syllogismum, nec ad prosyllogismum vtiles sint, nonnunquam ad occultandum ponuntur, vt sophistę agunt: nonnunquam ad ornatum, vt rectores: nonnunquã ad abundantem doctrinam, vt physici seruant, aliquando autem ad terminorum resolutionem, vt mathematici consueuerat. Propterea præcipit Aristoteles si quid in oratione superflui positum sit, id auferendum H esse, siquid vero necessariorum prætermissum, adiiciẽdum, quo vsq; ad duas propositiones deuẽtum sit. Nam sine his syllogisticæ orationes reduci nõ possunt, quę interrogari solent. Cognoscuntur autẽ superfluæ per hoc, q; non continent nec subiectum, nec prędicatum problematis. Amplius nec subiectum nec prædicatum propositionis prosyllogizabilis. Omnes enim propositiones p̃ter has, superfluas dicit ad syllogismos. Quòd si possint per permutationẽ reduci ad has, vt postea dicet, nõ omnino superfluas appellat.

Quadruplex cõfusio in syllogisticis orationibus.

Duo deceptionis exẽpla.


Cur inutiles propõnt.

In aliquibus quidem ergo facile est videre quod minus est, aliqui vero latent, & videtur syllogizare, eo q; necessarij quid accidit ex ijs, quæ posita sunt. Vt si sumatur, non substantia interempta, substantiam non interimi, ex qui-

bus

bus autem est,interemptis,& quod ex eis est, corrumpi. His enim positis necessarium est quidem substantiæ partem esse substantiam, non tamen syllogizatum est per ea, quæ sumpta sunt,sed desunt propositiones. Rursus si cum est homo,necesse est esse animal, & cum est animal,substantiam, & cum est homo,necesse est esse substantiam. sed nondum syllogizatum est,non enim se habent propositiones,vt diximus.Fallimur autem in talibus, eo ꝙ necessarium quoddã accidit ex his, quę posita sunt, quoniam & syllogismus necessariũ est,in plus autem est necessarium, ꝙ̃ syllogismus.nã omnis syllogismus necessariũ, necessarium aũt nõ omne syllogismus.quare,nõ siquid & accidat positis quibusdam,statim tentandum est reducere,sed primũ sumẽdum est duas propositiones.

Quo substãtia corrũpitur. Pars substãtię.



Duo deceptionis exẽpla.

Cõmẽ. 295. Positis his præceptis, quando in tertio sit facilitas, quando vero difficultas, nunc ostẽdit, vt exponit quod antecedens facile, quodve difficile ad propositiones ac syliogismum reducatur. Et inquit.{In aliquibũs quidẽ ergo facile est videre,quod minus est,vtpote,quãdo aut maior,aut minor ponitur,altera quauis prętermissa,vel quando non sequitur conclusio de necessitate. Aliqui vero syllogismi latent,quo pacto deficiant, & videntur syllogizare,eo ꝙ necessarię quid accidit ex his,quę posita sunt. Latent ergo similitudine, quam habẽt cum perfectis syllogismis. nam vt perfecti syllogismi quicquam necessarię concludunt, ita nonnullæ orationes quibusdã positis syllogizare videntur non nihil necessarię,constãt enim duabus propositionibus,& ijs,quibus nõ nihil necessarię sequitur,ideo similitudine, quam cum perfectis syllogismis subeunt,an quicquam in eis desit,non facile cernitur.Huius rei duo exempla ponit. Primum,cum inquit.{vt si sumatur in oratione aliqua non substantia interempta, substantiam non interimi, partibus autem interemptis,ex quibus aliquid est, id ipsum quod ex eis est,& corrumpi sumatur, his enim positis, necessarium quidem est substantiæ partem esse substantiam, non tamen syllogizatũ est per ea,quæ sumpta sunt. Sed desint propositiones, verum in eis clam propositiones haberi possunt,in prima enim hæc haberi põt,omne illud, quo substantia corrumpitur,est substatia,quæ est maior. In secunda vero hæc habetur,pars substãtię est id,quo substantia corrumpitur, ergo pars substantiæ est substãtia.

Secundum exemplum ponit.Cum inquit. Rursum si cum est homo,necesse est animal esse, & cum est animal necesse est substãtiã esse sequitur & cũ est homo, necesse est substãtiam esse. Sed nõdum syllogizatũ, nõ.n.se habent propositiones,vt diximus,in modo,& in figura. Verũ in prima hæc latet, omnis Homo est Animal, in secũda hęc,omne animal est substãtia,ideo sequit omnẽ hominẽ esse substantiã. Repetit autẽ decipiẽdi causam, & inquit.Fallimur autem in talibus scilicet orationibus duabus propositionibus constantibus,quæ necessarię ꝙ quam concludunt,similitudine,quam cum perfectis syllogismis,subeunt (vt diximus,& similitudo est)eo ꝙ necessarium quoddam accidat ex his, quæ posita sunt, in eiusmodi orationibus, quoniam & syllogismus necessarium est,scilicet quibusdam positis. Verum licet aliqua sit similitudo, non est omnimoda:nam necessarium est in plus quam syllogismus, siquidem omnis syllogismus est necessarium, non autem omne necessarium est syllogismus,propterea concludit,quare nõ siquid & accidat quibusdam positis, statim est tentãdum reducere, idest statim est iudicandum esse syllogismum, quem reducere atq; resoluere debemus ad duas propositiones secundum artem syllogizandi assumptas. Sed primum sumendę sunt duæ propositiones secundum artem syllogizãdi sumptas:nam illis sumptis,possumus resoluere syllogismum ad eas, iudicando esse bene assumptas. Ex hoc loco Iuniores sumpserunt consequentias:nam dicit omnem syllogismum esse consequentiam necessariam, non autem contra omnis consequentia necessaria est syllogismus. Ergo dabiles sunt consequentiæ præter syllogismos. Animaduertendum tamen ꝙ oratio illa confusa,qua probatur partes substantiæ esse substantias, potest sic resolui,& quidem magis ad verbum, quibuscũq; interemptis,interimitur substantia,illa sunt substantiæ: Sed partibus substantię interemptis substantia interimitur:Ergo partes substantiæ sunt substantię. Secunda vero oratio sic,omne illud,quo posito ponitur Animal, est substãtia. Sed homine posito,ponitur Animal, ergo Homo est substantia. Quod si ita sit,nulla erit bona consequentia,quæ ad syllogismum non reducatur. Verum de his posterius. Ex his colligi potest regula cognoscẽdi propositiones,quæ in antecedente superfluæ accipiũtur, nam quæ propositio nec subiectum nec prædicatũ principalis problematis continet,nec subiectũ, nec prędicatum propositionis prosyllogizabilis, nec conuersione,nec permutatione aliqua reduci potest ad continentem subiectum vel prædicatũ problematis principalis, nec ad continentem subiectum vel prædicatum propositionis prosyllogizabilis,omnis talis ad syllogismum superflua ab Aristote. dicitur.

Nota Vnde consequẽtię.

Alia resolutio melior.

Quid propositio supflua ad Syllogismum.

Deinde si diuidendum in terminos,mediũ autem ponendum terminorum, qui in vtrisq; propositionibus dicitur,necesse est enim medium in vtrisq; esse in omnibus figuris.Siquidem ergo subijciatur & prædicetur medium, aut ipsum quidem prædicetur, aliud vero ab illo negetur,prima erit figura,si autem prædicetur & negetur ab aliquo, media erit figura, si vero alia de illo prædicentur, aut hoc quidẽ prædicetur,illud vero ab illo negetur,postrema,sic enim se habuit in postrema figura medium,similiter autem & si nõ vniuersales sint propositiones; nam eadem est determinatio medij.

Cõmẽ. 296. Docuit resoluere consequentias necessarias,quæ non sunt syllogistice ad propositiones, nunc easdem ad terminos reducere docet. Sed Aristoteles ordinem peruertere videtur.Nam constituto problemate,per inuentionem medij propositiones docuit abundare,& illas adinuenire,nũc autem propositiones prius,& postea terminos docet. Animaduerte ergo,vt diximus,Aristotelẽ docere in vniuersa hac portione reducere omnes orationes necessarias,actu assyllogisticas,ad syllogismos, sunt autem

Quæstio pulchra.

autem orationes neceſſariæ non ſyllogiſtice conſequentiæ neceſſarię, in quibus ponitur aliquod antecedens nō in modo, & in figura conſtitutum, ex quo ſequitur aliquod conſequens neceſſarium, vt ſæpe dictum eſt, docuit ergo primo antecedens reſolui in duas propoſitiones, verum reſolui in duas propoſitiones poteſt eſſe aut confuſe, aut diſtincte, confuſe eſt, ſi antecedens reſoluatur ad duas propoſitiones, quæ prima facie videntur neceſſarię pro conſequente inferendo, ſiue illæ ſint ſecundum ſyllogizandi regulas ſumpte, ſiue non, & talis reſolutio, quæ ad propoſitiones eſt confuſa, præcedit illam ad terminos, ac ad medium, alia eſt reſolutio, quæ fit diſtincte in propoſitiones, vtpote ſecundum ſyllogizandi regulas, & hanc docet nunc reſoluendo vniuerſam orationem ad tres terminos, & qui illorum eſt medium dicens. {Nam ſic patet reſolutio eiuſmodi conſequentiarū ad propoſitiones, vt ſyllogiſmi partes ſunt.

Quō ſit reſolutio diſtincta.

Fit autem hæc diſtincta reſolutio. Primo reſoluendo problema, quod de neceſsitate ſequebatur ad ſubiectū, & prædicatum. Nam hac prima reſolutione prima cognoſcitur per prædicatum maior extremitas, per ſubiectum vero minor. Deinde ſecunda reſolutio fiat propoſitionum, quæ in antecedente aſſumebantur, ad earum terminos, & proſpiciendum eſt hac facta, verum vnus illorum terminorum ſit, qui coordinetur cum prædicato. Sic enim ſcietur maior, & cum ſubiecto, nam ſic minor apprehēditur, quibus reſolutionibus factis, quòd illæ propoſitiones ſyllogiſtice ſumptæ ſint, cognoſcemus. Cognoſcemus autem figuram, habitudine illa cognita, quam medium habet cum extremis. Inquit {deinde ſic} ideſt eo modo {in terminos diuidēdum eſt, vt in propoſitiones diximus. Medium autem eum terminorum ponendum eſt, qui in vtriſq; propoſitionibus dicitur. Dicit autem hoc Ariſtoteles ſupponendo duplicē reſolutionem, & problematis, & propoſitionum in antecedente aſſumptarum. Et quod medium bis dicatur, probat, cum inquit, neceſſe eſt enim medium in vtriſque propoſitionibus eſſe, in omnibus figuris, quod inductione probat, & ideo verbum ergo non illatiue legatur, ſed pro quoniam, vnde quaſi cauſam aſsignans inquit. Nam ſi ſubiūciatur, & prædicetur medium, prædicetur. ſ. affirmatiue, aut ipſum quidem prędicetur videlicet de ſubiecto problematis, aliud vero ſcilicet prædicatum problematis ab illo negetur, prima erit figura. Si autem & prædicetur de aliquo extremorum problematis, & negetur ab alio, media erit figura. Si vero de illo medio alia. ſ. vtraq; extrema prædicentur, aut alterum de illo prædicetur, alterum ab illo negetur, poſtrema eſt. Nam in poſtrema figura ſic ſe habuit medium. Et quia hæc intelliguntur, quoties ppoſitiones ſunt vniuerſales vtręq;, addit, ſimiliter autem ſe habet medium & ſi non vniuerſales ſint propoſitiones, ſcilicet vtræq;, ſed altera. Nam eſt eadem determinatio medij, vel intelige ſimiliter ſe habere medium ſi non ſint vniuerſales propoſitiones, ideſt ſi nulla ſit vniuerſalis. Erit enim eadem medij determinatio, & ſyllogiſtica erit oratio de figura, non autem demonſtratio.

Manifeſtū igitur quòd in qua oratione dicitur idem frequenter, non fit ſyllogiſmus: nō enim ſumptum eſt medium.

Cōmē. 297.

Sed dices quid ſi in propoſitionibus præaſſumptis, nullus terminus frequenter ſumatur, hoc eſt ſemel cum problematis ſubiecto, ſemel cum prædicato. Reſpondet, & inquit. {Manifeſtum igitur, quoniā in qua oratione non dicitur idem frequenter, hoc eſt cum ſubiecto & prædicato problematis, ipſa, ſupple oratio ſiue conſequentia non fit ſyllogiſmus, ſupple ex illis propoſitionibus, non enim ſumptum eſt medium. Quare oportet reducere propoſitiones illas ad eas, in quibus idē frequēter ſumat, aliogn nihil neceſſarij concludit.

E

Quoniam autem habeamus quale problematum ī vnaquaq; figura clauditur, & in qua vniuerſale, & in qua particulare, manifeſtum eſt quòd non ad omnes figuras perſpiciendū, ſed in vnoquoq; problemate ad propriam. q̄cunq; vero in pluribus concluduntur, medij poſitione cognoſcimus figuram.

Cōmē. 299.

Quæret fortaſſe quiſpiam vtrum cōſequentia ad ſyllogiſmum reducenda, reduci debeat ad omnes, aut ad vnam figuram, & ad quam. Reſpondet orationem ſiue conſequentiam eſſe ad omnes vel ad vnam reducēdam figuram apprehendi qualitate, & quantitate problematis, quod conſequentia deducitur, aut poſitione medij, quod in præaſſumptis propoſitionibus accipiebatur. Et hoc inquit, {quoniam autem habemus quale problematū in vnaquaq; figura clauditur, & in qua vniuerſale, & in qua particulare} nam in particulare in omnib⁹, vniuerſale in prima, & ſecunda, & vniuerſale affirmatiuum ſolum in prima, negatiuum in prima & ſecunda. Particulare negatiuum quidem in omnibus, affirmatiuum in prima, & tertia. {Manifeſtum eſt, quoniam nō ad omnes figuras ſemper perſpiciēdum eſt pro reductione conſequentiarum, ſed pro problematis natura ad propriam illi problemati, & ſi problema in omnibus aut pluribus ſyllogizari poteſt, inquit {figuram apprehendi ea poſitione, quam habet medium in præaſſumptis propoſitionibus: hæc de diſtincta reſolutione, quæ fit ad propoſitiones, per terminorum inuentionem. Tradit Ariſtoteles.

F


De terminorum theſi.

Frequenter quidem igitur falli accidit circa ſyllogiſmos propter neceſſarium, quemadmodum dictum eſt prius, aliquoties autem propter ſimilitudinem poſitionis terminorum, quod quidem non oportet latere nos. Vt ſi A de B dicitur, & B de C, videbitur enim vtique ſic ſe habentibus terminis eſſe ſyllogiſmus, non fit autem neq; neceſſarium quicquam, neque ſyllogiſmus. Sit enim in quo A, ſemper eſſe, in quo autem B, intellectiuus Ariſtomenes, in quo autem C, Ariſtomenes, verū itaq; eſt A ineſſe B, ſemper enim eſt intellectiuus Ariſtomenes, ſed & B de C: nam Ariſtomenes intellectiuus Ariſtomenes eſt: A autē non ineſt C: corruptibilis enim eſt Ariſtomenes: non igitur fiebat ſyllogiſmus ſic ſe habentibus terminis, ſed oportet vniuerſaliter A B ſumere propoſitionem, hæc autem falſa eſt, quæ putabat omnem intellectiuum Ariſtomenem ſemper eſſe, cum Ariſtomenes corruptibilis ſit. Rurſum ſit in quo quidem C, Miccalus, in quo aūt B, muſicus Miccalus, in quo autem A, corrumpi cras, verum eſt ergo B de C prædicari: nam Miccalus eſt muſicus Miccalus, ſed & A de B, corrūpetur enim cras muſicus Miccalus: A autem de C falſum eſt. Hoc itaq; idem priori eſt, non enim verum eſt vniuerſaliter, Miccalus muſicus quoniam corrumpetur cras, hoc autem non ſumpto, non erat ſyllogiſmus, hæc ergo fallacia fit in eo qd̄ bene. vt. n. nihil differens dicere hoc huic ineſſe, aut hoc huic omni ineſſe concedimus.

G

H

Epilogat



Cõsl. 119. Epilogat primam causam, qua in syllogismis ipsis decipi solemus, & inquit {frequenter quidem igitur falli accidit circa syllogismos ipsos propter necessarium} B hoc est necessarij similitudine, vt visum est. Dicit autem frequenter, quoniam hac necessarij similitudine plerunq; iudicamus consequentias syllogisticas esse, quę reuera non sunt, immo pro maiori parte veteres, qui Logicæ erant ignari, hac errandi causa decepti fuerunt.

Secunda decipiendi causa est similitudo figurarũ, quę in terminis ipsis inuenitur, syllogismus enim ex propositionibus indefinitis, quoties secundum aliquam figurarum disponitur, videtur syllogismus, qui tamen nõ est, cum in omni syllogismo necessarium sit propositionum aliquam esse vniuersalem. Inquit {aliquoties autem decipimur, propter similitudinem positiõis terminorum, positionem terminorum appellat figuram, quæ est terminorum dispositio. Quod quidem decipulum nõ oportet latere nos, ne in antiquorũ ignauiã labamur, q̃ Dialecticę ignari seruant aliquando figuram, & non modũ, & sic non syllogizant. Dixit aliquoties, quoniam hæc C deceptio non ita frequenter emergit, sicut prima. Explicat autem in terminis vniuersalibus quid velit dicere, et inquit. Vt si A de B dicitur, & B de C, si quis enim sic syllogizabit, B est A, C est B, videbitur sic se habentibus terminis syllogismus. non fit autem per talem terminorũ positionem neq; necessarium quicquam, hoc est nec cõsequentia necessaria, nec syllogismus, s. vtilis. Et q̃ nec necessarij quicquam, nec syllogismus per talem terminorum dispositionem emergat, duobus exemplis ostendit. Cum inquit. {Sit enim in quo A, semper esse, siue sempiternum, in quo autem B, sit hoc complexum, intellectiuus Aristomenes, in quo autem C, sit Aristomenes simpliciter, atq; incomplexe sumptus, terminis itaq; sic dispositis, verũ est A inesse B, semper enim est intellectiuus Aristomenes, sed etiam & B de C verum est, nam Aristomenes est Aristomenes intellectiuus, & tamen his sic constitutis, A non inest C, nam Aristomenes est corruptibilis, non semper ens. Propterea concludit, D non igitur terminis sic se habentibus, fiebat syllogism⁹, sed si vtilis esse debet syllogismus, oportet A B propositionem maiorem sumere vniuersaliter, videlicet omnis intellectiuus Aristomenes semper est. Hęc autem propositio sic vniuersaliter sumpta falsa est, hæc, inquam, falsa est, quę putabat omnem intellectiuum Aristomenem semper esse, cum Aristomenes incorruptibilis sit.

Dubõ de exemplo. Sed circa hoc exemplum non leuis est dubitatio. Primo, quia nõ videtur illa indefinita siue singularis vera. Intellectiuus Aristomenes semper est. Nã desinẽte Aristomene, desinit intellectiuus Aristomenes, desinente enim parte, idem numero totũ p̃manere nõ potest. Dixerunt intellectiuũ Aristomenẽ semper esse secundum intellectiuã partẽ. nã licet Aristomenes nõ semper sit, secundũ tñ eã partẽ, q̃ est intellectus, imortalis est. Sed hæc solutio ambigui quicquã habet, nã eadẽ ratione illa

Solutio.1.

Refutatio.

A vĩs vera erit, omnis intellectiuus Aristomenes est imortalis, & semper ens. Qm̃ omnis Aristomenes secũdum partem intellectiuam semper est. Hãc autem Aristoteles falsam esse ait. Albertus multa dicit, quæ mihi non placent. Alĩ dicunt hæc exempla esse secundũ Platonis locutionẽ. Plato enim vbiq; hominẽ duo significare asserit, & animũ, & animal humanũ. Hæc enim vera est (vt Platonice loquar, animus est homo, & animal humanũ est homo. Similiter Aristomenes potest duo significare intellectiuũ Aristomenẽ, qui animus est. Animalis rationalis, quod Aristomenes dicitur, & animal humanũ, quod Aristomenes est. Quare illa indefinita vera erit. Intellectiuus Aristomenes semper est, nam si more sorticolarũ licet abuti verbis, intellectiuus Aristomenes in ea propositione supponitur pro animo eius humani animalis, quod Aristomenes dicitur. Secunda ẽt vera est. Aristomenes est intellectiuus Aristomenes, ẽt ipso Aristomene pro animo sumpto, nam animalis Aristomenici animus Aristomenes intellectiu⁹ est. Ex his vero nõ seqtur Aristomenẽ semper eẽ, nisi gratia materię. Hęc Refutatio. isti. Sed nec ista placẽt, nã sic intelligendo, illa vĩs vera erit, omnis intellectiuus Aristomenes semper est. Nam animus Aristomenis semper est, & sub hoc sensu negat minor, aristomenes est intellectiuus Aristomenes, nã si si cõcedatur, nõ nisi de eius aĩo verã esse dicendũ est, & hoc pacto etiã cõclusio vera erit. Præterea, si intellectiuus Aristomenes, p Aristomenis aĩo intelligitur, tũc terminus discretus, atq; singularis posset distribui, nam animus Aristomenis discretus terminus est. In antiquis Solutio.2. expositionibus dicebamus Aristo. per Dianoeton Aristomenẽ intellexisse rõnalem Aristomenẽ, & p̃ rationalem Aristomenem intelligit rõnale, quod est Aristomenes, hoc. n. pacto cadere potest distributio ĩ termino singulari. Possimus enim dicere omne rationale, quod est Aristomenes, semper est, licet hęc sit falsa, tunc dicebã illã indefinitã esse verã, rationale, quod est Aristomenes, semper est. Secunda etiam vera, Aristomenes est rationale, quod est Aristomenes, & tñ non sequitur, ergo Aristomenes semper est, sequitur enim, si adderetur omne rationale, quod est Aristomenes semp̃ est, modo hoc falsum est, in antiquis expositionibus, quæ an vera sit, tu vides. Fortasse illa indefinita, rationale, quod est Aristomenes Semper est, falsa videtur. Propterea saluo me Proprta solutio. liori iudicio, dicerẽ illam esse verã. Intelligibilis Aristomenes semper est. Dianoetus enim hic ab Aristotele p̃ intelligibili accipitur, nõ pro intellectiuo. Sed pro eo, quod intelligi põt. Mõ intelligibilis Aristomenes semper est, nõ enim aliqñ intelligibilis Aristomenes est, & aliquando nõ est, sed intelligibilis Aristomenes semper est, similiter & secũda, q̃ fuit. Aristomenes est intelligibilis Aristomenes, etiam vera est, veluti Socrates est Socrates albus, & Plato est Plato philosophus, & cętęrę id genus. Non tamen ex his sequitur q̃ Aristomenes semper sit, cum sint aut particulares, aut indefinitæ aut singulares, ex quibus nihil syllogistice sequitur, cum dentur termini omni & nulli essendi, vt prima particula huius libri dictũ est. Propterea addit Aristoteles, sed oportet A B Maiorẽ vniuersaliter sumere, supple si syllogistica debet esse cõiugatio illa. At ĩ sic vniuersaliter sumatur A B maior Falsa est, cum putet atq; significet omnẽ intelligibilẽ Aristomenẽ semper esse, & q̃ hæc vniuersalis falsa sit omnis ĩtelligibilis Aristomenes semper est, patet qa Aristomenes, est intelligibilis Aristomenes, q̃ nõ semp̃ est, cũ sit corruptibilis. Ex his apparet Aristo, nõ affirmasse distributionẽ posse addi termino discreto vel singulari, cum non loquatur categorice, sed hypothetice, dicit enim si illa coniugatio syllogistica esse debet, oportet A B propositionem vniuersalẽ esse, & si vniuersalis est, falsa est. Ecce qũo hypothetice loqtur. Quare ex his nõ habetur aliquid contra cõmunes sorticolarę regulas. Robert⁹ Culuerbinus, cui⁹ cõmẽtaria nup̃ edi- Quę Robertus Culuerbinus.

ta ſunt ſub Egidij Romani titulo. Dicit Ariſtotelem cum inquit. Sed oportet vniuerſaliter.a.b.ſumere propoſitionem, non intelligere per hoc propoſitionem in eiuſmodi terminis vniuerſalem accipi debere, ſed maiorem in eiuſmodi primæ figuræ diſpoſitione, debere accipi vniuerſalem, per id autem ꝙ Ariſtoteles ſubſcribit, hæc autem falſa eſt, quæ putabat omnem intelligibilem Ariſtomenem ſemper eſſe, non intendit propoſitionem in eiuſmodi terminis falſam eſſe, ſed ꝙ falſum ſit ipſam poſſe accipi vniuerſalem in talibus terminis. Ideo græca verba ſunt, τοῦ τὸ δὲ ψεῦδος, ideſt hoc autem falſum eſt, & ſignificet falſum eſſe ꝙ poſsit illa accipi vniuerſalis, & ꝙ non poſsit accipi vniuerſalis. Probat, quia Ariſtomenes eſt ſingulare quid, cū ſit corruptibilis, & per conſequens non poteſt ſumi vniuerſalis. Hæc expoſitio ſaluat primum exemplum. Sed ſecūdum videtur ſaluare non poſſe, dicit enim, {rurſum ſit in quo quidem C Miccalus, in quo autem B muſicus Miccalus, in quo autem A, corrumpi cras, verum eſt ergo terminis ſic ſtātibus, B de C prædicari, nam Miccalus eſt muſicus Miccalus, ſed & A de B etiam verum eſt prædicari: corrumpetur enim cras muſicus Miccalus, ſi eius muſica cras perimat: A autē de C falſum eſt prędicari, non enim Miccalus cras peribit, licet eius muſica pereat, hoc itaq; idē priori eſt, eſt enim aſſyllogiſtica coniugatio, non enim verum eſt vniuerſaliter, muſicus Miccalus, quoniā corrumpetur cras. Hoc autem non ſumpto ſcilicet vniuerſaliter, non erat ſyllogiſmus. Ecce quomodo non intendit falſum eſſe illam poſſe accipi vniuerſaliter, ſed videtur intendere illam debere ſumi vniuerſaliter, ſi coniugatio debeat eſſe ſyllogiſtica, propterea ſubſcribit {hoc autem non ſumpto} quaſi dicat, quæ ſi vniuerſaliter nō ſumatur, non erat ſyllogiſmus, & ꝙ non poſſit eſſe vera ſi vniuerſaliter ſumatur, probat, quia Miccalus cras non corrumpetur, qui eſt muſicus Miccalus. Quare ex verbis Ariſtotelis, colligi non poteſt ſingulares terminos poſſe vniuerſaliter ſumi, cū non ſint aſſertorie, atq; categorice dicta, ſed hypothetice. Vtrum vero terminus ſingularis poſsit vniuerſaliter diſtribui. Culuerbinus bene dicit. Ait enim ipſum nec per ſe, nec cum adiectiuo poſſe diſtribui, per ſe quidem non, cum ſit diſcretus, cum adiectiuo minime, quoniam per adiectiuū non tollitur diſcretio. Poteſt tamen terminus diſcretus diſtribui per adiectiuum, quoties adiectiuum ſumeretur per modum nominis ſubſtantiui, hoc pacto, omne album quod eſt Socrates eſt viſibile, omne muſicum quod eſt Miccalus poteſt interire. Demum Ariſtoteles recolligit ſecundam decipiendi cauſam, & inquit. Hæc ergo fallacia fit in eo quod pene, ideſt hæc deceptio naſcitur ex eo ꝙ quæ ſumuntur in terminorum poſitione videntur fere ſimilia, & eadem ferme vniuerſalibus, ex quibus fiunt ſyllogiſmi. Solemus enim cōcedere plerūq; hoc huic ineſſe, aut hoc huic omni ineſſe, ac ſi nihil differant, vt in phyſicis nō raro fit: vbi ex indefinitis ſyllogizamus vtētes illis pro vniuerſalibus. Quia igitur aliqñ bene ex talibus ſyllogizamus, vt qñ ſunt per ſe. Arbitramur ſemper bene ex his ſyllogizare, & hæc eſt decipiēdi cauſa, quā gręci expoſitores Theſim, ideſt poſitionem terminorum appellant.


Qualis expoſitio Roberti.

An terminus diſcretꝰ poſsit diſtribui.

Quid theſis terminorum.

De Ecthęſi terminorū.

FRequenter autem mētiri euenit, eo ꝙ nō bene exponuntur in propoſitione termini, vt ſi A quidem ſit Sanitas, in quo B ęgritudo, in quo C, homo: verū enim eſt ꝙ A nulli B contingit ineſſe, nulli enim ęgritudini ſanitas ineſt, & rurſus quoniā B ineſt omni C, omnis enim homo ſuſceptiuus eſt ægritudinis, videbitur ergo vtiq; accidere nulli homini contingere ſanitatem ineſſe.



Coniugatio hæc concludit ꝙ nō eo dē modo in prēmiſsis, ſicut incōcēs netermini ſumūtur, nam in prima ſumuntur ab ſtracto, in cōcluſione aūt in concreto, debent autē eo dē modo ſumi.

Huius autem cauſa eſt, ꝙ nō bene exponūtur termini ſecundū locutionem, quoniā trāſumptis his, q̄ ſunt ſecūdū habitudines, nō erit ſyllogiſmus, vt ſi pro ſanitate quidē ponat̄ ſanū, pro ęgritudine aūt ęgrum, non enim verū eſt quòd nō cōtingit ęgrotanti ſanum ineſſe. Hoc aūt nō ſumpto, nō fit ſyllogiſmus, niſi cō tingentis. Hoc autem non impoſſibile, cōtingit enim nulli homini ineſſe ſanitatem.

Vide i ſuperiori figura hanc vtilē in cōcretis ſumptis terminis coniugationem.

Tertia cauſa qua decipimur in reſolutione conſequētiæ ad terminos, credentes conſequentiam valere, quæ non valet, eſt Ecteſis, ideſt expoſitio terminorum. Vtpote, qñ exponimus aliter terminos in propoſitionibus vtriſq;, vel aliter q̄; in concluſione, verbi cauſa, ſi in A ſanitas, in B ęgritudo, in C homo poneretur, eſſet enim in prima figura hæc maior vera, neceſſario nulli ægritudini ſanitas ineſt, & hęc minor, & ęgritudo ineſt omni homini, eſt enim homo omnis ſuſceptiuus ęgritudinis, ergo neceſſario, nullus homo eſt ſanꝰ, euenit deceptio, qa termini aliter in cōcluſione, aliter in propoſitionibꝰ ſumpti ſunt. In propoſitionibus enim ſumpti ſunt in abſtracto, in cōcluſione vero in concreto. Quare, ſi debet fieri reſolutio, termini eodem modo in propōnibus ſumi debent, veluti in cōcluſione, quibus ſic ſumptis, ſyllogiſmus ſic conficietur, neceſſario nulli egroto ineſt ſanum, omni homini ineſt ęgrotum, ergo neceſſario nulli homini ineſt ſanum. At conſtat maiorē falſam eſſe, qm̄ cōtingit ęgrotum omnē eſſe ſanum, & propterea cōcluſio eſt falſa, quę erit vera de cōtingenti, ſi maior vertat̄ ad cōtingentē. Vñ inquit. {Frequenter autē mētiri euenit} ſupple in reſolutione conſequentiaꝝ, & circa ſyllogiſmos, credendo eē neceſſarios, qui nō ſunt neceſſarñ, eo ꝙ nō bene exponūtur in propoſitione altera vel vtraq; termini, nam in propoſitione vno modo, in cōcluſione alio modo exponuntur. Et dat exēplum primo in figura prima, & inquit {vt ſi A quidem ſit ſanitas, B autē ęgritudo, C vero homo. nam terminis ſic diſpoſitis, ex maiori de neceſſario, & minori de contingēti, (vt grǽcis placet,) vel de ineſſe, (vt latinis,) videtur. Concluſio videtur ſequi de neceſſario, quæ eſt falſa, & nō ſequitur. Erit enim terminis ſic diſpoſitis, verum dicere, qm̄ A nulli B, contingit, hoc eſt, qm̄ A neceſſario nulli B, ineſt. Nulli. n. contingere ęquipollet neceſſario nulli. Erit dico verum ꝙ A nulli B neceſſario ineſt, quia nulli ęgritudini ſanitas neceſſario ineſt. Et rurſus verū erit, qm̄ B ineſt omni C, vel de ineſſe, vel de contingenti. Omnis enim homo ſuſceptiuus eſt ægritudinis. Terminis ſic ſumptis ī propoſitione maiori & minori videbitur accidere nulli homini contingere ſanitatem ineſſe. Hoc eſt, ꝙ neceſſario nulli homini ineſt ſanitas, quæ eſt falſa, qm̄ contingenter omni homini ineſt ſanitas. Aſsignat cauſam deceptionis, qua decipimur reſoluēdo tales ſyllogiſmos, & inqt. {Huius aūt cauſa eſt, ꝙ non bene exponuntur termini, ſecundū locutionē: nā in propoſitionibus ſumuntur ī abſtracto, in concluſione in concreto. Ideo ante reſolutionem

Cōmē. 100.


Sylls hic nō cōcludit ī ſecūda figura ab defectum vniuerſalis.

Cōmē. 101.

In abſtracto falſa eſt hæc coniugatio, in concreto autem vera.

tionem oportet terminos trāſumi ī maiori ad cōcretos. Inquit{qm̄ tranſumptis his,quę ſunt ſecundum habitudines,ideſt qm̄ tranſumptis;ꝫs terminis, q ſunt nomina habitudinū,vel habituū,ad nomina denominatiua,non erit ſyllogiſmus,ſ.probans illā cōcluſionē de neceſſario, qm̄ maior facta trāſumptiōe erit falſa de neceſſario ſi ſumat. Quo ad verba attinet, abſtracta nō vno modo appellantur,ab Auer.quidē dicunt principalia,ab Ariſto. hic dicunt noīa ſecundū habitudines. Cōcreta ab Auer. dicunt ſumpta,ab Ariſto. denominatiua, deinde trāſumit terminos,cum inquit{vt ſi pro ſanitate quidē ponatur ſanum,pro ęgritudine autē ęgrum:nam ſic terminis tranſumptis,nō erit verū dicere qm̄ nō cōtingit ęgrotāti ineſſe,ſanum eſſe. Hæc enim falſa erit neceſſario, nullum ęgrotans eſt ſanum. Hoc autē nō ſumpto,nō fit ſyllogiſm⁹ ſupple ad cōcluſionē neceſſariā,ſed ad cōcluſionē de cōtingēti,nā ſic nō ſumptū, ſed de cōtingēti ſumptū,valet ad cōcluſionē cōtingētē,quę quidē eſt nō impoſsibilis. Cōtingit enim nulli homini ineſſe ſanitatē. Si enim ſic ſyllogizetur contingit nullum ęgrotans eſſe ſanum,omnis homo ægrotat. Ergo concludetur,contingit nullum hominem eſſe ſanum.

Rurſum in media figura ſimiliter erit falſum. nam ſanitatem ęgritudini quidem nulli, homini vero omni cōtingit ineſſe,quare nulli homini ægritudo.




Sylls hic nō cōcludit ī ſecūda figura ab defectum vniuerſalis.

Cōmē. 301.

In ſecunda figura ſimili modo deceptio accidit,ppter malam terminorū expoſitionē.Et hoc inquit. Rurſum in media figura ſimiliter erit falſum, & nō neceſſarium, nec neceſſario eueniēs, quod ſyllogizatur ex maiori de neceſſario,& minori de cōtingēti,vel de ineē, qm̄ termini nō bene exponuntur.nā ſanitatē ęgritudini qdē nulli cōtingit ineſſe,neceſſario enī nulla ęgritudo eſt ſanitas, homini vero ſanitatē ineſſe cōtingit,cōtingit enim omnē hominē ſanum eē,quare terminis ſic poſitis cōtingeret neceſſario nullum hominē eſſe ęgrum,aut neceſſario nulli homini ineſſe ęgritudinem,quod falſum eſt.

In tertia autē figura ſecundū contingere accidit falſum,etenim ſanitatem, & ęgritudinē, & ſcientiam & ignorantiam, & oīno cōtraria omni eidem contingit ineſſe, ſibi vero inuicē impoſsibile,hoc autem conueniens eſt prædictis,cum enim eidem plura contingerent ineſſe,contingebant & ſibi inuicem.



In abſtracto falſa eſt hæc coniugatio, in concreto autem vera.

A Manifeſtum igitur,quoniā in omnibus his fallacia fit propter terminorum expoſitionē. Tranſumptis enim his, quę ſunt ſecūdū habitudines,nihil fit falſum. Palam ergo, quoniā ſecundum huiuſmodi propoſitiones ſemper quod eſt ſecundum habitū, pro habitu ſumēdum,& ponendum terminum.

In tertia figura ſimili ratione deceptio accidit propter malum terminorꝫ expoſitionē,vt ſi ex vtriſq; contingentibus ſyllogizemus,cōcluſio falſa ſecundū cōtingere ſyllogizabitur,nā & ſanitatē & egritudinē,& ſciētiā & ignorātiā,& oīno cōtraria omni eidē cōtingit ineſſe,vt homini,omni.n.homini cōtingit ineſſe ſanitatē, & omni homini contingit ineſſe ęgritudinem,& tm̄ impoſsibile eſt ſanitatē ineſſe egritudini. Similiter homini omni ſciētiā ineſſe contingit, & omni homini ignorātiā contingit ineſſe,& tm̄ non contingit ſciētiā ignorātiæ in eſſe,ſimili ratione & oīa cōtraria omni eidē ineſſe cōtingunt,& tm̄ alterum alteri ineſſe impoſsibile eſt. Hoc aūt prædictis conueniens eſt,dictum eſt enim ex cōtingentibus propoſitionibus ſequi contingēs, nā cum eidē plura cōtingerent ineſſe,ita vt vtrꝫq; propoſitiones fierent contingentes,contingebant & ſibi inuicē,& concluſiones erāt de contingēti,vt particula huius libri prima dictum eſt.Propter hęc concludit cauſam decipiēdi, & inquit. Manifeſtum igitur,qm̄ in his omnibus fallacia fit, atq; deceptio circa reſolutionē, propter difformem terminorum expoſitionē. Trāſumptis enim his, q̄ ſunt ſecundum habitudines ſupple ad denominatiua, in his cōcluſionibus qua diximus in tertia figura, nihil falſi fit. Sequetur enim contingens ex contingentib⁹. Ex his colligit p̄ceptum in arte.ſ.reſolutoria,& pręcipit terminos eſſe ſumendos eoſdem in propoſitionibus,& in concluſionibus, & poſtea oratio ſiue conſequentia ad tres terminos eſt reſoluenda. Vñ inquit. Palā ergo,qm̄ in huiuſmodi propoſitionibus,& ſecundum huiuſmodi propoſitiones ſemper nomen quod eſt ſecundū habitum,p habitu ēt in cōcluſionibus ſumendū eſt,& ponēdum eſt terminum. Similiter & denominatiua in propōnib⁹, ſic in cōcluſionibus ſumenda ſunt. Poſtea cōſequētia reſoluenda eſt in tres terminos. Quo ad verba attinet,vt expoſitores gręci dixerunt termini in propōnib⁹ eodē mō ſumendi ſunt,vel per idētitatē,vel per ęquialētiā. Siqs enim ſic ſyllogizet omne animal eſt currens, omnis homo eſt animal,ſequitur omnis homo currit, & tm̄ termini ſecundum identitatē non eodem mō ſumuntur, nam terminus currens eſt participium in maiore,& verbum in concluſione. Sumuntur tamē eodem modo ſecundū ęquiualentiam, qm̄ verbum & participum ęquiualent.

Dubitant græci,& latini,quia Ariſtoteles dixit illam neceſſario nullum ęgrotans eſt ſanum,eſſe falſam, & tm̄ videtur vera,& neceſſaria,qm̄ in nulla differentia tēporis eſt vera. Reſpondent latini ſuo modo. Græci vero dixerunt illam eſſe falſam,ex eo,q; quādo alterum oppoſitorum alicui ineſt,potentia relinquitur ad alterum. Ideo quando aliquid ęgrotat,poteſt ſanum fieri. Tunc dixerunt ęgrotās ſumi poſſe pro ſubiecto, & pro forma denominatiue ſumpta, pro ſubiecto, illa eſt aliquando vera ægrotans eſt ſanum, quoniam quod hodie ægrotat,cras ſanum erit, & hoc pacto Ariſtoteles aſſerit illam eſſe falſam de neceſſario.At ſi ęgrotans ſumatur formaliter,ſic illa eſt vera, nunc̄ꝫ enim ęgrotans (vt ægrotans)eſſe poterit ſanum, & ſic non loquitur Ariſtotel. Hæc græci,& ſapide.

Dubitatio.

Solutio.


Non oportet autē terminos ſemper quęre nomine exponi, ſępe enim erūt orationes, quibus non ponuntur nomina, quare & difficile erit reducere huiuſmodi ſyllogiſmos.

Termini q̄n q; ōne exponēdi ſunt.

Cõmẽ. 303. Dicebamus olim Aristotelem hic assignare quartã causam, qua impedimur nõ raro in resoluendo syllogismos. cõsequentiasq; ad tres terminos, vtpote qñ in syllogismo cõsequentiaq; ipsa mediũ fuerit oratio, siue cõplexus terminus, aut cætera extrema similiter. nã resoluere eiusmodi consequentias ad tres terminos erit nobis nõ facile, hęc olim, at nunc vr Aristo. persoluere dubitationẽ, quæ apud veteres fuit non leuis. Per sępe enim fiunt syllogismi, (vt huiusmodi,) expetẽdũ & delectabile est bonũ. Virtus est expetenda, & delectabilis, ergo virtus est bonum. huius mediũ est illa oratio, siue cõplexum illud, expetendũ & delectabile, quærebant ergo veteres an hic syllogism⁹ sit. cũ enim omnis syllogismus ad tres terminos resoluatur, & hic non constat tribus terminis non vr syllogismus. Respõdet ergo Aristo. ⸤nõ oportet autem terminos semper quærere nomine, ſ. simplici exponi, vt syllogismus in tres terminos resolubilis dicatur, & hoc primo probat ex eo q; sæpe rebus loco nominum orationes imponimus, appellãtes illas terminis cõplexis, quibus nomina simplicia imposita nõ sunt. Quo vero ad verba attinet. Debes scire, rerũ alias nominari vno termino, atq; simplici nomine significari, vt sunt Equus, homo, animal, & cętera id genus. Alię vero sunt, quæ orationibus, cõplexisq; nominibus significãtur, vt rerum proprietates, atq; definitiones, quas primi impositores, non potentes vno nomine appellare, orationibus illas circumscripserunt. Quãdo igitur in syllogismis eiusmodi orationes collocantur, pro vno termino accipi debent. Propterea Aristo. concludit tales syllogismos non de facili ad tres terminos resolui posse, cum nõ sit leue deprehendere an vniuersa oratio, an aliquis orationis terminus sit pro termino accipiendus.

Adnotatio.

Aliquoties autẽ & falli accidet propter huiusmodi inquisitionem, vt cum immediatorũ erit syllogismus. Sit enim A duo recti, in quo autem B, triangulus, in quo C Aequicrurus, ergo ei, quod est C ineſt A, propter B, ei vero, qđ est B non iterum propter aliud, per se enim triangulus habet duos rectos. quare non erit medium eius, quod est A B, & si demonstrabile sit.



Syll's qui in maiori termino oratione indiget.

Cõmẽ. 304. Diximus olim Aristotelem hic assignat modum, quo in eiusmodi syllogismis fallimur, & quando, melius autem nunc videtur eum eius, quod dixit, assignare secundam causam. Dixit enim non semper terminũ simplicem esse quęrendum, et assignauit primã causam, at nunc assignat secundam, ex eo q; in compluribus syllogismis termini simplices quęri non possunt, vtpote in his syllogismis, qui ex vtrisq; vel altera propositione immediata conficiuntur: siquis enim in talibus quærit resoluere propositiones ad medium vno termino significabile, fallitur. Inquit ⸤aliquoties autem & falli accidit propter huiusmodi inquisitionem, aut in eiusmodi inquisitione, quærendo resolutionem syllogismorum ad tres terminos, & propositionum in medium vno nomine significabile, & tamen non semper hoc fieri potest. quoniam in syllogismis, qui constant propositionib⁹ immediatis omnibus vel pluribus, si illarum propositionũ immediatarũ quæris resolutionem ad vnum medium, quęris impossibile, & ponit exemplum, cum inquit ⸤sit enim A duo recti, vel habens duos rectos, in quo autem B sit triangulus, in quo C sit ęquicrurus, ergo ei, quod est C, ineſt A propter B, vnde syllogism⁹ erit, ęquicrurus est triangulus, triangulus habet duos rectos, ergo ęquicrurus habet duos rectos. In hoc ergo syllogismo maior, scilicet A B, immediata est, nam A, immediate ineſt ipsi B, si quidem habere duos rectos immediate ineſt triangulo, ęi enim, quod est B, non ineſt A, propter aliud subiectũ medium, aut propter aliud medium vno termino significabile, non enim mediat aliquod subiectum, quod possit accipi pro medio vno termino significabili, quia per se, & non per subiectum medium vno termino significabile triangulus habet duos rectos. Propterea concludit ⸤quare non erit medium eius complexi siue propositionis, quod est A B, & si tale complexum sit demõstrabile. Animaduerte quòd illa propositio, B est A, hoc est triangulus habet duos rectos, est immediata per carentiam subiecti mediĩ, & per carentiam mediĩ vno termino significabilis: propterea qui quærit tale mediũ vno termino significabile, quęrit impossibile, est tamen mediata, quoniam habet medium nõ nomen simplex, sed orationes complexas, & multas, vt Primo Euclidis patet propositione. xxxĩ. Patet ergo secunda ratione non semper quærendum esse in resolutione ad terminos, medium vno nomine significabile.

Nota.

Manifestum enim quòd medium non sic semper est sumendum, vt hoc aliquid. Sed aliquando orationem, quod accidit & in prædicto.

Ex obliquis coniugationes, altera minorem habet in obliquo, altera maiorẽ, ex his aũt vna habet omnia in obliquo, altera ꝓpositiones rãtũ.

Cõmẽ. 305. Ex his rationibus colligit præceptũ, dicens nõ semper esse medium sic vno nomine significabile quærendum, vt hoc aliqd, et vno termino simplici acceptum, sed aliquando sumẽdum est orationẽ, vt medium, quod accidit, & in prædicto syllogismo, vbi propositiones nõ possunt resolui ad medium per vnum terminum significabile, sed per orationem.

Cõmẽ. 306.

Inesse autem primum medio, & hoc postremo, non oportet sumere, vt prædicentur sem per ad se inuicem, similiter aut & primum de medio, & hoc de postremo, (& in non esse similiter,) sed quoties dicitur esse, & verũ est dicere, hoc est hoc, toties arbitrari oportet significare & ineſſe. vt quoniam cõtrariorum vna est disciplina. Sit enim A vnam esse disciplina: B autem contraria sib inuicem. A ergo ineſt ipsi B, non quoniam contraria insunt ei, quod est vnam esse eorum disciplinam, sed quoniam verum est dicere de ipsis vnam esse eorum disciplinam.

A. vna Disciplina. ——— B. Cõtraria.

Accidit autem quandoque quidem primũ de medio dici, medium autem de tertio nõ dici. Vt si sapiẽtia est disciplina, boni autẽ est sapientia, conclusio, quoniã boni est disciplina. Quòd quidem igitur bonum non est disciplina, sapientia autẽ est disciplina. Quandoque autẽ mediũ quidem de tertio dicitur, primũ aũt de medio non dicitur. Vt si cuiuslibet

qualis

qualis aut contrarij est disciplina, bonum autem est & contrarium, & quale, conclusio quidem, quoniam boni est disciplina, non est autem bonum disciplina, neq; quale, neq; cõtrarium. Sed bonum hæc, est autem quandoque neq; primum de medio, neq; hoc de tertio, primo de tertio quandoq; quidem dicto, quandoque autem non dicto. vt si cuius est disciplina, huius est genus, boni autem est disciplina, conclusio, quoniam boni est genus, prędicatur autẽ nullũ de nullo. Sin autem, cuius est disciplina, genus est hoc, boni autẽ est disciplina, conclusio, quoniam bonum est genus. Ergo de extremo quidem prædicatur primũ, de se autem inuicem non dicuntur.

2. Scientia. Sapientia. Boni.
Genus. Qualis vel cõtrarij. Bonũ.
Hui⁹ Gen⁹. Cui⁹ est sciẽtia. Boni.
A. B. C.

Ex obliquis coniugationes, altera minorem habet in obliquo, altera maiorẽ, ex his aũt vna habet omnia in obliquo, altera ꝓpositiones tãtũ.

Cõmẽ. 106. Docet nunc resoluere syllogismos, qui ex obliquis propositionibus conficiuntur. Nam syllogismorum, alius quidem est ex vtrisq; rectis, vt omnis philosophus bonus: Socrates philosophus est: Socrates ergo bonus. Aliquis ex vtrisq; obliquis, vt omnium contrariorũ eadem disciplina, omnium contrariorum eadem est sapiẽtia, ergo aliqua sapientia est disciplina. aliquis est altera de rectis & altera de obliquis, & hic bifariã est, quia vel ex maiore de rectis, & minore de obliquis, vel ex maiore de obliquis, & minore de rectis. Cũ igitur Aristo. docuit resoluere eos syllogismos, qui ex propositionib⁹ de rectis conficiunt, docet nunc resoluere eos syllogismos, qui constant aut ex vtrisq; propositionibus de obliquis, aut altera de obliquis, & altera de rectis. Huius autem causa est, quoniam nõ solum rerũ naturas nos curare debemus, sed etiã in dictionibus ornatũ. Hãc ob cãm orationũ cõstructiones seruamus, ne in solęcismũ labamur, qui est vna meta sophistica. Præterea est & alia causa lõge vrgentior, ꝙ res nõ solũ rectis, sed obliquis casibus significantur, quandoquidẽ aliã atq; aliã subiecti ad prędicatum habitudinem alio, atq; alio casu significamus, ideo nõ solum secũdũ rectũ casum, sed secũdũ obliquos exponere oportet. Hactenus de intẽtiõe, & de causis intẽtionis. Sed quę propositiones de obliquis, queve de rectis esse possint, declaremus. Propositionũ igitur aliæ sunt de secũdo adiacẽte, vt Socrates est, vacuũ nõ est, & id genus. Aliæ de tertio adiacẽte, vt Socrates est musicus, homo est animal, & id genus. Quæ de secundo adiacẽte sunt, oẽs ex rectis cõstant. Hęc enim, Socratis est, nullum habet sensum. Quæ de tertio sunt, aliæ de inesse, aliæ de necessario inesse, aliæ de contingenti, de inesse quidem propositiones vtroque modo sunt & de rectis aliquando, & de obliquis aliquando. At quæ de necessario, secundum communem loquendi modum, ex obliquis fit. vt necesse est Deum esse, & necesse est auarum esse malum. Quæ autem de contingenti plerunq; A ex obliquis, raro ex rectis constant, dicimus enim possibile esse Socratem ambulare, & ꝙ Socrates potest ambulare. Quibus autem terminis in propositione obliquitas contingat, perspicuum est. nã licet & subiecti, & prædicati esse possit, plerunq; subiecti obliquitas habetur, raro prædicati, vtriusq; autem nunquam, vt in libro de Interpretatione diximus'. Inquit {inesse autem primum} hoc est maius extremum {medio, & hoc} scilicet mediũ {postremo} hoc est minori {non oportet sumere sic} scilicet vt semper ad se inuicem prædicentur. similiter aut primũ de medio, & hoc de postremo} quasi dicat nõ semper est intelligendũ, vt primũ de medio, & medium de postremo in recto prædicetur. Vnde in toto hoc capite prędicari, vel dici hoc de hoc, nõ nisi in recto intelligit. Et sicut in ijs, qui sunt inesse, & affirmatiui non semper in recto, primum de medio, & medium de postremo prædicatur, ita similiter & i negatiuis, qui sunt in non esse. Sed quia dixit, non semper in syllogismis affirmatiuis, vel negatiuis, primũ de medio, & hoc B de postremo in recto dicitur. Addit, sed quoties dicitur esse, & quoties verum est dicere hoc est hoc, toties arbitrari oportet significare & inesse vel non inesse. Dicimus autem Socrates est Philosophus. Socratis est Plato auditor. Socrati aduersantur Athenienses. Socratem necesse est moratum esse. Ergo et tot modis fieri possunt prædicationes, propositiones, atque syllogismi. Ponit autem Aristoteles vnum exemplum, cũ inquit. vt quoniam contrariorũ vna est disciplina, hoc est problema, sit enim A prædicatum, videlicet vnam esse disciplinam: B autem subiectum contraria sibi inuicem: A ergo inest ipsi B, non ad hunc sensum, quoniam contraria insunt ei, quod est vnam esse eorum disciplinam, sed quoniam in obliquo verum est dicere ipsorum, atque de ipsis vnam esse eorum disciplinam. Simili modo possunt poni exempla in alijs casibus, quæ breuitatis causa reticuit Aristoteles. Sed quot modis syllogismi ex C obliquis constent. Aristoteles ostendit. vbi debes scire quòd syllogismus ex obliquis triplex est. Alius ex vtrisq; obliquis, alius ex maiore obliqua, alius ex minore obliqua, maiore vero recta, erunt ergo tres regulæ, quę si ducantur in tres, pro figurarum numero, erunt nouẽ, quæ si in duas pro numero qualitatum, quæ sunt affirmatio, & negatio, erunt. xviij (vt græci enumerant.) inquit. { Accidit autem quandoq; quidem primũ medio dici, scilicet in recto, medium autem de tertio non dici, scilicet in recto. Ergo prima regula est, ex maiore recta, & minore obliqua in prima figura, conclusio est de obliquo. vt si sophia est disciplina, boni autẽ est sophia. Conclusio est in obliquo, quoniam boni est disciplina. Ideo addit, quod quidem igitur bonum non est disciplina: sed sophia est disciplina: hæc est prima regula. Deinde assignat secundam regulam, ex minore recta, & obliqua maiore in eadem figura, cum inquit, quandoque autem medium de tertio quidem dicitur in recto: primum autem de medio in recto non dicitur, & D conclusio sequitur, vt prius. vt si cuiuslibet qualis, aut contrarij est disciplina, bonum autem est contrarium, & quale, conclusio quidem est, quoniam boni est disciplina. nõ est autem bonum disciplina, neq; quale, neque contrarium, sed bonum est hæc ambo, scilicet in recto. Animaduerte ex altera recta, altera obliqua, (vt græci tradunt,) syllogismum non esse nisi cõclusionis obliquę, vt per omnes discurrere licet. Tertiam regulam tradit, & inquit, est autem quandoq; neq; primũ de medio dictum in recto, neq; hoc de tertio dictum in recto, & tamen conclusio aliquando dicitur recta, in qua primum de tertio dicitur in recto, aliquando obliqua, in qua primum non dicitur in recto de tertio, vt si cuius est disciplina, huius est genus, boni autem est disciplina, Conclusio est obliqua, quoniam boni est genus. Prædicatur autem, (inquit,) in hoc syllogismo nullum

Tres regulæ.

Prima regula.


Secunda regula.

Nota.

Tertia regula.


de nullo in recto,& concluſio eſt obliqua, ꝙ aliquando recta deducatur, oſtendit, cum inquit{ ſi autem cuius eſt diſciplina,genus eſt hoc , boni autem eſt diſciplina, concluſio eſt de rectis,quoniam bonum eſt genus. Propterea concludit, ergo de extremo quidem prædicatur primum in concluſione in recto,de ſe inuicem non dicũtur in recto in propoſitionibus. Hæ ſunt tres regulæ in prima figura.

Eodem autem modo & in non eſſe ſumendum eſt,non enim ſemper ſignificat non ineſſe hoc huic,non eſſe hoc hoc:ſed aliquando non eſſe hoc huius,aut hoc huic. Vt quoniam non eſt motionis motus,aut generationis generatio,voluptatis autem eſt, non ergo voluptas generatio. Aut rurſus quoniam ipſius riſus eſt ſignum,ſigni autẽ nõ eſt ſignum, quare non eſt ſignum riſus.



Cõiugationes ex negatiuis in obliquo.

Similiter autem & in alijs,in quibus interimit̃ problema , quod eſt dicere aliquo modo ad ipſum genus. Terminos quidem.n.ponendum eſt occaſionem , & tempus opportunũ, & deũ, propoſitionem autem ſumendum eſt ſecundum nominis caſum.



Coniugatio ex obliquis in tertia figura.

Cõmẽ. 307.

At nũc regulas aſſignat in negatiuis.ſed qm̃ ſecunda figura ex ſolis negatiuis fit,iure in ea exẽpla cõſtituit,in cæteris exempla omittens . Exponit autem primo quid ſignificat hoc non ineſt huic,quo frequẽtiſsime vſus eſt in hac arte,& hoc ineſt huic.vt omni, vel nulli B ineſt A, omni vel nulli C ineſt B,& in cæteris id genus. Et inquit {eodem autem modo & in nõ ineſſe ſumendũ,vt ſumptum eſt ineſſe . Non enim hoc quod dico hoc huic non ineſſe ſemper ſignificat non eſſe hoc,hoc in recto, ſed aliquando non eſſe hoc huius,vel hoc huic in obliquo genitiuo vel datiuo caſu. Hoc expoſito,aſsignat regulam. Et inquit{vt quoniam non eſt motionis motus, aut generationis generatio,voluptatis autem eſt & motus, & generatio,ergo voluptas nec eſt motꝰ,nec gñatio. Aut rurſus,qm̃ ipſius riſus eſt ſignũ phyſiognomicũ, vt claritas oculorũ , vel aliud id genus in phyſiognomicis aſſignatũ:ſigni autẽ nõ eſt ſignũ,niſi per accidens,quare riſus non eſt ſignum. Patet ergo ex vtriſq; obliquis in negatiuis ſyllogiſmis ſequi rectam , addit ſimiliter autem & in alĩs,ſcilicet ſyllogiſmis,in quibus interimitur problema , quod problema eſt dicere aliquo modo , ſcilicet prædicatum ad ipſum genus,hoc eſt ad ipſum ſubiectũ, in problemate negatiuo ex obliquis prædicatum. Dicitur aliquo modo ad ipſum ſubiectum, quia non ſimpliciter dicitur,ſed in obliquo . In omnibus ergo ſyllogiſmis,in quibus concluditur problema negatiuum, eſt ſimilis regula. Appello problema negatiuum in propoſito,non quod eſt ſimpliciter dicere vel enunciare rectum de recto, ſed in quo dicitur prædicatum aliquo modo , ſcilicet in obliquo ad ipſum genus, quod eſt ſubiectum propoſitionis . Deinde exemplificat quando altera eſt obliqua,& inquit . Rurſum quoniam occaſio non eſt tempus opportunum,& probatur hoc ſyllogiſmo. Deo occaſio quidem eſt,deo vero non eſt tempus opportunum : Ergo in tertia figura , occaſio non eſt tempus opportunum , & quod Deo tempus opportunum nõ ſit, patet,quia nihil Deo eſt conferens , at opportunitas tẽporis eſt ſemper conferens ei , qui vtitur ipſa. Dicit terminos in reſolutione ſyllogiſmorum atque propoſitionum ſumendos eſſe in recto , videlicet occaſionem , & tempus opportunum,& deum:at propoſitiões ſunt ponendæ ſecundum nominis caſum,& quatenus verę eſſe poſſunt. Poſſunt autem conſtitui aliæ regulæ,ſed Ariſtoteles breuitatis amicus ſubticuit.

Cõmẽ. 307.

Simpliciter enim hoc dicimus de omnibus, quoniam terminos quidem ſemper ponendum ſecundum declinationes nominũ, vt homo,aut bonum,aut contraria non hominis, aut boni, aut contrariorum.Propoſitiones autem ſumendum ſecundum cuiuſq; caſus.aut enim quoniã huic,vt æquale,aut quoniam huius , vt duplum,aut quoniam hoc, vt feriens vel videns , aut quoniam hic, vt homo animal, aut ſi aliquo modo aliter cadit nomen in propoſitione.

Cõmẽ. 308. Quęſtio. Rũſio.

Secundum græcoꝝ interpretationes,Ariſtote.ſoluit quæſtionẽ,poſſet enim quæri vtrum ars inueniendi medium ſit cõueniẽs his ſyllogiſmis. qui de obliquis, ſicut ĩjs,qui de rectis fiunt. Reſpondet Ariſto. & ait primo omnes ſyllogiſmos reſolui ad duas propoſitiones , propoſitiones vero ad tres terminos . Sed differentia eſt, quoniam in reſolutione ad propoſitiones , propoſitiões ſumuntur eo modo, quo veræ eſſe poſſunt , vt ſi in obliquis veræ ſunt, in obliquis aſſumuntur : at in reſolutione propoſitionum ad terminos ſemper cum terminos acceperimus,illos in recto ſignamus . Et hoc dicit Ariſtoteles{ſimpliciter enim hoc dicimꝰ de omnibus,quoniam terminos quidem ſemper ponendum eſt ſecundũ declinationes nominum,hoc eſt per reductionem ad rectos,vt homo,aut bonum,aut contraria, non hominis, aut boni,aut contrariorum, & ſic in reſolutione propoſitionum ad terminos , termini ſumanť in recto , ſed propoſitiones ſumendę ſunt,ſecundum cuiuſq; caſus, quatenus verę eſſe poſſunt. Aut enim quoniã huic vt datiuo, vt ęquale,quod dicitur alicui ęquale , aut quoniam huius in genitiuo,vt duplum,quod eſt dimidĩ, aut quoniã hoc in accuſatiuo feriens animal,vel videns ſcannũ, aut quoniam hic in nominatiuo,vt homo,animal, aut ſi aliquo modo aliter cadit nomen in propoſitione, quod dicit olfaciẽs alia idiomata,quæ habẽt alios caſus,vt ablatiuũ,quare ꝓpõnes ſumẽdę ſunt quatenus verę eſſe poſſunt,termini vero ſemper in recto . Ex hoc ſoluit̃.q. Cũ enim termini ſumanť ſempꝫ ĩ recto,eadẽ ars his ſeruit,ſumẽda enim ſunt antecedentia,& conſequentia, & extranea horũ terminorũ,vt dictũ eſt,quoniã omnium rectorũ vna eſt regula. Hæc græci. Aut fortaſſe Ariſtoteles cũ has oĉs regulas conſtituiſſet , omnes ſyllogiſmos, qui ex obliquis ſunt,docet reſoluere , & ait in omnibus

eiuſmodi

Cõmẽ. 308.

Dubõnes.

Soſo Iunio-rum.

Refutatio.

Propria ſo-luio.

Soluti. recen. Refutatio.

Propria ſo-luio.

eiuſmodi ſyllogiſmi obliquos terminos eſſe ad rectos re ſoluendo. In conſtructione tamen propoſitionum, quæ de obliquis ſunt, ex quibus ſyllogiſmi ſunt, termini ſumendi ſunt ſecundū eum caſum, quo propoſitiones veræ eſſe poſſunt, ergo cum in reſolutione termini ſumuntur, in recto ſumantur, in conſtructione vero, eo modo ſumantur, quo veræ propoſitiones ſunt.

Ineſſe autem hoc huic, & verum eſſe hoc de hoc, toties ſumendum, quoties prædicamenta diuiſa ſunt, & hæc aut aliquo modo, aut ſimpliciter, amplius autem aut ſimplicia, aut complexa. Similiter autem & in non ineſſe. Conſiderandum tamen hæc, & terminādum melius.

Cōmē. 509. Cum docuit reſoluere ſyllogiſmos ex obliquis cōſtitutos, circa ea, quę de talium ſyllogiſmorum reſolutiōe dixit, remouet quæſtionem. nam fortaſſe poſſet aliquis dicta præcepta intelligere ſolum de prædicatis in prædicamento ſubſtātiæ, & ſolum in p̄dicatis genericis, & ſolū in p̄dicatis incōplexis. Ideo ſoluens. q. eiuſmodi inqt {ineſſe aūt hoc p̄dicatū huic ſubiecto, & hoc p̄dicatum verū eſſe de hoc ſubiecto, non ſolum in p̄dicatis de genere ſubſtātiæ intelligēdum eſt, ſed toties ſumendū atque intelligendū eſt, quoties p̄dicamēta diuiſa ſunt, ergo intelligēda ſunt præcepta in p̄dicatis omniū prædicamētorū. Dixit aūt, hoc huic ineſſe, & hoc de hoc verum eſſe, vt alterū alterius ſit expoſitiuū, ſignificās p̄cepta ſuperius aſsignata nō habere locū, niſi in ſyllogiſmis ex veris, & addit hęc p̄dicata in quolibet prædicamento eſſe ſumēda, aut aliquo modo, ſ. ī ſpecie, aut ſimpliciter, hoc eſt ī genere. Secūdū ſpeciē quidē, vt Socrates albus eſt: ſecūdū genus vero, vt Plato coloratus eſt. Amplius aūt prædicata hæc ſumenda ſunt, aut ſimplicia (vt voluptas eſt bonū,) aut cōplexa, (vt voluptas eſt ens ſecūdū naturam.) Quare quæ de reſolutione ſyllogiſmorū taliū dixi C mus, intelligenda ſunt in omnibus p̄dicatis cuiuſcūq; p̄dicamenti, & non ſolum in prædicatis ſecūdū genus, ſed ſecūdū ſpeciē, & nō ſolū in ſimplicibus, ſed in cōplexis, quę, (vt inquit) ſimiliter & in non ineſſe, & negationib⁹ intelligēda ſunt. Modo, (vt ait,) hæc prædicata, quæ ſumuntur, conſiderentur atq; diffiniantur, quo melius cōderari poſſunt, quia eo caſu, quo propoſitiones melius verę eſſe poſſunt. Hactenus Ariſtoteles de ſyllogiſmis ex obliquis.

Dubōnes. Sed circa hæc dubitares, cum in libro de interpretatione dictū ſit omnē enunciationē cōſtare, ex nomine & verbo, & q̄ obliq nō ſunt nomina, & ita nulla cōſtat ex obliquis. At propoſitio, & enunciatio idē eſt, ergo nulla

Solo Iuniorum. propoſitio conſtabit ex obliquis. Iuniores reſpondēt, bene propoſitionē ex obliquis eſſe poſſe, nō tamen enūciationem, & cauſam aſsignant nōnulli, ex eo, q̄ in enūciatione attenditur veritas vel falſitas, in propoſitionibus vero nō.

Refutatio. Quæ reſpōſio nō mihi placet, quoniam D Ariſtoteles loquitur de propoſitiōibus (vt circa illas veritas vel falſitas attēditur.) Dicit enim conſideranda eē prædicata, modo quo melius vere eſſe poſſunt propoſitiones, vtpote eo caſu, quo verę ſunt propoſitiones.

Propria ſolutio. Melius autem dicas nullā p̄poſitionē eē poſſe ex obliquis niſi actu, quoniam poteſtate ſunt reducibiles ad rectos.

2. Dubō. Præterea nulla propoſitio eſt ex puris obliquis, quin altera eius pars ſit recta. Præterea etiam dubitares, nam in ſyllogiſmo ex maiori obliqua, & minori recta videtur deceptio proficiſcens propter mediū, quod


Solutio. recen. diuerſimode ſumitur. Reſpondent recentiores mediū

Refutatio. variari ſecundum accidentales modos intelligendi, quę nō ſufficit ad deceptionem. Sed nec hæc reſpōſio valet, quoniam tunc medium ſaltem accidentaliter variaretur.

Propria ſolutio. Et ita deceptio per accidens committeretur.

Propterea dicerem nomen ſumptum in recto & in A obliquo eſſe idem ſubſtantialiter, & accidentaliter. Differt tamē ſecundū conſtructionē, quæ non ſufficit ad fallaciam ſyllogiſticā, cū nō faciat extraneū. Tertio dubi- 3. Dubō. tabis, q̄ concluſio de recto nō videtur ſequi ſyllogiſmū ex vtriſq; obliquis, cū debeat ſimilis eſſe ſemper alicui p̄ poſitioni. Reſpondent recentiores cōcluſionē debere Solutio. recen. eſſe alicui propoſitionum ſimilem, quo ad inhærētiam, & in propoſito ita eſt. Quæ reſponſio minime placet, Cōfutatio. quoniā etiā quo ad quātitatē ſimilis eſt alicui propoſitionum, & quo ad qualitatē. Propterea dicas concluſionē Propria ſolutio. ſimilem eſſe alicui propoſitionum quo ad qualitatem, quantitatē, & ad modū, nō aūt quo ad obliquitatē, cum hæc poteſtate ſit rectitudo, vnde regula intelligatur cōcluſionem ſequi propoſitionem aliquam, quando per ip ſam ſpecies ſyllogiſmi variatur.

De reduplicatiuis ſyllogiſmis. R Eduplicatum autem in propoſitiōibus ad primam extremitatem ponendū eſt, B non ad medium. Dico autem, (vt ſi fiat ſyllogiſmus,) quoniam iuſtitiæ eſt diſciplina, quoniam bonum, quoniam bonum inquantū bonum, ad primam extremitatē eſt ponēdū. Sit enim A diſciplina quoniam bonū, in quo aūt B bonum, in quo C ſit iuſtitia: A ergo verū eſt de B prędicari, nam boni eſt diſciplina, qm̄ bonum, ſed & B de C, nam iuſtitia quoddā bonū eſt, ſic ergo fit reſolutio.



Syll's cōcludens, quia nota reduplicationis ponitur ad maiorem extremitatem.

Cōmē. 510. Vt placet Philopono Ariſto. aſsignat aliā ſpeculationē: nā, cū orationibus in quibuſdam nō ſemel inuenias terminum aliquem bis aſſumptum, vt in propoſitione, & in concluſione. Syllogiſmus in illis terminis cōſtitutus videtur in quatuor terminis. Ideo docet tales orationes, in quibus bis terminus aliquis aſſumitur, reſoluere in terminos tres, & cui trium terminorum addi debet reduplicatus terminus. Et aſsignat pro regula vt terminus Regula. bis aſſumptus et reduplicatus maiori extremo addatur, non autem medio, vel regula ſit hæc: reduplicatio medij termini, cum in concluſione aliqua ponitur, & in propoſitione maiore ponenda eſt, & in extremo maiore, qđ eſt prædicatum concluſionis, vt ſi hæc ſit cōcluſio, iuſtitiæ eſt diſciplina in eo q̄ bonum, hoc reduplicatū, quod eſt mediū, debet annecti maiori extremo, videlicet illi prædicato, quod eſt diſciplina. Inquit {reduplicatum autem quoties in orationibus accidit, & quod in propoſitionibus ponitur, ponendum eſt ad primam extremitatem, & per reduplicatum intelligit medium, cū bis ſumitur in propoſitione ſcilicet, & in concluſione. Eſt ergo regula, reduplicatio medij, quoties in orationibus ſyllogiſticis accidit, ad primam extremitatem, & non ad medium ponenda eſt, & ponit exemplum, cum inquit. {Dico autem, (vt ſi fiat ſyllogiſmus,) q̄ iuſtitiæ eſt diſciplina inquantum bonū. Illa reduplicatio medij, quæ eſt inquantū bonum: ad primā extremitatem ponēda eſt, et pro ſyllogiſtica compoſitione. Inquit {ſit enim A. Diſciplina inquantum bonum, in quo autem eſt B, ſit

bonum:in quo autem est c,sit iustitia, terminis sic constitutis,patet,syllogismum,in quo reduplicatur mediũ, & ponitur ad maiorem extremitatem resolui in tres terminos,scilicet a b c,in quos resolui solent alij syllogismi. Vnde inquit{ergo verum est a de b prædicari, nam boni est disciplina in eo ꝙ bonum:sed & b de c,est enim iustitia quoddam bonum:sic ergo terminis constitutis talium orationum reduplicato medio, fit resolutio ad a b c,qui sunt tres termini. Philoponus hic addit aliã causam,cur reduplicatio medij in talibus orationibus debet poni ad maiorem extremitatem, nam in conclusione ponitur in prædicato,modo prædicatum conclusionis extremitas maior est. Sed hæc ratio Philoponi non militat. diceret enim aduersarius aliquando reduplicationem inueniri in subiecto conclusionis,vt si conclusio sit, ens inquãtum ens est subiectum Metaphysicę, vbi per rationẽ Philoponi, oporteret reduplicationem addi ad extremitatem minorem. Propterea melius dicemus postea,nunc vero satis sit habere reduplicationem medij,cum ponitur in aliqua propositione, & in conclusione esse addẽdam maiori extremitati, vtrum vero possit addi minori,dicemus,nam Arist.declarabit.

Quæ Philoponus.

Refutatio.

Si autem ad b ponatur ipsum quoniam bonum,nõ erit:nam a quidem de b verum erit: b autem de c non erit verum. Bonum enim quoniam bonum prædicari de iustitia falsum est,& non intelligibile.

Scientia. A. Boni,qm̃ bonũ. B. Iustitia. B.



Hic syllogismus nõ concludit, quia minor est falsa & in intelligibilis.

Cõmẽ.311. Cur vero reduplicatio medij non ad medium sit addenda,nunc exponit,& inquit. {Si enim nõ sic positus fuerit reduplicatus terminus,qui est ipsum quoniam bonum,ad maiorem extremitatem, sed ad medium in minore propositione,non erit syllogismus,cuius causam assignat,& inquit.nam licet a de b vere prædicetur:est enim hæc vera,boni est disciplina,b de c non vere prædicabitur,bonum enim quoniam bonum prædicari de iustitia falsum est,& non intelligibile. Sed occurres.nã si falsa est minor, in qua ponit reduplicatio medij. Verbi causa: hęc. Iustitia est bonum inquantum bonum,falsa erit,& maior,vbi eadem reduplicatio ponetur videlicet illa boni inest disciplina inquantum bonum. Non.n. maior ratio est cur illa reduplicatio faciat minorem falsam, & non maiorem. Præterea videtur & minor intelligibilis.Intelligitur enim saltem,quia falsa est. Philoponus hic declarat minorem illam in qua ponitur medij reduplicatio,videlicet iustitia est bonum inquantum bonum esse rediculam,falsam,& in intelligibilem. Est quidem ridicula, quia dicere iustitiam esse bonum inquantum bonum, est dicere iustitiam esse bonum quia bonum, veluti dicere Socratem esse hominem inquantum homo est dicere Socratem esse hominem, quia est homo,modo hoc est ridiculum dicere. Supponit enim Aristoteles reduplicationem dicere causam, cum enim dicimus, homo est sensitiuus inquãtum animal,est sensus, homo est sensitiuus, quia est animal, & propterea Aristoteles loco verbi inquantum vtitur quoniam, eo


Dubitatio.

quia reduplicatiua dictio significat causam inhærentiæ prædicati ad subiectum. Est etiam illa falsa, quia terminus,cui additur signum reduplicationis semper vniuersaliter intelligitur. Ideo dicere hominem esse sensitiuũ, inquantum animal, significat omne animal esse sensitiuum,quare & dicere iustitiam esse bonum inquantum bonum,significat iustitiam esse omne bonum, nõ enim aliter accipi potest bonum,nisi vniuersaliter. Hæc autem est falsa.Iustitia est omne bonum, propositio enim de prædicato distributo, aut vniuersaliter sumpto falsa est,quando subiectum est terminus plura habens suppositа,hæc enim falsa est. Homo est omnis homo, & illa omnis homo est omnis homo. Dixi quando subiectum est terminus communis plura habẽs suppositа, quia qñ solum vnum haberet suppositum,esset vera. Hæc enim est vera,sol est omnis sol,& omnis sol est omnis sol, & cæteræ id genus.Patet ergo hanc falsam esse. Iustitia est bonum inquãtum bonum,, quia significat esse omne bonum. Verum de falsitate huius disputabimus diligentius postea. Est etiam in intelligibilis,quoniam licet sit intelligibilis,quia falsa,non est intelligibilis (vt profertur) profertur enim iustitiam esse bonum sub hoc sensu quia est bonum,modo sub hoc sensu idem esset sui causa,& prius seipso, quod non est intelligibile, patet ergo reduplicationem medij non facere maiorem falsam,quoniam illa vera est,cuiuslibet boni est disciplina. Minorem vero facere falsam, ridiculam, & in intelligibilem. Potest præter hæc assignari alia causa, cur reduplicatio medij non addenda est minori,nam tunc non ingrederetur conclusionem, & ita non posset conclusio esse reduplicatiua.Si igitur hæc medij reduplicatio ab b poneretur faceret inutilem syllogismum ad illam conclusionẽ, & esset minor falsa ridicula,& in intelligibilis.

Similiter autem & si salubre ostendatur ꝙ scibile est,inquãtum bonum, aut hircoceruus quòd opinabile,inquantum non existens,aut quòd homo corruptibilis, inquantum sensitiuus.In omnibus enĩ his prędicatis,ad extremum reduplicationem ponendum est.

Cõstruunter eodẽ mõdo syllogismi, quo superiores in terminis.

Scibile inquãtũ bonũ. Bonũ. Salubre.
Opinabile inquãtũ nõ exist. Nõ existens. Hircoceruus.
Corruptibilis inquãtũ, sensitiuus. Sensitiuum. Homo.



Ostendit reduplicationem medij, quoties in orationibus accidit,maiori extremitati, & non medio esse addendã.Nunc hoc idem tribus alijs exemplis ostendit.Et inquit.{Similiter autem & si ostenderetur hæc conclusio,ꝙ salubre est scibile inquantum bonum, aut hæc, ꝙ hircoceruus est opinabile inquantum non existens, aut illa,ꝙ homo est corruptibilis inquantum est sensitiuus. In omnibus enim his prædicatis reduplicatio ponenda est ad extremum primum, nam hæc reduplicatio inquãtum bonum ponenda est ad ipsum scibile,& hæc inquãtum non existens,ponenda est ad ipsum opinabile, & illa inquantum sensitiuus ponẽda est ad ipsum corruptibile,& sic semper ad maiorem extremitatem. Quo vero ad


Cõmẽ. 312.

ro ad verba attinet, notat Philoponus in græcis codicibus non legi verbū opinabile. Legitur enim sic, aut hircoceruus, inquantum non existens, sed supplendum est eo modo, quo nos suppleuimus. Nec turbet te mediū reduplicatum ingredi conclusionem, nam licet mediū, vt medium non sit pars conclusionis, tamen vt determinatio alterius extremi cōclusionem ingredi potest. nam sic est pars eius extremi, cui additur. Exemplavero in negatiuis tacuit, quia facile est illa reperire. Si enim fuerit conclusio q̄ nullum bonum sit malum inquantū eligibile, reduplicatio medij, videlicet inquantum eligibile ad malum quod est maior extremitas addenda erit. Syllogizabimus enim bonum omne eligibile, nullū eligibile malum inquantum eligibile, nullum ergo bonū est malum inquantum eligibile.


Soluitur dubitatio.

Soluit alia.

Non est autem eadem positio terminorum quando simpliciter aliquid syllogizatum fuerit, & quando hoc aliquid, aut quo, aut quomodo. Dico autem, vt quando bonum scibile ostensum erit, & quādo aliquod scibile quoniam bonum. Sed, si simpliciter quidem scibile ostensum est, medium ponendum est ens, si autem, quoniam bonum, quid ens. Sit enim A scientia quoniam quid ens, in quo autem B ens quid, in quo autem C bonum, verum est ergo A de B prędicari: erat enim scientia alicuius entis, quoniā quid ens, sed & B de C: nam in quo C ens quid, quare & A de C erit: ergo scientia boni, quoniā bonum. Erat enim ipsum quid ens proprie substantiæ signum.



Si autem ens medium positum sit, & ad extremum ens simpliciter, & non quid ens dictum sit, non erit syllogismus, quoniā est scientia boni, quoniam bonum, sed quoniam ens: vt sit in quo A scientia quoniam ens, in quo B ens, in quo C bonum.



Cōmen. 519. Accidit etiam nōnunquam in aliquibus orationibus, vt in conclusione sit reduplicatio minoris, siue subiecti illius. Verbi causa si conclusio sit, boni est scientia inquātum bonum. Ideo Aristoteles ponit pro regula, quando cōclusio est reduplicatiua reduplicatione subiecti, quod in syllogismo est minor extremitas. Hæc minoris reduplicatio ad maiorem extremitatem, quæ est prędicatum conclusionis ponenda est, & non ad medium, vt dictum est, & probat exemplo. Vnde inquit. {Non est autem eadem positio terminorum, quādo simpliciter. s. sine reduplicatione minoris aliquid syllogizatū fuerit, & quādo fuerit syllogizatum hoc aliquid, aut quo, aut quomodo. hoc est & quando syllogizata erit conclusio reduplicatiua reduplicatione minoris, quæ minor pōt esse hoc aliquid, hoc est per se species prædicati, vel potest esse quo, ideſt species se habens per modum quo se habet species, vel potest esse quomodo, ideſt species accidentalis, vt album respectu corporis, quando ergo conclusio fuerit reduplicatiua reduplicatione minoris, quouis modo minor se habeat ad maiorem, siue vt pars speciei, siue alio modo, semper reduplicatio minoris addenda est p̄dicato cōclusionis, quod in toto syllogismo est maior extremitas, exponit exēplo. Cum inquit. Dico autem vt quando bonum scibile ostensum erit, & quādo aliquod bonum ostēsum erit esse scibile, quoniam bonum, nam si simpliciter scibile ostensum est, medium etiam simpliciter ens ponēdum est, & absq; reduplicatione debet subīci prædicato maioris propositionis. Debemus enim dicere studiosi est scientia, & non dicere, studiosi est sciētia, inquantum bonum. Si autem in conclusione accipitur quoniam bonum, hoc est, sin autem sumetur cum reduplicatione hoc pacto, boni est scientia inquantum bonum, medium etiam accipiendum est quid ens, ideſt debet subīci p̄dicato, in quo est reduplicatio minoris, hoc pacto studiosi est scientia, quoniam bonum. Deinde disponit terminos. Cum inquit. Sit enim. A. scientia quoniam quid ens, ideſt quoniam bonum, in quo autem. B. sit ens quid, vt studiosum quod est aliquod ens, in quo autem. C. sit bonum. Terminis sic dispositis, verum est. A. de. B. prædicari. Erat enim scientia alicuius entis hoc est studiosi quoniam bonum, etiam verum erit. B. de. C. prædicari: nā in quo ponebatur. C. ponebatur ens quid, hoc est aliquod est species medij, & quod sub medio continetur videlicet bonum, quod est species studiosi, quod ponebatur medium. Quare erit verum etiam &. A. de C. quia verum est boni esse scientiam, inquantum bonū, nam in hoc casu ipsum quid ens, quod est inquantum, vel in eo quod, vel quæcunq; dictio est nota reduplicationis, est signum proprie & specificæ substantiæ contētæ sub medio. Patet ergo quando conclusio fuerit reduplicatiua reduplicatione minoris extremitatis, talem reduplicationem esse addendam maiori extremo, quod est prædicatum conclusionis. Deinde disponit terminos in absolutis syllogismis. Cum inquit. Si autem ens medium positum sit, hoc est aliquod simpliciter acceptum sit medium, ita nec sit ipsius medij reduplicatio in cōclusione, nec ipsius minoris extremitatis, dicit igitur si autem medium ens positum sit, & ad extremum ens simpliciter, hoc est, vt non sit quid ens dictum nec medij, neque minoris extremi reduplicatione, non erit syllogismus concludens conclusionem boni esse scientiam, quoniam bonum, sed quoniam ens, ideſt sed absolute absq; reduplicatione q̄ boni sit sciētia. Verbi causa (vt si sit in quo A scientia) quoniā ens, ideſt ita vt sit hæc maior studiosi est scientia simpliciter, absq; reduplicatione, in quo B. ens scilicet studiosum, in quo. C. bonū: terminis sic dispositis, conclusio est, boni est scientia. Ex his igitur Aristoteles duas regulas voluit esse obseruandas in syllogismis reduplicatiuis, qui syllogizant reduplicatiuam conclusionem, pro ratione videlicet reduplicationum: nam duplex reduplicatio accipere potest in cōclusione, aut medij, aut minoris extremi, pro reduplicatione medij regula est, vt ponatur hæc cū maiori extremo, quod

Regulæ Arist.

est

est conclusionis prædicatum. Pro reduplicatione minoris extremi, quod est subiectum conclusionis regula est, vt illa ponatur etiam cum maiori extremo, quod est cõclusionis prędicatum. Vnde ex his potest vna regula fieri, vt quoties in conclusione acciderit reduplicatio cuiusuis, illa cum prædicato ponēda est, quod est extremitas maior. Sed dices cur tacuit reduplicationem maioris extremitatis, nonne accidere illa potest in syllogismis? Dico illam accidere nõ posse, nisi in syllogismis ridiculis, falsis, & in intelligibilibus. Vbi enim cõclusio esset reduplicatiua reduplicatione prędicati, quod in syllogismis est extremitas maior, vt si conclusio sit homo est animal, inquantum animal. Hæc esset falsa, quia significat, ꝙ homo sit omne animal. Cum reduplicatio vniuersaliter accipi terminum significat, vt dicemus. Esset ridicula, & in intelligibilis, quia significat hominem esse animal, quia animal, quod non est intelligibile, & est ridiculum dicere. Hac ratione rem hanc Aristoteles tacuit.

Dubō. Solutio.

Manifestum igitur est, quoniam in particularibus syllogismis, sic sumendum est terminos.

Cōmē. 314.

Philoponus hæc verba non exposuit, ideo fuit causa, vt ego non bene intellexerim illa. Propterea dici potest vno modo Aristotelē per particulares syllogismos intelligere reduplicatiuos, qui particulares dicūtur, quatenus per reduplicationem dicuntur contracti ad materiam reduplicatiuam. Potest etiam alio modo intelligi per particulares syllogismos, quorum conclusiones & altera propositionum sunt particulares, & tūc sensus est eodem modo, & easdem regulas esse ponendas de syllogismis particularibus, vt de vniuersalibus. Vel intelligi potest, quia quæ prius posita sunt, pro vniuersalibus syllogismis posita sunt, & si propositiones in illis expræsse vniuersales non sint.

Hęc sunt, quę de reduplicatiuis syllogismis habemus ab Aristotele. circa quæ non paruæ emergunt quæstiones. Nam ex his, quæ Aristoteles ait, solum habemus duplicem posse in syllogismis accidere reduplicationē, aut medij aut minoris extremitatis, & insuper habemus omnem talem esse maiori extremitati adiiciendam, quæ erit in conclusione prædicatum. Dubitātur ergo multa. Primum quid sit propositio reduplicatiua. Vbi primo debes scire dictiones reduplicatiuas esse multiplices vt inquantum, in eo ꝙ, secundum ꝙ, vt, quatenus, quo, & cæterę id genus. Sunt enim hæc signa ex parte prędicati semper accipienda, quemadmodum signa quantitatis subiecto adduntur, vt dicemus, nec dicuntur reduplicatiuæ quia semper eundem terminum geminent, sed quia eundem geminare aptæ sunt. Secundo vidēdum est, quot modis hæc accipi possunt in propositionibus. Quidam dixerunt hæc accipi posse bifariam, specificatiue, & reduplicatiue. Alij vero dixerunt hæc accipi posse trifariam, specificatiue, reduplicatiue, & concomitatiue. Specificatiue quidem, quando huiusmodi dictiones indicant aliquam conditionem, vel aliquem modū, vel aliquem sensum secundum quem propositio est vera, in qua ponitur, quæ aliter non esset vera, vt si dixero. Omne animal inquantum homo est rationale. Hæc. n. propositio, omne animal est rationale, est falsa, sed quia hæc dictio inquantum specificat animal ad hominem, ideo illa est vera, omne animal inquantum homo est rationale. Præterea hæc est simpl'r falsa, ens est subiectū in libris Physicorum, sed si addatur ens inquantum mobile, sic specificatum est subiectū naturalis philosophiæ. Sic igitur specificatiue tenentur, cum ponuntur ad specificandum aliquem terminum, vt propositio per illam specificationem vera sit, quæ aliter esse falsa. Reduplicatiue vero tenentur, quoties terminus reduplicatus, vel quoties terminus supra quem illę dictiones cadunt. Intelligitur accipi vt causa inhærentię prædicati ad subiectum, vel quoties illæ dictiones denotant immediationem prædicati principalis ad terminum, supra quem cadunt vel conuertibilitatem. Exemplum primi, iustitia est voluptuosa inquātum bona. Est enim iustitia voluptuosa, quia bona. Exemplum secūdi homo est corpus inquantum animatum. Significat enim hanc prædicationem animatum est corpus, esse immediatam, quia significat inter animatum & corpus nihil mediare. Exemplū tertij, homo est sensitiuus inquantum animal. Significat enim animal & sensitiuum conuerti. Aristoteles tamen accepit in textu solum, vt illlæ dicunt causam inhærentiæ prædicati ad subiectum. Propterea vsus est quoniam, pro verbo reduplicatiuo. Est enim verbum quoniam particula casualis. Concomitatiue vero teneri has dictiones dicunt, quoties significāt consequētiam in terminis ipsis (. vt si dixero,) iustitia est bonum inquātum bonum, in terminis hæc consequentia intelligitur ꝙ iustitia sit bonum, & ꝙ bonum sit bonum, & ꝙ siquid est bonum, illud est bonum. Propterea iustitia est bonum inquantum bonum. Ego vero nõ dubito tales dictiones posse aliquando accipi ad specificandum terminum, vt per talem specificationem propositio intelligatur vera, quæ aliter non esset vera, sed hoc pacto illas intelligēdo, dicebamus eas facere propositiones reduplicatiuas de modo, non de re. Similiter non dubitamus illas posse intelligi reduplicatiue, vt cum significant causam inhærentiæ prædicati ad subiectum, vel immediationem prędicati principalis de termino, supra quem cadunt, vel cõuertibilitatem prædicati principalis cum eo termino, supra quem cadunt. Sed quoniā quouis modo significant, denotant illud supra quod cadunt semper esse causam inhærentię, prædicati principalis ad subiectum principale, capiendo causam pro ratione, qua prædicatum inhęret subiecto. Aristoteles pro reduplicatiuis dictionibus vsus est causalibus, vt sunt quoniam, aut quia, & id genus. Illud vero quod ego dubito, est ambę dictiones significare posśint terminorum cõcomitantiam, non significando reduplicationem, nec specificationem. Non enim in hac propositione iustitia est bonum inquantum bonum, dicit concomitantiam sine specificatione, cum concomitantia sit relatio, quę esse nō potest eiusdem ad idem, & præterea ridiculum est dicere illam iustitia est bonum inquantum bonum significare iustitiam esse bonum, & bonum esse bonum, & siquid est bonum, illud esse bonum, cum tales propositiones sint ridiculæ, vt autumat Philoponus, bonum est bonum, & siquid est bonum, illud est bonum. Propterea hæc propositio iustitia est bonum inquantum bonum intelligitur vera, vt dictio illa reduplicatiua specificat bonum ad purū & simpliciter bonum. Est enim sensus, iustitia est bonū simpliciter, vel purum bonum, & sic specificat. Bene tamen concedo cum hæ tenentur reduplicatiue, significare cõcomitantiam terminorum. Si enim iustitia est bonum quo studiosum, sequitur iustitiam esse bonum, & studiosum esse bonum, & siquid est studiosum, illud esse bonū. Non tamen teneri posse illas arbitror concomitatiue, quin teneantur reduplicatiue. Ex hisce patet quatuor concurrere ad reduplicatiuam propositionem, verbum ꝙ concurrit ad omnem propositionem, cum sit copula prædicati de subiecto. Concurrit reduplicatiua dictio, quæ est signū termini reduplicati, sine qua dictione propositio nulla diceretur reduplicatiua. Concurrunt subiectum, & prædicatum principalia, & demum quarto cõcurrit terminus supra quem cadit signum reduplicatiuum denotans talem terminum esse causam inhærentiæ prædicati principalis ad subiectum. Verbi causa. In hac propositione, homo ad corpus inquantum animal, verbum est ipsum est. Dictio reduplicatiua est illa particula inquantum. Subiectum est ille terminus homo, & prædicatum ille terminus corpus. Terminus reduplicatus

Dubōnes de reduplicatiuis.
Quæ reduplicatiuæ dictiones.
Quot modis accipi pñt.
Quæ Auctor.
Iustitia est bonū inquantum bonum falsa.
Excerptum primum.

supra

ſupra quem cadit illa particula, inquantum, eſt ille terminus animal, qui eſt cauſa & ratio cur homo ſit corp⁹.

Secundum. Secundo ſequitur terminum ſupra quem cadit ſignū reduplicatiuum, vi illius ſigni teneri diſtributiue, atque vniuerſaliter, aliter tamen quando principale prædicatum, & terminus reduplicatus idem ſunt aliter cum ſunt diuerſa. Nam quando ſunt diuerſi termini. Terminus reduplicatus intelligitur vniuerſaliter reſpectu prædicati principalis, vt ſi dixero homo eſt corpus inquantum animal, ille terminus animal intelligitur vniuerſaliter reſpectu prædicati principalis, quod eſt ille terminus corpus, quoniã intelligitur omne animal eſſe corpus, & ſiquid animal eſt, illud eſſe corpus, quando vero reduplicatus terminus & principale prædicatum incidunt in eundem terminum, tũc vniuerſaliter intelligitur reſpectu principalis ſubiecti, & hoc quando ſignum illud reduplicatiue intelligitur, vt ſi dixero homo eſt corpus inquãtum corpus, ſi dictio inquantũ reduplicatiue teneretur, eſſet ſenſus homo eſt omne corpus. Sed tunc ſunt dubitationes, prima vtrum reduplicatio reduplicatiue tenta a parte prædicati, cum prædicatum & terminus reduplicatus coincidunt in eundem terminum, ſemper propoſitionẽ falſam, ridiculam, & intelligibilẽ efficiat. Videtur enim ꝙ non, quia hæc eſt vera, planeta ſemper lucens eſt ſol in quantum ſol: nam planeta ſemper lucens eſt omnis ſol.

Dubõ.1.

Quæ ho dant.

Præterea hæc eſt vera, iuſtitia eſſe bonum inquantum bonum. Dubitatio ſecunda eſt, vtrum ſignum reduplicatiuum ſemper ſe teneat ex parte prædicati, & videtur ꝙ non, quia aliquãdo ſe tenet ex parte ſubiecti, vt in hac omne animal inquantum homo eſt rationale. Aliquando ex parte prædicati, vt in illa iuſtitia eſt bonum inquãtum ſtudioſum. Tertio vtrum dictio reduplicatiua, quando ſpecificat, dicat cauſam inhærentiæ prædicati ad ſubiectum. Si enim diceret cauſam, tunc eſſet propoſitio, in qua ponitur, de re & de modo reduplicatiua.

Secunda.

Tertia.

Quarta. Quarto vtrum cum iſtę dictiones reduplicatiue intelligantur, ſpecificatiue & concomitatiue etiam accipiantur. Iſtæ dubitationes ſunt, & quidem non leues.

Solutio.1. Prima ergo dubitatio facile deleri poteſt ſupponendo terminos communes eſſe, aut qui vnum ſolum ſuppoſitum habẽt, vt iſte communis terminus ſol, & ille communis terminus deus, & ille communis terminus phenix, & id genus. Aut qui plura ſuppoſita habet, vt homo, animal, & id genus. Et ſupponendo etiam in terminis, pro vno ſolo ſupponibilibus propoſitionem poſſe eſſe veram de prædicato diſtributo. Hæc enim eſt vera, ſol eſt omnis ſol, & omnis ſol eſt omnis ſol. Phenix eſt omnis phenix, & omnis phœnix eſt omnis phœnix. In terminis vero ſupponibilibus pro pluribus nequaquam. Nõ enim hęc eſt vera homo eſt omnis homo, nec illa omnis homo eſt omnis homo, & id genus. Patet ergo reduplicationem reduplicatiue tentam reddere propoſitionẽ falſam, quoties redderetur prædicato, qui eſt terminus communis habens plura ſuppoſita. Hæc enim eſt falſa homo eſt animal inquantum animal, quia per ea, quæ diximus, ſignificat hominem eſſe omne animal, & quia animal eſt terminus communis habens plura ſuppoſita, ideo ſicut hęc eſt falſa homo eſt omne animal, ita & illa homo eſt animal inquantum animal. Vbi vero prædicatum principale eſſet communis terminus pro vno ſuppoſito ſolum ſupponibilis, poſſet reduplicatio reduplicatiue tenta facere propoſitionem veram, ſi adderetur prædicato principali, quoniam ſicut hæc eſt vera, ſol eſt omnis ſol, & illa, planeta ſolum lucens eſt omnis ſol, ita & hæc, planeta ſolum lucens eſt ſol inquantum ſol. Quod vero addebatur, nihil eſt, quoniam in ea propoſitione iuſtitia eſt bonum inquantum bonum. Signum reduplicatiuum teneretur reduplicatiue, falſa eſſet, ſed ſi teneretur ſpecificatiue, vt teneri poteſt, vera eſt. Significat enim iuſtitiam eſſe bonum ſimpliciter, & ſpecificatum ad purum bonũ. Quo vero modo propoſitio in qua prædicatum principale reduplicatur, ſit ridicula, & inintelligibilis, & inutilis ad ſyllogiſmum, ſuperius diximus. Eſt enim ridicula, quia datur cauſa eiuſdem per idem, eſt inintelligibilis, quia non poteſt intelligi idem eſſe cauſam ſui ipſius. Eſt inutilis, quia ex tali propoſitione nullus conſtat ſyllogiſmus.

Solutio.2. Secunda dubitatio facile deleri poteſt. Omnes enim dicunt illam ſemper teneri a parte prædicati, cuius cauſam aſsignant, quia terminus ſupra quem cadit reduplicatio, nunquam poteſt diſtribui, & ita nec poteſt eſſe ſubiectum, nec ſubiecti pars, quare è ſubiecti parte teneri nõ poteſt.

Propria ſolutio. Ego vero dicerem reduplicationem de re ſemper teneri a parte prædicati, quoniam cauſa inhęrẽtię prædicati cum ſubiecto ſe debet tenere cum eo, cuius eſt cauſa, quare ſemper vt ſic coordinabitur cum prædicato inhærente, ſicut verbum, quia eſt nota prædicatorum, cum prædicatis. At reduplicatio de modo, quæ ſpecificat terminum, ex ea termini parte tenetur, cuius eſt terminus, vt ſi ſpecificat ſubiectum, cum ſubiecto, ſi prædicatum cum prædicato ſe tenere iuſtum eſt. Si enim dixero omne animal eſt rationale inquantum homo, vel omne animal inquãtum homo eſt rationale, ſemper ſpecificatio ſe tenet cum ſubiecto. Cuius eſt ſpecificatio, ſin autem dixero iuſtitia eſt bonum inquãtum bonum, vel iuſtitia vt bonum eſt bonum, ſemper ſe tenet cum prædicato, cuius eſt ſpecificatio.

Solutio.3. Tertia dubitatio remouetur ex eo, quia licet terminus ſpecificans ſit cauſa, quare propoſitio ſit vera, tamen non eſt cauſa inhærentię prędicati principalis ad ſubiectum principale, cum prædicatum principale ſine ipſa ſpecificatione non inhæreat ſubiecto, & ita licet ſit cauſa veritatis propoſitionis, nõ eſt cauſa, quare principale prædicatũ inhæret ſubiecto principali. Subiectum enim principale eſt animal, & prædicatum eſt rationale, modo non omni animali inhæret rationale, bene tamen omni animal inquantum homo rationale inhæret.

Solutio.4. Vltima iam deleta eſt, quia quando reduplicatio reduplicatiuo tenetur, denotat cauſam inhærentię prædicati ad ſubiectum, quando vero ſpecificatiue denotat ſpecificationem: nam niſi prędicatũ principale per terminum reduplicatum ſpecificaretur, non eſſet vera. & denotat terminorum concomitantiã, quia valet homo eſt corpus inquantum animal, ergo homo eſt corpus, & omne animal eſt corpus, & ſiquid eſt animal, illud eſt corpus, hæc de reduplicatione dicta ſufficiant.

Secunda dubitatio principaliter. Conſequenter quæritur vtrum ex propoſitionibus vtriſq; reduplicatiuis, ſyllogizari poſsit concluſio reduplicatiua. Videtur prima fronte concluſionem reduplicatiuam ex vtriſq; reduplicatiuis, reduplicationibus etiam reduplicatiue tẽtis ſyllogizari poſse. nam hic eſt vtilis ſyllogiſmus, omne animal inquãtum homo eſt corpus inquãtum animal. Omnis homo inquatum homo eſt animal inquantum homo, ergo omnis homo inquantum homo eſt corpus inquantum animal. Vbi patet concluſionem etiã reduplicatiuã ſyllogizari ex vtriſque reduplicatiuis. Et ſi nonnulli concedant totum, tamen reuera eſt contra Ariſtotelem: nam ſi reduplicatio in his propoſitionibus reduplicatiue accipitur, cũ dicat cauſam inhærentiæ prędicati principalis ad ſubiectum principale, non poteſt intelligi niſi ex parte prędicati inhęrentis, & tunc quęlibet illarum eſt nugatoria, & falſa, nam ſenſus primę eſt omne animal eſt corpus inquantũ animal in eo ꝙ homo, ſenſus vero ſecundę eſt, omnis homo eſt animal inquantum homo in eo ꝙ homo. Vbi patet vtrũq; ſenſum eſſe nugatorium & falſum. At ſi inueniantur tales ſyllogiſmi, non ſunt vtiles niſi quia propoſitionum reduplicationes ſpecificatiue accipiũtur. Vnde ſenſus eſt, omne animal, quod eſt homo, eſt corpus quod eſt animal, omnis homo, qui eſt homo, eſt animal, quod eſt homo, ergo omnis homo, qui eſt homo, eſt corpus, quod eſt animal.

Dubõ.3. Tertio etiam dubitant, vtrũ reduplicatio p̃dicati vel ſubiecti, vel medij poſsit addi minori. Et videtur addi poſſe, nam valet omne animal eſt corpus,

eorpus,omne rationale inquantum homo eſt animal, er E go omne rationale inquantum homo eſt corpus. Quã rem nonnulli concedunt,ſed eſt cõtra Ariſtotelem,quia ipſum inquantum homo, vel tenetur ſpecificatiue & ſic concederem:nam rationale,quod eſt homo, eſt animal, & concluſio non erit reduplicatiua, niſi de modo. Sin autem teneatur reduplicatiue, tunc teneretur a parte p̃dicati,& eſſet ſenſus,omne rationale eſt animal inquantum homo,cum prædicatum minoris ſit mediũ, & medium concluſionem non ingrediatur,in re non ſequetur concluſio reduplicatiua.Quæ igitur Ariſtoteles de reduplicatiuis in prima figura vniuerſalibus & particularib⁹ affirmatiuis,& negatiuis dixerat, hoc pacto intelligẽda

Dubõ.4. ſunt. Sed cum aliarum figurarum nihil Ariſto.meminerit,nonnulli dixerunt in cæteris etiam claudi poſſe,cũ ſecũda deſcendat à prĩa cõuerſione negatiue,& tertia cõuerſione perticularis,vel minoris. Hac de cauſa Albertus vir doctiſsimus in ſecunda figura dicit hunc ſyllogiſmum valere,nullum malum eſt eligendum, omne bonũ eſt eligendum inquantum bonum,ergo nullum bonum eſt malum inquantum bonum. In tertia vero valebit,ſi ponatur ea in propoſitione reduplicatio, quæ remanet maior in prima facta reductione ſyllogiſmorum tertiæ ad primam figuram. Verbi cauſa. Valet, omne animal eſt corpus inquantum animal, omne animal eſt ſenſitiuum, ergo quoddam ſenſitiuum eſt corpus inquantum animal. Valet enim,quia conuerſa minore,remanet medĩ reduplicatio in maiori,& ex parte prædicati. Similiter valet omne animal eſt corpus in eo ꝙ ſenſitiuũ, omne animal eſt ſenſitiuum, ergo quoddam ſenſitiuum eſt corpus in eo ꝙ ſenſitiuum. Nam conuerſa minore, fit ſyllogiſmus reduplicatiuus in prima figura reduplicatio

Propria opi nio. ne minoris extremi. Ego vero concedo in tertia figura concluſionem reduplicatiuam & medĩ & minoris reduplicatione ſyllogizari poſſe. In ſecunda vero non concederem. Primo, quia reduplicatio nõ poteſt intelligi niſi â parte prædicati,& prædicatum cum termino reduplicato non ingreditur concluſionem, cum ſit medium in Secunda figura. Præterea prædicatum cum tali termino reduplicato non poteſt de alio extremo affirmari, & de maiori extremo negari,vt cõſideranti patet. Inſuper vel talis terminus reduplicatus ponetur in negatiua, vel affirmatiua, non in negatiua ſecundum Albertum, nec ſecundum veritatem, quia tunc illa non conuertetur in terminis, nulla ſiquidem negatiua reduplicatiua in terminis conuerti poteſt, nec in affirmatiua, quia tunc facta conuerſione,reduplicatio remaneret ad minorem. Vbi patet talem eſſe inutilem. Quare Ariſtoteles ſolum in prima,& tertia intellexit tales eſſe ſyllogizandas. In ſecunda vero nequaquam, hactenus de ſyllogiſmis reduplicatiuis.

Oportet autem accipere quæ idem poſſunt nomina pronominibus,& orationes pro orationibus, & nomen & orationem, & ſemper pro oratione nomen ſuſcipere, facilior eſt.n. terminorum expoſitio. Vt ſi nihil differt dicere ſuſpicabile opinabilis non eſſe genus, aut non eſſe idem quidam ſpecificabile quid opinabile. nam ſi idem eſt quod ſignificatur pro oratione dicta opinabile & ſuſpicabile terminos ponendum, quoniam vero non eſt idem voluptatem eſſe bonum, & eſſe voluptatem hoc bonum, non ſimiliter ponendum terminos,ſed,ſi eſt ſyllogiſmus quoniam voluptas eſt hoc bonum,terminum ponẽdum hoc bonum,ſi autem quoniam bonum,bonum, ſimiliter autem & in alĳs.

Hæc quæ Ariſt.tradit, Philoponus theoremata,hoc Cõmen.115. eſt ſpeculationes appellat, alĳ vero non imperite documěta,ꝙ per hæc doceat nos,& moneat in aliquibus pro faciliori eorum,quæ tradit declaratiõe. Sunt qui hęc documenta ad ſyllogiſmos reduplicatiuos facilius intelligẽdos eſſe dicant eſſe conſtituta. Sed Philoponus documẽta hęc ſeruire nobis aſſerit arti reſoluendi. Primum quidem ſeruit exemplificandi arti. Docet enim nos quid ſit exemplificare,& quomodo fieri debeat,quare docet reſoluere quæ obſcura ſunt,in exempla. Perſæpe enim in dicendo occurrunt nobis obſcura. Propterea docet nos, quo pacto in exempla illa poſſunt reſolui, quippe cum exempla magis moueant,quam verba. Eſt ergo docu Primum do. mẽtum,quando volumus exemplificare,vt accipiamus cumentum. & nomen & orationem, ſed indifferenter, quia nomina pro nominibus,& orationes pro orationibus, & nomina pro orationibus, & orationes pro nominibus, vt in exemplis edocet Philoponus. Addit tamen hæc fieri nõ Cõmen.116. poſſe,niſi idem valeant. Vnde inquit. Oportet autem F accipere ſupple in exemplificando,& nomen & orationem indifferenter,vt orationes pro orationibus, & nomina pro nominibus,& orationes pro nominib⁹,& nomina pro orationibus,modo idem poſsint, atq; valeant in ſignificando. Et dixit,modo eadem ſignificent,quia ſi diuerſa,nõ eſſet exemplificare, ſed ad aliam materiam migrare. Addit tamen ſemper eſſe accipiendum nomen pro oratione modo fieri poſsit, cuius cauſam dat, & inquit. {Facilior enim eſt terminorum expoſitio, ſupple quando per nomina,quam quando per orationes ſit. Et addit Philoponus, maxime ad abundandum in propoſitionibus,quando enitimur media inuenire. Quãdoquidem facilius eſt inuenire antecedentia, conſequentia & extranea,quæ ſunt extremorum, quam quæ ſunt orationum totarum. Verbi cauſa, ſi dicere ſuſpicabile non eſt genus opinabilis, & dicere aliquod opinabile nõ eſt idẽ ipſi ſuſpicabili idem ſit dicere. Poſſumus vti altera ora- G tione pro altera,vt illa,quę eſt,ſuſpicabile non eſt genus opinabilis,pro illa,quæ eſt, aliquod opinabile non eſt ſuſpicabile. Sed,ſi idem ſignificatur per opinabile, & ſuſpicabile,pro oratione, quæ explicat ipſum ſuſpicabile, & pro oratione,quæ explicat ipſum opinabile, poſſumus ponere terminos ſuſpicabile & opinabile. Documentũ ergo iſtud non modo ſeruit arti exemplificandi, ſed ei arti,quæ eſt de abundantia propoſitionum. Secundum Secundum. documentum ſeruiens & arti exemplificandi, & arti reſoluẽdi ſyllogiſmos conſiſtit in attendendo ea in quibus parua videtur differentia,nam parua differentia aliquãdo cum non attenditur,facit nos maxime errare. Et probat hoc Ariſtoteles exemplo.nam bonum,& hoc bonũ videntur parum differre, & tamen non eſt idem voluptatem eſſe bonũ,ſ.ſine illo articulo hoc, vt exponit Philoponus, & voluptatem eſſe bonam cum articulo hoc, & quia hæc non ſunt eadem,ideo non ſimiliter ponendi ſunt termini,ſ.bonum pro hoc bono,& hoc bonum pro H bono,ſed,ſi ſyllogiſmus eſt concludens, ꝙ voluptas eſt hoc bonum,terminus ponendus ſit hoc bonum cum articulo, ſi autem ſyllogiſmus ſit concludẽs ꝙ voluptas ſit bonum terminus ponẽdus ſit bonum ſine articulo hoc. Similiter autem & in alĳs id genus. Quo vero ad verba attinet,articulo neutri generis græce eſt τὸ To, quod antiquus interpres male intellige s,quod trãſtulit. Ideo fuit cauſa, vt latini expoſitores non recte inrelligerent, qui expoſuerunt non ad mẽtem Ariſtotelis. Alĳ per τὸ verterunt ipſum bonum,ſed quouis modo dicatur Ariſtoteles per hoc documentum vult habere,vt etiam parua differentia ſit attendenda, quia perſæpe illa parit nobis in reſoluendo maximum errorem. cuius exemplum poſuit Alexander ſatis pulchrum. Si enim quis argumẽtetur,ſi nihil eſt,neq; nox eſt, nox non eſt, ergo dies eſt, dies eſt,ergo aliquid eſt,quare ſi nihil eſt,aliquid eſt. Patet autem hunc errorẽ accidere ex mutatione verbi neq;

in

in verbum non. Bene enim ſequitur, ſi nihil eſt, neq; nox eſt, cum neq; dies ſit, ſed non facienda eſt permutatio ad non, Hoc pacto nox non eſt, quia tũc ſequitur, ergo dies eſt, ſed accipiendo, neq; nox eſt: nam ſic accipiendo, non ſequitur neq; nox eſt, ergo dies eſt, quia per verbũ neq; intelligitur neq; noctem, neq; diem eſſe. Patet ergo paruam mutationem attendendam eſſe.


Nõ autem idem neq; eſſe, neq; dicere, quoniam cui B ineſt, huic quoq; omni A ineſt, & dicere, cui omni B ineſt, & A ineſt omni, nihil.n. prohibet B ineſſe C, non autem omni, vt ſit B pulchrum quid, C autem album, ſi igitur alicui albo ineſt pulchrum quid, verũ eſt dicere, quoniam albo ineſt pulchrũ, ſed nõ omni fortaſſe.

Cõmen. 516. Tertium ſiue theorema, ſiue documẽtum eſt, quo mouet nos de ſyllogiſticis, & aſſyllogiſticis enthymematibus, cuius rationem Philoponus aſsignat ex eo, q; antiq; pro maiori parte in diſputationibus vtebãtur enthymematibus, & quidem vno aſſumpto indefinito, ideo neceſſarium erat declarare, quæ ſyllogiſtica, quæue aſſyllogiſtica enthymemata ſint. Eſt autem enthymema. B

Quid enthymema. Vt M. Tullius in Topicis inquit argumentum, quod vno aſſumpto concludit. Vnde Iuuenalis, curtum ſermone rotato torqueat enthymema. Dicitur autem ab enthymema ab enthymumae verbo, quaſi mente concipio, aut commentor, vt ſi enthymema, quaſi latinè commentum, vel commentatio. Et quia enthymema eſt argumentum, quod cõcludit vno aſſumpto, & altero prætermiſſo, ſeruato tamen in mente, ideo primo declarat quæ enthymemata ſint ſyllogiſtica aſſumpta minore, & ſumit hæc duo enthymemata non eſſe eadem, C eſt B ergo omne C eſt A: et omne C eſt B, ergo omne C eſt A. Primum enim quod aſſumit minorem indefinitam, non eſt ſyllogiſticum ad concluſionem vniuerſalem, non enim ſequitur C eſt B, ergo omne C eſt A. Secũdum vero, quod aſſumit minorem vniuerſalem, ſyllogiſticum eſt ad vniuerſalem concluſionem. Inquit. {Non eſt autem idem nec re, nec ſermone dicere, quoniam cui minori indefiniq; B ipſum medium ineſt, ergo huic quoq; minori, omni A maior ineſt, quaſi dicat, non eſt idem enthymema, in quo aſſumitur minor indefinita, & infertur cõcluſio vniuerſalis, & dicere cui minori omni B ipſum medium ineſt, & maior etiam minori omni ineſt, ideſt & enthymema, in quo aſſumitur minor vniuerſalis, & infertur vniuerſalis concluſio, & q; hæc enthymemata nõ ſint eadẽ, probat, quia minor indefinita, & minor vniuerſalis differunt, & q; differant, probat. Cum inquit. {Nihil enim prohibet B ineſſe C, non autem omni, & ita ſtat aliquam propoſitionem eſſe indefinitam, quę non eſt de omni, vt ſi B ſit quoddam pulchrum, videlicet pomum, C autem album, in hoc caſu igitur, ſi alicui albo ineſt aliquod pulchrum, ſcilicet pomum, ita vt ſit vera hæc, aliquod albũ eſt pomum, verum erit dicere, quoniam albo ineſt pulchrum, hoc eſt vera erit illa indefinita, album eſt pomũ, ſed non omni albo fortaſſe pomum ineſt, ergo differunt indefinita, & vniuerſalis. nam indefinita non infert, nec infertur, niſi ex particulari, at vniuerſalis non infertur ex indefinita nec ex particulari, dixit autẽ fortaſſe, quia indefinita infert vniuerſalem aliquando in propoſitionibus eſſentialibus, & per ſe. Quod ſi vniuerſalis, & indefinita differunt, patet ea duo enthymemata differre, quorum alterum aſſumit minorem indefinitam, & alterum vniuerſalem. nam aſſumens minorem indefinitam aſſyllogiſticum eſt ad vniuerſalem concluſionem, aſſumens vero minorem vniuerſalem ad vniuerſalem concluſionem ſyllogiſticum eſt. Animaduerte tamen vt ex verbis Philoponi accipitur. Enthymemata, cuius aſſumptio eſt indefinita, eſſe aſſyllogiſticum ad vniuerſalem cõcluſionem, non autem ad particularem, modo in mente C altera ſeruata vniuerſalis ſit, nam ſi ſeruata nõ fuerit vniuerſalis, enthymema eſt ſimpliciter aſſyllogiſticum, cũ dẽtur termini omni ineſſe, & nulli ineſſe, ineſſe quidem, riſibile, animal, homo, quia ſtant hæc, homo eſt animal, ergo omnis homo eſt riſibilis. Nulli vero ineſſe ſunt æquus, animal, homo, quia hæc ſtant, homo eſt animal, ergo nullus homo eſt æquus. Præterea enthymema etiam, cuius maior in mente ſeruata ſit non vniuerſalis, aſſumptione quouis modo ſe habente, eſt ſimpliciter aſſyllogiſticum, quoniam ex maiori non vniuerſali in prima figura nihil ſequitur. Quæ enthymemata ſint aſſyllogiſtica, quæue ſyllogiſtica minore aſſumpta, & ſeruata maiore, ex hiſce patet.

Si ergo A ei, quod eſt B ineſt, non omni autem de quo B neq; ſi omni C ineſt B: neq; ſi ſolum alicui, non neceſſe eſt ei, quod eſt C ineſſe A, non quia non omni, ſed nec ineſſe ei, quod eſt C. Si itaq; de quo B dicitur vere, huic omni inſit A: accidet A de quo omni B dicitur, de eo omni dici, ſi autem A dicatur de quo omni dicitur B nihil prohibet ei, quod eſt C, ineſſe B, non autem omni A, aut non ineſſe omnino.

δ. Itaq. Autem. δ'. Quo. τοῦ τοῦ.



Syllogiſmus habens ambas vniuerſales concludit, non habens autem maiorẽ vniuerſalẽ non concludit.

Cõmen. 517. Hic textus vno modo exponi poteſt, vt Ariſtoteles declarat quando ex minore vniuerſali vel particulari ſequitur concluſio vniuerſalis, vel particularis, & quando nõ ſequitur, & vult ex minore aſſumpta nihil ſequi, quãdo maior ſeruata non fuerit vniuerſalis, quia dantur termini omni & nulli ineſſendi, vt dictum eſt, & hoc pacto Philoponus intelligit. Alio modo exponi poteſt q;, cum Ariſtoteles declarauit, quæ enthymemata ſyllogiſtica, & quæ aſſyllogiſtica ſint ex minore aſſumpta, & maiore ſeruata, nunc oſtendit quæ ſyllogiſtica, quæue aſſyllogiſtica ſint ex maiore ipſa aſſumpta, minore ſeruata. Et inquit. {Si ergo ipſum A ei, quod eſt B ineſt, non omni autem ineſt, de quo B dicitur, hoc eſt, ſi quod aſſumitur, eſt non vniuerſalis maior, quouis modo minor fuerit in mente, neq; ſi omni C ineſt B, neq; ſi ſolum alicui C inſit, D hoc eſt ſiue minor fuerit vniuerſalis, ſiue particularis ſolum, non neceſſe eſt ei, quod eſt C, ineſſe A. Dico non neceſſe, non quia nõ omni neceſſe ſit, ſed ſimpliciter & nullo modo ei, quod eſt C, neceſſe eſt ineſſe. Eſt ergo aſſyllogiſticum ex aſſumpta maiore, quando illa non aſſumitur vniuerſaliter, quouis modo in mente ſeruetur minor, ſiue vniuerſalis, ſiue non vniuerſalis, quando vero ſyllogiſticum enthymema ſit, maiore aſſumpta, ex hiſce patet. Deinde quaſi epilogãdo. Inquit. {Si itaq; de quo B dicitur vere, huic omni ineſt A, ideſt ſi maior aſſumpta ſit vniuerſalis accidet A dici de omni eo, de quo B dicitur modo minor ſeruata ſit vniuerſalis. Dixit accidet, quia non erit cõcluſio ſemper vniuerſalis, ſed ſm minoris ſeruatæ exigentiam, ſin autem A dicitur de quo B omni dicitur, ita vt A dicatur non vniuerſaliter de eo, de quo vniuerſaliter A dicitur, nihil prohibet ei, quod eſt C, in minore ſeruata ineſſe B, cui nõ omni, immo cui non omnino inſit

no insit A, quia ex maiore non vniuersali in prima figura quouis modo minor sit, nihil sequtur. Patet ergo quãdo maiore assumpta, & minore seruata, enthymemata sunt syllogistica, & quãdo assyllogistica, & dixi hęc esse quasi epilogando dicta, ꝙ verbum græcum δή in aliquibus libris δή legitur, quod puto melius esse dictum. Nã δή pro igitur accepit, vel pro itaq;, quod est epilogationis signum aliquando.

In tribus igitur terminis, manifestum quoniam de quo B omni, ipsum A dici, hoc est de quibuscunq; B dicitur, de omnibus dici & A, & si B quidem de omni, & A similiter. Si autẽ non de omni, non necesse est A inesse omni.

Cõmen. 518. Epilogat & exponit quid vult significare ipsum A dici de eo omni, de quo omni ipsum B dicitur. Inquit. {In tribus igitur terminis manifestum est quoniam de quo ipsum B dicitur, ipsum A dici, & ita enthymema, cuius minor est vniuersalis, cõcludere maiorem vniuersalem. Patet tribus terminis, vt cæteri syllogismi patere possunt. Deinde exponit quid vult significare ipsum A dici de omni, de quo ipsum B omni dicitur, & inquit. {Hoc est vult significare de quibuscũq; B dicitur, de omnibus dici & ipsum A, & vult significare, si B quidem ipsum de omni dictum sit, & A similiter dici de omni. nam in prima figura, si minor est vniuersalis, & conclusio erit vniuersalis, sin autem ipsum B non de omni C diçatur, non necesse est A inesse omni C, sed vt supplet Philopon⁹, cõtingit non inesse. nam B non de omni C dici esse potest, aut quia B inest ipsi C indefinite, vel alicui C particulariter, vel quia nõ inest omnibus sed alicui C non inest, quouis modo dicatur non contingit A ipsum inesse omni C, si enim minor sit particularis vel indefinita, quę in mẽte seruatur, conclusio est particularis, ergo non de omni, & si est indefinita vel particularis negatiua, conclusio non est de omni, immo dantur termini de omni & de nullo inesse, vt declaratum est, quia ex minore negatiua in prima figura nihil sequitur.

Non oportet autem arbitrari propter expositionem accidere aliquod inconueniens, nõ enim laboramus in eo ꝙ aliquid sit hoc, sed quemadmodum geometra pedalem & rectã hanc esse & sine latitudine dicit, quæ non est, sed nõ sic vtitur, vt ex eis syllogizans. Omnino enim quod non est vt totum ad partem, & aliud ad hoc, vt pars ad totum, ex nullo taliũ ostendit demõstratur, sic expositione vtimur, vt sentiat qui discit, dicẽtes. Non.n. sic vt sine his non possibile sit demõstrare, quemadmodum ex quibus est syllogismus.

Cõmen. 519. Quia per totum hunc librum doctrinam, & regulas fecerat, vtens literis, quæ sunt prima elementa, ne quis putet literarum vsum causam esse, vt coniugationes alię syllogisticæ, alię assyllogisticæ sint, quartum documentum tradit, quo nos moneat syllogismos nõ esse hos vtiles, illos inutiles, ob literarum positionem. Inquit. {Nõ oportet autem arbitrari propter expositionem terminorum, quam fecimus in literis, accidere aliquod inconueniens, neq; etiam, vt supplet Philoponus propter exemplorum assumptorum materiam. Aliquando enim vsus fuit terminis notis, ideo ait regulas non fuisse veras gratia materiæ, sed propter syllogisticam coniugationem, & assignat causam cur ex positione elementorum nõ sequitur absurdum. Et inquit. {Non enim cum exempla ponimus in elementis laboramus in eo ꝙ aliquid sit hoc quod in exemplis elementorum ponimus, sed quemadmodum geometer lineam pedaneam & rectam hanc esse & sine latitudine dicit, quæ reuera non est, immo non sic vtitur, vt ex his velit syllogismũ esse. Omnino enim quod nõ est, vt totum ad partem, scilicet maior, & aliud ad hoc, vt pars ad totum, scilicet medium, quod ad maiorem est pars, ad minorem totum, demõstrator mathematicus ex nullo talium demonstrat, neq; enim fit syllogismus: nam nisi termini sic se habeant, ꝙ maior totum sit, medium vero ad maiorem pars, ad minorem totum, & minor vtriusq; pars, non erit syllogismus aliquo pacto, s. in prima figura, qua vtitur geometra, vt igitur geometra vtitur exemplis, non vt ex illis fit syllogismus, sed docendi gratia, sic nos ex positione elemẽtorum vtimur dicentes exempla, vt & sentiant, qui discunt. Non enim illis vtimur, vt sine illis literis non possibile sit demonstrare tanquam sint illa, ex quibus est syllogismus, non enim illis vtimur, ꝙ illa sint, sine quibus syllogismi non sunt, sed (vt diximus) vtimur illis vt sentiant qui discũt.

Dubõ. Responsio.

Quo vero ad verba attinet, verba illa expositione autem sic vtimur & reliqua complent comparationem in ter vsum nostrum per literas, & geometrarum per exẽpla, quasi dicat, sicut illi vtũtur exemplis, sic nos vtimur expositione, & iuxta hoc verbum autem, non est de necesitate, ideo in translationibus non debet poni, verba vero quemadmodum ex quibus est syllogismus, debent legi cum aduersatiua particula, quæ est sed, & tunc est sensus, non sic vtimur literis, tanquam literæ sint sine ꝙ bus demonstrationes fieri nõ possint, sed supple vtimur illis tanquam ex quibus est syllogismus, hoc est vt ostendamus sine particulari, & vniuersali, affirmatiuo, & negatiuo ex quibus sunt syllogismi, fieri non posse syllogismos, quare ex his patet non male nos literis vsos esse, est insuper alia causa cur literis vtiẽ Aristoteles, vt Auerroes inquit in libro Posteriorum, & in hoc libro. nã per vsum literarum intelligũtur regulę vniuersaliter in omni materia. Non te turbet expositio Iuniorum in hoc loco. Dicũt enim Aristotelem in hoc libro, & in alijs ad veritatis manifestationẽ aliquando esse vsum falsis, ideo nos monet in veritatis expositione nõ semper veris esse vtendum, quia falsis pro veris vti possumus, non vt ita sint, sed vt sentiat qui discit, vt etiã facit geometra. Quæ expositio mihi non displicet.

Nã loco terminorũ ignotorũ vti possum⁹ notis.

Non lateat autem nos quòd in eodem syllogismo non omnes conclusiones per vnam & eandem figuram sunt, sed hæc quidem per hanc, illa vero per aliam. Palã ergo quoniam & resolutiones sic facciendum, quoniam autẽ nõ omne problema in omni figura est, sed in vnaquaq; dispositа sunt, manifestũ est ex conclusione in qua figura sit quærendum.

Cõmẽ. 520. Quĩtũ theorema siue speculatio ẽ de syllogismis, quoties in illis fuerit plures conclusiones. Accidit.n. in eodẽ syllogismo esse plures conclusiones, quando fuerit cõpositus ex syllogismo principali, & prosyllogismis, qui syllogizant propositiones. Appellat enim Arist. hic eundẽ syllogismum, cum suis probationibus, quoties prosyllogismorum conclusiones claudit. Quãdo ergo in eodem syllogismo fuerint plures conclusiones, nõ oportet illas semper quærere in eadem figura, quia vt Philoponus lõga commentatione exponit. Si principalis syllogismus sit in primo primæ ex vtriusq; affirmatiuis vniuersalibus cum vniuersale affirmatiuum nõ nisi in figura prima syllogizetur, iure prosyllogismi, & illorum conclusiones in prima quærantur. Si autem in secundo primæ ex maiori vniuersali negatiua, & minori vniuersali affirmatiua. Quãdo adhuc probari possũt, vniuersalis negatiua quęratur in prima, & secũda, & vniuesalis affirmatiua in prima. Quando vero probanda propositio sit particularis siue affirmatiua, siue negatiua, quæratur in tribus, exempla patent ex his quæ dicit Philoponus, inquit. {Non

Syllogismus destruẽs definitionis partem, non totam.

Cõmen. 521.


De resolutione syllogismorũ ex hypothesi, siue suppositiõe.

lateat

lateat aũt nos quoniam in eodem ſyllogiſmo,ſ.cum ſuis probationibus non omnes concluſiones per vnam & eã dem figuram ſunt,quoniam ſtat hanc quidem cõcluſionem principalis ſyllogiſmi eſſe per vnam, & illa proſyllogiſmi eſſe per aliam,& quoniam non omnes cõcluſiones ſunt per eandem figuram,palam etiam,quoniam & reſolutiones ſic faciendum eſt,quomodo ſunt & in quibus figuris reſolubiles. Sed dices vnde ſcire poſſumus in qua figura concluſio ipſa ſit reſolubilis. Reſpondet & inquit.{Quoniã autem non omne problema in omni figura eſt,vt diximus,ſed in vnaquaq; ipſa problemata diſpoſita ſunt fieri. Problema enim quantitate & qualitate ita in vna fieri aptum eſt,q̃ nõ in alia, manifeſtum eſt ex ipſa concluſione in qua figura ſit,eſſe quęrendum. nam,ſi vniuerſalis affirmatiua in prima tantum,ſi negatiua in prima & ſecunda,ſi particularis negatiua, in tribus,ſi vero affirmatiua in prima,& ſecunda.

Dubõ.
Reſponſio.

Et ad definitionis,orationum quęcunq; ad vnum quid ſunt redarguibiles eorum,quæ in termino ſunt,ad quod redarguibile ſunt, ponendum eſt terminum, & non totam orationem, minus.n. contingit perturbari propter longitudinem,vt ſiquis aquam oſtendit, quoniam eſt humidus potus,potum & aquam terminos ponendum.



Syllogiſmus deſtruẽs deſinitionis partem,non totam.

Cõmen.321.

Quinta ſpeculatio,ſiue documentum eſt de definitionibus,ſunt.n.nonnullæ definitiones falſæ, quia non cõpetunt definibili propter vnum terminũ. Vt hæc,aqua eſt humidus potus. Eſt.n.aqua humida, ſed non potus, vel illa,homo eſt animal quadrupes,eſt enim homo animal,& non quadrupes,ideo documentum ſit,vt non totam deſtruamus,ſed partem,quæ ipſi definito non competit. Inquit.{Et ad definitiones ſupple,quintum documentum ſit,vt earum orationum,ſ.definitiuarum. (Perlogon.n.definitionem intelligit) quæcunq; ad vnum q̃d eorum,quæ in ipſo termino,ideſt definitione ſunt,redarguibiles ſunt,id ad quod redarguibiles ſunt. Terminum ponendum tanquam maiorem,vt ſi non omnia, in definitione poſita redarguibilia ſunt,ſed eorum, quæ in illa ponuntur,ſolum vnum. Illud vnum ponatur terminus maior & non totam orationem ponendum eſt maiorem terminum,id eſt totam definitionem. Non.n.hæc tota oratio humidus potus terminus maior ponatur, ſed potus. Cuius cauſam ait, quia propter longitudinem,ſ.reſecatam minus diſcipulum perturbari contingit. nã ſermo longus, vt primo Rhetoricæ inquit Ariſto.ad eos, qui nequeunt plura proſpicere,grauis eſt. Exemplum ponit,vt ſiquis oſtendit aquam, quoniam eſt humidus potus,ſi redarguere vult hanc,nõ totam orationem ponat maiorem terminum,ſed potum maiorem,et aquam minorem ponendum eſt terminos. Et ſyllogizet, omnis potus nutrimentum,nulla aqua nutrimentum,ergo nulla aqua potus eſt.

De reſolutione ſyllogiſmorũ ex hypotheſi, ſiue ſuppoſitiõe.

AMplius autẽ ex hypotheſi ſyllogiſmos non eſt tentandum reducere. nam non eſt ex his, quæ poſita ſunt reducere,non enim per ſyllogiſmum oſtenſi ſunt, ſed ad placitum conceſsi ſunt omnes. Vt ſi quis ponat, ſi vna quædam poteſtas non ſit contrariorum, neq; diſciplinam eſſe vnam, deinde diſputet, quoniam non eſt vna poteſtas cõtrariorum, vt ſanatiui, & ægrotatiui, ſimul enim idem erit ſanatiuum,& ęgrotatiuum, quoniam autem nõ eſt omnium contrariorum vna poteſtas oſtenſum eſt, ſed quoniam diſciplina non eſt vna, non eſt oſtẽſum, quamuis cõfiteri ſit neceſſe: at nõ ex ſyllogiſmo,verum ex hypotheſi, hoc igitur non eſt reducere;quoniam non vna poteſtas eſt,hic enim fortaſſe erat ſyllogiſmus,illud autem hypotheſis.



Cõmẽ. 322.

Nunc vt Philoponus inquit,vult declarare,q̃ nõ oẽs hypotheticos reſoluere oportet in figuram. Quo vero pacto veniat Ariſt.in hanc declarationem,exponamus. Ariſto. igitur declarauit omnes ſyllogiſmos reſoluẽdos eſſe in tres terminos,& duas propoſitiones. Et,quia ſyllogiſmi ex hypotheſi ſunt ſyllogiſmi, ergo videntur reſoluẽdi in tres terminos,& duas propoſitiones, & ſic videntur reſoluendi in aliquam figuram, propter hoc exponit non omnes ſyllogiſmos ex hypotheſi reſoluendos eſſe in aliquam trium figurarum. Circa quod primo ponit concluſionem declarãdam, & dicit. {Amplius autẽ ex hypotheſi ſyllogiſmos non eſt tentandum reducere, hæc eſt concluſio. Deinde probat hanc,& ſua ratio eſt, ſyllogiſmi qui fiunt ex his,quæ poſita ſunt,non reſoluũtur in figuram, ſyllogiſmi ex hypotheſi ſunt ſyllogiſmi, qui fiunt ex his,q̃ poſita ſunt, ergo ſyllogiſmos ex hypotheſi non eſt in figuram reducere,de ratione ponit maiorem,& dicit.nam non eſt ſyllogiſmos ex his,quæ poſita ſunt factos reducere in aliquam figurarum, Probat maiorẽ,& dicit,non.n.per ſyllogiſmum oſtenſi ſunt,ſed ad placitum quaſi ex datis, & conceſsis, ſunt omnes,eſt ergo maior,ſyllogiſmi,q̃ fiunt ex his,quæ poſita ſunt, non reſoluuntur in figuram:cui, ſi addatur minor,videlicet, ſed ſyllogiſmi ex hypotheſi ſunt ex his, quæ poſita ſunt, ex datis videlicet & ad placitum,ergo non eſt tales in figuram aliquam reſoluere. Quòd autẽ ſyllogiſmi ex hypotheſi ex datis ac conceſsis ex placito ſint,per exempla exponit. Et primo quidem in ſyllogiſmis ex hypotheſi, qui fiunt per tranſumptũ. Deinde in ſyllogiſmis ex hypotheſi,qui fiunt ad impoſsibile. Circa primam partẽ Animaduertendum ſm Philoponum,in ſyllogiſmis ex hypotheſi,qui fiunt per trãſumptum duo eſſe,hypotheſim videlicet,& poſitionem. Hypotheſim Philoponus conceſſum ſiue datum vocat, quia aduerſarius ad placitum, vel propter aliquem locum dialecticum illud dat, vel concedit. Huius exemplum Philoponus affert ex libro de Cœlo, ibi.n.Ariſto.loquens de figuris ſtellarum petit q̃,ſi luna eſt ſphęrica, omnes ſtellæ ſunt ſphæricæ, hæc eſt hypotheſis, quę eſt propoſitio conditionalis, & propter hoc dicta eſt hypotheſis. Poſitio vero eſt conceſsio

Aduerte.

ceſsio antecedentis. nam antecedēte poſito, ſequitur cō-
ſequens. Vult igitur, ꝙ hypotheſis, quæ eſt propoſitio
conditionalis, non reſoluitur per aliquam figuram, ſed
poſitio antecedentis per aliquam figuram reſoluitur, vt
ꝙ luna ſit ſphęrica, hoc.n. probat ſyllogiſmo, hoc pacto,
omne corpus, cuius lumē ſphærice augetur, & diminui-
tur, eſt ſphæricum, luna eſt corpus, cuius lumen ſpheri-
cæ creſcit, & diminuiť, ergo luna eſt ſphęrica. Hoc pro-
bato, ſequitur poſitio conſequentis. ſ. cæteræ ſtellę ſint
ſphęricæ, in quo ſyllogiſmo patet hypotheſim non reſol
ui in aliqua figura, ſed poſitionem antecedentis. Ariſto.
autem accipit aliud exemplum. Accipit.n. hanc hypo-
theſim, videlicet, ſi vna potentia non eſt contrariorum,
vna diſciplina non eſt contrariorum, hæc.n. hypotheſis
in figuram aliquam nō reſoluitur. Reſoluitur autem po
ſitio antecedentis in tertia figura, hoc pacto, ſani & ęgri
non eſt vna poteſtas, ſanum & ægrum non ſunt contra-
ria, ergo contrariorum non eſt vna potentia, tunc ſequi-
tur contrariorum non eſt vna potentia, ergo contrario-
rum non eſt eadem diſciplina, vnde dicit. {Vt ſiquis po
nat, ſi vna quædam poteſtas non ſit contrariorum, neq;
diſciplinam eſſe vnam contrariorum, & per hæc patet
hypotheſis. Deinde diſputet, quoniam non eſt vna pote
ſtas contrariorum, vt ſanatiui, & ægrotatiui, & hoc per
ſyllogiſmū in tertia figura. Quòd autē ſani & ægri nō ſit
vna poteſtas, vt fuit maior ſyllogiſmi in tertia figura,
Probat, & dicit. {Simul.n. idem erit ſanatiuum & ęgro
tatiuum, aliquando. Quoniam ſi potētia erit eadē cōtra-
riorum, aliquando actu idem ſubiectum ſubiȳcietur ſi-
mul vtriſq; contrarȳs, tūc verificat exemplum, & dicit.
{Qm̄ autem nō eſt omniū contrariorū vna poteſtas, p
ſyllogiſmum oſtenſum eſt, & ſic poſitio antecedētis per
aliquam figurā reſoluta eſt, ſed quoniā diſciplina non eſt
vna, non eſt oſtenſum per ſyllogiſmum, quāuis cōfiteri
ſit neceſſe ex hypotheſi, & hoc dicit. {At non ex ſyllo-
giſmo, verum ex hypotheſi, tunc quaſi epilogādo dicit.
{Hoc igitur, i. hanc hypotheticā non eſt reducere, quo-
niam, diſciplina vna contrariorum non eſt vna poteſtas
contrariorum. Hic enim. ſ. in poſitione antecedentis, ꝙ
videlicet vna poteſtas nō ſit contrariorum, fortaſſe erat
ſyllogiſmus, in hypotheſi autem non erat. Sic igitur per
ſpicuū eſt in ſyllogiſmis ex hypotheſi, qui fiunt per tran
ſumptum, non totis reſolui in aliquam figuram, ſed ſolū
reſoluitur poſitio antecedentis, non autē hypotheſis, &
non ſolum antecedētis poteſt reſolui, ſed etiam cōſequē-
tis deſtructio. Plato autem, vt Philoponus narrat nō
ſolum poſitionē, ſed hypotheſim reſoluit in figura. Ac-
cepit.n. ꝙ ſi viuens & mortuum ex ſe inuicem ſunt, ani-
mæ noſtrę ſint in inferno, ſed viuens & mortuū ex ſe in-
uicem ſunt, ergo animæ noſtrę ſunt in inferno, verum
hoc raro fit, & non ſemper. Ex hoc loco accipit aliquam
eſſe conſequentiā, q̄ non pōt reduci ad figurā aliquā, &
ſic acceperunt ex his Sorticolæ tractatū, qui de cōſequē-
tȳs eſt. Non.n. oportet omnem conſequentiā reduci in
figuram, veluti nec omnem hypotheſim, ſolum autē ea
conſequetia reducitur, quæ eſt enthymema. Quo ve-
ro ad verba attinet, animaduerte ꝙ, cum Ariſto. dicit
hypoteſes ad placitum concedi, non intelligas omnino
abſq; ratione. Quoniam conceditur aut virtute oppoſi-
tionis, vt in ſyllogiſmis per impoſsibile, aut virtute loci
dialectici, & propter aliq̄ maximam ex loco conſtitutā,
vt puta, aut ex ſimili, aut à maiori, aut à minori, aut à cō
trario, aut alio modo, ſed hęc dicūtur cōceſſa ad placitū,
quia non vi ſyllogiſmorū. Vnde hypotheſis in Secūdo
libro de Cœlo, quę eſt, ꝙ, ſi luna ſit ſphærica, omnes ſtel-
læ ſint ſphæricæ, cōceditur loco à ſimili. Et ſimiliter, ſi
vna potentia non eſt contrariorum, nec diſciplina erit
contrariorum, etiam loco à ſimili conceditur.

Vnde Sorti-
colæ accepe
runt.
Aduerte.

Similiter autem & in his, qui per impoſsibi
le concluduntur. nam neq; hos eſt reſoluere,

E ſed ad impoſsibile quidem reductionem eſt,
ſyllogiſmo enim monſtratur, alterum autem
non eſt, nam ex hypotheſi concluditur.

Cōment. 114. Nunc idem oſtendit in his ſyllogiſmis, qui per impoſ-
ſibile concluduntur, & primo proponit intentum, & di-
cit. {Similiter autem, & in his, qui per impoſsibile con-
cluduntur. } ſubaudi non eſt reſoluere in aliquam figu-
rarum, & per ſyllogiſmos ad impoſsibile ducentes nō in
telligit ſyllogiſmos, in quibus ex oppoſito concluſionis
cum altera propoſitionum ſyllogizatur oppoſitum alte
rius, vt fit in Barocco, & in Broccardo quemadmodum
Albertus intellexit, quoniam ſic vterq; ſyllogiſmus re-
ſolueretur in aliqua figura, vt ſuperius declarauit Ariſt.
nam in Barocco primus ſyllogiſmus eſt in ſecunda figu-
ra, & ſecūdus fit in Barbara, in Broccardo vero. Primus
ſyllogiſmus eſt in tertia figura, & ſecundus in prima, &
in cæteris eodem modo. Quid igitur per ſyllogiſmos,
F qui fiunt per impoſsibile Ariſto. velit, non vna ratione
exponitur. nam vno modo intelligi poteſt ſyllogiſmus
ex falſis & impoſsibilibus, ex quibus ſyllogizatur aliq̄d
aperte falſum, & vlteriꝰ aliud magis aperte falſum, vt ſi
aliquis concedat, ꝙ omnis homo ſit lapis, ſyllogiſmus
erit, omnis homo eſt lapis. omne riſibile eſt homo, ergo
omne riſibile eſt lapis, tunc vltra, omne riſibile eſt lapis,
ergo omne riſibile eſt inſenſitiuū, & ſic vlterius ſemper
ſyllogizando falſum & impoſsibile magis apertum, in
quo proceſſu patet primum eſſe ſylllogiſmum, cæteros
vero non eſſe ſyllogiſmos. Primus quidem eſt ſyllogiſ-
mus, quia reſolubilis in tres terminos, & in duas propo-
ſitiones. Secundum vero ex hypotheſi, & non ſyllogiſti
cus. Philoponus vero vult ꝙ omnis ſyllogiſmus du- Philopon.
cens ad impoſsibile habeat tria, propoſitum, reductio-
nem, & hypotheſim. Propoſitum quidem eſt, vt hoc,
videlicet aliquod animal non eſt æquus, vel aliquod ta-
le. Tunc quæritur, aut eſt ita ꝙ aliquod animal non ſit
G æquus, aut eius oppoſitum, videlicet omne animal eſt
æquus, ſi eius oppoſitum, ſyllogizo ſic, omne animal eſt
æquus, omnis homo eſt animal, hæc.n. eſt aperte vera,
ergo omis homo eſt æquus, quæ eſt aperte falſa. Tunc
aliud quod habet eſt hypotheſis, Hypotheſis autem eſt,
duarum contradictoriarum, Si vna eſt falſa, altera eſt ve
ra, & ita, quia concluſio eſt aperte falſa, & non minor,
quę eſt aperte vera, ergo maior, maior eſt, omne animal
eſt æquus, hæc eſt aperte falſa, ergo cōtradictoria eſt ve-
ra, videlicet aliquod animal non eſt æquus. Duorum.n.
contradictoriorum ſi alterum eſt falſum, alterum eſt ve-
rum, eſt ergo hypotheſis duarum contradictoriarum, ſi
altera eſt falſa, altera vera eſt, vel ſi ad alteram ſequitur
falſum & impoſsibile, altera eſt vera, quare, ſi concluſio
eſt aperte falſa, & altera propoſitio eſt vera, oportet al-
teram eſſe aperte falſam, reductio vera eſt concluſio quę
ſequitur ex contradictoria propoſiti. Tunc vult, ꝙ nec
propoſitum neq; hypotheſis ſyllogizetur, ſed concluſio
H aperte falſa, quę ſequitur ex contradictorio propoſiti, vi
delicet illa, omnis homo eſt æquus, & ſic non totus ſyl-
logiſmus per impoſsibile reſoluitur ī aliquam figuram,
ſed illæ, qui probat concluſionem aperte impoſsibilē ex
impoſsibili conceſſo, cum altera aperte vera. Dicit, ſimi
liter autem & in his, qui per impoſsibile concluduntur,
hoc eſt in his, qui aſſumpto impoſsibili, concludūt aper-
te falſum: nam neq; hos eſt reſoluere, ſ. totos, ſed eſt reſol
uere ſolum reductionem ad impoſsibile, hoc eſt ſyllogiſ
mum, qui ex impoſsibili infert concluſionem aperte im
poſsibilē, cuius cauſam affert, & dicit ſyllogiſmo. n. mō-
ſtratur. ſ. illa reductio, ſed alterū. ſ. hypotheſim non eſt. ſ.
in figuram reſoluere. Nam ex hypotheſi concluditur.
Sunt. n. in tali ſyllogiſmo tria, propoſitum, vt illa propo
ſitio aliquod animal non eſt æquus, reductio, videlicet
illa propoſitio omnis homo eſt æquus. Et hypotheſis
quæ eſt, duarum contradictoriarum ſi altera falſa, vel ſi

ad eam

Cōmē. 114.

Quæſtio pul
chra.

Solutio Iu-
niorum.

Dubō.

ad eam ſequitur falſum, altera vera eſt, quare ſi cõcluſio eſt falſa, & nõ altera propoſitio, ergo altera. Harũ trium propoſitionũ non reſoluitur in ſyllogiſmũ, ſed probatur per oppoſitũ, quoniã ſi nõ aliquod animal nõ eſt ęquus, ergo omne animal eſt æquus, per regulã æquipollentiarũ, tũc vltra omne animal eſt æquus, & omnis homo eſt animal, ergo omnis hõ eſt ęquus. Hęc eſt aperte falſa, & nõ pro minori, quæ eſt apte vera, ergo pro maiori. Qua re eius oppoſita erit vera. Patet ergo ꝙ ſola reductio reſoluatur in figurã. Nõ autẽ propoſitum, nec hypotheſis.

Differunt autem a prædictis, quoniã in illis quidẽ oportet prius confiteri, ſi debeat concedere, vt ſi oſtendatur vna poteſtas contrariorum, & diſciplinam eſſe eãdem. Hic autem & non prius cõfeſsi cõcedunt, eo ꝙ manifeſtum ſit falſum, vt poſita Diametro ſymmetro eo ꝙ imparia eſſe æqualia paribus.

B

Cõmẽ. 324. Cũ dixiſſet quaſi cõueniẽtiã inter hos duos hypotheticos ſyllogiſmos, quatenus vterq; ex hypotheſi eſt, nũc ponit differẽtiã, & vult vt Philoponus exponit, ꝙ ſyllogiſmus hypotheticus, qui eſt ꝑ trãſumptũ, nõ põt ex hypotheſi inferre cõcluſionẽ principalẽ probatã, niſi ex cõpoſito fiat hypotheſis præcõfeſsio. Nõ. n. ſeqtur diſciplinã eſſe cõtrariorũ, niſi ſupponat̃ illa hypotheſis, videlicet, ꝙ ſi poteſtas eſt vna cõtrariorũ, nec ẽt diſciplina eſt vna cõtrariorũ. Syll'ſ autẽ per impoſſe põt ſyllogizare ꝑ cõcluſionẽ principalẽ neceſſario, nulla ipſius hypotheſis facta p̃confeſsione. Qm̃ ſeqtur cõcluſio principalis ꝑ naturã ac legẽ cõtradictoriarũ, quę eſt, ꝙ ſi vna ſit falſa, vel ducẽs ad falſum, altera ſit vera. Hęc. n. hypotheſis ſiue p̃ cõcedatur, ſiue nõ, ſemp ſyllogiſmus fit, & ſequit̃ oppoſitũ. Dicit differũt autẽ à p̃dictis, qui fiũt per trãſumptũ, qm̃ in illis quidẽ, oportet hypotheſim prius cõfiteri ſi debeat aduerſarius cõcedere principalẽ concluſionẽ. Vt ſi oſtẽdatur, vna poteſtas eſt cõtrariorũ, & diſciplinã eſſe eãdẽ cõtrariorũ. Nõ. n. põt cõcluſio principalis ſeq, niſi p̃confeſsiõe hypotheſis. Hic autẽ, hoc eſt, in ſyllogiſmis autẽ per impoſſe & non prius aduerſarĩ p̃confeſsi hypotheſim cõcedũt cõcluſionẽ principalẽ, eo ꝙ ex illius ꝓpoſiti oppoſito manifeſtũ ſit falſum. Modo duarũ cõtradictoriarũ, ſi altera ſit falſa, vel id ad qđ ſequit̃ falſum, altera erit vera. Et ponit exẽplũ, vt poſita Diametro Symmetro hoc eſt cõmenſurabili cõſtę, ſtatim ſeqtur impoſſe, eo ꝙ ſeqtur imparia eſſe æqualia paribus. Geometra. n. vt Philoponus ingt. Volẽs oſtẽdere, ꝙ Diameter coſtę incõmẽſurabilis ſit, vtit̃ deductione ad impoſsibile per ſyllogiſmũ hypotheticũ hoc modo, qa ſi nõ ſit ĩcõmẽſurabilis, cõmẽſurabilis erit, ſed ſi cõmẽſurabilis ſit, imparia erũt æqualia paribus, nõ ergo cõmẽſurabilis. Vbi patet ſyllogiſmũ fieri nõ ex p̃confeſsione hypotheſis. Sed circa hæc quęrũt an ſecũdus proceſſus in ſyllogiſmo per trãſumptũ, poſsit reſolui in figurã aliquã. Et videt̃ ꝙ ſic, qm̃ trãſumptio eſt cõſequẽtia. Omnis autẽ conſequẽtia eſt ſyllogiſmus impfectus, q ad ꝑfectũ reſolui põt. Quare trãſumptio reſolui põt in figurã. Iuniores rñdent ꝙ ſyllogiſmus ſit duplex oſtẽſiuus, qa Boetio categoricus dicitur, & hypotheticus. Neceſsitas ſyllogiſmi categorici eſt per dici de omni vel dici de nullo. Neceſsitas vero ſyll'i hypothetici eſt per aliquã habitudinẽ localẽ, & aliquando per naturã oppoſitionis. Et cõcludit propoſitũ vel à poſitione antecedẽtis, vel à deſtructione antecedẽtis. Tũc dicũt, ꝙ ſyllogiſmi ex hypotheſi nõ poſſunt reſolui in ſyllogiſmũ categoricũ, ſed bene in hypotheticũ. Sed adhuc dubitat̃, qm̃ omne argumẽtũ eſt aut ſyllogiſmus, aut enthymema, aut inductio, aut exẽplũ, ſed hæc omnia, vt ſecũdo huius dicitur reduci poſſunt in ſyllogiſmũ categoricũ. Quare cũ ſyllogiſmus ex hypotheſi ſit argumẽtũ, relinqtur ꝙ debeat reduci in ſyllogiſmũ categoricũ. Pręterea enthymema dicit̃ argumẽtũ breue ex

Quæſtio pulchra.

Solutio Iuniorum.

Duhõ.

A vna propõne altera ſeruata ĩ mẽte. Ergo eſt ſyllogiſmꝰ: ſed ſyllogiſmus ex hypotheſi ẽ enthymema, ergo eſt ſyllogiſmus. Exẽplũ etiã dicit̃ paradigma, á para quod eſt iuxta, & digma, hoc eſt ſignũ, quaſi ſignũ quod eſt iuxta aliquid, exiſtẽs in mẽte noſtra formatũ, ergo eſt ſyllogiſmus. Quare cũ ſyllogiſmus ex hypotheſi ſit aut exẽplũ, aut enthymema, omnino erit reſolubilis in aliquã figurã. Dicẽdũ ꝙ Iuniores bene dixerũt. Nõ. n. omnis ſyllogiſmus ex hypotheſi reſolubilis eſt in aliquã figurã, ſed bene in aliquẽ ſyllogiſmũ, qa aut ad hypotheticũ, aut ad categoricũ. Cũ vero dicitur ꝙ in ſecũdo Priorũ Ariſto. dicit omne argumẽtũ reſolui in figurã. Intelligendũ eſt, nõ ſm totũ, ſed ſecũdũ aliquid ſui, vt ibi videbitur. Sic etiã ſyllogiſmus ex hypotheſi ſm aliquid ſui reſoluit̃ in figurã, qm̃ poſitio antecedẽtis, vel deſtructio cõſequẽtis in figurã reſoluitur. Hypotheſis autẽ non. Cũ vero dicitur enthymema, & exẽplũ tenere virtutẽ propõnis, quę eſt in mẽte, dicẽdum ꝙ illa propoſitio non eſt maior vel minor ſemper, ſed eſt dignitas, virtute cuius exemplum vel enthymema habet neceſsitatem. Verum de his in Rhetoricis ludicris libro ſecundo copioſe dictum eſt.

Enũto. 1.

Plures autem & diuerſi terminantur ex cõditiõe, quos proſpicere oportet, & notare apte. Quæ ergo horum differentiæ, & quoties fiunt, qui ſunt ex hypotheſi, poſtea dicemus: nũc autem tantũ ſit nobis manifeſtũ, quoniã non eſt reſoluere in figuris huiuſmodi ſyllogiſmos, & ob quam cauſam dixímus.

Cõmẽ. 325. Quia dixit ſyllogiſmos ex hypotheſi nõ oportere oẽs in figurã reſoluere, & declarauit hoc in duabus ſpeciebus, ſ. in ſyllogiſmis ex hypotheſi per tranſumptũ, & in ſyllogiſmis ex hypotheſi per impoſsibile, & nõ in omnibus, cũ ſint plures alĩ quaſi ſe excuſans ab vlteriori inductione, dicit. Plures autẽ, & diuerſi ſyllogiſmi terminãtur ex cõditione, hoc eſt ex hypotheſi, quos oportet proſpicere, & notare apte ac diligẽter, & exponere qũo nõ reſoluãtur in figurã. Tunc remittit ſe ad librũ, qui de his eſt, & dicit. {quæ ergo horũ differentiæ, & quoties fiũt, qui ſunt ex hypotheſi ſyllogiſmi, poſtea dicem⁹.} Vbi Philoponus dicit, expoſitores dicere ꝙ nõ appareat, vbi de eis Ariſtoteles dicat. Fortaſſe aliqua dicet ſecũdo huius & in Topicis. Secũdo enim huius agit de ſyllogiſmis ex hypotheſi, qui ſunt per impoſsibile, in Topicis vero de his, qui ſunt per virtutẽ loci, reſumit autem nũc quid per hæc perſpicuũ eſt, & dicit. {Nũc autẽ tãtũ ſit nobis manifeſtũ, quoniam nõ eſt reſoluere in figuras huiuſmodi ſyllogiſmos, & ob quam cauſam, non reſoluũtur in figuram diximus. Hæc de ſyllogiſmis ex hypotheſi.

Cap. ii. De reciproca reſolutione ſyllogiſmorũ vnius figuræ ĩ aliã.

QVæcunq; autẽ in pluribus figuris mõſtrãtur problematũ, ſi in altera ſyllogizetur, eſt reducere ſyllogiſmũ in alteram, vt eũ, qui in prima eſt priuatiuum, in ſecũdam figuram, & eum, qui in media eſt, in primam, non omnes autem, ſed quoſdam.

D

cõmen. 326. Caput iſtud inſcribit̃ de reciproca reſolutione ſyll'orũ vnius figuræ in aliã, qa docet qũo vna figura reſoluat̃ in alterã, & ecõuerſo. Sed quoorſum hæc, nõ clare patet. Quidã dixerũt Ariſtotelẽ hoc facere, qm̃ docuit qũo oratio ſyllogizãda reſoluatur in figurã, at nũc intẽdit declarare, qũo oratio ſyllogizata in altera figura, poſsit reduci in alterã, quæ expoſitio alberti eſſe videtur. In iuuẽta diximus Ariſtotelem declaraſſe vnam concluſionem per vnum mediũ ſyllogizari vno ſyllogiſmo, ideo quia quis poteſt dubitare an cõcluſio per vnũ mediũ ſyllogizabilis pluribus figuris ſyllogizari poſsit, propterea declarat quomodo cõcluſio vno medio ſyllogizabilis, põt ſyllogizari pluribus figuris. Philoponus autẽ, vt mihi videtur, rectius exponit. Vult enim ꝙ Ariſto. per hæc


Prima expoſitio.

Secunda.

Tertia Philoponi expoſitioni.

doceat, ꝙ nō oporteat, ſi componens ſyllogizauit problema in vna figura, vt roſoluat etiā illud ſolū ī illa figura, in qua compoſuit. Qm̄ quādo problema eſt in pluribus figuris ſyllogizabile, poteſt eſſe cōpoſitum in vna figura, & reſolui in pluribus, & hoc proponit, & dicit. ⁊Quæcunq; autē problematum in pluribus figuris mō ſtrantur, vel demonſtrari poſſunt, dato ꝙ in altera tantū ſyllogizetur, & ſit cōpoſitum ſolum in altera, reſolui tū poteſt in pluribus, & hoc dicit. ⁊Si in altera per cōpoſitionē ſyllogizetur, eſt reducere ſyllogiſmū, per quē ſyllogizatū eſt, in alteram, & ſic reſolui poteſt in pluribus. Quare bene dictum eſt, ꝙ nō oportet vt reſolutio fiat in vna figura, ſi cōpoſitio fuerit facta in vna figura, qm̄ problema poteſt ſyllogizari in pluribus figuris. Quo vero ad verba attinet, dicit. Quæcunq; problematū in pluribus figuris monſtrantur, qm̄, ſi problema nō eſſet niſi vna figura demōſtrabile, reſolui nō poſſet, niſi in illa. vt Barbara, nō poteſt reſolui niſi in prima, & Barocco ſolū in ſecunda, & Broccardo ſolū in tertia, qm̄ ſolū per vnā figurā ſyllogizari poſſunt. Et exponit, quod dixit. Et inquit. ⁊Vt eū ſyllogiſmū priuatiuū, qui eſt in prima, videlicet celarēt, reſolui ac reduci pōt in ſecundā figurā, & eum, qui in media eſt figura, reſolui pōt in primā. Limitat tamē propoſitionē hāc, & dicit nō omnes autem, qui in ſecūda ſyllogizati ſūt, ad primā reſolui ac reduci poſſunt, ſed quoſdā, quoniam tres primos videlicet Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Barocco autem non, vt dictum eſt. Hæc de intentione.

Erit autem in ſequentibus manifeſtum. Si enim A nulli B: B autem omni C: A nulli C, ſic ergo prima figura. Si autem conuertatur priuatiue, media erit. nam B A quidem nulli C autē omni inerit. Similiter autem & ſi non vniuerſalis, ſed particularis ſit ſyllogiſmus, vt ſi A quidem nulli B, B autem alicui C. Conuerſa.n. priuatiua, media erit figura.




Celarēt, Ferio quæ maioris cōuerſione ad ſecundā reducuntur figurā ad Cæſare, ac Feſtino.

Cōmē. 327.

Nunc percurrit omnes figuras, & primo reducit primā figurā in ſecūdā. Et delarat qūo problema ſyllogizabile in pluribus figuris, cum in prima ſyllogizatur, reducatur aut reſoluatur in ſecūdā, & hoc proponit dicēs, ⁊erit autē illud qđ diximus, in ſequētibus manifeſtū. ſ. percurrēdo omnes modos figurarū, vñ percurrēdo vnū quēq; oſtēdit, ꝙ quartū modū in ſecūda, & quintū in tertia, impoſsibile eſt ad alterā reſoluere figuram, & dicit. ⁊Si enim A nulli B, ſubaudi ineſt, ita vt hęc ſit maior, nullum B eſt A: B autē omni C, ita vt hęc ſit minor omne C eſt B: A nulli C, ſubaudi inerit, & ſic concluſio erit, nullum C eſt A: ſic ergo eſt prima figura, & ſecūdus modus primæ videlicet celarēt. Tūc docet hūc modū reſoluere, ac reducere ad ſecūdā videlicet ad Ceſare. Et dicit, ſi aūt cōuertat priuatiua, videlicet maior, in terminis, erit propō nullū A eſt B, & ſic erit media figura, nā B qđē nulli A ineſt, qm̄ nullū A eſt B, caūt ipſi oī inerit ipſum B. Et ſic ſequit, ꝙ nullū C eſt A in Ceſare. Sīr mō docet reducere ferio in feſtino, & dicit. Sīr autē & ſi nō vniuerſalis, ſed p̄ticularis ſit ſyll's, qui fit in prima figura, & exponit ip̄m, & dicit, vt ſi A quidē nulli B ineſt, B autē alicui C ineſt, erit ſic ſumptis ſyll's in ferio. In feſtino aūt erit p̄ cōuerſionē, qđ exponit, & dicit, cōuerſa.n. priuatiua, videlicet maiorę in terminis, media erit figura, qa ſequitur nullū A eſt B. Quoddā C ē B. Ergo quoddā C nō eſt A. Quo vero ad terminos attinet. Animaduerte ꝙ termini qbus vtit, ſunt A B C. A quidē extremināS, maior, B autē medium, C autē extremitas minor, vt capitulo de figuris fecit. Cōſiderādū.

Eorū āt ſyll'orū, q ſunt in ſecūda figura, vl'es qđē reducūtur in primā figurā, p̄ticulariū āt alter ſolū. Inſit.n. A B quidē nulli, C vero oī, cōuerſa priuatiua, prima erit figura. nā B quidem nulli A, A aūt omni C inerit. Si autē p̄dicatiuū quidē ſit ad B, priuatiuū autē ad C, primus terminus ponēdus eſt C: hoc.n. nulli A, A aūt omni B: quare nulli B inerit C ergo & B nulli C, cōuertitur.n. priuatiua. Si autē particularis ſit ſyllogiſmus, quādo priuatiuū quidē erit ad maiorē extremitatē, reſoluetur in primā figurā. vt ſi A quidē nulli B: A autē alicui C, cōuerſa.n. priuatiua, prima erit figura, nam B quidē nulli A A autem alicui C, quando vero prædicatiuum, nō reſoluetur, vt ſi A quidē omni B, C vero nō omni, non enim ſuſcipit cōuerſionem A B, neque cum fit, erit ſyllogiſmus.



Cæſare. Cameſtres. Feſtino qūo tū cōuerſione, tū premiſſarū trāſpoſitione reducūtur ad cælarēt, ac Ferio primos figuræ modos.

Cōmē. 328.

Nūc docet per exēpla reducere ſyll'os q fiūt in ſecūda figura ad primā, vt Ceſare quidē ad celarēt cōuerſione ſolius maioris. Cameſtres autē, cōuerſione minoris, & cōuerſione cōcluſionis & p̄mutatione extremorū. Feſtino deniq; ad ferio, cōuerſione maioris tātū. Et dicit, eoꝝ aūt ſyll'orum, qui ſunt in ſecūda figura, vniuerſales qđē, reducētur in primā figurā. ſ. oēs. Particulariū autē alter ſolū videlicet feſtino. Barocco aūt nō. Et ꝙ ita ſit, exponit, & dicit, inſit.n. A B quidē nulli, ita vt ſit maior, nullū B eſt A: C vero oī, ita vt minor ſit, oē C eſt A. Cōuerſa priuatiua, hoc eſt A B maiori, prima erit facta figura, nā B q dē nulli A inerit, A aūt, oī C inerit, quare & nulli C inerit B videlicet in celarēt. Deinde exēplificat in Cameſtres, & dicit, ſi aūt p̄dicatiuū qdē ſit ad B, hoc eſt ad maiorē extremitatē. Priuatiuū, aūt ſit ad C hoc eſt ad minorē extremitatē. Primus termin⁹ hoc eſt maior extremitas ponēdus eſt C videlicet per cōuerſionē cōcluſionis. Hoc.n. ſcilicet C nulli A inerit, A autem omni B. Quare conuerſa

minor

Aduertēdū.

Nota.

Barocco q ī ſecūda, nō reducitur ad primā niſi p impoſsibile: nā ambę forent particulares.


Cōmē. 329.

Cōſiderādū.

minori & conclusione nulli B inerit C, ergo per reuocationē & B nulli C inerit. Cōuertitur enim priuatiua. At conuersa cōclusione fit quod erat à principio, videlicet ꝙ nulli C insit B. Hoc enim in secunda conclusum erat. Patet ergo qūo vſes in secunda reſoluantur in primam.

Aduertēdū. Animaduerte tñ, ꝙ Cameſtres reſoluitur ad cęlarent, conuersa minori, & transpoſita extremitate maiori ad minorem, & sic sequitur conclusio conuersa. Eadem tamen conclusio sequetur, sed non per syllogiſmum, sed p transumptum, vt poſtea dicemus. Deinde declarat quo modo particulares, & dicit {ſi autem particularis ſit syllogiſmus, vt in feſtino, quando priuatiuum quidem erit ad maiorem extremitatem, reſoluetur in primam figuram, cuius exemplum affert, & dicit {vt ſi A nulli B inſit, A autem alicui C, conuerſa enim priuatiua, videlicet A B prima erit figura. nā B quidem nulli A ineſt, A autē alicui C, & ſic fit ferio.

Nota. Quo vero ad verba attinet. Animaduerte in translationibus legi corrupte, verba illa, B autem alicui C, ſed legantur, A autem alicui C: ſic enim in græco habentur. Deinde exponit quis particularis non poteſt reſolui in primam, & dicit. {quādo vero p̄dicatiuum, ſubaudi erit ad maiorē extremitatem, vt in barocco, nō reſoluetur hic modus in primā figuram, vt ſi A q̄dē omni B inſit, ita vt maior ſit omne B eſt, A C vero nō omni, ita vt minor ſit, quoddam C nō eſt A, hic in primā non reſoluetur. Et cauſam affert, & dicit {non enim A B ſcilicet maior ſuſcipit conuerſionem, ſcilicet in terminis neq; cum fit, ſcilicet conuerſio in parte, erit ſyllogiſmus, quoniam relinquetur ex puris particularibus.



Barocco q i ſecūda, nō reducitur ad primā niſi p impoſsibile: nā ambę forent particulares.


Cōmē. 529. Quo vero ad verba attinet, cū Ariſtoteles dixit nō. n. ſuſcipit cōuerſionē A B, nō intelligit ſimpliciter, quoniā cū ſit vniuerſalis affirmatiua, ſaltē in parte conuertitur, ſed dicit, ꝙ nō ſuſcipiat cōuerſionē idoneam ad reductionem faciendā in primam figurā, propterea ſubdit, neq; cū fit, ſ. cōuerſio in parte, erit ſyllogiſmus, nā remanebit vtraq; particularis, ex qbus nullus fit ſyllogiſmus. Vſus autem eſt hic A, pro medio, B pro prædicato cōclusionis, C autem pro ſubiecto, vt in capitulo de figuris fecit.

Rurſus qui in tertia quidem figura ſunt, nō reſoluūtur omnes in primam, qui autem ſunt in prima, omnes in tertiam.

Nūc docet reducere figurā primā in tertiā, & ecōuerſo. Et primo proponit id, quod vult declarare, & dicit. Rurſus, qui in tertia quidē figura ſunt, non reſoluuntur omnes in primā, quoniā nō quintus, videlicet Broccardo. Qui autē ſunt in prima, omnes reſoluuntur in tertiā.

Cōſiderādū. Quo vero ad verba attinet. Animaduerte hæc verba non ſic legi in veteribus translationibus, leguntur enim hoc pacto. Qui autē ſunt in prima nō omnes in tertiā, & ſic velle videtur, ꝙ nec omnes qui ſunt in tertia, reſoluātur ad primam, nec omnes, qui ſunt in prima, reſoluātur in tertiam, quoniam non niſi particulares primæ. In codicibus vero græcis legūtur verba hæc, vt diximus. Videlicet, qui autem ſunt in prima, omnes in tertiam, & tu intellige de particularibus.

Inſit enim A quidem omni B, B autem alicui C, ergo quia conuertitur particularis prædicatiua, inerit & C alicui B, A vero omni B inerat, quare ſit tertia figura, & ſic priuatiuus ſit ſyllogiſmus, ſimiliter, conuertitur enim particularis affirmatiua, quare A quidem nulli B: C autē alicui inerit.




Dari, Ferio qūo reducūtur ad tertia minoris conuerſione, ad Darapti, ac Feriſon.

Propoſita intentione, nunc exequitur, & primo docet reſoluere particularis ſyllogiſmos primæ in tertiam, & dicit. {Inſit enim A quidem omni B, ita vt hæc ſit maior, omne B eſt A, B autem alicui C, ita vt minor ſit quoddam C eſt B, ergo, quia conuertitur particularis prædicatiua, quæ eſt minor, videlicet, B C, inerit & C alicui B, ita vt minor ſit aliquod B eſt C, A vero in maiori inerat omni B, quare fit tertia figura, minori conuerſa. Deinde docet reſoluere particularem negatiuum, & dicit {& ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus, ſimiliter reſolui poteſt in tertiā, etiam conuerſione minoris, & dicit conuertitur enī particularis affirmatiua, hoc eſt B C, minor, quare A quidem nulli B inerit, ita vt maior ſit, nullū B eſt A, C autem ipm inerit alicui. ſ. B, ita vt minor ſit, quoddam B eſt C. Quare eadem erit concluſio videlicet ꝙ quoddam C non eſt A. vtitur autē A pro prędicato problematis, C pro ſubiecto, B autem pro medio vt fecit prius. Cōmē. 530.

Eorum autem ſyllogiſmorum, qui ſunt in poſtrema figura, vnus tantum non reſoluitur in primam, quando non vniuerſalis ponitur priuatiua. Alij autem omnes reſoluuntur.

Nunc docet econuerſo reducere ſyllogiſmos tertię figurę in primā. Et primo proponit ſuā intentionē, & dicit {eorum autē ſyllogiſmorum, qui ſunt in poſtrema figura, vnus tm̄ nō reſoluitur in primā, qñ videlicet non vniuerſalis ponitur priuatiua, vt Broccardo, alij autem omnes reſoluuntur in primam figuram. Cōmē. 531.

Prædicentur enim de omni C, & A & B: ergo, cum conuertetur C ad vtrunque particulariter, inerit A alicui B, quare erit prima figura, ſi quidem A omni C, C vero alicui B, & ſiquidem A omni C, B autem alicui, eadem ratio, conuertitur enim ad B C. Si autem B q̄dem omni C, A autem alicui C, primus terminꝰ ponendus B, nā B omni C, C autē alicui A, quare B alicui A: quoniam autem conuertitur particularis, & A alicui B inerit. Darapti. Diſamis.




Darapti, Disamis quiter tiæ figurę cõ iugatõe ad Darii reducuntur conuerſione, & trãſpoſitiõe.

Cõmẽ. 332. Cũ ꝓpoſuiſſet ꝙ ecõuerſo ſyllĩ tertię figurę poſsint reſolui ĩ primã, nũc illud declarat, & prĩo ĩ affirmatiuis, ſecũdo ĩ negatiuis. & declarãdo ĩ affirmatiuis, prĩo hoc exponit in darapti, & dicit ſ prędicentur. n. de oĩ C medio, et A & B extremitates, vt A maior, & B minor, vt ſint põdicatiões hę, oẽ C eſt A, oẽ C eſt B, ergo ſubaudi cũ cõuertẽt C particulariter ad vtrũq; tã ad A maiorẽ, q; ad B minorẽ, qa vtraq; cõuerti põt in ꝑte, cõuertat tñ minor, ꝓpõ, & tũc ſequtur ergo, ꝙ A, inerit alicui B, quare erit prima figura, ſiqdẽ A oĩ C, C vero alicui B inſunt, hęc. n. diſpõ eſt primę figurę, & ſiqdẽ A oĩ C, B aũt alicui C, eadẽ rõ eſt, cõuertit. n. ad B C, propõ minor, & fit rurſus prĩa figura. Deinde hoc exponit in diſamis, & dicit, ſi aũt B qdẽ oĩ C ineſt in minori propõne, ita vt minor ſit, oẽ C eſt B, A aũt alicui C inſit in maiori, ita vt maior ſit, aliquod C eſt A, cum inquã ita fit, reſoluẽdo in primã figurã. Primꝰ terminus ponẽdꝰ B in cõcl'one, ita vt fiat maior extremitas. nã tũc hoc facto, B oĩ C ineſt in maiori propõne, C aũt ineſt alicui A. Quare B inerit alicui, & ſic ſyllogizat ĩ prĩa cõuerſa cõcl'one, & maiori in parte, trãſpoſitiſq; extremis, qm̃ aũt cõuertitur particularis, quare cõuerſa cõcl'one iterꝝ reuocatio erit ad primã cõcluſionẽ, & A alicui B inerit, & ſic fiet eadẽ cõcluſio: eſt tñ hęc dria, qm̃ fit eadẽ cõcluſio nõ ꝑ ſyll'm, ſed ꝑ trãſumptũ, nã cõcluſio, ꝙ aliquod A ſit B, ſequitur per cõuerſionẽ, ꝙ aliquod B ſit A, verꝝ hoc eſt per trãſumptũ, & nõ per ſyllogiſmũ. In cęteris vero ſequitur eadem concluſio per ſyllogiſmum.


Et ſi priuatiuꝰ ſit ſyll's vl'ibus terminis, ſil'r ſumẽdũ. Inſit. n. B oĩ C, A aũt nulli C, ergo alicui B inerit C, A aũt nulli C, quare erit mediũ C. Similiter aũt, & ſi priuatiua qdẽ ſit vl'is, põdicatiua aũt particularis, nã A quidẽ nulli C, C autem alicui B inerit.

Felapton Ferison.



Broccardo ꝑ Felapton Ferisõ binę negatiuæ cõiugationes tertiæ, minoris conuerſione qũo reducuntur ad primã ſ. ad ferio.

E Si aũt particularis ſumat priuatiua, non erit reſolutio. vt ſi B qdẽ omni C, A aũt alicui C nõ ineſt, cõuerſa enim B C, vtrę; propoſitiones erunt particulares.



Broccardo per impoſsibile reducit ad primã, nõ autẽ conuerſione, ambæ enim eſſent particulares.

F Nunc docet reſoluere negatiuos tertiæ figuræ ad primã, & vtitur terminis cõſuetis in tertia, videlicet A prõdicato problematis, maioriq; extremitate, B vero ſubiecto problematis, minoriq; extremitate, C autẽ pro medio. Et dicit, & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus vniuerſalibus exiſtentibus terminis, vt Felapton. Similiter ſumẽdum eſt per cõuerſionẽ minoris particularis affirmatiue, vt fuit dictũ ĩ affirmatiuis, & hoc exponit, & dicit. inſit enĩ B omni C, ita vt minor ſit, oẽ C eſt B, A aũt nulli C, inſit in maiori, ita (vt maior ſit nullũ C eſt A. Ergo per cõuerſionẽ alicui B inerit C. A autem nulli C inerat) Quare erit medium C reſolutione facta in prima figura. Hoc idẽ declarat in particulari, & dicit, ſimiliter aũt & ſi priuatiua quidẽ ſit vniuerſalis, ꝓpoſitio, quæ eſt maior, velut in Ferison, prędicatiua aũt particularis, nã A quidem nulli C inerit in maiori, vt maior hęc ſit, nullum C eſt A, C autem alicui B inerit per conuerſionem, & ſic reſolutio erit in prima figura, cõuerſione minoris. Deinde exponit modum, qui nõ reſoluitur ĩ primã figurã, & dicit. Si

Cõmen. 331.

G aũt particularis ſumatur priuatiua, vt in Broccardo nõ erit reſolutio ſcilicet in primã figurã. Vt ſi B quidẽ omni C inſit in minori, A autẽ alicui C nõ ineſt, cõuerſa enim B C, ſcilicet minori, vtrę; propoſitiones erunt particulares, ex quibus ſit nullus ſyllogiſmus.

Manifeſtum autem, qm̃ ad reſoluẽdũ ad ſe inuicẽ figuras, quę ad minorẽ extremitatẽ eſt propoſitio, cõuertenda in vtriſq; figuris. Hac enim conuerſa, tranſitio fit.

Cõmẽ. 334. Ex his, quæ dixit, cõcludit, ꝙ ad reſoluẽdũ primã figurã in tertiã, & tertiã figurã in primã, propõ minor cõuertẽda eſt. Dicit manifeſtum autẽ, qm̃ ad reſoluendũ ad ſe inuicẽ figuras, videlicet primã in tertiã, & tertiã in primam, vt exponit Philoponꝰ, propõ, q̃ eſt ad minorẽ extremitatẽ, hoc eſt propõ minor cõuertẽda eſt in vtriſq; figuris, videlicet prima, & tertia, hac enim cõuerſa, trãſitio fit, de prima in tertiã, & de tertia in primã. Addit

H autẽ Philoponus, ꝙ prima & ſecũda reſoluantur inuicẽ cõuerſione maioris, quæ vniuerſalis negatiua eſt. Sed dubitatur, qm̃ Diſamis, qui eſt tertius modus tertię figuræ reſoluitur in primã cõuerſione maioris, & ꝑmutationes extremitatũ. Amplius Cameſtres, q eſt ſecũdus modus ſecũdæ reſoluitur ad primã cõuerſione minoris, et ꝑ mutatione extremitatũ. Innuit ſolutionẽ Philoponus, ꝙ minor vocat, quę poſt cõuerſionẽ, in prima remanet minor. Maior vero, q̃ poſt cõuerſionẽ remanet maior, & qa in Camæſtres poſt cõuerſionẽ minoris, illa remanet maior, ideo dicit cõuerſiõe maioris reſolui in primã. Simili mõ, qa in Diſamis, conuerſa maiori remanet minor, ideo dicitur conuerſione minoris reſolui in primã.

Dubõ.

Solutio.

Eorum autem, qui in media ſunt figura, alter quidem reſoluitur, alter vero non reſoluitur in tertiam. Nam cum ſit vniuer-

Festino.

ſalis


Barocco.

Festino ſecũ dę qũo maioris et minoris cõuerſione reducitur ad tertiã. ſ. ferison.

Cõmẽ. 335.

Cur de ꝑticularibus.


salis priuatiua, resoluitur. Si enim A nulli quidem B, alicui autem C, vtraq; similiter conuertitur ad A, quare B quidem nulli A, C vero alicui, medium ergo A.



Festino secũ dę qũo maioris et minoris cõuersione reducitur ad tertiã. s. ferison.

Barocco.

Quando autem A omni B, C autẽ alicui nõ insit, non fit resolutio, neutra enim propositionum ex conuersione vniuersalis.



Boccardo p impossibile monstratur.


Cõmẽ. 115.

Nunc de resolutione syllogismorum qui sunt in secũda ad figuram tertiam, & econuerso, differit. Et prio proponit, quod intendit, & dicit, eorum autem syllogismorum, qui in media sunt figura, de particularibus loquor, alter quidem resoluitur, vt Festino, alter vero nõ resoluitur in tertiam, quia Barocco non resoluitur. Deinde exponit hoc, quod proposuit, & dicit {nã, cum sit vniuersalis priuatiua, resoluitur in tertia, vt Festino, in Ferison. Et hoc exemplo declarat, & dicit. {Si enim A nulli B, alicui autem C insit, ita vt syllogismus sit nullum B est A, aliquod C est A. Vtraq; hæc propositio conuertitur ad A, vt maior, & minor, ita vt A fiat vtriusq; subiectum. Quare si vtraque cõuersa B quidem nulli A ineſt, ita vt maior, sit nullũ A est B: C vero alicui A ineſt, ita vt minor sit aliquod A est C. Medium ergo erit A, & eadem conclusio habebitur. Deinde exponit qui nõ resoluitur in tertia, & dicit, quando autem A ineſt omni B, C alicui nõ insit, veluti fit in Barocco, nõ fit resolutio in tertiam, quoniam neutra propositio post conuersionẽ remanet vniuersalis, & sic nullus fiet syllogismus. Quo vero ad rationẽ attinet. Animaduerte, q̃ Aristo. de particularibus secundę locũtus est, qm̃ vniuersales non possent reduci, nisi cõuersis vtriusq; propositionibus, & sic problema, quod ad illas sequetur, non erit amplius vniuersale, sed particulare. Et ita non idem problema erit resolutũ in pluribus figuris.

Cur de particularibus.

A Qui autem in tertia sunt figura, resoluentur in mediam, quando fuerit vniuersalis priuatiua. vt si A, nulli C, B, autem alicui, aut omni C. Nam C A quidem nulli B autem alicui inerit.

Felapton Ferison




B

Felaptõ, Ferison, tertię, qũo ambarũ conuersione reducunt ad Festino secũ dz.

Si autem particularis sit priuatiua, non resoluetur, non enim suscipit conuersionẽ particularis negatiua.

Broccardo.



C

Broccardo tertiæ ad secundã reducitur per impossibile.

Cõmẽ. 116.

Nunc docet resoluere syllogismos tertiæ figuræ in secundam, & primo reducit vtroſq; negatiuos, & dicit, {qui autem in tertia sunt figura, resoluentur in mediã, non tamen semper, sed quando vniuersalis fuerit priuatiua, & sic tam Felapton, quàm Ferison in secundam resolui possunt. Et hæc exponit, & dicit {vt si A nulli C insit, ita vt maior sit, nullum C est A, B autem insit alicui, aut omni C, vt in Felapton, vel Ferison, ita vt sit minor, omne C, vel aliquod C, est B, sic enim fieri potest transitus in secundam. nam (vt inquit) C A quidem, nulli B autem, alicui per conuersionem inerit, & sic erit secunda figura ad idem problema. Deinde exponit, quis modus non resoluitur, & dicit, si autem particularis sit priuatiua, vt in Broccardo, hic modus ad secundam non resoluetur. Non enim suscipit conuersionem particularis negatiua, & sic non potest resolui in secundam.

Inuersus est iste ordo.

D

Manifestum ergo, quoniam idem syllogismi non resoluuntur in his figuris, qui nec in primam resoluebantur. Et quoniam in primã figuram reductis syllogismis, isti soli syllogismi per impossibile clauduntur. Quomodo ergo oportet syllogismos reducere, & quoniam resoluuntur figuræ in se inuicem, manifestum ex dictis.

Cõmen. 337. Ex his quasi corollarie infert primo, qui syllogismi resolui & qui non resolui possint in figuris secunda & tertia, & dicit. ¶ Manifestum ergo, quoniam idē syllogismi non resoluuntur in his figuris, s. secūda & tertia, qui nec in primam resoluebantur, vt Barocco, qui est quartus secundæ, & Broccardo qui est quintus tertiæ. Hi enim qa non sunt resolubiles in primā, nec in his resolui possunt.

Secundo infert, & quoniam in primam figuram reductis syllogismis, hoc est, patet secundo, cp, si reducātur syllogismi omnes, qui aliarum sunt figurarum, in primam, isti duo soli syllogismi, videlicet Barocco, & Broccardo per impossibile clauduntur, cæterę vero per conuersionē. Demum epilogat, & dicit. ¶ quo modo ergo oportet syllogismos reducere, & hoc quo ad intētionē primę partis, & quoniā resoluuntur figuræ in se inuicē, & hoc quo ad intentionem secundæ partis, manifestum est dictis.

Dubō. Dubitāt Iuniores primo, quoniam prius Aristoteles docuit reducere omnes syllogismos cęterarū figurarum ad primos, nunc vniuersaliter docet reducere reciproce, &

Solutio. sic videtur inconstantia. Respondent, & acceperūt ab Alberto, cp prius locutus fuerit de reductione imperfecti ad perfectum, hic loquitur de reductione penes originem ac situm medij.

Refutatio. Quæ vt mihi videtur, non sunt bene dicta, non enim hic, vt Philoponus dixit, de reductione locutus est Aristoteles, sed quomodo problema pluribus figuris syllogizabile, compositum in vna figura, possit resolui in alias.

Solutio pro pria. Quare dicendum, cp prius de reductione locutus est, quæ est imperfectorum syllogismorum ad perfectos, hic autem de resolutione compositi problematis in plures figuras.

Excerptum primum. Et propter hanc causam, non resoluuntur syllogismi vnius figuræ in alterā, nisi seruata problematis identitate, & quia non in omnibus seruari potest problematis identitas, ideo non in omnibus resolutio fit ad alteram figuram. Et hac ratione vniuersales secundæ figurę non resoluuntur in tertiā, quoniam non potest ibi seruari problematis identitas.

Secundū excerptum. Amplius per idem patet, vt Philoponus innuit. Aristotelem esse locutum de ea resolutione, quæ fit conuersione propositionum, & non reductione per impossibile. Ideo nō docuit Barocco, & Broccardo resolui in plures figuras, nec etiam primum primæ videlicet Barbara.

2. Dubō. Amplius quærunt cur secunda figura in primam,

Solutio. & econuerso prima in secundam resoluitur sola conuersa maiori. Rationem optime assignat Albertus, cp hoc sit ideo, quia secunda à prima descendit conuersione maioris. Est etiam alia ratio, quoniam minor propositio in secunda figura est veluti minor in prima, cum medium in illa prædicetur de minori. Et per hoc patet, cur primā in tertiam, & econuerso resoluatur cōuersione minoris. Hoc enim est, quia medium eodē modo se habet in propositione maiori in vtrisq; illis figuris. In vtrisq; enim subijcitur. Differūt autē in sola propositione minori, quoniam medium in tertia subijcitur. In prima autem prædicatur. Et ideo sola mutatione minoris altera in alterā

3. Dubō. resoluitur. Amplius patet cur in resolutione secundæ in tertiam, & econuerso, vtraq; propositio conuertitur. Hoc enim est, quoniam in vtraq; medium aliter disponitur. In secūda enim de vtrisq; prędicatur. In tertia vero, vtrisq; subijcitur. Quo vero ad corollarium attinet. Animaduerte, cp cum dicit Aristoteles isti soli syllogismi per impossibile reducuntur non intelligit, ita cp alij non reducantur. Nam vt patuit, omnes per impossibile reduci possunt in primam. Sed intelligit istos solos reduci per impossibile, & non per conuersionem, quoniam alij reducuntur vtroq; modo & per impossibile, & conuersione. Isti autem solum per impossibile, Ex his patet cur Aristoteles non docuisset quomodo alij per impossibile reducantur, quoniā vt diximus de mente Philoponi, hic nō de reductione, sed de resolutione loquitur Aristoteles. Qui autem per impossibile reducuntur, nō resolui dicuntur.

Differt autem in cōstruendo, vel destruēdo opinari, aut idē, aut diuersum significare, non esse hoc, & esse non hoc, vt nō esse album ab eo, quod est esse non album, non.n. idem significant. Nec est negatio eius, quod est, esse album, ea quæ est, esse non album, sed non esse album. Cap. iii. De syllogismis ex terminis infinitis.

Omnes cōueniunt, cp Aristoteles velit declarare propositionē affirmatiuā de prædicato infinito, nō esse simplicē negationē, vt cp hic non sit negatio simplex, videlicet est nō albū. Quā expositionē vult Philoponus, dicit enim Aristotelē velle declarare transpositā affirmationē nō esse simplicē negationē, vt est nō albū, nō esse simplicem negationē, sed affirmationē trāspositam. Sed cur hoc velit nūc declarare, cum illud in secundo libro de Interpretatione sit declaratū. Iuniores ex Alberto accipiētes causam attulerūt, vt remoueretur error aliquorū, qui affirmationē trāspositam, & simplicē negationē eādē esse dicebant. Philoponus vero causam affert, quoniam Aristoteles docuit resoluere problema negatiuū in figuras, ne igitur quis decipiatur resoluēdo affirmationem trāspositam pro negatione simplici, docet inter has differentias. Et hoc proponit, & dicit. ¶ Differt autē in construendo vel destruendo, hoc est in syllogizādo affirmatiue vel negatiue, opinari idē aut diuersum significare nō esse hoc, quod est simplex negatio, & esse nō hoc, quod est trāspositā affirmatio, vt nō esse albū, quod simplex negatio est, ab eo, quod est esse nō album, quod trā spositā affirmatio est, hoc est affirmatiua de prędicato infinita. Quòd autem differant, probat primo, quia nō idem significare, quod vt per se notum derelinquit, & dicit, non enim idem significant. Secundo, quia esse non album, quod est transpositā affirmatio, non est negatio ac contradictoria eius, quod cp est esse album, quæ est simplex affirmatio, ergo non esse album, & esse non albū differunt, & ita affirmatio transpositā differt à simplici negatione, & dicit ¶ nec est negatio eius, quod est esse albū quæ est simplex affirmatio, ea trāspositā affirmatio, quę est esse non album, sed ea, quæ est, esse non album, quæ simplex negatio est. Vnde syllogismus est, propositiones, quarum altera est negatio illius est album, & altera non est negatio eiusdem differunt, sed esse non albū non est negatio, illius est album, & nō esse album est illius negatio, igitur hæ differunt.

Cōm. 338.

Cōm. 339.

Dubitatur. Sed quæritur quid Aristoteles intelligat per hāc propositionem est album, in qua

Solutio. subiectum non ponitur. Philoponus textu illo, & in pluribus etiam quorum, vult cp intelligatur indefinita, & propterea vult cp Aristoteles ostēdat affirmationem transpositam non esse simplicem negationem, primo in propositionibus indefinitis, deinde textu illo, & in pluribus etiam quorum, idem ostēdit in propositionibus vniuersalibus, seu determinatis aliqua quātititate.

Cōm. 340.

Dubō. Sed tūc est dubium, quoniam si intelligeretur in propositionib⁹ indefinitis, illius propositionis est album. Simplex negatio non erit hæc, non est album, quoniā hæ erunt subcontrariæ, & simul veræ. Hę enim verę simul sunt. Animal est album. Animal non est album.


Solutio. Fortasse Philoponus per indefinitas intelligit propositiones, in quibus subiecta accipiuntur pro eodem numero indiuiduo. Secundum enim Philoponum propositio indefinita, cuius subiectum accipitur pro vno numero, etiam dicitur indefinita. Immo singularis dicitur indefinita apud ipsum quia nec vniuersalis, nec particularis est. Verum de his postea.

Ratio autem huius hæc est. Similiter.n. se habet possibile est ambulare, ad possibile nō ambulare, ei quæ est, esse album, ad esse non album, & scit bonum, ad scit non bonum.

Scit bonum.

Scit bonum.	Esse album.	Scit non bonum.	Esse non album.
Potest non ambulare.	Esse non album.	Non potest ambulare.	Non esse album.

Dux propositiones.



Cõm. 339. Cum assignasset rationẽ, nunc vt Philoponus innuit eam exponit in terminis, & exponendo illam in terminis, accipit causam eius, quod dixit per analogiam, quæ est ad propositiones modales. nam vt in libro de Interpretatione dictum est, verbum est, æquiualet modo, videlicet ipsi potest. Et dicit {ratio autem & causa huius hæc est, Huius, s. quod esse non album, non sit negatio eius, quod est esse album, quoniam similiter se habet possibile est ambulare ad possibile non ambulare ei, quæ est esse album ad esse non album. {Causa est, quoniam verbum est similiter se habet ad possibile, & ad modum. Similiter etiam se habet esse album ad esse non album, sicut se habet & scit bonum ad scit nõ bonum, tunc complenda est ratio, sed possibile nõ esse nõ est negatio eius quod est possibile esse. Amplius, nec scit non bonum est negatio eius quod est scit bonum, ergo nec esse non bonum erit negatio eius quod est esse bonum. Constituit autem Philoponus rationem hãc in terminis, verbũ clarius est, verba Aristo. sic nude intelligere, quam tot cõclusionibus ipsa inuoluere.

Nam scit, val sciẽs bonũ, nihil differt. Neq; potest ambulare, vel est potẽs ambulare. Quare & opposita, non potest ambulare, & nõ est potens ambulare. Si igitur non est potens ambulare idem significat & est potens non ambulare, ipsa simul inerũt eidem. nam idem potest ambulare, & non ambulare, & idem est sciens bonum, & non bonum. Affirmatio autem & negatio nõ sunt oppositæ simul in eodem. Quemadmodum ergo non est idem nõ scire bonum, & scire non bonum, nec esse nõ bonum, & non esse bonum idem. Proportionalium enim si alterum sit, & alterum erit.

Cõm. 340. Cum assignasset causam per analogiam ad modales, nunc idẽ probat, (vt Philoponus dicit) ducendo ad impossibile. Verum primo remouet quoddã dubiũ. Posset enim dubitari, vtrum potest, & est potẽs differant in rõne nostra dicere. Hæc enim dubitatio exoritur eo, ga quis dicere posset, verbũ est, esse simile ad põt, & ad scit, nõ autẽ potẽs sciẽs, vel scibile, vel fortasse dubitatio hæc exoritur, vt Philoponus dicit, quia aliquis putare posset nõ similiter se habere in propõnibus habentibus verbũ est, & in nõ habẽtibus, propterea modũ resoluit in partieipium, & verbũ. Et dicit, nã scit, vel sciẽs bonũ, nihil differt, neq; potest ambulare, vel est potẽs ambulare, similiter nec differt dicere possibile est ambulare, & põt ambulare, ex his infert q; etiã quo ad oppositа nulla est differẽtia, & dicit quare & oppositа, videlicet non põt ambulare, & non est potẽs ambulare nihil differunt, similiter nec differũt nõ possibile ambulare, & nõ potẽs vel nõ potest ambulare. His declaratis, resumit rationẽ ducendo ad impossibile. Et dicit {si igitur hæc propositio nõ est potẽs ambulare idẽ significat, quod & hæc propõ est potẽs nõ ambulare, ipsa, s. cõtradictoria simul inerũt eidẽ, nã idẽ numero põt ambulare, & nõ ambulare, qm̃ eadẽ potẽtia est oppositorũ, & idẽ est sciẽs bonũ, & nõ bonũ. Est. n. eadẽ sciẽtia cõtrariorũ, destruit consequens & dicit, affirmatio autẽ & negatio non sunt oppositæ simul in eodẽ. Quare sciẽs nõ bonum nõ est oppõ ad sciẽs bonũ, nec potẽs nõ ambulare ad põt ambulare. Ex his patet hãc rationẽ ab illa nõ differre quo ad rẽ, sed solum quo ad formã, quoniã prima fuit ostẽsiue. Secunda autẽ per impossibile sumpta. His declaratis Arist. Epilogando primã rationẽ. Dicit, quemadmodũ, ergo non est idẽ nõ scire bonum, & scire nõ bonum, ita quoq; nec est idẽ esse non bonum, & nõ esse bonum. Causam repetit, & dicit, proportionaliũ enim si alterum sit, & alterum erit. Modo probatum est esse bonũ, et scire bonũ, & non esse bonũ, & non scire bonum, & esse nõ bonum, & scire nõ bonum esse proportionalia. Quare si scire bonum & nõ scire bonũ sunt contradictoria, esse bonũ, & non esse bonum erũt contradictoria. Et si scire bonũ, & scire nõ bonum nõ sunt cõtradictoria, nec scire bonũ, & scire nõ bonum erunt cõtradictoria. Quo vero ad terminos attinet. Animaduerte q; Philoponus propositionẽ, in qua nullus terminus negatur, siue infinitatur appellat affirmationẽ simplicẽ, propositionẽ vero, in qua prædicatũ infinitatur, appellat affirmationẽ transpositã. Sic etiam contradictorias, alteram negationẽ simplicem, quæ simplici affirmationi opponitur, alteram negationem transpositam, quæ affirmationi transpositæ opponitur, vocat, nam est propositio quadruplex, simplex affirmatio, cui simplex negatio opponitur. Et transposita affirmatio, cum transposita negatio contradicit.

Animaduersio.

Nec esse non æquale, & nõ esse æquale idẽ, huic. n. quod est esse non æquale, subiacet aliquid, & hoc est inæquale, illi vero nihil. Eo q; æquale quidem vel inæquale non omne est, æquale autem esse vel non æquale esse, omne.

Cõmen. 341. Cæpit probare, q; affirmatio transposita, & negatio simplex differãt, & probauit hoc duobus exemplis. Primum, quia differt esse non album, & non esse album. Secundum, quia differt esse non bonum, & non esse bonũ, Vt probauit ratione ostensiua, & ducente ad impossibile, nunc vt Philoponus exponit, idem probat per tertiũ exemplũ, quod est manifestius prioribus. Et dicit. {nec esse non æquale, & non esse æquale idem, ergo affimatio transposita, & negatio simplex differunt. Probat antecedens, & dicit {huic enim quod est esse non æquale, subiacet aliqd, hoc est verificatur de aliquo ente, & hoc ens, de quo verificatur, est inæquale, cõstat autem ipsum inæquale esse ens, quoniam est quantum, nihil enim, vt Philoponus inquit, est inæquale, nisi sit quantũ. Illi vero scilicet quod est non esse æquale, nihil subiacet, quoniã tã de ente q; de non ente dicitur, chimæra. n. nõ est æqualis alicui, quia nõ est, testudo autem nõ est æqualis æquo, quia Testudo est ens, & minoris quantitatis q; æquus, ergo Testudo non est æqualis æquo, & q; illi nihil subiacent probat, & dicit, eo q; æquale quidem vel inæquale non omne est, non enim de quolibet dicitur æquale vel inæquale. nam vt Philoponus dicit, quod non est quantum, non dicitur æquale, vel inæquale, æquale autem esse vel non esse æquale, omne dicitur, quoniam de quolibet dicitur esse æquale, vel non esse æquale, quia vt subaudit Philoponus, esse æquale, vel nõ esse æquale in omnibus entibus & in non entibus diuidit verum, & falsum.

Amplius, est lignum non album, & nõ est album lignum, nõ sunt simul, si. n. est lignum non album, erit lignum, quod autem nõ est album lignum, non necesse est esse lignum.

Cõmẽ. 142. Hoc est vltimum exemplum, & vt Philoponus inqt, manifestius cæteris, quoniam in hoc exemplo subiectũ ponitur, in cæteris subiectum obscurum est. Hic enim lignum subiectum est, in cæteris nullum ponebatur subiectum, sed obscure continebatur. Quòd autem simplex negatio, & affirmatio trãsposita differant, hoc exemplo patet: nam hæc est simplex negatio, lignum non est album, hæc est affirmatio transposita, lignum est non albũ quę ponit lignum, quòd autem prima nihil ponat, declarat Philoponus, qm̃ tam anima, q̃ non ens hoc est Chimera non est album lignum, at neq; anima neq; Chimęra lignum est nõ album, vnde dicit. {Amplius est lignũ non album, & non est album lignum, non sunt simul, scilicet veræ, nec eædem. Et probat, & dicit {si. n. est lignũ non album, erit lignum, & sic ponitur subiecti constantia. Quod autem non est album lignum per negationem propositam verbo, non necesse est esse lignum, & sic nõ ponitur subiectum, neq; subiecti constantia. Sed dices nunquid in hac propositione lignum non est album, ponatur subiecti constantia, & an sit negatio simplex. Superius diximus tales non esse simplices negationes, nisi subiectis pro eodem numero acceptis. Sic enim sunt oppositæ. Hę enim, lignum est album, & lignum non est album, subcontrariæ sunt. Sed subiectis pro eodem numero acceptis sunt oppositæ circa idem.

Solutio.

Quare manifestũ est, quoniam non est eius quod est bonum, est non bonum, negatio. Si ergo de omni vno, vel affirmatio vel negatio vera, si non est negatio, palam quoniam affirmatio aliquo modo erit, affirmationis autem omnis, negatio est. Et huius ergo ea quæ est non est non bonum.

Enuntiationum simplicium, ac infinitarum, seu transpositarum per varia exempla dispositio. G

Propõ affirmatiua simplex.	Propõ negatiua simplex.
Est album.	Non est album.
Negatiua infinita	Affirmatiua infinita,
seu transposita.	Seu transposita.
Non est non album.	Est non album.

Exemplum manifestius.

Affirmatiua sim. in minus.	Negatiua simplex in plus.
Est æquale.	Non est æquale.
Negatiua trãspositа in plus.	Affir. trãspositа in minus.
Non est non æquale.	Est non æquale.

Exemplum manifestius, apposito subiecto ipsi propositioni. H

Affirmatiua simplex.	Negatiua simplex.
Lignum est album.	Lignum non est album.
Negatiua infinita.	Affirmatiua infinita.
Lignũ non est nõ album.	Lignum est non album.

Cõmẽ. 143. Nunc dat conclusionem principalem primo. Deinde docet inuenire negationem affirmationis trãspositæ. Et dicit, quare manifestum est, quoniam non est eius quod est bonum, est non bonum simplex negatio. Hæc est cõclusio principalis, tunc inuestigat qualis hæc sit, & quæ sit eius negatio, & dicit. Si ergo de omni vno subiecto, vel affirmatio, vel negatio vera est, hoc est. Si omnis propositio mundi est affirmatio vel negatio. Si illa propositio est non bonum non est negatio simplex, palam q̃ affirmatio aliquo modo erit. dixit aliquo modo, vt Philoponus dicit, quia nõ est simplex affirmatio, sed transposita, & sic saltem de prædicato negato. Vlterius docet inuenire illius contradictoriam, quæ est negatio transposita per negationẽ, & dicit, affirmationis autem omnis, est aliqua negatio correspõdens. Et huius ergo negatio est ea quæ est non est non bonum, quę dicitur apud Philoponum negatio transposita. Sunt igitur quatuor propositiones. Simplex affirmatio. Simplex negatio. Transposita affirmatio, & transposita negatio.

Habent autem ordinem hunc ad inuicem. Sit esse quidem bonum in quo A, nõ esse autẽ bonum in quo B, esse aut non bonum in quo C sub B, non esse autem non bonum in quo D sub A omni ergo inerit aut A, aut B, & nulli eidem, & omni aut C, aut D, & nulli eidem.

Sequenti latius hęc conspicua reddunt.

In sequenti hæc conspicua reddunt figura.

F Cõmẽ. 144. Propositum Aristotelis, vt Philoponus inquit, erat dicere, q̃ simplicis affirmationis transposita affirmatio negatio non sit, cum hoc nobis vtile sit ad syllogismorũ resolutiones, ne problema affirmatiuum, quod est transposita affirmatio, putemus negatiuum, & resoluamus ad negatiuum syllogismum. Cum igitur declarauerit hoc, nunc transit, vt Philoponus inquit, ad ostendendũ, quomodo simplex affirmatio, & simplex negatio, transposita affirmatio, & transposita negatio se habent secũdum consequentiam. Et dicit, q̃ conuerso modo secundum consequentiam se habent simplices, & transpositæ propositiones, quoniam ad simplicem affirmationem sequitur negatio transposita, & ad transpositam affirmationem sequitur negatio simplex, vt autem hæc ostendat, exponit eas in figura, & dicit. {Habent autem ordinem hunc ad inuicem, prius tamen disponit figuram, & dicit {sit esse quidem bonum in quo A, vel sit in quo A lignum est bonum, non esse autem bonum sit in quo B vel sit in quo B, huius negatio, videlicet non lignum est bonum, esse autem non bonum, vel lignum esse non bonum sit in quo est C sub B, non esse autem non bonũ, vel non lignum esse nõ bonum sit in quo D sub A. Quo vero ad propositiones attinet, aristoteles exempla affert in propositionibus non apposito subiecto, sed quia postea affert subiectum, ideo nos expræsimus subiectũ. Amplius cum dicit, C sub B & D sub A poni, non intelligit secundum ordinem essentialem consequentiæ vel prædicationis, sed secundum ordinẽ accidentalem, qui accidit propter situm figuralẽ. Quo accidit pro veritatis manifestatione propositiones hoc pacto situari. Tunc declarat, quæ harum se habent vt oppositæ hoc est contradictoriæ. Dicit {omni ergo inerit A aut B, & nulli eidem, ergo A & B sunt contradictoriæ, cõtradictoria enim sunt cui alterum inest. Et omni inest aut C aut D, & nulli eidẽ, ergo C & D sunt contradictoria, dictum est enim contradictorium esse, cui alterum inest, & si dices has indefinitas, & subcontrarias, iam responsum est eas esse contradictorias circa idem subiectum numero. Hæc de figura, & de oppositione.

Prima regula.

Secunda.

ὡστε γαρ quare enim.

Cõmẽ. 146.

H Et cui C inest, necesse est B omni ineste. Si enim verum est dicere, quoniam est non album, & quoniam non est album verum, impossibile enim est simul esse album, & nõ esse album, aut non esse lignum album, & esse lignum album. Quare, si non affirmatio, negatio inerit. Cui vero inest B, nõ semper C, quod enim omnino nõ est lignum, nec lignum erit non album.

His dispositis, sit prima regula, ex ipsa transposita affirmatione sequitur simplex negatio, sed non ecõuerso. Cõmẽ. 147.

Sequitur

Sequitur enim lignum eſt non album, ergo lignum nō eſt album. Probatur, quoniam duarum contradictoriarum ſi altera repugnat altera ſequitur. Lignum eſſe album, quæ eſt affirmatio, repugnat illi, lignum eſt non album, hæc enim copulatiua eſt impoſsibilis, lignum eſt album, & lignum eſt non albū. Quare ſi affirmatio ſimplex illi repugnat, negatio ſimplex ſequetur, vt pauloā te diximus. Dicit, & cui C ineſt, neceſſe eſt B omni ineſſe, ſi enim verum eſt dicere, quoniam ſubaudi, lignum eſt non album, & quoniam non eſt album, verum eſt dicere, ſequitur enim, lignum eſt nō album, ergo lignum non eſt album, cuius probationem affert, & dicit, {impoſsibile enim eſt idem eſſe album, & non eſſe album, aut impoſsibile eſt non eſſe lignum album, & eſſe lignū album, quare, ſi non affirmatio competit & negatio inerit, duorum enim contradictoriorum, ſi alterum non ſequitur, ſed repugnat, alterum ſequatur, neceſſe eſt. Quo verba attinet. Animaduerte ꝙ licet Ariſtoteles exempla ponat in propoſitionibus indefinitis, ſub contrarijs, quæ poſſunt ſtare ſimul, eſſeque ſimul veræ. (Hę enim ſtant ſimul, lignum eſt album, & lignum eſt non albū,) Tamen intelligit ſubiectis acceptis pro vno ſingulari ac eodem ligno, vt patet, contra vero, non ſequitur. non enim ſequitur, non eſt album, vel non eſt lignum albū, ergo eſt non album, quoniam Chimæra non eſt lignum album, & tamen non eſt lignum non album, quoniam tunc Chimæra eſſet, ſequitur enim, Chimæra eſt lignū non album, ergo Chimęra eſt. Vel ſeqtur, Chimęra eſt alba, ergo Chimęra eſt, a tertio adiacente, ad ſecundum adiacens. Dicit{cui vero ineſt B, negatio ſimplex, non ſemper C ineſt, quæ eſt affirmatio tranſpoſita, & cauſam affert, & dicit{quod enim omnino non eſt lignum, vt Chimęra, nec lignum erit non album: Si enim Chimęra eſt lignum non album, Chimęra erit. Quo vero ad verba attinet, dixit non ſemper, quoniam vt Philoponus dicit aliquando cum conſtantia ſubiecti ſequitur. Sequitur enim A non eſt album, & A eſt, ergo A eſt nō album. Verum de hoc poſtea. Ex his colliguntur duę regulę prima ex affirmatiua tranſpoſita, hoc eſt ex affirmatiua de prædicato infinito, ſequitur ſimplex negatio, de prædicato finito. Secunda ex ſimplici negatione, quæ eſt propoſitio negatiua de prædicato finito, non ſemper ſequitur affirmatio tranſpoſita, hoc eſt affirmatiua de prędicato infinito. Quo igitur modo B & C, in conſequentijs ſe habeant, ex hiſce patet.

In ſequenti hæc conſpicua reddunt figura.

Sequenti latius hęc conſpicua reddunatur.

Cōmē. 144.

B

C

Prima regula.

Secunda.

Econuerſo igitur cui ineſt A, & D omni ineſt. aut enim C, aut D: quoniam autem non poſſunt ſimul eſſe non album, & eſſe album, D inerit. Quare de eo, quod eſt albū, verum eſt dicere, quoniam non eſt nō album, de D autem non omnino A erit, nam de eo, quod omnino non eſt lignum, non verum eſt dicere A, quoniam eſt lignum album, quare D verum eſt, & A non verum. quoniam eſt lignum album.

ωστε γαρ quare enim.

D

Cōmē. 146.

Nunc de conſequentijs ipſorum A D ponit regulas.

Et primo proponit vnam regulam, & dicit, econuerſo igitur cui ineſt A, & D omni ineſt. Eſt ergo regula, ex affirmatione ſimplici ſequitur negatio tranſpoſita, ſequitur enim Socrates eſt albus, ergo Socrates non eſt non albus. Quo vero ad verba attinet, dixit econuerſo, quoniam, vt Philoponus inquit, econtrario ſe habet ſimplex affirmatio cum ſimplici negatione, nam ſimplex negatio erat conſequens ad tranſpoſitam affirmationem, ſimplex vero negatio, eſt antecedens. Deinde probat regulā, & dicit{aut enim C aut D, ſunt enim hæ contradictoriæ, & ita oportet, vt aut ad A ſequatur A D, aut C: non C, repugnat enim C ipſi A, hęc enim copulatiua eſt impoſsibilis, Socrates eſt albus, & Socrates eſt non albus, quare, ſi C repugnat D, ſequetur. Dicit{quoniam autem non poſſunt ſimul ſtare, eſſe non albū, & eē album, D inerit, duorum enim oppoſitorum, ſi alterū repugnat, alterū ſequitur, quare de eo, quod eſt album, verum eſt dicere, quoniam non eſt non album. Eſt ergo regula ex affirmatione ſimplici negatio tranſpoſita ſequitur, hoc eſt ex affirmatiua de prædicato finito, negatiua ſequitur de prædicato infinito. Deinde aſsignat ſecū dā regulam, & dicit{de D autem non omnino erit A, eſt ergo regula ex negatiua tranſpoſita non ſequitur affirmatiua ſimplex, niſi vt prius cum conſtantia ſubiecti.

Et probat per inſtantiam, & dicit{nam de eo quod omnino non eſt lignum vt de Chimęra, non verum eſt dicere A, hoc eſt quoniam eſt lignum album, quare D verum eſt. Chimæra enim non eſt lignum album, neque lignum non album: A autem quoniam eſt lignum albū, non verum eſt, vnde non valet Chimæra non eſt non alba, ergo Chimæra eſt alba, niſi cum conſtantia ſubiecti. Vt dictum eſt.

Palam autē, qm̄ & A C nulli eidē inſunt, ſed & B & D contingit eidem alicui ineſſe.

Cōmē. 147.

Cū dixiſſet, quomodo ſe habent propoſitiones quę ſe conſequuntur in figura. Declarat nunc quomodo ſe habeant & angulares, vt A C, & D B, & vult ꝙ A C, nunquā ſimul ſtāt, nā quod eſt lignū albū, hoc impoſsibile eſt eē lignum nō albū, at negationes aliqn̄ contingit ſimul eē veras, vt de nō ente, veluti de Chimæra. Chimæra enim nec eſt alba, nec eſt non alba. Et non ſolū de nō ente hæ ſunt ſimul veræ, ſed de his etiam, quæ omnino corpora non ſunt, vt anima nec eſt alba, nec nō alba. Quare affirmationes nūquā ſimul verę ſunt, negationes autem contingit ſimul veras eſſe. Nituntur autem hic Alexan. & Philoponus concordare quæ hic dicit Ariſto. cum illis, quæ dicit in libro de interpretatione, quæ quia ſatis clare patet concordia, de ea bona fronte ſuperſedeo. Mouet tn̄ Philoponus hic dubitationes difficiles, quarū prima eſt ꝙ Ariſto. ſuperius dixerit has eſſe eaſdem vel ſimul ſtare poteſt ambulare, poteſt non ambulare, ſimiliter ſcire bonum, & ſcire non bonum. Et ſic velle videt affirmationem ſimplicem & tranſpoſitam nō eſſe repugnantes. Nunc autem aſſerit illas ſemper repugnare, & ſic videtur contradictio. Secunda vero dubitatio eſt, quoniam ſuperius dixit, hæc non eſſe eadem ſcit bonū, & non ſcit bonum. Modo autem dicit, ad C ſequi B, & ita ad ſcire non bonum ſequi videtur non ſcire bonum.

Dubōnes Philop.

2, Dubō.

Philoponus multa dicit. {Ego vero ad primam dicerem illas propoſitiones eaſdem eſſe ſecundū cōuerſionem, conuertitur enim poteſt ambulare, ergo poteſt nō ambulare, eſt enim potentia oppoſitorum eadē. Amplius conuertitur ſcit bonum, ergo ſcit non bonum, qa ſciētia eſt oppoſitorum eadem. Et ſic ſuperius loquitur de his, quæ conuerti poſſunt ad oppoſitum. Hic vero loquitur in his, q̄ nō cōuertūtur ad oppoſitū. Præterea dici pōt has eſt albū, & eſt nō albū eē eaſdē quo ad qualitatē, qm̄ ambę ſunt affirmatiuę, & ſic ſuperius locutus eſt. Hic vero loquitur ſecūdū veritatē. Ad ſecundā dico ꝙ negatio ſimplex & trāſpoſita differūt, nec ſunt eedē, qm̄ ſe habent, vt ſuperius & inferius. Tn̄ negatio ſimplex ſequitur ad trāſpoſitā affirmationē, quæ non repugnant. Superius enim de idētitate ſimpliciter loquitur. Hic de identitate conſequentię.


Solutio. 1.

Solutio. 2.

Similiter autem ſe habēt & priuationes ad prædicationes eadē poſitione, ſit enim ęquale, in quo A, non æquale, in quo B, inęquale in quo C, non inæquale in quo D.

Simplicium

Simplicium & infinitarum, seu transpositarum priuatoriarum propositionum ordo, ac consequentia.



Cōmē. 142. Nunc ostendit priuatiuas propositiones similiter se habere ad simplices, vt transpositę ad illas se habuerunt, & disponit figuram, & dicit{ similiter autem positione eadem secūdum consequentiam se habent priuationes, hoc est propositiones de prædicatis priuatiuis ad prædicationes simplices, vt subaudi se habuerūt ad illas trāspositę. Hoc autem non aliter probat nisi constituendo figuram, & dicit, sit enim ꝗquale esse in quo A, non ꝗquale esse in quo B esse inæquale in quo C non inæquale esse in quo D quibus patet ad C sequi B, & non econtrario. Ad A vero sequi D, & non econuerso, & per easdem rationes, vt Philoponus declarat. Sequitur enim est inæquale, ergo non est æquale. Cum enim antecedenti repugnet esse ꝗquale, ergo non esse æquale sequitur.

Duorum enim contradictoriorum, si alteram repugnat, alterum sequitur. Contra vero non sequitur. Non enim sequitur, non est æquale, ergo est inꝗquale, non quantum enim vt anima & color, & non ens (vt Chimꝫra non sunt æqualia, quæ tamen non sunt inæqualia, cum non sint quanta. Proprium enim quantis est æquale, & inæquale dici. Rursus sequitur est ꝗquale, ergo non est inæquale. Cum enim illi est æquale, repugnet hæc, est inæquale, sua contradictoria sequetur. Quare sequitur est æquale, ergo non est inæquale. Contra vero, non sequitur. Non enim sequitur, non est inæquale, ergo est æquale, quoniam Chimæra non est inæquale, cum non sit quanta, quæ tamen non est æquale. Quare priuationes ad simplices eodem modo se habēt, vt transpositæ.

Et in pluribus etiam quorum his quidem ineſt, illis vero non ineſt idem, negatio quidem ſimiliter vera eſt. Vt quoniam non ſunt alba omnia, aut quoniam non eſt album vnūquodꝙ, at quoniam eſt non albū vnūquodꝙ, aut quoniam omnia ſunt non alba, falſum eſt. Similiter autem & eius, quæ eſt, eſt omne animal album, non hęc, (eſt nō album omne animal,) negatio eſt: ambę enim falſę ſunt, ſed eſt, non eſt omne animal album.

Cōmē. 144.

E Reuertitur, vt Philoponus inquit, ad illud, quod a principio dixit, videlicet, ꝙ ſimplicis affirmationis non ſit tranſpoſita affirmatio oppoſita, ſed ſimplex negatio, & oſtendit idem verum eſſe in magis contingentibus, & in vniuerſalibus propoſitionibus, & primo in propoſitionibus vniuerſalibus in numero plurali, de ſubiectis tranſcendentibus, deinde in numero ſingulari de ſubiectis limitatis. Dixit in propoſitionibus vniuerſalibus, quoniam vt Philoponus inquit, cum Ariſto. declaraſſet in propoſitionibus indefinitis ſimplices negationes nō eſſe affirmationes tranſpoſitas, nunc idem oſtendit in propoſitionibus determinatis vniuerſaliter. Et primo proponit illud, quod vult declarare, & dicit{ & in pluribus etiam, quorum idem prædicatum his quidem ineſt, illis vero non ineſt, vt ſunt propoſitiones de ineſſe, quæ ſunt materia modalium de contingenti. In his inquam, ſimiliter negatio quidem vera eſt, affirmatione ſubaudi exiſtente falſa. Et hoc exponit in propoſitionibus vniuerſalibus de ineſſe, quæ ſunt de materia non neceſſaria: & dicit: vt quoniam non ſunt alba omnia, aut quoniam non eſt album vnumquodꝙ, propoſitio vera eſt. Subaudi affirmatione exiſtente falſa, vt illa omnia ſunt alba, aut vnumquodꝙ eſt album. Cum enim hæc ſit falſa. Illa vera eſt, non omnia ſunt alba, vel non vnūquodque eſt album. Nam hæc propoſitio non vnumquodꝙ eſt album, æquipollet illi quoddam ens nō eſt album, quæ vera eſt. Et vt Philoponus inquit, aut quoniam non eſt album vnumquodꝙ, additum eſt non vt exemplum diuerſum a priori, ſed, vt illius expoſitiuum. Deinde oſtendit, ꝙ affirmatio tranſpoſita non ſit illi cōtradictoria: quoniam eſt ſimul falſa. Hæc omnia ſunt non alba eſt falſa ſicut illa, omnia ſunt alba. Et hæc vnūquodꝙ eſt, non album, eſt etiam falſa ſicut illa vnūquodque eſt album. Quare hæc non poteſt eſſe illius oppoſita negatio, cum ſit ſimul falſa, cōtradictoria enim in omnibus (vt Philoponus inquit) diuidūt verum & falſum. Dicit. at quoniam eſt nō album vnumquodꝙ, aut quoniam omnia ſunt non alba, falſum eſt, ergo non poteſt eē negatio illius. Deinde idem declarat in alio exemplo in numero ſingulari de ſubiecto expoſito & limitato, & dicit, ſimiliter autem, & eius quæ eſt, eſt omne animal album, nō hæc negatio eſt, videlicet eſt non album omne animal. Ambæ enim falſæ ſunt, hæc enim falſa eſt omne animal eſt album, inſtantia eſt de coruo. Hæc ſimiliter, omne animal eſt non albū, inſtantia eſt de cygno, ſed negatio illius, eſt videlicet hæc nō omne aīal eſt album, cum non poſsit eſſe ſimul vera. Patet ergo ꝙ tam in propoſitionibus indefinitis, ꝙ ī propoſitionibus vniuerſalibus, tranſpoſita affirmatio non eſt ſimplex negatio. Quare cum de indefinitis locutus eſt prius, nunc loquitur de vniuerſalibus, vt Philoponus expoſuit hic. Fortaſſe enim prius eſt locutus de indefinitis ſubiectis acceptis pro eodem ſingulari numero, hic loquitur de vniuerſalibus. Nam hic declarauit ꝙ nec in vniuerſalibus tranſpoſita affirmatio ſit ſimplex negatio.

Quoniam autem palam, quòd aliud ſignificet, eſt non album, & non eſt album, illa quidem affirmatio, hæc vero, negatio, manifeſtum quoniam non eſt idem modus mōſtrandi vtrunꝙ.

Cōmē. 150.

Nunc vt Philoponus inquit, redit ad principale propoſitum, propter quod hęc omnia dixit, propoſitū enim erat de reſolutiōe ſyllogiſmorum dicere, & propter hoc tranſpoſitarum affirmationum meminit, ꝙ ſi quandoꝙ tale problema īuenerimus, nō oportet putare ipſum negatiuum eſſe. Et ideo ad negatiuum ſyllogiſmum non eſt reducere hoc. Et quia hoc erat propoſitum, ideo oſtē

dit

dit trāſpoſitam affirmationem nō eſſe ſimplicem negationem. Obiter autem in intermedio de cōſequentiis ipſarum pertractauit. Hæc ergo omnia cum compleuiſſet, regreſſus eſt ad propoſitum. Et dicit, quoniam autē palam, ꝙ aliud ſignificet hæc propoſitio eſt non album, & hæc non eſt album, & pro nam, illa quidem affirmatio tranſpoſita eſt. Hæc vero negatio ſimplex eſt. Manifeſtum quoniam non eſt idē modus monſtrandi vtrūq;, quoniā trāſpoſita affirmatio per ſylllogiſmos affirmatiuos ſyllogizatur, ſimplex vero negatio, per negatiuos.

Vt quoniam quicquid eſt animal, non eſt album, aut contingit eſſe non album, & quoniam verum eſt dicere eſſe non album, huius enim, quod eſt eſſe nō album, & verum eſt dicere eſſe albū, ſiue eſſe non album, idē modus eſt. Conſtructione enim ambæ per primā oſtēduntur figuram.

Cōmen. 151. Cum dixiſſet non eſſe eundem modum demonſtrandi vtrunq;, & videlicet affirmationem tranſpoſitam, & negationem ſimplicem, per exempla exponit, & lege ſic {dico non eſſe eundem modum demonſtrandi vtrunq; problema, vt quoniam quicquid eſt animal, non eſt album, quoniam hæc demonſtratur negatiue, quia æquipollet illi, nullum animal eſt album. Dat exemplum trāſpoſitæ affirmationis in modalibus, quæ demonſtrantur affirmatiue, & dicit {aut contingit eſſe non album, & quoniam verum eſt dicere eſſe non album. Huius.n. quod eſt eſſe non album, & quoniam verum eſt dicere eſſe album, ſiue eſſe nō album, & ſubaudi contingit eſſe non album, idem modus eſt ſyllogizandi. Conſtructiue enim ambæ per primam oſtenduntur figurā. Quo

Annotatio. vero ad exempla attinet. Animaduerte ꝙ Ariſtoteles hic videtur enumerare propoſitionem modalem de vero, quod in libro de interpretatione olfecit. Et videtur hic ſyllogizare ex his, & ex propoſitionibus de ineſſe miſcendo, vt docuit ſyllogizare ex altera neceſſaria, & altera de ineſſe. Et Iuniores ampliant hanc miſtionem nō modo ad modalem de vero, ſed etiam ad modalem de falſo, de ſcio, de opinor, de dubito, & de cęteris id genus. Videtur enim ꝙ in omnibus talibus ex altera modali, & altera de ineſſe ita fiat miſtio, veluti ex altera neceſſaria, & altera de ineſſe, in omnibus figuris. Et eadem ſint regulatiua principia, quoniam poſſunt probari per dici

Obiicit pri. de omni, & dici de nullo. Sed contra obiicitur, quoniā non ſequitur ſcio omnē mulam eſſe ſterilem. Hoc quod eſt in vtero eſt mula, ergo ſcio hoc quod eſt in vtero eſſe

Secundo: ſterile. Nec ſequitur ſcio omnem dualitatem eſſe parē, hoc aſconſum in manu mea eſt dualitas. Ergo ſcio hoc

Tertio. aſconſum eſſe par. Præterea non ſequitur dubito omne veniens eſſe animal. Omnis homo eſt veniens. Ergo


Quarto. dubito omnem hominem eſſe animal. Inſuper non ſequitur, falſum eſt omne animal eſſe rationale, omnis homo eſt animal, ergo falſum eſt omnem hominem eſſe rationalē. Multa de his poſſent dici, & dubitari, volumus tamen hæc ſufficere, quoniam ſi dabitur occaſio, alibi diligentius omnem nodum remouebimus. Prima tamē

Solutio pri. obiectio deletur, quoniam cōcluſio ſequitur modo quo intelligitur maior. Et quia maior intelligitur de mula quatenus mula, ideo ſequitur ꝙ ſciā hoc quod eſt in vtero eſſe ſterile, quatenus eſt mula. Similiter deletur ſecūda. Sequitur enim ꝙ ſciā hoc aſcōſum in manu eſſe par, quatenus dualitas. Similiter & tertia. Sequitur enim ꝙ dubitem omnem hominem eſſe animal, quatenus veniens. Hoc enim pacto Philoponus, & Auer. Miſtionē neceſſariꝝ & ineſſe expoſuerunt, & eodem modo exponenda hæc miſtio eſt. Ad vltimam animaduerte ꝙ ex altera de falſo, & altera de ineſſe non ſequitur altera de falſo, niſi prius illius de falſo accipiatur æquipollens, & ſi ex æquippollente de vero, & altera de ineſſe ſequitur propoſitio de vero, tunc ex illa de falſo ſequitur. Ad propoſitum, hæc propoſitio, falſum eſt omne animal eſſe rationale æquipollet illi, verum eſt nō omne animal eſt rationale. Tunc non ſequitur, verum eſt nō omne animal eſſe rationale. Omnis homo eſt animal, ergo verum eſt non omnem hominem eſſe rationalē, quia ex maiori particulari nihil ſequitur. Bene tamen valet, falſum eſt aliquod animal eſſe lapidem, omnis homo eſt animal, ergo falſum eſt aliquem hominem eſſe lapidem, quia maior ęquipollet illi verum eſt nullū animal eſſe lapidem. Verum de his hactenus.

Nam verū ipſi eſt ſimiliter ordinatur, eius autem quæ eſt, verum eſt dicere eſſe album, non hæc verum eſt dicere eſſe non album, negatio eſt, ſed hæc, nō eſt verū dicere eſſe albū. δὲ autem γὰρ enim.


Cōmen. 152. Quia accepit eſſe non albū non eſſe negationem illius quod eſt eſſe album. Nunc probat, & dicit: nam verum ipſi verbo eſt ſimiliter ordinatur, quoniam vterq; terminus eſt modificans propoſitionem, eius autem propoſitionis, quæ eſt, verum eſt dicere animal eſſe albū, non hæc, verum eſt dicere animal nō eſſe album, negatio eſt, ſed hæc nō eſt verum dicere animal eſſe album, ergo illi animal eſt album negatio erit, animal non eſt album. Quo vero ad verba attinet. Animaduerte ꝙ cum dicit eius autem quæ eſt bene dicitur, quoniam trāslationes, in quibus loco autem legitur enim, non rectæ ſunt.

Si enim verum eſt dicere quicquid eſt homo, muſicum eſſe, aut non muſicum eſſe, quicquid eſt animal ſumendum, muſicum eſſe, aut non muſicum eſſe, & oſtenſum eſt.




Cōiugatiōes vniuerſalē affirmatiuā ſimplicem & trāſpoſitā aſtruēs.

Non eſſe autem muſicum quicquid eſt homo, deſtructiue monſtratur ſecundum dictos tres modos.



Tres cōiugationes vniuerſalem negatiuam aſtruētē in ſecunda figura, quarū forma magis quā veritas inſpicięda ē.



Muſicum. N. Homo. Muſicū. N. Homo.

Nunc

Cõmẽ. 553. Nunc exempla affert vt Philoponus dicit, quomodo posſit tale problema reſolui. ſ. vniuerſale affirmatiuum ſimplex, & trãſpoſitum, & dicit ꝙ maior de medio, medium de minori prædicari debet. Vt omne animal muſicus, omnis homo animal, igit̃ omnis homo muſicus. Trãſpoſitum vero eodem modo, omne animal eſt non muſicum, omnis homo animal, omnis igitur homo eſt nõ muſicus. Dicit {ſi enim verum eſt dicere quicquid eſt homo muſicum eſſe, ita vt ſit problema affirmatiuũ ſimplex, omnis homo eſt muſicus, aut non muſicum eẽ, ita vt ſit problema trãſpoſitum, omnis homo eſt nõ muſicus, pro probatione ac reſolutione ſyllogiſtica, ſumendum eſt quicquid eſt animal eſſe muſicum pro reſolutio ne problematis vniuerſalis affirmatiui ſimplicis, ita vt maior ſit, omne animal eſt muſicum, aut ſumẽdum non muſicum eſſe, pro problemate affirmatiuo tranſpoſito, ita vt maior ſit, omne animal eſt nõ muſicum, & medio ſic vel ſic ſumpto, vtrũq; problema oſtẽſum eſt. Quo vero ad rem attinet. Animaduerte, ꝙ huiuſmodi problemata reſolui poſſunt cum modo vero, vt verba Ariſtotelis ſonãt, vt ſi problema ſit, verum eſt dicere omnẽ hominem eſſe muſicum. Syllogizabimus hoc pacto, verum eſt dicere omne animal eſſe muſicum, omnis homo eſt animal. Igitur verum eſt dicere omnem hominẽ eſſe muſicum, vel ſic, verum eſt dicere omne animal eſſe nõ muſicum, omnis homo eſt animal, ergo verum eſt dicere, omnem hominem eſſe nõ muſicum. Sed ſiue ſic, ſiue ſic ad reſolutionem nõ differt. Deinde docet reſoluere problema negatiuum, & dicit. Non eſſe autem muſicũ, quicquid eſt homo hoc eſt omnẽ hoiem nõ eſſe muſicũ, quod ęquipollet nullus homo eſt muſicus, ſi reſolui debet, deſtructiue demõſtratur ſecundum dictos tres modos vt per Cęlarent, per Cęſare, & cameſtres, per Cęlarent quidem hoc pacto. Nullum animal eſt muſicum, omnis homo eſt animal. Igitur nullus homo eſt muſicꝰ, per Cęſare hoc pacto, nullum muſicum eſt animal, omnis homo eſt animal. Igitur nullus homo eſt muſicus. Per Cameſtres deniq; hac ratione, omnis homo eſt animal, omne muſicum eſt animal, ergo nullum muſicum eſt homo, & vltra per conuerſionem, ergo nullus homo eſt muſicus. Simili modo ſyllogizari poteſt his tribus modis de vero, vt ſi dixero, verum eſt dicere nullũ animal eſſe muſicum, omnis homo eſt animal. Igitur verum eſt dicere nullum hominem eſſe muſicum, eodẽ modo in cæteris. Quo vero ad verba attinet, Ariſto. vt Philoponus dicit, accepit problema tranſpoſitum pro negatiuo, cum dixit. Non eſſe muſicum quicquid eſt homo, ſenſus tamen eſt, nullus homo eſt muſicus, quod problema tribus modis ſyllogizari poteſt.

Animaduerſio.

Simpliciter autem quando ſic ſe habent A & B, vt ſimul quidem eidem non contingant, omni autem de neceſſitate alterũ, & rurſum, C & D, ſimiliter. Sequitur autem ad C A, & nõ cõuertitur, & ad B ſequitur D, & non conuertitur. Et A quidem & D cõtingunt eidem, B autẽ & C non contingunt.

Sí autem καὶ et

Cõmẽ. 554.

Iterum, (vt Philoponus inquit,) de cõſequentiis, quę ſunt propoſitionum ſimplicium, & tranſpoſitarum, nũc regreditur. Cõſtituit autem primo figuram, vt ſuperius fecit. Terminos etiam in illa collocat, ſed nõ eodem modo, neq; ſimiliter ſe habentes quantum ad ordinem. Et, (vt Philoponus dicit,) primo facit tres ſuppoſitiones. Deinde ex illis vult quatuor regulas eſſe probandas. Loquitur autem ſuſpenſiue, vſq; ibi & ad B ſequitur D. Prima itaq; ſuppoſitio eſt, vt ſumantur A & B, vt animal, & non animal, vel bonum, & nõ bonum, q̃ ſic ſe habeant, vt ſimul quidem eidem non contingãt, omni autem de neceſſitate alterũ, & hoc pacto animal, & non animal ſe habent, quoniam omne aut eſt animal, aut non eſt animal, ſimiliter omne, aut eſt bonum, aut non eſt bonum, & de nullo ſimul. Dicit, & lege ſuſpenſiue {Simpliciter autem, quando ſic ſe habent A & B, vt ſimul quidem eidem nõ cõtingũt, omni autẽ de neceſsitate alterum ſit} hæc eſt prima ſuppoſitio ſecundum Philoponum. Affert ſecundam, & dicit, & rurſum C & D ſimiliter, vt homo, & non homo, aut iuſtum & non iuſtum. Hæc. n. de nullo ſimul ſunt, & de omni alterum eſt. Deinde affert tertiam ſuppoſitionem ſecundum Philoponum, & dicit. {Sequitur autem ad C A & non cõuertiſ, nã ad hominẽ eẽ ſequitur aĩal eẽ, & ad iuſtũ eẽ ſeqtur bonũ eẽ, & nõ cõuertitur, & per hãc tertiã patet, C D non poſſe accipi, niſi vt inferiores ad A B, alioquin ad C nõ ſequetur A, & ita patet non quoſcq; terminos accipi poſſe in C & D, vt nec lignum, nec non lignum, quia ſi ponitur lignum in C, ad ipſum non ſequitur A, cum hæ ſuppoſitiones veræ fuerint, infert quatuor regulas demonſtrandas, & dicit, & ad B ſequitur D, vt ad non eſſe animal ſequitur non eſſe hominem, & ad non eſſe bonum ſequitur nõ eſſe iuſtum. Hæc eſt prima regula. Affert quartam, & dicit, & non conuertitur, quia non ſequitur ad D B, non enim ad non eſſe hominem nõ eſſe animal ſequitur. Aſsignat ſecundam, & dicit. {Et A quidem & D contingunt eidẽ, vt animal, & non homo, contingunt æquo. Et bonum & non iuſtum cõtingunt ei quod eſt amicum mori pro amico, vt Achillem pro Patroclo. Aſsignat tertiam, & dicit B autem & C non contingunt, vt non animal, & homo nulli eidem cõtingunt. Hæ ſunt quatuor regulæ probandæ, vt Philoponus inquit.

Secunda regula conſequentiarum.

Cõmẽ. 555.

Primum ergo quòd ad B ſequatur D, hinc manifeſtum. Cum enim eorum, quæ ſunt C, D alterum ex neceſsitate omni inſit, cui autem B nõ contingit C, eo quòd ſimul infert A, A autem & B non contingunt eidem, manifeſtum ꝙ D ſequatur ad B.

Nunc probat primã regulam, videlicet ꝙ ad B ſequatur D, & hoc proponit, & dicit. {primum ergo, ꝙ ad B ſequatur D, hinc manifeſtum, vt ad non eſſe animal, ſequatur non eſſe hominem. Probat hoc pacto, ad quolibet ſequitur alterum cõtradictoriorum: C D ſunt contradictoria, ergo ad quodlibet ſequitur C aut D: & ſic ad ipm B ſequetur aut C, aut D: ſed ad B nõ poteſt ſequi C, eo ꝙ ſimul infert A & ita ad B ſequeretur A, quod eſt contra ſuppoſitionem primam, & cum ad B non poſsit ſequi C, ergo ad B ſequetur D, & ſic habetur prima regula. Dicit. {Cum enim eorum, quæ ſunt C D, alterum ex neceſsitate omni inſit, & cui ineſt B, non contingit C, & per ſuppoſitionẽ, & ẽt eo ꝙ C ſimul infert A, & ſic ad B ſequeretur A cõtra primam ſuppoſitionem, quod exponit D A autem, & B non contingunt eidem, vt fuit prima ſuppoſitio. Cum igitur ad B C nõ ſequatur, manifeſtũ ꝙ ad B ſequatur D. Ex hac regula Iuniores ſumpſerunt ꝙ à ſuperiori negatiue ad inferius, conſequentia eſt bona per ſe. Vt patet per probationem Ariſto.

Prima regula conſequentiarum.

Cõmẽ. 556.

Rurſum, quoniam cum A non conuertitur C: omni autem aut C aut D contingit A & D eidem ineſſe.

Secunda regula, A, & D cõtingit eidem ineſſe. Probat hanc regulam, quoniam ſuppoſitum eſt C ad A non conuerti, hoc eſt, ꝙ non quibuſcunq; ineſt A inſit C, ſumatur ergo aliquod horũ, cui A ineſt C vero nõ ineſt, vt ęquus. nam æquo animal ineſt. Homo vero non ineſt, quoniã autem omni aut C aut D per ſuppoſitionem, non ineſt autem C cui ineſt A vt æquo, ergo D inerit, cui A ineſt. Quare A D contingit eidem ineſſe, dicit. Rurſum quoniam cum A ipſo non conuertitur C, hoc eſt, cum non quibuſcũq; ineſt A inſit C, ſumatur ſubaudi æquus cui ineſt A & non ineſt C. Omni autem ineſt aut C aut D per ſuppoſitionem,

Regulę cõſequentiarũ. 1.

2. regula.

tionē,& ſubaudi c ipſum nō ineſt ęquo,ergo ei inerit D. Quare illi A D ſimul inerunt,quod erat probādum. Ex hac regula ſumpſerunt Sorticolæ hanc regulam in bona conſequentia conſequens,& oppoſitum antecedētis poſſunt ſimul ſtare. Probatur quoniam ſequitur eſt homo, ergo eſt animal. Sed probatum eſt A ſtare cum D in eodem,vt in æquo,ergo probatum eſt cōſequēs, & oppoſitum antecedētis poſſe ſimul ſtare. Quo vero ad ordinē attinet. Philoponus dicit hanc ſecundo loco eſſe probatam,quia cæterę regulæ probari non poſſent, niſi hac ſuppoſita,vt patebit. Poſita vero ſecundo loco eſt,quia ſupponit primam,vt conſideranti patet.

Secunda regula conſequentiarum.


B autē & C non contingit, propterea quòd A ad C ſequaſ, accidit.n.quoddā impoſsibile.

Cōmē. 557.

Tertia regua,B & C non contingit eidem ineſſe. Probatur quoniam ſi cui B ineſt, huic & C ineſt, quoniā per proximam regulam, & per ſuppoſitionem cui C ineſt, huic & A ineſt.Supponitur enim ſequi ad C A, tunc cui B inerit,huic & A inerit,& ſic cōtradictio,quod eſt impoſsibile,nulli ergo C & B inerunt. Dicit, B autē & C non cōtingit eidem ineſſe, Propterea ꝙ ad C A ſequatur, & ſic ad B ſequetur A,quod eſt abſurdum, cuius cauſam dicit. Accidit enim quoddam impoſsibile, vt contradictoria ſimul ineſſe alicui. Ex hac regula ſumpſerunt Sorticolæ hanc aliam regulam, in bona conſequētia oppoſitum conſequentis, & antecedens non cōtingit eidem ineſſe. Vt quoniam animal ſequitur ad hominem, & oppoſitū conſequentis eſt non animal,non animal, & homo nulli eidem ineſſe poſſunt.

Tertia regula conſequētiarum.

Manifeſtum eſt ergo ꝙ nec B, cum D conuertatur,propterea, ꝙ contingat eidem ſimul A D ineſſe.



Cōmē. 558.

Quarta regula eſt,licet D ad B ſequatur, vt ad non animal,non homo,non econuerſo ad D, ſequitur B, quoniā non cuicunq; ineſt D,ei ineſt B probatur,quoniam oſtenſum eſt, ꝙ in quibus A contingit,vt æquo,his, & B cōtingit,vt non homo. Et per te in quibuſcunq; D contingit, his omnino & B contingit,ergo à primo ad vltimum ꝙbus A contingit,& B etiam contingeret,quod eſt impoſsibile.Nam contradictoria opponuntur.Non ergo ad D ſequitur B. Dicit his demōſtratis,manifeſtum eſt ergo, ꝙ nec D cum B conuertatur. Hoc eſt ꝙ non quibuſcunq; ineſt D inſit B. Propterea ꝙ contingat eidem,vt æquo ſimul A D ineſſe,& ſic contradictoria ſimul. Ex hac Iuniores acceperunt ꝙ ab inferiori negatiue non ſequitur ſuperius negatiue. Amplius ex hac acceperunt,ꝙ oppoſitum antecedentis poteſt ſtare cum conſequēte. Antecedens enim eſt homo, animal onſequens. Oppoſitū vero antecedentis eſt non homo, quod ſtat cum animali. Quoniam æquus non homo exiſtens,eſt animal. Rurſus acceperunt ex hoc etiam ꝙ oppoſitum conſequentis non conuertatur cū oppoſito antecedentis, nam animal eſt conſequens ad hominem,cuius oppoſitum non conuertitur cum non homine.

Regulę cōſequētiarū.1.

2.regula.

3.regula.

Accidit autem aliquoties & non huiſmodi terminorum ordine falli, propterea ꝙ oppoſita non ſumātur recte,quorum neceſſe eſt omni alterum ineſſe. Vt ſi A,& B non contingunt ſimul eidem, neceſſe eſt autem ineſſe cui non alterum,alterum.Et rurſus C & D ſimiliter, cui autē C omni,ſequitur A. Accidet profecto cui D B ineſſe ex neceſsitate,quod falſum eſt.

γὰρ Enim Profecto.

Cōmē. 559.

Opponit contra quartam regulam, & vult probare, ꝙ ſi ad B ſequitur D,contra etiam, ad D,ſequatur B:& ita ad non hominem ſequitur non animal. Præparando ergo ad oppoſitionem,dicit ꝙ, ſi A B contradicunt, & C D contradicunt, & ex C ſequitur A, etiam conſonum videbitur,vt ex D ſequatur B, & ita ad oppoſitum antecedentis,vt ad non hominem,ſequetur oppoſitum conſequentis,videlicet non animal, quod eſt contra quartam regulam. Primo præparat ad ſolutionē dubij, & dicit.{Accidit autem & aliquoties in huiuſmodi terminorum ordine falli,& cauſam deceptionis aſsignans, dicit propterea ꝙ oppoſita non ſumātur recte,& quia oppoſita. Terminus communis eſt ad omnia genera oppoſitorum, exponit quę intelligat oppoſita,& dicit,& intelligo ea oppoſita,quorum neceſſe eſt omni alterum ineſſe. Et ſic ꝙ oppoſita, contradictoria intelligit, quia ergo aliquando non bene accipiuntur contradictoria, accidit nō raro fieri cauillos,hæc de præparatione ad ſolutionem. Deinde præparat ad cauillum contra quartam regulam, & accipit pro antecedente (vt Philoponus dicit) illas tres ſuppoſitiones,& ex illis infert cauillum,vel pręparationem ad cauillum. Reſumendo ergo ſuppoſitiones dicit.{vt ſi A & B non contingunt ſimul eidem. Autem pro,&,neceſſe eſt ineſſe cui non alterum ineſt, alterum ineſſe,hęc fuit prima ſuppoſitio, vt A B ſint oppoſita cōtradictoria. Accepit ſecundam, & dicit.{& rurſus C D ſimiliter, ſubaudi ſunt oppoſita,quę ita ſe habent,vt A B, & hæc fuit ſecunda ſuppoſitio. Aſsignat tertiam,& dicit.{cui autē C omni ineſt, ad illud omne ſequtur A,quæ fuit tertia ſuppoſitio. Tunc his ſtātibus infert dubitationem & dicit.{Accedet profecto cui D ineſt, B ineſſe ex neceſsitate, quod falſum eſt. Videtur enim illis tribus ſtantibus non magis ſequi ad B D,quam contra,ad D B. Hæc eſt præparatio ad cauillum. Quo ad præparationē attinet. animaduerte ꝙ ariſto.ex induſtria pręparauit ad ſolutionē, & ad cauillum,antea quia & cauillus,& ſolutio ſunt val de difficiles,ideo prædiſpoſuit nos ad illos.

Nam,ſi ſumatur negatio eorum, quæ ſunt A B, quæ eſt in quibus F: & rurſus eorum quæ ſunt C D,ea quæ eſt in quibus G, neceſſe eſt igitur omni ineſſe aut A,aut F, aut enim affirmationem,aut negationē.& rurſus, aut C, aut G. affirmatio enim & negatio. & cui C omni, A ſuppoſitum eſt ineſſe.Quare cui F, omni hoc, quod eſt G,rurſum, quoniam eorū,quę ſunt F, B omni alterum,& eorū quę ſunt G D. Similiter ſequitur autem G,id quod eſt F, & id quod eſt D,ſequitur B.Hoc enim ſcimus ſi ergo A, id quod eſt C,& id quod eſt D ſequetur B hoc aūt falſum eſt.Econtrario enim erat in his(quę ſic ſe habent)conſequentia.


Cum

Cõmẽ. 559. Cum præparasset ad cauillum, nũc deducit cauillum, & sumit suppositiones, & debet legi suspensiue vsq; ibi, & cui C omni, & dicit. {nam si sumatur negatio eorum, quæ sunt A B, quæ est in quo F, ita quidem, vt A B sit alterum oppositionis extremum, alterum vero F, quasi duo extrema opposita ambo. Secundo sumit secundam suppositionem, & dicit. {& rursus eorum, quæ sunt C D, sumatur negatio ea, quæ est in quibus G, ita quidem, vt C D sit alterum extremorum, G vero alterum, tunc ex his deducit proprietates oppositorum, & dicit. {Necesse est igitur omni inesse aut A, aut F, & vt de A dicit, ita intelligi debet de B, est enim F, vtriq; contradictorium, & hoc subdit. {Aut enim negationem aut affirmationem de quolibet necesse est veram esse. Hoc idem proprium exponit de C D, & G, & dicit. {& rursum aut C, aut G. Affirmatio enim & negatio, subaudi sunt quarum alteram inesse necesse est, & vt dicit de C, ita quoque & de D dici potest, quoniam G vtriq; est contradictorium. His stantibus procedit ad cauillum, & terminat suspensionem. F
Et primo deducit, q; si ex C sequitur A, vt si ad hominem esse sequitur animal esse, ad F sequetur G, & dicit. {& cui C omni A suppositum est inesse. nam suppositum est ad hominem esse, sequi A, hoc est animal esse, & accepit & illatiue, vt patet, quia ibi suspensio terminatur. Deinde ex hoc infert intentum, & dicit. {Quare cui F omni hoc, quod est G. nam ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. Sequitur enim ad C A, vt ad esse hominem esse animal. Ergo ex opposito ipsius A quod est oppositum consequentis, sequitur oppositum ipsius C, sed per suppositiones F est oppositum ipsius A. (Ponebatur enim ipsis A & B vtrisq; oppositum.) Ergo ad F sequitur G, & in hoc est tota vis rationis. Vult enim habere ex his omnibus, q; ex F oppositio ad A, sequatur G, ita quidem, vt hæc sit bona consequentia F est, ergo G est.
Tunc procedit ad intentum, & repetit suppositiones, & dicit. {Rursum quoniam eorum, quæ sunt F B, omni alterum inest: nam F B ponebantur opposita, & eorũ, quæ sunt G D, similiter omni alterum inest, quoniam etiã ponebantur opposita, tunc ñs resumptis, procedit ad cauillum, sed per deducta, G sequitur ad id quod est F, quoniã ex oppositio ipsius A consequẽtis, quod est F, sequebatur oppositum antecedentis, videlicet ipsius C, quod erat G & pro ergo ad id, quod est D, sequitur B, vt ad non esse hominem non esse animal. Hoc enim vt inquit, Scimus sequi ex his, quoniam si ad F sequitur G, ad oppositũ ipsius G sequetur oppositum ipsius F, cum semper ex oppositio consequentis sequatur oppositum antecedentis. At oppositum ipsius G est D, per suppositiones, & oppositum ipsius F est B: quare ad D sequetur B: quod erat deducendum. Tunc epilogat cauillum & dicit. {Si ergo A, ad id, quod est C sequitur, & ad id, quod D sequetur B, destruit consequens, & dicit hoc autẽ falsum est, cuius causam affert, & dicit. {Econtrario enim erat in his, quę sic se habent, vt A consequentia. Vnde breuiter cauillus est, A sequitur ad C, ergo ad F sequitur G. Quoniam ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedẽtis. Suppositum est enim F esse oppositum ipsi A B vtriq;, vt extremo contradictorio G vero ipsi C D etiam vt extremo cõtradictorio. Ad F sequitur G, ergo ad D sequitur B quoniam ex oppositio consequentis sequitur oppositum antecedentis. Quare ad non esse hominem sequitur non esse animal, quod est contra quartam regulam. Breuius adhuc cauillus est, ad C sequitur A ergo ad F sequitur G ad F sequitur G, ergo ad D sequetur B. Consequentiæ sunt deductæ.

Cauillũ, contrahitur.

Non enim fortasse necessarium est omni inesse aut A, aut F, nec F aut B, non enim est negatio eius, quod est A, hoc quod est F. Nam boni non bonum negatio, non autem est idem hoc quod est nõ bonum ei, quod est neq; bonum, neq; non bonum. Similiter autem & in C D. nã negationes quæ sumptæ sunt duę sunt.

ἀποφάσεις negationes. προτάσεις propõnes.



Cõmẽ. 560. Respondet Aristoteles negando primam suppositionem, & ait, q; non bene sumptum sit contradictorium, cum illis vtrisq; vnum cõtradictorium assignari nõ possit. Vnde nec A B nec D C vnum contradictorium assignari potest. Duabus enim propositionibus, duo contradictoria assignanda sunt, & ita altera alteri opponitur, & non vtrq; vni tertiæ. Amplius nec ipsis C D vnũ contradictoriũ assignatur propter eandem causam. Aristoteles itaq; supponit in cauillo esse deceptionẽ. (Et vt Philoponus inquit.) Suppositę deceptionis causam assignat, & dicit. Non enim fortasse necessarium est omni inesse A aut F nec F aut B, quoniam male sumptum est F esse negationem vtriusq; scilicet ipsorum A B. Non enim (vt inquit.) Est negatio eius, quod est A, hoc, quod est F. Deinde hoc idem in materiis ostendit, & dicit. Nam boni negatio est non bonum, hoc est eius quod est bonum negatio est non bonum. Non autem est idem hoc, quod est non bonum ei, quod est neq; bonum neq; non bonũ. Vnde syllogismus est, nõ bonum negatio est eius, quod est bonum. Non bonum non est idem ei, quod est neq; bonum neq; non bonum, ergo neq; bonum neq; non bonum non erit negatio eius, quod est bonum. Quare neq; F negatio est ipsius A. Simili ratione probari potest, q; F nõ sit negatio ipsius A B. Similiter autem inquit. Et in C D negatio G. non erit. Nã negationes hoc est, propositiones quæ sumptæ sunt, videlicet D C duæ sunt, & ita duæ oppositæ assignandæ, & non vna. Quo autem ad verba attinet, verbum negationes in græcis codicibus alĩs legit̃ προτάσεις, hoc est propositiones, & melius stat. Est enim sensus: nam propositiones, quæ sunt sumptæ, duæ sunt, & ita non vna contradictio assignanda est. Præterea aristoteles in hoc discursu disposuit F nõ posse esse vtrisq; illis, videlicet A B cõtradictionem nisi sit negatio vtriusq;, & ita si in A poneretur bonum, & in B poneretur non bonum F oportebit esse neq; bonum neq; nõ bonum. Modo probauit, q; istud nulli illarum sit oppositio, nisi eiusdem essent duę oppositiones. Sed dices A & B est

1. Quæstio. Vera solu. 2. Quæstio. Solutio. 3. Quæstio.

B est vna cōpulatiua, vel est vna disiunctiua, sed tam vni copulatiuę, q̄ vni disiunctiuę potest assignari vna contradictio per negationē propositam toti, ergo illud potest assignari F. Similiter & de C D, dici poterit. Dicendum primo, q̄ si A B, est vna disiunctiua & F est illius cō tradictorium, ipsum F æquipollebit copulatiuę factę ex partibus contradictorū ad A B, & sic oppositio erit vna copulatiua ex partibus oppositis, & hoc per legem contradictoriæ disiunctiuę. Quare contradictorium erit, nō est bonum, & est bonum, quæ non differt à priori nisi ordine. Sin autē A B, fuerit vna copulatiua, F erit vna disiūcta facta ex partibus contradictorū ad A B per legē oppositionis copulatiuę, & sic erit sensus non est bonū, vel est bonum, & sic nō habebit intentū, quia non ponit inesse. Secundo dicendum, q̄ A B, nō est vna propositio, quia nec copulatione vna, nec disiunctione vna, nec aliqua ratione vna. Sed, vt Aristoteles dicit, sunt duę propositiones abiunctę, & ideo non potest vnum contradictorium assignari. Hæc de verbis Aristotelis. Sed circa finem huius, quæritur primo quę differētia est inter terminos negatiuum, & priuatiuum, & infinitum. Iuniores respondent suo modo, & quæ dicunt obscura sunt.

1. Quæstio.

Vera solo.

Dilucide autem dicimus, q̄ terminus priuatiuus significat priuationem formæ connotando aptitudinē subiecti, cuius est illa forma, vt iste terminus inæquale. Inæquale enim significat principaliter priuationem æqualitatis, connotat verum quantum aliquid, quod est aptū natu alteri fieri æquale. Terminus vero negatiuus principaliter significat non esse, connotat vero tale vel tale. Vt non homo negatiue sumptum significat nō esse, cōnotat vero hominem, & sic significat non esse hominē. Et propterea non potest negatio negatiue tenta addi termino, nisi sub intelligatur esse. Vt si dixero, non homo, sensus est, non est homo. Et sic terminus negatiuus negat esse tale, vt esse hominē, vel esse æquum, et id genus. Ex hoc sequitur in tali propositione, quæ dicit lapis est non homo, si ille terminus homo tenet negatiue, est sensus. Lapis non est homo. Si infinitanter tenetur, est sensus. Lapis est existens non homo. Terminus vero infinitanter acceptus significat negationem talis formę supponendo ens, vel existens, vt non homo significat aliqd existens non hominem. Et propterea patet differentia. Terminus enim neganter sumptus significat negationē formę, & entis, quod limitatur pro forma, vt nō homo, cum neganter tenetur, significat non esse hominem. Infinitanter vero, significat negationem formę supposito ente, vt non homo, cum infinitanter tenetur, significat aliquid existens non hominem. At cum priuatiue tenetur, significat carentiam formę suppositi subiecto apto, vt inæquale. Significat enim priuationem æqualitatis in quanto, quod est aptum fieri æquale. Quare patet tā terminum infinitatum q̄ priuatiuum supponere eē. At terminus negatus negat esse. Secundo quęritur, cū dicitur de quolibet est vera affirmatio vel negatio, & de nullo ambę, pro quo distribuit sincategorema illud de quolibet, & illud videlicet & de nullo. Dicēdum q̄ distribuunt pro ente communi ad ens, & non ens, quia tā pro lapide q̄ pro chimera. Et si dicitur nihil esse commune enti & non enti. Dicendum nihil reale esse commune, sed bene ens imaginabile, vel intelligibile, & hoc sufficit. Tertio quæritur, vtrum consequentia, quæ fit à transposita ad negationem, sit in propositionibus vniuersalibus, an in indefinitis, vt hæc, est nō bonum, ergo non est bonum. Et videtur q̄ sit in vniuersalibus, alioquin probatio nulla est, quoniam si intendat hanc, homo est non bonus, ergo homo non est bonus. Tunc q̄ accipit alteram istarum hominem esse bonum, & hominem non esse bonum cuilibet inesse, falsum accipit, quoniam hæ nō contradicunt. Iuniores dicunt Aristotelē huiusmodi consequētias intelligere in vniuersalibus, licet exempla sint in propositionibus indefinitis. vt ratio cogit. Sed hoc est contra Philoponum, qui dicit Aristotelem primo fuisse locutum in propositionibus indefinitis, deinde in vniuersalibus. Et propterea dico quòd Aristoteles loquitur primo in propositionibus indefinitis, sed semper subiecto sumpto pro eodem. Pro diuersis enī nō cōtradictoriæ, sed subcōtrariæ essent. Et si dicere tur q̄ tales propositiones subiecto sumpto pro eodē, essent singulares, ergo nō indefinitę. Solutio patuit. Singularis enim propositio fm Philoponum est etiam indefinita. Vel dicendum q̄ non sequitur in his propositionibus subiecta accipiuntur pro eodem, ergo sunt singulares. Sed oportet addere, q̄ sumantur pro eodem, & nō possint accipi pro alio. Modo satis est, vt in talibus propositionibus subiectis sumptis pro eodem, vel prō quocunq̄ vno, repugnent. Vlterius quæritur vtrum ex terminis infinitis fieri possit syllogismus, et videtur q̄ nō, quoniam si fieri possit, tunc in figura prima fieri posset syllogismus ex minori negatiuo. Declaratur quoniā iste eēt bonus syllogismus, omne non B est A, omne C est nō B, ergo omne C est A. Et si iste esset bonus, ergo & iste. Omne non bonum est A: nullum C est B: Igitur omne C est A. Quòd autem & iste. Probatur, quoniam ad illam minorem omne C est non B sequitur nullum C est B. Quare si ex prima fieri potest syllogismus, ergo ex secunda, quæ sequitur ex illa. Quoties enim antecedens pōt esse minor in syllogismo, consequens etiam esse potest minor in eodem. Dicendum fm Aristotelem q̄ ex terminis infinitis potest fieri syllogismus in qualibet figura. In prima quidem, quia hi sunt boni syllogismi omne nō B est non A: omne non C est nō B: ergo omne nō C est nō A. Et iterum nullum non B est nō A. Omne non C est nō B, ergo nullum nō C est non A. Patet quia primus potest regulari per dici de omni. Secūdus vero per dici de nullo. Quòd autem in cæteris figuris. Patet, quia cęteræ figuræ descendunt à prima conuersione. Quibus patet in qualibet fieri posse syllogismos tam ex vtrisq̄, q̄ ex altero. Pro solutione tamen rationis animaduerte, q̄ quā do transposita affirmatiua potest esse maior, vel minor in aliquo syllogismo, in eodem simplex negatio esse potest maior, vel minor. Patet hæc suppositio, quoniā quoties antecedens potest esse maior vel minor in aliquo syllogismo, etiam consequens potest esse maior, vel minor in eodem. Ex hac suppositione patet ex minori negatiua concludi posse conclusionem affirmatiuam, et ita hic erit bonus syllogismus, omne non B est A nullum C est B, ergo omne C est A, quia primus syllogismus erat, omne non B est A omne C est non B ergo omne C est A. Modo si ex minori hac, quæ est affirmatio transposita sequitur illa conclusio, ex negatione simplici ad minorem, iterum sequitur illa. Amplius sequitur ex terminis finitis vtrisque vel altero fieri posse syllogismum ex puris negatiuis, vnde bene sequitur nullum non B est A, nullum C est B, ergo nullum C est A. Patet ex eadem suppositiōe. Plura alia possem dicere, sed hæc satis sunt.

Cōmē. 300.

2. Quęstio.

Solutio.

3. Quæstio.

4. Quęstio.

Solutio.

Notāda.

Primi Libri Priorum Finis.

Aristotelis

ARISTOTELIS

PRIORVM RESOLVTIVORVM

LIBER SECVNDVS,

Cum
Auguſtini Niphi Sueſſani
Commentarijs.

SVMMA LIBRI

De potentia ſeu vigore ſyllogiſmorum,
& illis annexis.

Qui nam ſyllogiſmorum plures concludere concluſiones poſsint. Caput. I.

Artem, methodum.



N Quot ergo figuris, & per quales: & quot propoſitiones, & quando & quomodo fit ſyllogiſmus, amplius autem ad quæ perſpiciendum conſtruenti, & deſtruenti, & quomodo oporteat quęrere ſecundum vnamquãq; artem, amplius autem per quam viam ſummemus, q̃ in ſingulis ſunt principia, iam pertranſiuimus.

Cõmen.

De ittiõe.

Alber. põ.



Vm Ariſtoteles perfeciſſet primum librũ, nunc tranſit ad ſecundum. Vbi primo epilogat omnia, quæ fecerat de ſyllogiſmis in libro Primo. Sed quæ ſit intentio Secundi libri, non parua eſt ambiguitas. Albertus intentionem præſentis libri ait eſſe de virtute, et potentia ſyllogiſtica, cuius cauſam affert, quoniã vt in natura, ita & in arte, at in natura vnaquæq; res prius generatur q̃; potentiæ vigorem exerceat, quare & in arte prius ſyllogiſmus generari debet q̃; ſuam potentiam exercere. Ariſtoteles ergo ſemper naturæ imitator, poſt perfectam ſyllogiſmorum generationem, nunc conſequenter de vigore ac ſyllogiſtica potentia pertractat. Quòd autem generationem ſyllogiſmorum perfecerit, oſtendit epilogans omnia, quę de ſyllogiſmis pertractauit. Et primo epilogat quæ determinauit de generatione ſyllogiſmorũ, (vt Culuerbinus inquit, & dicit. {In quot ergo figuris} ſubaudi fiant ſyllogiſmi, & hoc dicit quantũ ad numerũ, qa in trib⁹. {Et p̃ quales} quãtũ ad qualitates p̃põnes. {Et quot p̃põnes.} quãtũ ad propõnum numerum, quia ad minus per duas. {Et quando} quãtum ad vtiles coniugationes. {Et quomodo fit ſyllogiſmus} quantum ad figuræ cuiuſq; modos. Secũdo epilogat, (vt etiam Culuerbinus inquit,) ea, quæ dixit de inuentione medij, & inquit. { Amplius autem ad quæ} ſubaudi media antecedentia, vel conſequentia, vel oppoſita proſpiciendum conſtruent} ſubaudi per affirmatiuos ſyllogiſmos, & deſtruẽti} ſubaudi per negatiuos. {Et quomodo oporteat quærere de problemate, quod eſt ſecundum vnamquãq; artem & ſcientiam. Tertio epilogat ea, quæ dixit de reductione, & inquit. { Amplius autem per quam viam} ſubaudi reſolutionis ſumemus terminos vel propoſitiones, quæ ſunt principia in ſingulis ſyllogiſmis, iam pertranſiuimus, hæc de epilogo, qui attinet ad perfectam generationem ſyllogiſmorum. Quare nunc de potentia ac vigore ſyllogiſmorum eſt agendum. Eſt autem (vt Iuniores dicũt) Syllogiſtica poteſtas, altera quæ proficiſcitur à cõcluſione & propoſitionibus ratione habita ad aliquod extrorſum, vt ad conuertentem & ſubalternam, altera vero, ratione habita ad concluſionem reſpectu propoſitionum, & hęc multiplex eſt, quia aut quatenus propoſitiones ſunt veræ, vel falſæ, & hac ratione docet ſyllogizare verum ex falſis, & verum ex veris Aut ratione oppoſitionis, & hac ratione docet ex oppoſito concluſionis ſyllogizare conuerſiue oppoſitum alterius. Aut ratione incompoſsibilitatis propoſitionum, & per hanc docet ſyllogizare ex oppoſitis. Patet ergo intentionem huius libri eẽ de poteſtate ſyllogiſmorum. Alia vero, quæ hic agit, ad complementum horum interſerit. Alexander autẽ Aphrodiſius intentionem huius libri eſſe dicit, determinare ea, quæ in primo libro reliquerat, ſunt autem hæc, q̃ ex falſis verum interdum ſyllogizeẽ, & q̃ ex veris verũ ſemper. Alij autem quos Philoponus approbat, dixerunt intentionem huius libri eſſe de materia ſyllogiſmorum: nam cum in primo libro ſpeciem ac formam ſyllogiſmorum dixiſſet, nunc rationi conſentaneum eſt, vt dicat de materia. Eſt autem materia propoſitiones, forma concluſio. Cum igitur in primo dixiſſet de forma, quia de ſyllogiſmis ratione habita ad concluſionem, nunc dicit de materia, quoniam de ſyllogiſmis ratione habita ad p̃poſitiones. Accipit autem in proœmio (vt Philoponus inquit) quæ dicta ſunt in primo libro, & primo quæ dicta ſunt in prima ſectione. Oſtendit enim in prima ſectione in quot figuris fiant ſyllogiſmis, quoniam in tribus. Et per quales propoſitiones, quoniam in prima figura maiore exiſtente vniuerſali, minore vero affirmatiua. In ſecunda autem, maiore vniuerſali, minore vero exiſtente diſsimili ſecundum qualitatem. In tertia minore exiſtente affirmatiua, & quot propoſitiones quoniam duę neceſſarię ſunt ad minus. Et quando & quomodo, quo ad modos vtiles & inutiles. Hæc dicta ſunt in prima ſectione primi libri. In ſecunda vero ſectione dictum eſt quomodo oportet nos preparare, quoniam oportet accipere affirmatiua ſubiecta. In tertia denique ſectione de reſolutione dixit, quoniam quadam methodo vtentes reuerti debemus ad principia ſyllogiſmorũ.

Quotuplex potentia.

Põ Alexi.

Põ Philo.


Epilogus. Primi libri quo ad ſingulas ſectiões.

Ex his (vt Philoponus inquit, patet vniuerſalem eſſe hunc librum, ſicut & primum, quoniam primus vniuerſalis eſt quantum ad demonſtrationem ſyllogiſmorum, hic quantum ad loca.

Qualis hic liber.

Quoniam autem alij quidem ſyllogiſmorum ſunt vniuerſales, alij vero particulares, vniuerſales quidem omnes ſemper plura ſyllogizant, particularium autem prædicatiui quidem plura, negatiui vero concluſionem ſolam: nam aliæ quidem propoſitiones conuertuntur, priuatiua vero non conuertitur. Concluſio autem aliquid de aliquo eſt, quare alij quidem ſyllogiſmi plura ſyllogizant. Vt ſi A oſtenſum ſit omni aut alicui B ineſſe, & B alicui A neceſſarium eſt ineſſe. Et ſi nulli B ineſſe A, & B nulli A, hoc autẽ aliud eſt à priore. Si autem A alicui B non inſit, non neceſſe eſt & B alicui A non ineſſe, contingit enim omni A ineſſe. Hæc ergo communis omnium cauſa eſt vniuerſalium, & particularium.

Cum



Cõiugõnes tres concludentes conclusionẽ primo intẽtam, mox & aliã ex cõclusionis cõuersione, ex qbus pticularẽ negatiuã cõcludens solã cõcludit.

Cõmen. 2.

Cũ perfeciſſet proœmiũ, nunc proſequit. (Et vt Philopon⁹ inquit,) Primo vult ſignificare hãc cõcluſionẽ, ꝙ vłes ſyllogiſmi & affirmatiui, & negatiui, & particulares affirmatiui ſoli ſyllogizãt plures cõcluſiones. Particulares vero negatiui nequaquã, probat aũt hãc cõcluſionẽ ex cõuerſiõe cõcłonis. Per q̃ innuit quatuor cõcluſiones. Quarũ prima eſt, ſyllogiſmi vłes affirmatiui ſyllogizãt plures cõcłones, qm̃ cõuertibilẽ & cõuertentẽ. Nã vłis cõcło, cũ ſit vłis propõ, ad particularẽ cõuertit. Secũda eſt vłes negatiui plures cõcłones ſyllogizãt, qa tã cõuertibilẽ ꝙ cõuertẽtẽ, cũ enim vłis negatiua cõcło ſit, ppoſitio, q̃ cõuertitur ad ſe ipſam, fit, vt ſyll'i vłes negatiui plures cõcłones ſyllogizent. Tertia ſyll'i particulares affirmatiui ſyllogizãt plures cõcluſiones, qm̃ conuertibilẽ & cõuertẽtẽ, nã particularis cõcluſio cõuertit ad ſe ipſam. Quarta ſyll'i particularis negatiui, vnã ſolã ſyllogizãt, qm̃ cõuertibilẽ tm̃, nõ. n. particularis negatiua cõuertit. Ex his apparet cõtinuatio, ꝙ, cũ perfeciſſet proximũ, nũc exequitur. Et in exequẽdo primo declarat qũo ſyllogiſmi plura ſyllogizent ex parte cõcluſionis, & poſuit cõcłones quatuor, vt diſtinximus. Tacunt aũt intentionẽ Secundi libri, quia ſimul cũ executiõe patet. Vñ inquit. {Qm̃ aũt alĩ quidẽ ſyllogiſmorum ſunt vłes, vt qui ex vtriſq; vłibus propoſitionibus conſtant, alĩ vero particulares, vt q ex altera particulari ſola ſunt, vłes quidem omnes, hoc eſt tam affirmatiui q̃ negatiui ſemper plura ſyllogizãt ex parte, videlicet cõuerſionis, qm̃ cõuertibilẽ, & cõuertẽtẽ. Cõuertibilem quidem immediate, cõuertentẽ vero, mediate. Particularium aũt, prædicatiui quidẽ plura ſubaudi ſyllogizant, qm̃ cõuertibilem, & conuerſam, negatiui autem vnam ſolam, qm̃ ſolam particularem negatiuam, quæ non conuertitur. Et hoc ſubſcribit. Et inquit. {Nam aliæ quidem propoſitiones conuertantur, ſubaudi, & vniuerſales omnes & particulares affirmatiuę. Priuatiua vero, ſubaudi quæ particularis eſt, nõ conuertitur. Et licet particularis negatiua non conuertatur, tamen, (vt inquit,) concluſio eſt, quæ enunciat aliquid de aliquo. Poſſet enim dici, ſi particularis negatiua non conuertitur, hoc eſt, quia caret prædicato & ſubiecto, quaſi reſpondens inquit, ꝙ licet talis propoſitio non conuertitur, tamen habet ſubiectum & prædicatum, cum enunciet aliquid de aliquo negando, vel dicendo quod non eſt. Aut, (vt Philoponus inquit,) quia quis dicere poſſet, ſi ſyllogiſmus cõcludit plura, tunc illius ſyllogiſmi concluſio non erit determinata, & vna vnius ſyllogiſmi, (quaſi reſpondens inquit.) Et ſi ſyllogiſmi plura ſyllogizare poſſunt, concluſio tamen eſt aliquid de aliquo. Hoc eſt concluſio illius eſt determinata, & vna vnius, nam cõuertibilis, & conuertens non ſunt omnino diuerſæ propoſitiones, cũ communicent in terminis, ſolum enim ordine differũt.

Reſolo textus in quatuor concluſiones.

1. Expõ.

2. Expõ.

A Ex his infert concluſionem, & dicit, quare alĩ quidem ſyllogiſmi plura ſyllogizant, alĩ, ſubaudi, vnam ſolam concluſionem. Quæ dixerat, exponit per exempla, & dicit. Vt ſi A prædicatum oſtenſum ſit omni aut alicui B ineſſe, & B alicui A neceſſarium eſt ineſſe, medium autẽ ſit C, hoc pacto, omne C A, omne B C, igitur oẽ B A. Quare per conuerſionem ſyllogizabitur, quòd quoddam A ſit B. Aut in particulari hoc pacto, omne C A, quoddam B C, igitur quoddam B A, quare ſequetur, ꝙ quoddam A ſit B, deinde exponit in vniuerſalibus negatiuis, & dicit. Et ſi ſyllogizabitur, nulli B ineſſe A p̃ C hoc modo, nullũ C A, omne B C, igitur nullum B A, & B nulli A ẽt ſyllogizabitur. Et quia dixit concluſionem eſſe vnam, quæ ſequitur ad vnum ſyllogiſmum, addit. {Hoc autem aliud eſt â priore, & tu intellige non ſimpliciter, quoniam in terminis communicant, ſed ſecundum quid & ratione, (vt innuit Philoponus,) deinde exponit in particularib⁹ negatiuis, & dicit. Si autem A alicui B non inſit, nõ neceſſe B eſt & B alicui A non ineſſe, vt ſi animali alicui homo nõ inſit, nõ neceſſe eſt, alicui homini animal nõ ineſſe. Quare ſyllogiſmus, qui negatiuã particularẽ ſyllogizat, vnã ſolã cõcluſionem ſyllogizat. Tunc quaſi epilogãdo dicit. {Hæc ergo, ſ. ꝙ cõcluſio conuertatur, cõmunis cauſa eſt omnium & vniuerſalium & particulariũ ꝙ hi plura, alĩ vnam ſolam concluſionem ſyllogizent.

Dubõnes prima.

Sed circa hãc cõem cauſam dubitãt, nam per hoc ſyllogiſmus ex cõtingẽtibus vniuerſalibus nõ plura cõcluderet, qm̃ cõcluſio vłis contingens non conuertitur, & ſyllogiſmus ex particularibus negatiuis plura cõcluderet, particularis enim negatiua conuertitur. Iuniores reſpondent, & quidem non eodem modo. Nam alĩ dicũt cauſam Ariſtotelis veram eſſe in pluribus, quia in ſyllogiſmis de neceſſario, & de ineſſe, in alĩs vero non. Alĩ dixerunt Ariſtotelis cauſam veram eſſe per ſe, falſam autem per accidens, nam in vniuerſali vera, in particulari & gratia materiæ falſa eſt. Dici etiam poteſt ꝙ cõtingens conuertitur ad oppoſitam qualitatem. Et ſic ſyllogiſmus plura ſyllogizat, ſaltem ratione conuerſionis ad oppoſitum. Præterea etiã conuertitur ad contingens ſm dimidium, & ita plura concludit. Debetur etiam ſecunda ratio, qm̃ particularis negatiua contingens ſm rẽ eſt affirmatiua, & Ariſtote. loquitur in pluris negatiuis.

Solo Iu.

Solutio pro pria.

2. Dubõ.

Secundo dubitant, quia non vr̃ ſyllogiſmus vniuerſalis poſſe plura ſyllogizare, ſi enim concludit conuertentem, vel virtute propoſitionum, vel virtute concluſionis, ſi virtute concluſionis, tunc concluſio ſecunda non erit virtute ſyllogiſmi, ſed virtute concluſionis ſyllogiſmi, quare hæc non erit ſyllogiſmi poteſtas, nec virtute propoſitionum, quoniam tunc deberet aſſimilari alteri propõnum. At cõſtat eam non eſſe ſimilẽ maiori in qualitate, nec minori in quantitate, igit̃ nulli propoſitionũ ſimilis videtur. Prẽterea vnius potentiæ, atq; vnius cauſæ vnus eſt effectus, at, cũ ſyllogiſmus ſit vnus, non poterit niſi vnam concluſionem ſyllogizare. Inſuper vel ſyllogizare plura pertinet ad perfectionem ſyllogiſmi, & ſic de hoc in Primo libro debuit dici, vel nõ pertinet ad ſyllogiſmi perfectionem, & ſic non debuit tractari in libris de ſyllogiſmo. Iuniores dixerunt, ꝙ ſumẽdo ſyllogiſmũ pro propoſitionibus copulatis ad vnũ mediũ, idem ſyllogiſmus æque primo & immediate ſyllogizat plures concluſiones. Vt ſyllogiſmus in {Barbara æque primo ſyllogizat vniuerſale affirmatiuam, & particularẽ cõuertentem. Si enim immediate ſyllogizat vniuerſalẽ, lõge facilius & particularẽ, cũ ſit minoris virtutis particularẽ, q̃ vniuerſalem ſyllogizare. Prẽterea ſi minor talis ſyllogiſmi eẽt particularis. Syllogizaret particularem immediate. Igitur a fortiori ſi erit vniuerſalis. Sin autem ſyllogiſm⁹ ſumeretur p̃ aggregato ex propoſitionibus & concluſione, ſic nullus idem ſyllogiſmus plura.

Põ Iu.

Reprobatio

syllogizare põt. Nõ.n. cõclusione variata manet idẽ syl E logismus. Sed positio hæc bifariã errat. Prio qdẽ, quia nunq; syll's accipit a peripateticis nisi p propõnib⁹ copulatis ad vnũ mediũ. Et si dr̃ q̃ Philopon⁹ asserit cõclusio nẽ eẽ formã syllogismi. Dicem⁹ q̃ est forma aduenticia, nõ aũt essentialis. Vñ & in definitione syllogismi dr̃ cõclusio aliud quippiã aduenẽs p̃ter ea q̃ sumpta sunt. Prę terea Philopon⁹ accepit syll'm pro aggregato ex propõnibus & cõclusione, & sic concedit plures fieri syll'os ex parte cõuersionis, & plures fieri ex parte dicti de oi, & de nullo saltẽ rõne formę. Secũdo errat, quia dicit syll'm p propõnibus posse plura ęq̃ prio syllogizare, qd est cõtra Auer. q̃ sic inquit. Ex hac parte accidit syll'o vni, & eidẽ, vt cõcludat cõclusiões plures vna, nisi quia quã cõcludit per se primo, est vna. Et alias quas concludit, concludit quidẽ ex parte, qua sequũtur primã, & ea mediãte, & sunt quasi cõcl'ones per accidẽs. Et p̃pter hoc non numerant hmõi in cõclusionib⁹ syll'orũ in libro primo. Et errauerũt in hoc priores expositores, & enumerauerũt eis in prio libro. Ex his accipit regula per quã hęc potestas declarat, de qua dictũ est primo huius, est autem

Solutio. regula q̃q̃d sequtur ad cõsequẽs, sequitur ad antecedens in bona cõsequẽtia. Et tũc p hãc regulã patet, id qd Aristo. dixit. Tũc ad rõnes, ad primã dico q̃ secũda cõclusio

Obiectio. p se sequtur virtutę primę cõclusiõis, p accidẽs aũt virtute syllogismi, qui se habet, vt añs.

Solutio. Sed dices si sequitur virtute cõclusionis hoc pacto oẽ B est A. Igit quoddã A est B, vel syllogistice, aut enthymematice. Iuniores dixerũt enthymematice, quia añs est totus syll's cũ cõclusione, cõsequens vero cõuertẽs. Et cũ dicis oẽ enthymema re

2. Solutio. ducitur ad syll'm. Philopon⁹ negat, nã in syll'o p trãsum ptũ nõ oportet. Ad secũdã patuit Solutio, nõ. n. absurdũ

1. Solutio. est ab vna causa plures effect⁹ pficisci, mõ nõ ęque prio proficiscantur. Ad tertiã quoq; Solutio est perspicua, quoniam potestas hæc non spectat ad perfectionem syllogismi per se primo, sed per accidens, ideo nõ in primo, sed in secundo agendum est de ea.

Est autem de vniuersalibus & aliter dicere, quęcunq; enim aut sub medio, aut sub conclusione sunt, omnium erit idem syllogismus, si illa quidem in medio, hæc vero in conclusione ponantur. Vt si A B conclusio sit per C, quęcunq; sub B aut sub C sunt, necesse est de omnibus dici A. Nam si D in toto B, & B in toto A sit, & D erit in toto A. Rursum si E in toto C, & C in toto A sint: & E in toto A erit. Similiter autem & si priuatiuus sit syllogismus.

Nouũ. Cõpositũ. Corpus. Mũd⁹: seu ei⁹ ps. Cęli.

Substãtia. Qualitas. Dispõ. Habitus. Scientia.
A. B. E. C. D.

Cõmen. 3.

Cum demonstrasset ex parte conuersionis plures fieri syllogismos, nunc, (vt Philoponus inquit,) ostendit plures fieri syllogismos ex ipso de omni, & de nullo dici. accipit autem Philoponus syllogismum pro aggregato ex propositionibus cum conclusione, & demonstrando hoc ex parte ipsius dici de omni, primo hoc declarat in vniuersalibus modis primæ figuræ, & dicit. {Est autem & de vniuersalibus} subaudi syllogismis, & {aliter dicere, quòd vnus syllogismus syllogizet plura. Dixit autem de vniuersalibus, quia secus de particularibus, vt dicemus. Dixit & aliter dicere, quia, (vt Philoponus inquit,) Quia prius declarauit plures fieri syllogismos, vel vnum plura syllogizare facta conuersione, nunc hoc idem declarat ex ipso de omni, aut de nullo dici. Et hæc exponit, & dicit. {Quæcunque enim aut sub medio, aut sub conclusione sunt, omnium erit idem syllogismus, non numero, sed specie, vel genere, vt patet per dici de omni, vel de nullo. Si

F enim maior prædicatur de omni medio, & medium de omni aliquo, maior etiam prædicabitur de omni illo. Et si maior de nullo medio, & medium de omni altero, maior etiam de omni illo prædicabitur. Propterea subdit {si illa quidem in medio, hæc vero in conclusione, vt in suis totis ponantur, & per conclusionem, (vt Philoponus inquit,) terminum vniuersaliter distributum intelligit, qui est illius subiectum, & minor extremitas. Non enim aliquid esse potest sub conclusione, nisi ratione subiecti illius, cum fuerit vniuersaliter distributum. Deinde hæc, quæ dixit, per exemplum in literis exponit, vt literis rationem faciat, (vt Philoponus inquit,) vt si A B conclusio sit per C medium, quæcunq; sub B minore extremitate, aut sub C medio sunt, necesse est de omnibus dici A maiorem extremitatem.

Cõmen. 4.

Probat primam partem per dici de omni, & dicit, nam, si D subacceptum sit in toto B, ita vt B minor extremitas prædicetur vniuersaliter de D, & B minor extremi

G tas sit in toto A vniuersaliter, vt syllogizatum est per C medium, & D erit vniuersaliter in toto A, vt patet per definitionem eius, quod est dici de omni. Patet ergo prima pars. Deinde probat secundam, & dicit. Rursum si E sit in toto C medio, ita vt C de E vniuersaliter dicatur, & C medium sit in toto A, ita vt A vniuersaliter de C prædicetur, & E in toto A erit vniuersaliter. Deinde de vniuersalibus negatiuis idem subdit. Et inquit. {Similiter autem & si priuatiuus sit syllogismus. nam per dici de nullo idem sequitur, si enim A de nullo B per C medium prædicetur, & D sit vniuersaliter sub B, etiam A de nullo D dicetur. Et si A de nullo C, & C de omni E, & A de nullo E dicetur, vt patet per dici de nullo. Est tamen differentia, & quo ad nomenclaturam, & quo ad rem. quo ad nomenclaturam quidem, nam cum accipitur sub medio, auctio fit in latus, vt Primo Posteriorum dictum est, cum autẽ accipitur sub subiecto cõclusionis, auctio fit in post assumendo. Quo ad rem


H vero, quoniam cum accipitur sub medio, ipsummet medium manet medium. Cum vero accipitur sub minore extremitate, minor extremitas manebit medium. Nota.


Animaduerte tamen, quòd, cum sumitur sub medio, non erit vnus syllogismus plurium, sed plures plurium, regulati tamen per dici de omni, vel de nullo, si autẽ sub conclusione fortasse erit vnus plurium. Hæc in prima figura de vniuersalibus.

In secunda autem figura, quod sub conclusione est solum erit syllogizare. Vt si A insit nulli B, & omni C, conclusio erit, quoniã nulli C ineſt B. Si autem D sub C est, manifestũ quoniam non ineſt ei B.

Cõmen. 5.


Cum






Cõmen. 4. Cum declarasset quomodo in prima plures syllogismi fiant ex ipso dici de omni, aut de nullo, nunc vt Philoponus dicit ostendit, in secunda figura, ꝙ non sit possibile, subaudi sub medio, & sub conclusione ex ipso dici de omni aut de nullo plures syllogismos fieri, sed solũ sub cõclusione. Et primo ostendit ꝙ plures syllogismi fieri possint sub conclusione ex ipso dici de omni, vel de nullo, & dicit. In secunda autem figura, quod sub cõclusione est, hoc est, quod sub subiecto conclusionis est, ex ipso dici de omni, vel de nullo solum erit syllogizare. Dico solũ erit syllogizare sub subiecto conclusionis ex ipso dici de omni, vel de nullo, quia sub medio non erit syllogizare ex ipso dici de omni vel de nullo, nisi conuer C sione facta, vt dicemus. Erit dico syllogizare sub conclu sione ex ipso dici de omni, vel de nullo subiecto cõclusio nis conuerso ad medium, & hoc exemplis exponit, & di cit. Vt si A maior extremitas insit nulli B, ita vt maior, ꝓ positio sit, nullum B est A, & A insit omni C, ita vt minor sit, omne C est A, conclusio in Cæsare erit, qm̃ nulli C inest B, si aũt D sub C est, manifestũ est, videlicet per ipsum dici de omni, aut dici de nullo, qm̃ nõ inest ei B. Nã dici de nullo est qñ est nihil sumere sub subiecto, e quo nõ negetur prædicatum, quare, si B de nullo C dicitur, & C de omni D, igitur B de nullo C dicetur.

His autem, quæ sunt A, quoniam B non inest, non palam est per syllogismum, & si non inest B ei quod E, si est E sub A, sed inesse quidẽ B nulli C per syllogismum ostensum est. Non inesse vero ipsi A, hoc quod est B indemõstratum sumptum est, quare nec per syllogismum accidit B non inesse E.



Cõmen. 5. Cum declarasset in secunda figura, ex ipso dici de omni, vel de nullo fieri syllogismum sub conclusione. Nũc

A declarat, ꝙ sub medio nõ pũt fieri plures syllogismi ex ipso dici de oĩ vel de nullo, sed fiũt cõuersione facta, ꝑ quã reducunt syllogismi secũdę figurę ad primã, & dicit. {Is aũt, q̃ sub A medio, qm̃ B nõ inest, nõ palã est per syllogism regulatũ ꝑ dici de omni vel de nullo, sed ꝑ cõuersionẽ, & si nõ inest B ei, quod est E. Si E est sub A tanquã illius pars subiectiua. Quasi dicat, dato ꝙ E sit sub A, vt in toto prædicato B nõ dicetur de E ꝑ syllogismũ regulatũ per dici de omni vel de nullo, sed solum per syllogismũ imperfectũ aliũ à priori, qui ad hoc, vt fiat euidens, requiritur cõuersio alterius propositionis in terminis. Et propterea dicit, sed inesse quidẽ B nulli C per syllogismũ ostẽsum est. s. impsectum, cuius mediũ erat A nõ inesse vero ipsi A medio hoc quod est B maior extremitas, indemõstratũ sumptũ est, qm̃ neq; per syllogismũ eundem, neq; per alium regulatum. Per dici de omni, aut de nullo, sed cõuersione, quæ nulla rõne est syllogism⁹, sumptũ est. Quare nec per syllogismũ, regulatũ ꝑ dici de omni, aut dici de nullo accidit B non inesse E sed si accidit, accidit per syllogismũ im B perfectũ alium, qui reduci potest ad perfectũ, ac regulatum per dici de omni, aut de nullo conuersione. Hæc est expositio Philoponi.



Quæstio.

Ex qua remouent obiectiones cõtra Arist. Nã quidã C male intelligẽtes volũt Arist. ĩtellexisse, ꝙ nõ liceat sub medio syllogizare aliquo modo. Et tunc mouent quæstionẽ cõtra Aristo. quia hic syllogismus vr̃ bonus, nullus lapis est animatus, omne aĩal est aĩatũ, ergo nullũ animal est lapis. Accipiat ergo æquus sub aĩato quod erat medium, & ab eo remouebitur maior extremitas ꝑ eundem modum secundę figuræ hoc pacto, nullus lapis est animatus, omnis æquus est animatus, igitur nullus æquus est lapis. Laborant autem circa solutionem, & varia figunt, non nulli dicunt sub medio nihil posse accipi, quia est prædicatum, quod nullam suppositionem habet. Et hoc nihil est, quia a pari sub A nõ posset accipi C. Quare suppositionem habet saltem per accidens, quatenus fieri potest subiectum. Diximus enim in iudicris prædicatum per se in propositione nullam suppositionem habere, per accidens autem quatenus ad subiectum conuerti potest bene habet. Quare non euitant cauillum. Alĳ blacterizant suis figmentis. Sed ex ex D positione Philoponi quæstio hæc neq; euenit, neq; difficilis est. Aristoteles enim voluit sub conclusione in secunda figura fieri posse syllogismum ex ipso dici de omni vel de nullo regulabilem, sub medio vero, non nisi conuersa vniuersali negatiua, & sic non negat fieri posse alium syllogismum, a priori saltem imperfectum. sed negat fieri posse alium syllogismum regulabilem per dici de omni aut de nullo, eo modo quo fit sub conclusione, & eo modo, quo fieri potest in vniuersalibus primæ figuræ, quod cum ignorassent omnes. In aniles fabulas inciderunt. Tacuit autem aliam figuram, quia in tertia nulla conclusio erit vniuersalis.


Solutio.

Refutatio.

Quæ Philoponus propria solutio.

In particularibus autem, eorum quidem, quæ sub conclusione sunt, nõ erit necessariũ, non enim syllogismus fit, quando ea sumpta fuerit particularis. Eorum autem, quæ

sunt sub medio, erit omnium, verumtamen non per syllogismum. Vt si A omni B, & B alicui C, nam eius, quod sub C, est positum, non erit syllogism⁹, eius vero, quod sub B est, erit, sed non propter eum, qui prius factus est syllogismum.



Coniugatio hæc particularis præter primam conclusionē, termino assumpto sub medio cōcludit aliam cōclusionem, sub minori vero inutilis est, qa maior est ꝑticularis.

Cōmen. 6.

Nunc transit ad particulares. Et prīo loquitur in prima figura, & dicit, in particularibus autem eorū quidē quæ sub conclusione sunt, non erit necessarium. cuius rationem affert, & dicit, non enim syllogismus fit, qñ ea, scilicet maior ī prīa figura sumpta fuerit ꝑticularis. Qm̄ non potest probari per dici de omni, aut de nullo, & dixit, non erit necessarium, quoniam per accidens potest esse necessarium. Vt si conclusio sit quoddā animal est homo, addere possumus, sed Socrates est animal, igitur Socrates est hō, verū hoc nō erit necessarium per se, sed gratia materiæ, & per accidens, vt quia consequens est necessarium. Deinde assignat qūo in particularibus sub medio licet syllogizare, & dicit, eorum autem quæ sub medio sunt, erit omnium syllogismus, verum tñ nō per syllogismum eundem, sed per alium regulabilem (vt dicit Philoponus) per dici de omni, aut de nullo. Quæ vero sunt sub conclusione, impossibile, quoniam non per dici de omni, vel de nullo. Assignat exemplum in elementis, & primo eius, quod sub conclusione non sit accipere, vt de more solet. Et dicit, vt si A omni B, scilicet in maiori propositione insit, & B medium in minori insit alicui C. Syllogismo sic stante, cōclusio erit, ꝙ A insit alicui C, non tamen sub C licet accipere, nam eius quod sub C est positum, videlicet D, non erit syllogismus, scilicet q regulari possit per dici de omni, vel de nullo, cum sit ex particularibus, deinde assignat exemplum eius, quod est sub medio accipere, & dicit. {Ei⁹ vero, quod est sub B, erit, sed non propter eum syllogismum, qui prius factus est, sed per alium, qui regulatur per dici de omni, aut de nullo. Sic igitur patet in particularibus primæ figuræ sub conclnsione fieri non posse syllogismum, quia nō potest regulari per dici de omni, vel de nullo, sub medio vero posse, sed non per syllogismum prius factū, sed per syllogismum alium, qui regulatur, vt primus, per dici de omni, vel de nullo. Et hęc quę dixit in affirmatiuis, etiam in negatiuis intelligenda sunt.

Similiter autē & in alīs figuris. Nam eius quidem, quod sub conclusione est, nō erit, alterius vero erit, verum non per syllogismum, eo ꝙ & in vniuersalibus ex indemonstrata ꝓpositione, quę sunt sub medio, ostendebātur. Quare neq; hic erit, si neq; in illis.

cōmen. 7. Nunc eadem ostendit in particularibus cęterarum figurarum. Et primo proponit conclusionem & dicit.

Similiter autem, & in alīs figuris, subaudi dicendum est in particularibus sicut dictum est in prima. Hæc est conclusio, deinde exponit eam. Et primo quo modo non sub conclusione. Et inquit. Nam eius, quod sub conclusione est, non erit syllogizare, neq; per eundem syllogismum, neque per alium regulatum per dici de omni, vel de nullo. Alterius vero, scilicet sub medio accipiendo, erit, verum non per syllogismum, scilicet eundem, neque per alium regulatum per dici de omni, aut de nullo, eo quòd & in vniuersalibus ex indemonstrata propositione, quæ sunt sub medio ostendebantur, non enim demonstrabatur maior per alium, nec per eundem syllogismum, neque per dici de omni probabatur, sed conuersione, vt dictum est. Propterea concludit {si non in vniuersalibus, quare neque hic erit, scilicet in particularibus, sub medio per syllogismum accipere, si neque in illis scilicet vniuersalibus.

Ex his patet, quòd nec in vniuersalibus primæ, nec in vniuersalibus secundæ, nec in particularibus earum, sub medio erit syllogizare per eūdem syllogismum, sed in vniuersalibus primæ, & particularibus erit sub medio per alium syllogismum syllogizare, qui regulatur per dici de omni, vel de nullo. In vniuersalibus vero vel particularibus secundæ vel tertiæ, nec per eundem, nec per alium regulatum per dici de omni, aut de nullo. Sed conuersione facta per alium regulatum per dici de omni vel de nullo. Quæ non intelligentes Iuniores, mouerunt inextricabiles quæstiones, & quidem ex malo intellectu verborum Aristo. emergentes.

Cap 2. Quod ex fal sis in pri figura ver colligatur

EST autem sic se habere, vt veræ sint propositiones, per quas fit syllogism⁹, est autem, vt falsę, est vero, vt hæc quidem vera, illa autem falsa. Conclusio autem aut vera, aut falsa ex necessitate.

cōmen 8. Dliones.

Hactenus de syllogistica potestate: at nunc, (vt Philoponus inquit,) Aristoteles vult ostendere quomodo ex propositionibus concludatur conclusio. Et primo præmittit diuisiones, quarum prima est, cum omnis syllogismus ex duabus propositionibus constet erunt propositiones, ex quibus constat, aut ambæ veræ, aut ambæ falsæ, vel altera quidem vera, altera autem falsa, at conclusio necessario aut vera, aut falsa est.

Alia combinatio.

Præterea etiam conclusio cum propositionibus cōbinari potest, quoniam aut verum ex vero, aut verum ex falso, aut falsum ex falso, aut falsum ex vero erit. Horum autem quatuor demonstrabit, quòd verum ex falsis syllogizari possit, amplius & quôd falsum non ex veris: nam hæc cognitu difficilia sunt, quòd autem ex veris verum, & ex falsis falsum syllogizari possit, nō ostendit, quoniam ex his quæ Primo Libro dicta sunt patent. Philoponus autem sic diuidit, quod propositiones syllogismi sint aut ambæ veræ, aut ambæ falsæ, aut hæc quidem vera, illa autem falsa, & si ambæ veræ, vera & conclusio, si autem ambæ falsæ, conclusio erit quandoque vera, quandoque falsa, at, si propositionum sit hæc quidem vera, illa autem falsa, siquidem maior falsa, & minor vera sit, falsa erit conclusio, si contra, maior vera, minor autem falsa, conclusio quoque vera erit, quæ autem horum Aristoteles ostendet, ex subsequentibus patebit. Dicit igitur {est autem sic se habere, vt veræ sint propositiones, per quas fit syllogismus, est autem vt, vt sint falsæ, ꝑ quas fit ſſillogismus. Est vero, vt hæc quidem vera, illa autem falsa sit, sed quouis modo propositiones disponantur, conclusio aut vera, aut falsa ex necessitate est, vera quidem, si ambæ vel maior sola vera, falsa autem si ambæ vel minor falsa sola.

Cōmen. 10. Dio Philoponi

Ex veris ergo non est falsum syllogizare, ex falsis autem, est verum, non tamen pro-

pter

pter quid,ſed quia. Nam eius,quí eſt propter quid,non eſt ex falſis ſyllogiſmus, ob quã aũt cauſam,in ſequentibus dicetur.

Cõmen. 9. His præmiſsis,proponit ea,quæ vult probare, & dicit. Ex veris autem non eſt falſum ſyllogizare, ſubaudi nullo pacto,quia neq; propter quid,neq; quia & hoc eſt primum. Ex falſis autem,eſt verum ſyllogizare, non tamen propter quid,ſed quia,cuius cauſam affert,et dicit. Nã eius,qui eſt ſyllogiſmus propter quid, nõ eſt ex falſis. Ob quã autem cauſam ſyllogiſmus propter quid nõ ſit ex falſis,in ſequentibus dicetur,& hoc eſt ſecundum.


Dubium. Sed cur ſyllogiſmus ex falſis ſit ſyllogiſmus cõcluſionis quia,& non propter quid, non eſt facile intelligere.

Auer. Auerroes in paraphraſe,rationem affert, quia cõcluſio nõ accidit propter propoſitiones,ſed propter debitũ modũ,ac figurã. Sed hoc quod Auerroes ait,vr̃ ambiguum,nã propoſitiones ſunt materię cõcluſionis & ſyllogiſmi. Ergo cum cõcluſio accidit propter propõnes, vr̃ accidere propter materiã, accidere aũt propter materiã,vr̃ accidere quia,& nõ propter quid, cũ materia reſpectu formæ, ſit quia, non ergo recte ait Auerroes, q̃ ideo ex falſis cõcluſio accidat quia, qm̃ non accidit propter propoſitiones. Philoponus aũt ait, q̃ quando propoſitiones ſunt verę & entes, medius terminus eſt cauſa, q̃ extremum extremo coniungatur,quia in veris, & entibus cauſa eſſe poteſt, at cum propoſitiones ſunt falſę,& non entes,medius terminus non erit cauſa, q̃ extremum extremo inſit,cum in falſis, & non entibus nihil poſsit eſſe cauſa,igitur propoſitionibus exiſtentibus falſis,cum medius terminus non poſsit eſſe cauſa ſyllogiſmus erit quia,eſt enim ſyllogiſmus quia,qui non habet cauſam eius,quod ſyllogizat. Exiſtẽtibus autem veris,ſyllogiſmus erit propter quid, quia in veris,& entibus cauſa eſſe poteſt. Nec ſequitur eſt ſyllogiſmus propter quid, igitur erit demonſtratio propter quid,quoniam ad ſyllogiſmum propter quid ſatis eſt, vt medium ſit in veris & entibus cauſa, cur extremum extremo inſit. Ad demõſtrationẽ aũt propter quid, plura requirun tur,vt quod mediũ ſit ſimpliciter cauſa cõcluſiõis,& nõ ſolũ,quia eſt in veris,& entibus, verum de his poſtea.

Primum ergo, quoniam ex veris non eſt poſsibile falſum ſyllogizare, hinc manifeſtũ eſt. Si enim cum A eſt, neceſſe eſt B eſſe,& ſi non eſt B,neceſſe eſt A non eſſe,ſi ergo verum eſt A, neceſſe eſt & B verum eſſe, aut accidet idem ſimul eſſe, & non eſſe, hoc autem impoſſibile.

Cõmen. 10. Vult oſtendere nunc,q̃ ex veris propoſitionibus, vera fiat concluſio. Et ſm expoſitionem Auer. probat̃ ſic, ſit A antecedens,B vero ſit cõſequens,& ſumatur illa ſuppoſitio,quę Primo huius eſt dilucidata, videlicet, q̃ ſi ad antecedens eſſe ſequitur conſequens eſſe, ad conſequens non eſſe ſequatur antecedens non eſſe. Tunc argumentatur,ſi verum eſt A,verum erit & B,ſi non, tunc ſtabit B eſſe falſum,ſed falſum & nõ ens idẽ, ergo ſtabit, B non eſſe,ſed ad B non eſſe ſequebatur A non eſſe, igitur A non erit,ſed per te,A erat verum,ergo A erat, nam verum & ens idem, igitur A ſimul erit, & non erit,nam A antecedens non eſt propter non eſſe conſequens, & erit per te,qui aſſeris ipſum eſſe verũ. Ariſtoteles igitur primo accipit,quod vult probare, & dicit. { Primũ ergo, quoniam ex veris non eſt poſsibile falſum ſyllogizare, hinc manifeſtum eſt,hæc eſt concluſio probanda. deinde accipit ſuppoſitionem, quam primo huius declarauit,& dicit. Si enim cum A eſt,neceſſe eſt B eſſe, & ſi nõ eſt B,neceſſe eſt A non eſſe,hæc eſt ſuppoſitio, ſit, ſubaudi ergo, vt ſi verum eſt A,ſ.antecedens,neceſſe eſt & B, verũ eẽ,aut accidet idem A ſimul eſſe,& nõ eẽ. Deducit, quoniam, ſi B conſequens erit falſum, B non eſt,ſed per ſuppoſitionẽ ad B nõ eſſe,ſequitur A non eẽ, igitur A nõ erit,ſed A ponebatur,verum ergo erat, quia verũ & ens idem eſt. quarę A ſimul erit,& nõ erit, hoc aũt impoſsibile. Philop. aũt breuiter ſe expediens dicit Ariſto. accipere quoddam analogum tale. Accipit. n. A,vt duas, p poſitiones veras, B autẽ cõcluſionẽ, & dicit. { Sicut neceſſe eſt cum B non ſit,vt neq; ſit A, ſic neceſſe eſt cum A ſit,B eſſe,nã ſi dices, q̃ cum ſit A,non eſt B,idem eſt,& nõ eſt,quod eſt abſurdum. Diximus enim, q̃ verũ ens appellat,falſum autem nõ ens, igitur neceſſe eſt cum ſit A, ipſum B ſequatur,nam ens erit B vt verum, ſi autem dicis, quod non verum, ſed falſum ſit,tunc erit non ens, quod eſt inconueniens idẽ ens,& nõ ens eẽ. Sed vtroq; modo bene dicitur. Philopon9.

Nõ autem,(quoniam ponitur A vnus,)accipiatur contingere, vt vno aliquo exiſtente, ex neceſsitate aliquid accidere, non enim oteſt,nam quod accidit ex neceſſitate, concluſio eſt, per quæ autem hæc fit, ad minus tres ſunt termini,duo autem interualla & propoſitiones. Si ergo verum eſt,cui ineſt B,& A omni ineſſe, cui autẽ C,& B,cui C, neceſſe eſt A ineſſe,& non poteſt hoc falſum eſſe, ſimul enim erit idem,& non erit. Ergo A vt vnum, poſitũ eſt duas propoſitiones colligere,ſimiliter autem ſe habet & in priuatiuis, non enim eſt ex veris oſtendere falſum.



Barbara & cęlarent ex veris verũ cõcludẽtes.


Cõmen. 11. Hic remouet vnum dubiũ. cũ enim accepiſſet A,(vt vnũ terminum,)B vero vt cõcluſionẽ veram, dicit non arbitreris q̃ A vnus ſit termin9,& q̃ ex vno termino cõcludatur B,falſum enim eſt,nõ enim ex vno termino aliquid concluditur,ſed ex tribus terminis, & duabus propoſitionibus accipitur. Vñ dicit { nõ aũt, (quoniã ponitur A vnus terminus,)accipiatur ac credat̃ cõtingere, vt vno aliquo exiſtente ex neceſsitate aliquid accidere. nõ enim poteſt accidere,cuius cauſam repetit, & dicit { nã quod accidit,ex neceſsitate, cõcluſio eſt,ea aũt,per quæ hæc cõcluſio fit,ad minus tres ſunt termini. Duo aũt interualla, &,p ideſt duæ propõnes,& ſic patet ſolutio dubitationis. Deinde,(vt Philoponus dicit,)Ariſt. oſtendit expoſitiõe, q̃ A pro duabus propoſitionibus accipiatur,& tribus terminis,ſimul autem oſtendens, quoniã ex veris verum concluditur,dicit enim, q̃,ſi neceſſe ſit A ineſſe ei,quod eſt B,& B ei,quod eſt C,neceſſe erit A ineẽ C,quare verũ,& ens cõcluſio,ſi autem quis oppoſitũ dixerit,ver̃ idẽ & ens,& nõ ens erit. Similiter aũt in negatiuo verũ ex veris oſtẽditur,vñ dicit,ſi ergo verũ eſt cui ineſt B & A omni ineẽ, cui aũt C verũ eſt ineſſe & B, per dictum de omni,cui C ineſt,neceſſe eſt A ineſſe. Eſt enim hæc probatio per dictum de omni, deinde repetit rationem per impoſsibile, quæ ſuperius facta eſt, & dicit,& non poteſt hoc falſum eſſe ſubaudi illis exiſtentibus veris,cuius cauſam repetit,& dicit, ſimul enim erit idẽ,

& non erit,quoniam A anteeedens, quod accipitur pro vtriſque propoſitionibus erit,ens, quia verum, erit & non ens,quoniam ſequens ad non ens, quod eſt conſequens,ſi ponitur falſum. Tunc recolligit, quod ſuperius accepit, & dicit, ergo A in exemplo ſuperius poſito vt vnum,poſitum eſt duas propoſitiones colligere, hoc eſt continere. Tunc idem & in negatiuis exponit, & dicit. Similiter autem ſe habet, & in priuatiuis,non enim eſt ex veris oſtendere falſum. Subaudi vniuerſaliter nec in affirmatiuis,nec in negatiuis.

Ex falſis autem eſt verum ſyllogizare,et vtriſq; propoſitionibus falſis exiſtentibus, & vna,hac autem,non vtralibet cõtingit,ſed ſecunda,ſi quidem totam ſumamus falſam, non tota autem ſumpta eſt vtralibet.

Cõmen.12. Nunc docet ſyllogizare ex falſis verũ, & primo proponit regulas,& dicit{ex falſis aũt ẽ verũ ſyllogizare} & hoc prima diuiſione cõtingit dupliciter, & vtriſq; pponibus falſis exiſtẽtibus,& vna. ſubdiuidit ſecũdũ mẽbrũ,& dicit hac aũt.ſ.vna exiſtẽte falſa, nõ vtralibet indifferẽter exiſtẽte falſa,cõtingit verũ ſyllogizare,ſed ſecunda,hoc eſt,ſed minore exiſtente falſa,& maiori vera cõtingit verũ ſyllogizare. Si quidẽ totam ſumamus falſam,hoc eſt,mõ minor ſumatur tota, ac omnino falſa,ſicut eſſet hęc propoſitio,ois lapis eſt animal,quæ dicitur ab Ariſ.propõ tota falſa,nõ tota aũt ſumpta falſa, ſed in parte,eſt verũ ex falſa ſyllogizare,vtralibet indifferẽter ſumpta falſa,ſiue maiori,ſiue minori,& altera vera. Eſt propoſitio in parte falſa,vt omne nigrum eſt homo,quę falſa eſt pro inanimatis,vera autem pro æthiopib⁹. Philop.aũt ex falſis,& veris facit.xvi.coniugationes, & dicit,ꝙ Ariſto.pertranſit has,non omnes autem, quæ aũt ſunt,quas pertranſit, & quæ ſunt, quas non pertranſit, ex lectione patebit.

De prima figura. INſit enim A omni C, ei autem, quod eſt B, nulli,nec B inſit C. Cõtingit autem hoc,vt nulli lapidi animal,& lapis nulli homini. Si igitur ſumatur A omni B,& B omni C, A omni C inerit,quare ex vtriſq; falſis vera eſt concluſio,omnis enim homo animal.



Binæ coniugationes ex vtriſq; in toto falſis concludẽtes verum.

Cõmen.13. Cum enumeraſſet coniugationes,nunc(vt Philoponus inquit,)dicit de coniugatione, quæ eſt ex ambabus totis falſis,& intendit probare hanc concluſionẽ ex propoſitionibus vtriſq; in toto falſis, cõtingit verũ ſyllogizare. Et primo declarat hanc in prima figura,& in modis vltibus affirmatiuis,deinde in negatiuis, vocat autẽ propoſitionẽ totam falſam,(vt Philoponus exponit,)& Ariſto. poſtea,cuius contrarium eſt verũ, vt omnis homo eſt alatus,propoſitio eſt tota falſa, quoniam contrarium verum,nullus homo eſt alatus. Propoſitio autem in quodam falſa,eſt, cuius oppoſitum contradictorium eſt verum,vt omnis homo eſt albus, hæc quidẽ in quodam falſa eſt, quia oppoſitum contradictorium verum eſt,non omnis homo eſt albus. Dicit{inſit enim A omni C}hoc eſt ponatur hæc concluſio vera, omne C eſt A, vt omnis homo eſt animal. Propoſitiones vero, (vt Philoponus exponit,)ſint verę quidem,vt negatiuę A B, & B C,vt animal,lapis,& lapis homo. Falſæ autem affirmatiuę,vt ſint in toto falſæ, vt A omni B, quod falſum eſt, erat enim verũ nulli B,B vero omni C, quod falſum eſt. nam verum erat nulli C,igitur cõcludetur,ꝙ A inſit omni B,quod verum eſt. Vnde dicit{ei autem, quod eſt B, ipſum A inſit nulli,eſt enim vera,(vt negatiua,) quoniã nullus lapis eſt animal, nec B inſit C, quoniam etiam vt negatiua vera eſt,quia nullus homo eſt lapis,& propterea ſubdit.{Contingit autem hoc, ideſt hęc concluſio, vtriſque negatiuis veris, vt nulli lapidi animal,& lapis nulli homini,veris ſumptis,igitur, ſi ſumantur affirmatiue,vt A omni B,videlicet ꝙ animal inſit omni lapidi,et B omni C,videlicet ꝙ lapis inſit omni homini, A omni C, inerit,vt aĩal omni homini. Quare ex vtriſq; falſis vera eſt concluſio. Omnis enim homo animal. In quibus(vt Philoponus innuit)non ſolum demonſtrauit veritatem cõcluſionis exemplo,ſed ratione,eſt enim regula. Si veris exiſtentibus propoſitionibus coniugatio eſt inſyllogizabilis, igitur falſis exiſtentibus, & contrario modo ſumptis,erit coniugatio ſyllogiſtica. Cum enim propoſitiones,vt veræ ſumuntur,erunt ambæ vniuerſales negatiuę,& ſic coniugatio aſſyllogiſtica eſt. Igitur cum factæ fuerint falſæ,& ſumentur vniuerſaliter affirmatiue,ex falſis ſyllogizabitur verum. Nam ſi veris exiſtentibus, aſſyllogiſtica ſit coniugatio, falſis exiſtentibus, ſyllogiſtica erit. Non tamen (vt Philoponus inquit) ſemper ex falſis verum ſyllogizatur. Si enim veris propoſitionibus exiſtentibus,aſſyllogiſtica coniugatio cõcludit negatiuam veram. Mutatis propoſitionibus in falſas, ſyllogiſtica coniugatio concludet falſam concluſionem. Quare non ſemper ex falſis verum ſyllogizatur. Regula. Vnde pro regula eſt dicendum, ſi aſſyllogiſtica coniugatio ex veris concludit falſum. Syllogiſtica, illis mutatis in falſis,ſyllogizabit veram. Et ſi aſſyllogiſtica coniugatio ex veris concludit verum, ſyllogiſtica illis mutatis in falſas,ſyllogizabit falſum.


Similiter autem, & priuatiuum, inſit enim C nulli nec A,nec B,A autem B omni,vt ſi eiſdẽ terminis ſumptis,medium ponatur homo. Lapidi enim nec animal, nec homo nulli ineſt, homini autem,omni animal. Quare, ſi cui quidem omni ineſt,ſumamus nulli ineſſe,cui vero non ineſt,omni ineſſe,ex falſis vtriſq; vera erit concluſio. Vide in ſuperiori figura.

Cũ dixiſſet de coniugatione vniuerſali affirmatiua ex totis falſis verũ cõcludẽte,nũc de vniuerſali negatiua ex totis falſis dicit,& intẽdit, ꝙ ſi veris exiſtẽtibus propõnibus,vt animal omni homini,homo nulli lapidi, cõiugatio aſſyllogiſtica cõcludit cõcluſionẽ in toto falſam,illis mutatis in falſas. Syllogiſtica cõiugatio ſyllogizabit in toto verã,& dicit.{ſimiliter autẽ,& priuatiuum,hoc eſt, ſimiliter autẽ & ſyllogiſmi vniuerſales priuatiui in pria figura ex falſis verã cõcluſionẽ ſyllogizare põt, et hoc demõſtrat,& dicit{inſit.n. C nulli, hoc ẽ,nec A,nec B,A aũt B oĩ inſit,vt ſi eiſdẽ terminis ſumptis, mediũ ponat hõ,animal vero maior extremitas, lapis autem minor. Lapidi enim nec animal,nec homo vlli ineſt,homini autẽ ineſt omni aĩal. Quare propõnibus mutatis in falſas, verbi cauſa,ſi cui quidem omni ineſt ſumamus nulli ineſſe, vt omnis homo eſt animal, cui vero non ineſt:ſumamus omni ineſſe, vt ꝙ omnis lapis ſit homo, ex falſis vtriſque vera erit concluſio, quam ſyllogiſtica coniugatio ſyllogizat. Quæret quiſpiam,cur Ariſto. has regulas probauit per terminos,cũ ſint vltes. Auer. velle vr̃,qm̃ huiuſmodi regulę ſunt propõnes indefinitę, non enim Cõmen. 14. Solenio. Auer.

enim vſr & ſemper dicit ex falſis verꝫ ſyllogizari, ſed indefinite, ꝙ ex falſis verũ ſit ſyllogizare. At propõnes in definitę verificari poſſunt per terminos, qm̃ ad veritatẽ indefinitę ſufficit veritas vnius ſingularis. Philoponus autem melius innuit, aſſerit enim, in exemplis huiuſmodi contineri rationes, vt deductum eſt ex his, quæ Philoponus dicit.

Solutio. Philop.

Similiter autem oſtendetur, & ſi in aliquo vtraq; falſa ſumatur.



Cõiugatiões ex falſis in parte, verã concludentes.

Cõmẽ. 15.

Dixit de duabus coniugationibus ambab⁹ in toto falſis, & debebat ſtatim dicere de quatuor cõiugationib⁹, & preſertim de illa, in qua ex vna tota falſa, & altera in quodã falſa ſyllogizat̃, & tñ huiuſmodi cõiugationes tacuit, & rõnabiliter, (vt Philoponus dicit,) quia ſunt manifeſtæ ex alĩs dictis coniugationib⁹. Dicit aũt nũc, ſimiliter aũt oſtendetur, & ſi in aliquo vtraq; falſa ſumatur. nam ex his interdũ concluſio vera accidit. vt ſi accipias animal ineſſe omni albo, nam hæc, omne album eſt animal, eſt in quodã falſa, vt in corallo, in cygno autem vera, & album omni homini, qm̃ hæc, omnis homo eſt albus, eſt in quodã falſa, vt in æthiope falſa, in Scytha vera. Et tñ cõcluſio, quæ ſequitur, eſt in toto vera, vt aĩal omni homini. Similiter in negatiua, nã lapis nulli albo, eſt. n. hęc nullũ albũ eſt lapis, in quodã falſa, vt in margarita, in quodã aũt vera, (vt in cygno.) album omni homini, nã hæc omnis hõ eſt albus, eſt in quodã falſa, vt in æthiope, in quodam vera, vt in Scytha, & tñ concluſio, lapis nulli homini ineſt, in toto vera eſt.

Regula.

Si autem altera ponatur falſa, prima quidẽ tota falſa exiſtente, vt A B, non erit concluſio vera, B C autem erit.

Vide in ſuperiori figura.

Cõmẽ. 16.

Cum compleuerit de ambabus in quodã falſis, nunc trãſit ad aliã coniugationẽ habentẽ alterã falſam, alterã verã. Quæ erat dupliciter, aut maior falſa, & minor vera, aut maior vera, & minor falſa, et ſi maior eſt falſa, aut tota falſa, aut in quodã falſa, & dicit {ſi aũt altera ponat̃ falſa, prima quidẽ, hoc eſt maiore tota falſa exiſtente, vt A B, nõ erit cõcluſio vera, B C autem exiſtẽte tota falſa, & maiore vera, erit concluſio vera.

Cõmen. 4


Prima regula.

Hinc conſtant duæ regulæ. Prima ex maiore tota falſa, minore autem vera, non ſequitur vera concluſio.

Secunda.

Secunda ex minore tota falſa, maiore vera, concluſio ſequitur vera.

Dico autem totam falſam contrariam vere: vt ſi quod nulli ineſt omni ſumptũ eſt, aut ſi quod omni, nulli ineſſe.



Quæ nã propoſitio in toto, & in parte falſa ſit.

Solutio. Aut.

A Exponit quid ꝑ propõnẽ in toto falſam intelligat, & dicit. Dico aũt totã falſam, cõtrariã vere, igit̃ propõ in toto falſa eſt, cuius contraria eſt vera. Vt ſi quod nulli ineſt, omni ineſſe ſumptum eſt, veluti ſi aĩal, quod nulli lapidi ineſt, ſumeret̃ omni lapidi ineſſe. Aut, ſi quod oĩ ineſt, nulli ineẽ ſumptũ ſit. vt ſi aĩal, quod omni homini ineſt, ſumeretur nulli homini ineſſe, at propoſitio ĩ quo dã falſa eſt, quæ habet cõtradictorium oppoſitũ verꝫ, vt omne albũ eſt animal, eſt in quodã falſa, quia cõtradictorium quoddã albũ non eſt aĩal, eſt verꝫ. Ex ĩjs patet, ꝙ tã propoſitio in toto falſa, q̃ propoſitio in aliquo falſa, ſit vl̃is. Dubitatur, qm̃ proprium contradictorĩjs eſt diuidere verꝫ & falſum circa quodlibet ens, igitur non bene per contraria deſcribitur propoſitio in toto falſa. Dicendũ, ꝙ propoſitio in toto falſa, dicit duo, vt falſitatem, & vniuerſalitatem. Verum & falſum diuidunt cõtradicto ria. At verum & falſum in toto habentur per contraria. Secundo dubitatur, qm̃ cõtraria ſunt ęque nota, ęquecꝫ ignota, igitur nõ eſt definiendũ alterũ per alterum. Dicẽ dum ꝙ Ariſto. deſcriptio eſt q̃dã exẽplaris declaratio. Sed propria deſcriptio eſt, vt dicatur propoſitio in toto falſa, qñ prædicatum nulli cõtẽto ſub ſubiecto ineſt, & accipit̃, vt omni inexiſtens, aut qñ omni ineſt, & accipitur, vt nulli inexiſtens. Quo vero ad verba attinet. Animaduerte, ꝙ cũ dicitur propoſitio falſa, intelligit̃ quod cõmune ad falſam in toto, & ad falſam in parte, ſimiliter cũ dicitur propoſitio vera & vt quid cõmune intelligitur ad veram totam, & ad veram in parte.

Cõmen. 17.

Prima dubitatio.

Solutio.


Secunda dubitatio.

Solutio.

Animaduerſio.

Inſit enim A B nulli, B autem omni C, ſi ergo B C quidem propoſitionem ſumamus veram, A B autem falſam totam, & omni B ineſſe A: impoſſibile eſt A C concluſionẽ verã eẽ, nulli enĩ inerat A eorũ, q̃ ſunt C, ſiquidẽ, nulli eorũ cui ineſt B, inerat ipſum A, B autem omni C.

C




D Declaratis terminis, nunc dicit de coniugatione habente maiorẽ totã falſam, minorẽ aũt verã, & primo de vniuerſali affirmatiuo, & vult ꝙ quando A, ſecundũ veritatẽ nulli B ineſt, (& accipitur, qm̃ omni ineſt, tota falſa eſt & B omni C, & eſt verꝫ, ꝙ B inſit omni C, ex his nõ erit vera cõcluſio. vt ſi inanimatũ nulli animali ineſt, & accipitur omni ineſſe, accipitur maior tota falſa, quare ſi accipit̃ inanimatũ omni animali ineſſe, & animal omni homini, nõ ſequitur omni homini ineſſe inanimatum. Duarꝫ enĩ cõiugationũ in eiſdem terminis, aut ſimilib⁹, ſi negatiua concludit negatiuã verã affirmatiua nõ concludet affirmatiuam veram, vt quoniã hæc coniugatio, nullũ aĩal eſt inanimatũ, & omnis homo eſt animal, concludit illã negatiuam veram, nullus homo eſt inanimatus, hæc coniugatio affirmatiua, quæ fit in eiſdem terminis, omne animal eſt animatum, omnis homo eſt animal, non poterit ſyllogizare affirmatiuam veram, (vt Philoponus expoſuit,) vnde dicit {inſit enim A B nulli, vt inanimatum nulli animali) B autem omni C, vt aĩal omni homini. Si ergo B C, quidem propoſitionem ſumamus veram, & ita ſit, A B autem falſam totã, ita vt ſumamus & oĩ B ineſſe A, impoſsibile enim A C concluſionem

Cõmẽ. 18.

Regula.

veram esse,& assignat rationē, quia coniugatio negatiua ī eisdem terminis cōcludebat negatiuam verā. Ergo hæc affirmatiua in similibus nō poterit concludere affirmatiuam verā. Et dicit, nulli enim inerat A eorum, quæ sunt C in cōclusione coniugationis negatiuę, siquidē nulli eorū, cui inest B inerat ipsum A, B autē omni C in negatiua coniugatione, ergo in affirmatiua non potest cōclusio affirmatiua esse vera, quare ex maiore tota falsa non potest conclusio vera esse minore vera existente.


Similiter autem nec si A omni B ineſt, & B omni C, sumpta autē sit B C quidem vera propositio, A B autem falsa tota, & nulli cui B ineſt A, conclusio falsa erit, omni enim C ineſt A, siquidem cui B omni, & A: B autem omni C. Manifestum ergo, quoniā prima tota sumpta falsa, siue affirmatiua, siue priuatiua, altera autem vera, non fit vera conclusio.



Ex maiore in toto falsa minori autē verabinę cōiugatiōes falsum concludentes.

Cōmen. 19. Cum declarasset regulam in affirmatiuis cōiugationibus, nunc docet in negatiuis, & declarat, ꝙ ex maiore tota falsa, minore autem vera, conclusio erit falsa, & nō vera. Probatur per regulam: nam duarum cōiugationū in eisdem, vel similibus terminis, si affirmatiua cōcludit affirmatiuam verā, negatiua cōcludet negatiuā falsam. vt quoniam hæc coniugatio, omne animal est animatū, omnis homo est animal, concludit illā affirmatiuā verā, omnis homo est animatus, hæc cōiugatio negatiua ex cōtraria maiori falsa, & ex ipsa minore vera, cōclusionē negatiuā falsam cōcludet. Vt, si nullū animal est animatum: omnis homo ē animal, cōclusio erit falsa, videlicet nullus homo est animatus. Dicit {similiter autē nec si A omni B ineſt, & B omni C, & sumpta sit B C quidē minor propositio vera, A B autem maior falsa tota, ita vt & nulli B insit A cōiugatione sic ad contrariā cōuersa, conclusio falsa erit. Si. n. prima coniugatio vera fuit, quæ affirmatiua est, negatiua coniugatio falsa erit. Erit dico conclusio falsa, ꝙa in affirmatiua cōiugatione, omni C ineſt A. Siquidē cui B omni, & A, B autē omni C inerat in affirmatiua, & cōclusio erat omne C est A. Quare cōuersa cōiugatione ad negatiuā, cōclusio erit falsa. Tūc epilogat, manifestum ergo, qm̄ prima tota sumpta falsa, siue affirmatiua, siue priuatiua. Altera autē. ſ. minore sumpta vera, non fit vera conclusio. Quo vero ad verba attinet, cum Aristoteles dicit, nec conclusio erit vera, si A omni B ineſt, & B omni C, intelligit terminos debere esse tales, vt A insit omni B, & B omni C, vt sunt animatum, animal homo. Terminis. n. sic stantibus, non oportet ex maiore tota falsa, & minore vera, vt conclusio sit vera.

Non tota autem falsa, erit. Nam si A, C quidem omni ineſt, B autem alicui, B autem omni, C. vt animal Cygno quidem omni, albo autem alicui. Album autem omni cygno. Si sumatur A omni B, & B omni C, A omni C inerit vere. Omnis enim cygnus animal.



Ex maiori parte falsa, minori vera cōcludentes verum cōiugationes.

Nunc dat regulā quando maior est in parte falsa, & dicit, nō tota autem falsa, sed subaudi in quodam, erit syllogismus. {Est ergo regula ex maiore in quodā falsa, & minore vera, cōclusio est vera. Et quoniā hæc regula est propositio indefinita, quæ est vera, vna singulari existēte vera, ideo declarat quandam coniugationem, in qua est vera, & primo disponit terminos in tali coniugatione, & vult, ꝙ termini sint tales, ꝙ maior insit omni minori, & cuidam medio, & medium omni minori, quales sunt hi termini animal, album, cygnus: nā animal omni cygno ineſt, & cuidā albo, & album omni cygno. Terminis sic sumptis, si maior (vt animal, sumatur omni albo ineſse, & albū omni cygno) cōcludetur animal ineſse oī cygno ex maiore falsa in quodam, & minore vera. Primo ergo disponit terminos, & dicit. {nā si A quidem omni C ineſt in cōclusione, & A maior insit B alicui medio in maiore, & B mediū insit oī C minori, vt aīal cygno quidē omni, albo autē alicui, & albū oī cygno. Hæc accipit (vt disponat terminos) Tunc in talibus terminis disponit coniugationem, & dicit. Si sumaī A omni B, vt animal omni albo ineſse, & B omni C, vt albū omni cygno A omni C inerit vere, omnis enim cygnus animal. Ex his patet regula, & non solum per tales terminos patet regula, sed ratio regulæ. Duarum enim coniugationū, si altera ex particulari maiore negatiua est assyllogistica ad conclusionem falsam, altera maiore conuersa ad vniuersalem affirmatiuam, erit syllogistica ad veram, vt si illa, quoddam B non est A, omne C est B, est assyllogistica ad hanc falsam, omne C est A Altera conuersa maiore ad vniuersalem, erit Syllogistica ad conclusionem veram. Quòd prima sit assyllogistica ad falsam, patet per hos terminos animal, album, nix. Si enim quoddam album non est animal, & omnis nix est alba, assyllogistica conclusio & falsa erit, omnis nix est animal. Quare conuersa maiore ad vniuersalem oppositam, syllogistica erit in his terminis animal, album, cygnus. Vt omne album animal, omnis cygnus albus, syllogistice sequitur ꝙ omnis cygnus sit animal.

Cōmen. 20.

Regula.

Regula.

Similiter autem, & si priuatiua sit A B: possibile enim est A B quidem alicui ineſse, C vero nulli, B autem omni C, vt animal alicui albo, niui vero nulli, album vero omni niui. Si ergo sumatur A quidem nulli B, B autem omni C, A nulli C inerit.

Cōmen. 21. Eandē regulā declarat in secūdo primæ, qui est negatiuꝰ, & vniuersalis, & qm̄ hæc regula est indefinita, quæ est vera, vna sola singulari existente vera, ideo declarat quādam cōiugatione, in qua est vera. Et primo disponit terminos in tali coniugatione, & vult, ꝙ maior nulli minori insit, & cuidā medio, & mediū omni minori. Quales hi termini sunt, animal, albū nix: nam animal nulli niui, & cuidā albo ineſt, & albū omni niui. Vult igitur, ꝙ terminis sic sumptis, si animal sumaī nulli albo, & albū oī niui, cōclusio erit ꝙ nulli niui insit aīal. Et sic ex maiore negatiua in quodā falsa, & minore vera, concło negatiua

Ex maiori vera, & minori in toto falsa cōiugationes verū cōcludētes.

Commē. 22.

tiua erit vera. Primo ergo ſumit regulam & dicit, ſimili ter autem, & ſi priuatiua ſit A B, & ſubaudi in quodã falſa, erit etiam concluſio vera. Deinde diſponit terminos & dicit, poſsibile enim eſt A B quidem alicui ineſſe, p̃ maiore, c vero nulli pro concluſione, b autem omni c, p̃ minore, vt ſi termini ſint animal, album, nix, & animal alicui albo inſit, niui vero nulli, album vero omni niui. Per hæc vult habere diſpoſitionem terminorum, tũc diſponit cõiugationem in his terminis, & dicit, ſi ſumatur ergo A quidem nulli B, b autem omni c, A nulli c inerit. Nulla enim nix eſt animal. ¶ In quibus etiam terminis patet ratio regulę, nam ſi duarum cõiugationum altera ex particulari maiore affirmatiua, eſt aſſyllogiſtica ad concluſionem falſam, altera maiore conuerſa ad vniuerſalẽ negatiuam, erit ſyllogiſtica ad veram. Ex his ſequitur q̃ ad concludendũ affirmatiue verum ex maiore in parte falſa termini ſunt. Genus. Species, & accidens, quod vtriſq; accidit. Negatiue autem ex maiore in parte falſa. Termini ſunt diuerſæ ſpecies, & medium vtriſque accidens.


Ex maiori i parte falſa, minori vera cõcludentes verum cõiugationes.

Cõmen. 20.

Regula.

B

Si autem A B quidem propoſitio tota ſumatur vera: B C autem tota falſa, erit ſyllogiſmus verus. Nihil enim prohibet ipſum A, & B & C omni ineſſe, B autem nulli C, vt quæcunq; eiuſdem generis ſunt ſpecies non ſubalternę. Nam animal, & homini & ęquo ineſt: æquus autem nulli homini ineſt. Si ergo ſumatur A omni B, & B omni C ineſſe, cõcluſio vera erit, tota falſa exiſtente B C propoſitione.



C

Ex maiori vera, & minori in toto falſa cõiugationes verũ cõcludẽtes.

Commẽ. 22.

Cum dixiſſet q̃ ex maiore tota falſa non fit vera concluſio, & ex maiore in quodam falſa duplex cõcluſio vera fit, quia affirmatiua, & negatiua. Nunc dicit q̃ ex maiore vera tota, & minore tota falſa concluſio fit vera. Et primo accipit regulam, & dicit ¶ ſi autem A B quidem, propoſitio, quæ eſt maior, tota ſumatur vera, b c autem minor tota falſa, erit ſyllogiſmus verus. Probat & primo diſponit terminos, & dicit ¶ nihil enim prohibet ipſum A, & B & C omni ineſſe, B autem nulli C, vt quæcunque eiuſdem generis ſunt ſpecies ſubalternæ, nam animal & homini & æquo ineſt, omni ſubaudi. Aequus autẽ nulli homini ineſt, quales igitur debeant eſſe termini ex his patet, tunc diſponit coniugationem, & dicit ¶ ſi ergo ſumatur A omni B, & B omni C ineſſe, cõcluſio vera erit in talibus terminis, tota falſa exiſtente B C propoſitione, cũ enim regula ſit indefinita, ideo Ariſtot. verificauit eam per vnam coniugationem, pro veritate enim indefinitę ſufficit vnam ſingularem eſſe veram. Poteſt etiam regula probari, quoniam duarum coniugationum ſi aſſyllogiſtica ex vniuerſali affirmatiua, & minore vniuerſali negatiua aſſyllogiſtice, dat concluſionem falſam aut particulari negatiua ſyllogiſtica minore cõuerſa ad vniuerſalẽ affirmatiuam cũ eadẽ maiore dabit veram ſyllogiſtice. Quo vero ad verba attinet, per non ſubalternas ſpecies intelligit, quarum vna ſub altera non continetur, vt æquus, & homo.

Cõmen. 1.


A Similiter autem & cum vniuerſalis priuatiua eſt A B propoſitio. Contingit enim A neq; B, neq; C vlli ineſſe, & B nulli C, vt ex alio genere ſpeciebus diuerſum genus, nã animal nec muſicę, nec medicinę ineſt, neq; muſica medicinę. Sumpta ergo A quidem nulli B, & B omni C, vera erat concluſio.

Commẽ. 23.

Eandem regulam declarat in negatiuis, & primo reſumit regulam, & dicit ¶ ſimiliter autem, & cum vniuerſalis priuatiua eſt A B, & tota vera, & minore tota falſa, concluſio erit etiam vera. Deinde docet ſumere terminos, & dicit, contingit enim A neq; B neque C vlli ineſſe, vt ſi diuerſum genus ſumatur quod combinetur ſpeciebus, quæ ſunt ex alio genere, vt ſunt animal, muſica, medicina, nam animal nec muſice, nec medicine ineſt, neq; muſica ineſt medicinæ, diſpoſitis igitur terminis, docet ſumere coniugationem fieri in illis, & dicit, ſumpta ergo A quidem nulli B, quæ eſt tota vera, quoniã nulla muſica eſt animal, & B omni C, quæ eſt tota falſa. Hæc enim falſa eſt, omnis medicina eſt muſica, vera erit concluſio, quoniam vera eſt hęc nulla medicina eſt animal. Regula igitur cum ſit propoſitio indefinita, verificata eſt in vna coniugatione, & ita ſufficit pro veritate indefinitæ.

Etiam ratio regulę patet, quoniam duarum coniugationum, ſi aſſyllogiſtica ex maiore vniuerſali affirmatiua, & minore vniuerſali negatiua, aut particulari negatiua, dat vniuerſalem affirmatiuam falſam aſſyllogiſtice, minore conuerſa ad contrariam dabit ſyllogiſtice vniuerſalem negatiuam veram.

Et ſi non tota falſa ſit B C, ſed in aliquo etiã, ſic erit concluſio vera. Nihil enim prohibet ipſum A, & B, & C toti ineſſe, B autem alicui C, vt genus ſpeciei, & differentiæ. Nam animal homini omni, & omni greſſibili, B autem alicui greſſibili, & non omni. Si ergo A omni B, & B omni C ſumat̃, A omni C inerit, quod quidem erat verum.



D

Ex maiori in toto vera minori autẽ in quodã falſa coniugõnes verũ in toto cõcludentes.

Commẽ. 24. Regula.

Secunda regula eſt, ex maiore tota vera, et minore in quodam falſa, concluſio erit vera tota. Primo ergo ponit regulam & dicit ¶ & ſi nõ tota falſa ſit B C minor propoſitio, ſed in quodam, etiam ſic erit concluſio vera, hæc eſt regula, ſiue concluſio. Deinde diſponit terminos, & dicit ¶ nihil enim prohibet ipſum A, & B & C toti, ac vniuerſaliter ineſſe, vt genus ſpeciei & differentiæ, quod exponit, & dicit, nã animal, & homini omni, & omni greſſibili, B autem alicui greſsibili, & non omni, tunc his terminis ſtantibus, dat coniugationem, & dicit. ¶ Si ergo A omni b, & b omni C, ſumatur ineſſe, erit maior tota vera, & minor in quodam falſa, & A omni C, inerit, quod quidem erat verum. Patet ergo regula, q̃ ex maiore tota vera, & minore in quodam falſa, concluſio ſit tota vera. Eſt enim hæc regula probata per terminos, cum ſit propoſitio indefinita, & ratio regulæ eſt, qm̃ duarũ cõiugationum

tionum, ſi aſſyllogiſtica ex maiore vniuerſali affirmatiua,& minore particulari negatiua, dat vniuerſalem negatiuam falſam aſſyllogiſtice. Minore conuerſa ad contrariam, dabit contrariam concluſionem veram.

Vide hãc in ſuperiori figura.

Similiter autem cum priuatiua eſt A B propoſitio, contingit enim A nec B nec C vlli ineſſe, B vero alicui C: vt genus ex alio genere ſpeciei,& differentię. nam animal nec ſapientiæ vlli ineſt, nec contemplationi, ſapientia vero alicui contemplationi. Si ergo ſumatur A quidem nulli B, B autem omni C nulli C inerit A: hoc autem erat verum.

Commẽ. 25.

Eandem regulam declarat in priuatiuis. Declarat. n. q̃ ex minore in parte falſa, & maiore in toto vera, concluſio fit vera in toto. Termini ſunt animal, ſapientia, contemplatio, ſunt enim idonei, quoniam A nulli B ineſt & B alicui C,& non omni, quare A nulli C inerit, & ſic cõcluſio erit in toto vera, videlicet q̃ nulla contemplatio ſit animal. Proponit ergo primo regulam vel concluſionem,& dicit. Similiter autem cum priuatiua eſt A B propoſitio. Subaudi ex maiore tota vera, & minore in quodam falſa, concluſio erit vera. Deinde docet ſumere terminos,& dicit. Contingit enim A maiorem extremitatem, nec B medio, nec C minori vlli ineſſe, B vero medium alicui C minori, vt genus ex alio genere, hoc eſt ex alio prædicamento. Contingit non ineſſe ſpeciei & differentiæ,& hoc exponit,& dicit, nam animal nec ſapiẽtiæ vlli ineſt, quæ ſapientia eſt ſpecies alterius prædicamenti, nec cõtemplationi, quæ eſt differentia alterius p̃dicamenti. Tunc affert coniugationem,& dicit. Si ergo ſumatur A quidem nulli B ineſſe, B autem omni C, nulli C inerit A: hoc autem erat verum, quoniam nulla contemplatio eſt animal. Regula ergo cum ſit propoſitio indefinita, bene per talem ſigularem probata eſt. Poteſt etiam ratione probari: nam ſi coniugatio aſſyllogiſtica ex maiore tota vera,& minore particulari negatiua, aut vniuerſali negatiua aſſyllogiſtice dat vniuerſalem affirmatiuam falſam, coniugatio ſyllogiſtica ex minore oppoſita vel contraria cum eadem maiore dabit vniuerſalem negatiuam priori contrariam veram & ſyllogiſtice. Quo vero ad diſpoſitionem terminorum attinet. Animaduerte q̃ Ariſto. ſimul docuit ſumere terminos, & fecit ſemper nos abundantes terminis: Cum enim dicit, ſi genus ſit ex alio prædicamento,& ſpecies & differentia ex alio, fecit nos abundantes, quia dedit intelligere, q̃ ſemper quando genus eſt in alio prædicamento,& ſpecies,& differentia ex alio, erit concluſio vera ex maiore tota vera & minore in quodam falſa, vt ſi animal ſit de prædicamento ſubſtantiæ, & linea & magnitudo ex prædicamento quantitatis, poterimus in talibus terminis ſyllogizare concluſionem veram, ex maiore tota vera,& minore in quodam falſa. Nam ſequitur, nulla linea eſt animal, omnis magnitudo eſt linea, igitur nulla magnitudo eſt animal. Simili modo in alĳs regulis aſsignauit terminos, & docuit nos abundare terminis, vt patuit. Sed quæres, cum Ariſto. declaraſſet quando ex falſis verum concluditur, cur non aſsignauit quando ex falſis non verum concluditur. Reſpõdet Philoponus quia coniugationes ex falſis, ex quibus non verum concluditur, ſunt incomprehenſibiles, ac fere innumerę.

Cõſideratio verborum.

q. Prima.

Sol. phil.

Secunda. q.

Secundo quæres, cum ſint duæ alię coniugationes, vt ex maiore in toto falſa, & minore in parte falſa, ad hæc, & altera contra, ex maiore in parte falſa,& minore in toto falſa, cur has Ariſtoteles prætermiſit. Forte has prætermiſit propter breuitatem, aut quia ex alĳs, quæ dixit, facile intelligi poſſunt, vt eiſdem exẽplis, vel ſimilibus.

Solutio.

Tertia. q.

Tertio quæres, vtrum ex maiore falſa in toto, & minore in quodam falſa. combinatio ſit vtilis ad concluſionem in toto veram. Et dicendum q̃ non, quoniam tunc cõtradictoriæ ſimul ſtarent. nã terminis his, animal, lapis, inanimatum, ſyllogizabo ſic, omnis lapis animal, omne inanimatum lapis, igitur omne inanimatum animal, ſi igitur hæc concluſio vera ſit, ſyllogizo ex maiore cõuerſa ad oppoſitam qualitatem, & vera, hoc pacto, nullus lapis animal,& ex ſubalterna minori ſic, quoddam inanimatum lapis, concluſio erit, quoddam inanimatum non eſt animal. Quare ſi prima erat vera,& hæc ſecũda, duæ concluſiones contradictoriæ ſimul veræ erunt. Et propterea ſit hęc maxima ſi ex propoſitionibus veris cõcluſio eſt vera, ex eiſdem oppoſitis in qualitate vel quantitate, nõ ſequetur oppoſita priori vera. Bene tamen ex maiore in quodã falſa,& minore in toto falſa, concluſio poteſt eſſe vera, termini idonei ſunt animal, album, coruus. Nam maior hæc omne album animal in quodã falſa eſt. Minor vero hæc omnis coruus albus, in toto falſa eſt. Concluſio tamen in toto vera omnis coruus animal.

Maxima.

Et in negatiuis idonei termini ſunt animal, nigrum, nix.

Quarta. q.

Quarto quærunt cur vtriſq̃ in toto falſis, concluſio aliquando erit vera, & maiore ſola in toto falſa, concluſio non poteſt eſſe vera, ſi minor ſit vera.

Solutio.

Et dicendum, q̃ maior ſit totum ad minorẽ,& ideo, ſi tota ſit falſa & minor vera, non poteſt concluſio eſſe vera, quoniam maior non poteſt eſſe totum ad minorem, non enim falſum ſimpliciter eſt totum ad verum, at quando vtraq̃ falſa eſt, maior poteſt eſſe tota ad minorem, quoniam falſum ad falſum põt eſſe totum, ſaltem ex conditione, &c.

In particularibus autem ſyllogiſmis contingit,& prima propoſitione tota falſa exiſtente, altera autem vera, veram eſſe concluſionem, & A B in aliquo falſa exiſtente, B C autem vera & A B quidem vera, particulari autem falſa, & vtriſq̃ exiſtentibus falſis.

Commẽ. 26.

Cum dixerit de concludentibus in prima figura vniuerſales concluſiones, nunc dicit de his, quę concludunt particulares, rurſus ex diuiſione accipiens cõiugationes & dicit, q̃ ſyllogiſmorum in particulari contingit maiore tota falſa exiſtente, minore autem vera, & maiore in quodam falſa exiſtente, minore ſimiliter vera manente, & iterum maiore vera, minore autem in quodam falſa, & maiore falſa, minore autem in quodam falſa veram eſſe concluſionem. Diuidatur ergo textus in quatuor concluſiones, quarum primam ponit,& dicit. {in particularibus autem ſyllogiſmis contingit & prima propoſitione, ſcilicet maiore tota falſa exiſtente, altera autem vera, veram eſſe concluſionem. Deinde aſsignat ſecũdam concluſionẽ,& dicit. {& A B in aliquo falſa exiſtente,& maiore exiſtente falſa in aliquo, B C autem, ſcilicet minore exiſtente vera, etiam veram eſſe concluſionem.

Aſsignat tertiam,& dicit, & A B quidem ſcilicet maiore vera, particulari autem falſa, ſcilicet minore etiam veram eſſe concluſionem. Aſsignat quartam concluſionem,& dicit,& vtriſq̃ exiſtentibus falſis etiam contingit concluſionem veram eſſe. Hæ ſunt quatuor cõcluſiones, quæ ſi diuidantur per affirmatiuuum & negatiuum coniugationes erunt octo, & has pertranſibit Ariſto. Quæret quiſpiam, cur in particularibus ex maiore tota falſa, vera poteſt eſſe concluſio,& non in vniuerſalibus. Dicendum hoc eſſe, quoniam minor eſt particularis, & ſic ſemper ſe habet veluti falſa in parte. Sed cum ſic ſe habẽt propoſitiones, vera poteſt eſſe concluſio, dictum eſt enim ex maiore tota falſa, minore autem in parte falſa, veram eſſe concluſionem. Rurſus quæret, cur minor in particularibus modis non poteſt accipi tota falſa. Reſpondet Philoponus, & quidem ſatis bene, quoniam ſi accipitur tota falſa, aut negatiua accipitur, aut affirmatiua. Si accipitur tota falſa negatiua, cõiugatio in prima figura aſſyllogiſtica eſt. Si autem


accipitur

accipitur affirmatiua, tunc erit vniuerſalis, & ita maiorē oportebit vniuerſalem eſſe, ex duabus autem vniuerſalibus concluſio vniuerſalis eſt, at nunc loquimur in particularibus, quare minor non poteſt accipi in talibus tota falſa, ſed in quodam tantum. Breuius autem dici poteſt minorē particularem nō poſſe accipi totam falſam, quoniam in particularibus non eſt totum, nec verū, nec falſum. Sed ſolum eſt pars.

Alia ſolutio.

Maxima.

Nihil enim prohibet ipſum A quidē B nulli ineſſe, C autem alicui, & ipſum B alicui C ineſſe vt animal nulli niui, albo autem alicui ineſt, & & nix albo alicui. Si ergo ponatur mediū nix, primum autem animal, & ſumatur ipſum A q⁹dem toti B ineſſe, ipſum autē B alicui C, A B tota falſa, B C autem vera, & concluſio vera erit.



Particulares coniugōnes ex maiori in toto falſa, minori vera cō cludētes verum.

Cōmen. 27. Pri. conclu.

Prima concluſio eſt, ex maiore tota falſa, & minore vera, concluſio eſt vera. Nunc probat hanc primo in affirmatiuis, de more ſuo primo docet ſumere terminos deinde colligit cōiugationem, de prima parte dicit. ¶ Nihil enim prohibet ipſum A quidem B nulli ineſſe, C autē alicui, & ipſum B alcui C ineſſe, & ꝙ hæc eſſe poſſint, aſſignat terminos, & dicit, vt animal nulli niui, albo autem alicui ineſt, & nix albo alicui. Tunc colligit coniugationem, & dicit. ¶ Si ergo ponatur medium nix. Primum autem animal, & ſumatur ipſum A quidem in quo animal, poſitum eſt toti B ineſſe in quo B nix ponebatur, ipſum autem B alicui C in quo album eſt, tunc terminos ita acceptis, A B maiore tota falſa, B C autē minore vera, erit & concluſio A C vera. Ratio igit̄ regulæ eſt per exemplū aſſignando terminos, cum enim propoſitio ſit indefinita, per ſingularem probari poteſt. Eſt autem hæc regula propoſitio indefinita, quare recte eſt probata per terminos.

Quæ Philoponus.

Philoponus hic dicit Ariſtotelem accipiſſe minorem particularem veram, quæ eſt in quodam falſa, non propter prædicationem, ſed ſecundum eſſe. Dicimus. n. in quodam falſum. Secundum eſſe, ꝙ in quodam ſit verum, & in quodam ſit falſum. Secundum prædicationē autem, cum verum fuerit contradictoriū, erit igitur falſa ſecundum eſſe in quodā, & nō ſecundum prædicationem. Quare recte Ariſtoteles accepit minorē verā, quæ tamen eſt in quodam falſa, ſecundum eſſe.


Vide hīc in ſuperiori figura.

Similiter autem & cū priuatiua eſt A B propoſitio, poſsibile enim eſt A B quidem toti ineſſe, C autem alicui non ineſſe, B vero alicui C ineſſe, vt animal homini quidem omni ineſt, ad album autem aliquod non ſequitur, homo vero alicui albo ineſt. Quare, ſi medio poſito homine, ſumatur A nulli B ineſſe, & B alicui C ineſſe, vera fit concluſio, cum ſit tota falſa A B propoſitio.

Commē 28.

Eandem concluſionem declarat in particularibus negatiuis, & primo reſumit illud qud vult probare, & dicit. Similiter autem ſequitur concluſio vera, & cum priuatiua eſt A B propoſitio, & tota falſa. Deinde diſponit terminos, & dicit, poſsibile enim eſt A maiorē extremitatem, B quidem medio toti ac vniuerſaliter ineſſe, C autem minori extremitati alicui non ineſſe, B vero mediū alicui C ineſſe. Hæc enim tria eſſe poſſunt (vt per exemplum exponit) & dicit, vt animal homini quidem omni ineſt, ad album autem aliquod non ſequitur, hoc eſt & alicui albo non ineſt. Homo autem alicui albo ineſt, his ſtantibus docet cōiugationem, & dicit. Quare ſi medio poſito homine, ſumatur A nulli B ineſſe, & B alicui C ineſſe, vera fit cōcluſio cum A B propoſitio maior ſit tota falſa. Sic igitur patet coniugationem particularem negatiuam concludere verum ex maiore tota falſa, & minore vera. Cū enim regula ſit indefinitas, ſatis vera erit, ſi in quibuſdam vera reperitur.

Et ſi in aliquo ſit falſa A B propoſitio, B C autem vera exiſtente, erit concluſio vera. Nihil enim prohibet A & B & C alicui ineſſe, B autē alicui C, vt animal alicui pulchro, & alicui magno, & pulchrum alicui magno ineſt. Si ergo ſumatur A omni B, & B alicui C, & A B propoſitio in aliquo falſa erit, B C autem vera, & concluſio vera.



Coniugōnes binæ, altera affirmatiua, negatiua altera ex ptic̄laribꝰ, maiori in parte falſa, minori vera, cōcludētes verū.

Cōpleuit de duabus coniugationibus habentibus maiorem totam falſam, & minorem veram. Nunc dicit de habentibus maiorem in quodam falſa, & minorem veram, & aſsignat hanc ſecundam concluſionem ex maiore in quodam falſa, & minore vera concluſio vera eſt, & dicit. ¶ & ſi in aliquo ſit falſa A B propoſitio, B C autem vera exiſtente, erit concluſio vera. Hæc eſt concluſio, quam primo in affirmatiuo declarat, & ſecundum ſuam cōſuetudinem primo accipit terminos, & dicit. ¶ Nihil enim prohibet A & B & C alicui iueſſe, B autem alicui C, quod declarat per terminos, & dicit. ¶ vt animal alicui pulchro in rei veritate, & alicui magno, & pulchrum alicui magno ineſt, eſt enim aliquod pulchrum animal, & aliquod magnum animal, & aliq⁹ magnum pulchrum. Hæ. n. propoſitiones omnes ſunt veræ. Tunc docet ſumere in his terminis coniugationem, & dicit. ¶ ſi ergo ſumatur A omni B, & B alicui C ineſſe, & A B propoſitio in aliquo falſa erit, B C autem vera, & concluſio vera. Igitur ex maiore in quodam falſa, & minore vera vtriſq; affirmatiuis concluſio eſt vera. Eſt enim regula probata p terminos, modo quo indefinitæ propoſitiones probantur per ſingulares.

Commē. 29. Secū. cōclu.

Vide in ſuperiori figura.


Similiter autē, & cum priuatiua eſt A B propoſitio: nam ijdem erunt termini, & ſimiliter poſiti ad demonſtrationem.

Cōmen. 30.

Nunc verificat concluſionem in negatiuo, & per eoſdem terminos, & dicit. ¶ ſimiliter autem & cum priuatiua eſt A B propoſitio, & in quodam falſa, & minor vera, erit concluſio etiam vera. Deinde diſponit terminos, & colligit coniugationem, & dicit: nam ijdem erūt termini. Animal videlicet pulchrū. Magnum, & ſimiliter poſiti

positi ad demonstrationem, quoniã animal pro maiore. Pulchrum pro medio, & magnum pro minore, sequitur enim nullum pulchrũ est animal, quoddam magnũ est pulchrum, igitur quoddam magnum non est animal.

Rursum si A B quidem vera B C autem falsa, vera erit cõclusio. Nihil enim prohibet A quidem toti inesse, B C autem alicui, & B nulli C inesse. Vt animal cygno quidem omni, nigro autem alicui. Cygnus vero nulli nigro. Quare, si sumatur A omni B, & B alicui C, vera erit conclusio, falsa existente B C.



Coniugõnes ex maiori vera & minori falsa cõcludentes verũ est affirmatiue quam negatiue.

Comm. 51. Cum dixerit de coniugationibus habentibus maiorẽ aut totam falsam, aut in quodam, nunc dicit de habentibus maiorem veram, & minorem falsam. Et ponit tertiã conclusionem, & dicit. {Rursum, si A B quidem vera est B C autem falsa, vera erit conclusio. Deinde probat hãc conclusionem. Primo in affirmatiuo, & disponit terminos, & dicit, nihil enim prohibet A quidem toti inesse B, C autem alicui, & B nulli C inesse, & ꝙ ita sit, assignat terminos, & dicit, vt animal cygno quidẽ omni, nigro autẽ alicui, cygnus vero nulli nigro, tunc colligi coniugationem in darij, & dicit. Quare si sumatur A omni B inesse, & B alicui C, vera erit conclusio, falsa existente B C minore. Quo vero ad verba attinet. Animaduerte (vt Philoponus. Inquit) minorem hic accipi non posse totam falsam, sed in quodam. Si enim sumeretur tota falsa, esset vniuersalis, & sic nõ esset regula de particularibus. Quare minor sumi non potest nisi in quodam falsa, & quoniam propositio in quodam falsa accipi potest secũdum esse, aut secundum prædicationem, hic (vt Philoponus inquit) minorem in quodam falsam accipit secundũ prędicationem, quoniã falsa in quodam dicitur secundũ prędicationem, cuius contradictorium verum est. Secundũ esse autem dicitur, in quodam falsa, quæ secũdum quoddam vera, secundum quoddam falsa est. Præterea maiorem autẽ accepit simpliciter veram, est enim tota vera. Vt considerandi patet.

Ter. cõclu.

Verborum cõsideratio.

Vide supiorem figurã.


Similiter autẽ & priuatiua sumpta A B propositione. Posśibile enim est A B quidem nulli, C autem alicui non inesse, & B nulli C vt genus ex alio genere speciei & accidenti suo insit, quæ species sunt alterius generis, vt genus ex alio genere. Speciei & accidenti suo speciebus. Nam animal quidem numero nulli ineſt. Albo vero non alicui. Numerus autem nulli albo. Si ergo medium ponatur numerus, & sumatur A quidem nulli B, B autem alicui C, A alicui C non inerit, quod fuit verum A B quidem propositione existente vera, B C autem falsa.

Commẽ. 52. Eandem conclusionem verificat in negatiuis, & primo ponit eam, & dicit. {Similiter autem & priuatiua sumpta A B propositione, & minore falsa, conclusio erit vera. Deinde assignat terminos, & simul docet nos fieri abundos in terminis. Et dicit {posśibile enim est A B quidem nulli, C autem alicui non inesse, & B nulli C, & docet nos fieri abundos in ipsis terminis, & dicit. {Vt genus ex alio genere, hoc est ex alio prædicamẽto, inlit speciei, & accidenti suo, quæ species & accidens suum, alterius generis sunt, & inter se, & à genere. Nam animal quidẽ numero nulli ineſt. Albo vero non alicui. Numerus autem nulli albo. Vbi patet animal esse de prædicamento substantię. Numerum de prædicamento quantitatis. Albũ, quod est accidens animali, de prædicamento qualitatis. Tunc colligit cõiugationem, & dicit. Si ergo medium ponatur numerus, & sumatur A quidem nulli B, B autem alicui C inesse A alicui C non inerit, quod fuit verũ A B quidem propositione existente vera, B C autem falsa, in quibus fecit nos abundos, nam quoties maior extremitas erit vnius prædicamenti, & species sumatur alterius accidens, quod generi accidit, sit alterius prædicamenti à genere, & à specie, semper ex maiore vera, & minore falsa, conclusio erit vera, vt si alĳ termini sint planta, linea viride. Est enim planta de prędicamento substãtiæ, linea de prædicamento quantitatis, viride de prædicamento qualitatis. Quo vero ad conclusionem attinet, per minorem falsam intelligendum est, in quodam falsam, & non secundum esse, sed secundum prædicationem, vt dixit Philoponus, quoniam suum contradictorium est verum.

Comm. 50.

Vide in superiori figura.

Et si in aliquo sit falsa A B, falsa autẽ & B C, erit conclusio vera. Nihil enim prohibet A alicui B & alicui C inesse vtriq; B autem nulli C. vt si B sit contrarium ipsi C, & ambo accidentia eidem generi. Nam animal alicui albo, & alicui nigro ineſt. Album autẽ nulli nigro ineſt. Si ergo sumatur A omni B, & B alicui C vera erit conclusio.



Coniugõ ex vtrisq; i quodã fallis conclusio vera tã affirmatiua, quam negatiua.

Ex maiori in toto falsa, & minori in quodã falsa coniugõnes concludẽtes veram tã affirmatiue ꝙ negatiue.

Commẽ. 53. Cum dixerit de coniugationibus, quæ sunt ex vna falsa, & altera vera in particularibus, nunc etiam in particularibus de ambabus falsis. Et primo de ambabus in quodam falsis affirmatiuis, affirmatiuam conclusionem concludentibus, & assignat conclusionem, quæ est quarta, & dicit. {& si in aliquo sit falsa A B propositio maior, falsa autem & B C minor, vtrisq; dico falsis in quodã, vt Philoponus exponit, erit conclusio vera. Hęc est quarta conclusio, quam primo probat in particularibus affirmatiuis. Docet autẽ accipere terminos primo, & simul nos reddit abundos, & dicit. Nihil enim prohibet A maiorem extremitatem, alicui B medio, & alicui C minori extremitati, inesse vtriq; B autem medium nulli C minori extremitati, & ꝙ nihil prohibeat probat dando terminos & docendo, quomodo fieri possumus abundi, & dicit. {vt si B sit contrarium ipsi C sicut albũ nigro, & ambo accidentia ipsi generi, vt animali. nam animal alicui albo, & alicui nigro ineſt. Album autẽ nulli nigro ineſt. Hi sunt termini, & per hunc modũ quis fieri potest abũdus.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

dus.cum.n.accipit genus, & duo accidentia contraria, quæ ambo illi accidere possunt, semper in talibus terminis poterimus ex maiore in quodam falsa, & ex minore etiam in quodam falsa concludere veram conclusionem vt si essent hi termini animal, ægrum, sanum. Tunc colligit coniugationem, & dicit. Si ergo sumatur A omni B, & B alicui C inesse in talibus terminis, vera erit conclusio. Quo vero ad rem attinet. Conclusio intelligitur vtrisq; in quodam falsis. Non tamen eodem modo (vt Philoponus inquit) quoniam maior falsa est in quodam secundum esse, cum in quodam falsa sit, in quodam vera. Minor autem in quodam falsa secundum prędicationem, quoniam suum contradictorium verum. Et regula patet: nam cum hæc regula sit quædam propositio indefinita, semper erit vera, si in aliquibus terminis inuenietur vera.


Et priuatiua quidem sumpta A B, similiter: nam ĩdem termini, & similiter ponentur ad demonstrationem.

B

Cõmen. 34. Eandem conclusionem probat in negatiuis, & dicit, & priuatiua quidẽ sumpta A B: scilicet maiore, & in quodam falsa, secundum esse, & minore etiam in quodam falsa secundum prædicationem, similiter subaudi conclusio erit vera. Probat assignando eosdem terminos, & dicit. Nam ĩdem termini, & similiter ponentur ad demonstrationem. Si enim sint accidentia contraria, quę eidem generi accidere possunt, semp licebit syllogizare ex maiore & minore in quodam falsis conclusionem veram.

Et ex vtrisq; falsis, erit conclusio vera. Possibile est enim A B quidem nulli C autem alicui inesse, B vero nulli C vt genus ex alio genere speciei & accidenti speciebus eius. Vt si genus ex alio genere speciei & accidenti suo insit, quæ species sunt alteri⁹ generis. Animal.n. numero quidem nulli, Albo vero alicui inest, & numerus nulli albo. Si ergo sumatur A omni B, & B alicui C, conclusio quidem vera, propositiones autem ambæ falsæ sunt.

C



Vide in superiori figura.

Coniugõ ex vtrisq; ĩ quodã falsis conclusio vera tã affirmatiua, quam negatiua.

Cõmẽ. 33.

Ex maiori in toto falsa, & minori in quodã falsa coniugõnes concludẽtes veram tã affirmatiue q̃ negatiue.

Cõmẽ. 35. Cum dixerit de coniugationibus ex ambabus falsis in quodam, nunc, vt Philoponus inquit, de ea coniugatione dicit, quæ est ex maiore tota falsa, & minore in quodam falsa, & primo assignat cõclusionem, quæ est quinta, & dicit. {& ex vtrisq; falsis erit conclusio vera, non tamen eodem modo, quoniam ex maiore tota falsa, & minore in quodam falsa conclusio erit vera. Deducit conclusionem primo in particularibus affirmatiuis, & accipit terminos, simul faciendo nos abundos, & dicit. {possibile est enim A maiorem extremitatem B quidem nulli medio, C autem minori extremitati alicui inesse, B vero medium nulli C minori extremitati. Vt si genus ex alio genere, hoc est ex alio prædicamento speciei, & accidenti suo insit, quæ species & accidens sunt alterius generis ac alterius prędicamenti. Nam quoties termini sic

Quinta conclusio.

A fuerint, vt genus sit alterius prædicamenti, videlicet vt prædicamenti substantiæ, & species sumatur alterius. Verbi gratia prædicamenti quantitatis, accidens, quod generi accidit, sit alterius prædicamenti ab eo, in quo est species, vt in prædicamento qualitatis, semper in talibus terminis hæc coniugatio locum habet, & exemplificat in terminis, & dicit. Animal enim numero quidem nulli inest, nullus enim numerus est animal. Albo vero alicui inest, & numerus nulli albo. Tunc colligit coniugationem, & dicit. {Si ergo sumatur A omni B, & B alicui C inesse, conclusio quidem vera, propositiones autẽ ambæ falsæ sunt. Sed modo dissimili, quoniam maior falsa est in toto, minor autem falsa in quodam secundum prædicationem. Nec oportuit probare aliter regulam nisi dando terminos, quoniam est indefinita propositio. Vt consideranti patet.

Vide in superiori figura.

Similiter autem & cum priuatiua est A B nihil enim prohibet A B quidem toti inesse, C autem alicui nõ inesse, & neq; B vlli C vt animal, Cygno quidem omni, nigro autem alicui nõ inest, cygnus vero nulli nigro. Quare, si sumatur A nulli B, B autem alicui C A alicui C non inerit, ergo conclusio quidem vera, propositiones autem falsæ.

Cõmẽ. 36. Cum dixerit affirmatiuam quomodo cõcluditur, nũc negatiuam dicit, quæ concluditur, si sumatur nulius cygnus est animal, quæ est tota falsa, & quoddam nigrum est cygnus in quodam falsa, cõcluditur quoddam nigrũ est animal, quod est verum. Aristo. Igitur primo accipit conclusionem, & dicit. Similiter autem & cum priuatiua est A B propositio maior, & tota falsa. Minore autem existente in quodam falsa, conclusio erit vera, hæc est conclusio. Deinde docet accipere terminos, & dicit, nihil enim prohibet A maiorem extremitatem B quidem medio toti inesse, C autem minori extremitati alicui nõ inesse, & neq; B vlli C, hoc est & B medium nihil prohibet inesse nulli C minori extremitati. Et assignat exemplum in terminis, & dicit, vt animal, cygno quidem omni. Nigro autem alicui non inest. Cygnus vero nulli nigro, tunc in talibus teminis colligit coniugationem, & dicit. Quare si sumatur A nulli B, B autem alicui C, A alicui C non inerit, ergo conclusio quidem vera est, propositiones autem falsæ, hæc sunt, quæ habentur in prima figura.

Cap. iii. Verũ ex falsis qũo colligitur in secũda figura.

IN media autem figura omnino contingit per falsa verum syllogizare, & vtrisq; propositionibus totis falsis sumptis, & vtraq; in aliquo, & hac quidẽ vera, illa tota falsa, vtrauis falsa posita, & si vtræq; in aliquo falsæ, & si hæc quidem simpliciter vera, illa autem in aliquo falsa, & si hæc quidem tota falsa, hæc autẽ in quodam vera, & in vniuersalibus, & particularibus syllogismis.


D

cõmẽ. 37. Cum compleuerit primam figuram, nunc in secundã transit, & ostendit, q̃ in secunda figura contingat ex falsis verum cõcludere, accipit autem coniugationem, quę concludit in secunda figura ex falsis veram, & vniuersalem conclusionem ex diuisione, vt Philoponus deducit, in hunc modum, aut ex ambabus falsis, aut ex vna falsa, & altera vera. Si quidem ex ambabus falsis, aut ex ambabus totis falsis, & hoc, aut maiore negatiua, & minore affirmatiua, aut contra, maiore affirmatiua, & minore negatiua. Aut ambabus in quodã falsis, & iterum aut maiore negatiua, & minore affirmatiua, aut contra, maiore affirmatiua, & minore negatiua. Aut vna quidem tota falsa, altera autem in quodam falsa, & hoc dupliciter,

aut

aut maiore tota, & minore in quodam falsis, aut econtra
rio, & de vtrisq; his, aut maior negatiua, & minor affir-
matiua, aut contra, maior affirmatiua, minor autem ne-
gatiua. Siquidem autem ex vna falsa, & altera vera, aut
in quodam falsa, aut tota falsa, & si in quodam falsa, aut
maior in quodam falsa, & minor vera, aut maior vera,
& minor in quodam falsa, & si tota falsa, aut maior tota
falsa, & minor vera, aut maior vera, & minor tota falsa.
Et si quidem maior tota falsa & minor vera, hoc erit aut
maior negatiua, & minor affirmatiua, aut contra maior
affirmatiua, & minor negatiua. Si autem maior in quo-
dam falsa sit, iterum hoc erit, aut maior negatiua, & mi-
nor affirmatiua, aut contra maior affirmatiua, & minor
negatiua. Sin autem maior vera sit, & minor in quodã
falsa, hoc erit, aut maior negatiua, & minor affirmatiua,
aut contra maior affirmatiua, & minor negatiua. Has
duodecim coniugationes Aristoteles quasdam pertran-
sit, quasdam autem non, vt ex inductione erit manifestũ
vnde dicit. In media autem figura omnino, hoc est om-
nibus coniugationibus, quæ fieri possunt, Contingit per
falsa verum syllogizare. Dico omnino, quia & vtrisq;
propositionibus totis falsis sumptis, & vtraq; falsa sump
ta in aliquo, & hac quidem vera, illa tota falsa, vtrauis
falsa posita, siue maiore, siue minore, & si vtræq; in ali-
quo sint falsæ, etiam verum contingit syllogizare, & si
hæc quidem sit simpliciter vera, illa autem in aliquo fal-
sa etiam contingit verum ex vniuersalibus syllogizare,
& si hæc quidem sit tota falsa. Hæc autẽ in quodam ve-
ra, & in vniuersalibꝰ, & particularibus syllogismis, sem-
per verum ex falsis contingit syllogizare.

Si enim A B quidem nulli inest, C autẽ om-
ni, vt lapidi animal quidem nulli, homini au-
tem omni, si contrariæ ponantur propositio-
nes, & sumatur A B quidem omni, C vero nul-
li, ex falsis totis propositionibus erit vera con
clusio.




Cameſtres, & cęlare ex falsis in toto cõcludit veram in toto.

Commẽ. 38. Nunc declarat q̃ ex ambabus propositionibus totis falsis verum concludatur. Et primo hoc declarat in vniuersalibus, & declarando hoc in vniuersalibus primo do cet accipere terminos in Cameſtres, & dicit. Si enim A medium, B quidem nulli maiori extremitati inest, C autem minori extremitati omni insit in rei veritate. Vt lapidi animal quidem nulli, homini autem omni. Deinde docet sumere coniugationem, & vult q̃ terminis sic stãtibus, si propositiones econtrario acceperis, facies veram conclusionem ex totis falsis. Maiore videlicet affirmatiua, & minore negatiua, & dicit. {Si contrarię ponantur propositiones, & exponit quomodo contrariæ, & dicit. Et sumatur A animal, B quidẽ, scilicet lapidi omni, C vero homini nulli, ex falsis totis propositionibꝰ erit vera conclusio. Hæc enim, omnis lapis animal, tota falsa est, & hæc nullus homo animal, etiam tota falsa. Conclusio tamen nullus homo lapis, tota vera.

Vide in superiori figura. Similiter autem & si A inest B quidem omni C vero nulli. Nam idem erit syllogismus.

Cõmen. 39. Ostendit primum, maiore affirmatiua, & minore negatiua totis falsis existentibus, nũc in Cæsare maiore negatiua existente, & minore affirmatiua totis falsis, quomodo sequatur verum. Et vult, q̃ si A secundum veritatem omni B insit, et C nulli, conuersis ad oppositam qualitatem, propositiones fiunt falsæ, et conclusio vera, vt animal nulli homini, est tota falsa, animal omni lapidi iterum est tota falsa. Et tamen homo nulli lapidi, erit cõclusio tota vera, vnde dicit. {Similiter autem et si A medium, vt animal, inest B maiori extremitati, quidem omni, vt homini C vero minori extremitati, videlicet lapidi, nulli. Nam idem erit syllogismis conuersis his ad oppositam qualitatem. Erunt enim vtręq; falsæ totę, et cõclusio vera.

Rursus, si altera quidem tota falsa, altera autem tota vera, nihil enim prohibet A & B & C omni inesse, B autẽ nulli C, vt genus, non subalternis speciebus. Nam animal, & æquo omni, & homini inest, & nullus homo æquus, si ergo sumatur animal huic quidem omni, illi vero nulli inesse, hæc quidem erit falsa, illa autem tota vera, & conclusio vera, ad quodlibet posito priuatiuo.



Cameſtres, ac Cęsare ex altera tota falsa, altera aũt vera, verum concludentes.


Commẽ. 40. Cum dixerit de ambabus totis falsis, nunc dicit de habẽtibus vnam quidem totam falsam, alteram autem veram. Et primo proponit intentum, & dicit. {Rursus, si altera quidem tota falsa, altera autem tota vera, etiã conclusio potest esse vera. Deinde probat dando terminos, & primo docet sumere terminos, & simul docet nos fieri abundos, & dicit. {Nihil enim prohibet A medium, & B maiori extremitati, & C minori extremitati omni inesse B autem maiorem extremitatem C nulli minori extremitati. Tunc docet nos fieri abundos, & exemplificat in terminis, & dicit. {Vt genus non subalternis speciebus, si inesse sumitur. nam animal, & ęquo omni, & homini inest in rei veritate, & nullus homo æquus in veritate, per quæ patent termini, & quomodo fieri potest qs abundus. Tunc docet coniugationem, & dicit. Si ergo sumatur animal huic quidem omni, illi vero nulli inesse, hæc quidem erit tota falsa, illa autem tota vera, & conclusio vera. Dico erit conclusio vera ad quodlibet extremorum posito priuatiuo, hoc est siue ad maiorem, siue in minori. Nam si ponitur ad minorem syllogismus erit in Cameſtres, si autem ad maiorem, erit in Cæsare. Hæc dixit de falsis in totis. Per quæ patet cur in hac figura indifferenter negatiua & affirmatiua totis falsis, & altera, conclusio sequatur vera. In prima autem figura, non nisi minore falsa. Nam licet hæc figura non differat a prima nisi conuersione negatiue, tamen negatiua cum cõuertit̃, non remanet in prima figura tota falsa, sed in quodam, vt cõuertẽdo illam nullus homo est animal in hãc, nullum animal est homo. Prima enim erat tota falsa. Secunda autem in quodam. Non enim fieri potest in secunda figura coniugatio ex negatiua tota falsa, nisi cum conuertitur remaneat falsa in quodam, vt patet discurrendo per omnia exempla. At hoc patet ex falsa maiore in quodam in prima figura potest verum deduci, vt superius dictum est. Quo autem ad terminos attinet. Animaduertendum

Solutio. 9.

De termis.

uertendum hic esse vsum literis, vt sermo suus sit vniuersalior, & facilior, & per A in hac figura semper medium intelligit, per B autem maiorem extremitatem, & per C minorem.

Et si altera in aliquo falsa, altera autem tota vera. Possibile est enim A B quidem alicui inesse, C autē omni, & B nulli C. Vt animal albo quidem alicui, coruo autem omni. Album vero nulli coruo. Si ergo sumatur A B quidem nulli, C autem toti inesse A, B quidem propositio in aliquo falsa est, A C autē tota vera, & conclusio vera.



Cæsare cameſtres ex vna in toto vera, ex altera in aliquo falsa, altera cōtra cōcludētes verū.

Cōmen. 41.

Cum dixisset de cōiugatione, quæ habet alteram totam falsam, alteram totam vēram, nunc dicit de his cōiugationibus, quæ habent alteram totam veram, alteram falsam in aliquo. Et hoc proponit, & dicit. Et si altera in aliquo falsa, altera autem tota vera, subaudi sumantur, contingit conclusionem esse totam veram. Deinde exponit eam coniugationem, quæ habet negatiuam in quodam falsam, & affirmatiuam veram totam. Et primo eam quæ fit in Cæsare. Et docet primo terminos. & dicit. Possibile est enim A medium B maiori extremitati quidem alicui inesse in veritate, C autem minori omni in veritate, & B nulli C in veritate, & affert exemplum, & dicit. Vt animal albo quidem alicui. Coruo autem omni. Album vero nulli coruo. Tunc colligit cōiugationem in Cæsare, & dicit. Si ergo sumatur A videlicet animal B quidem videlicet albo nulli, C autem minori, videlicet coruo toti inesse A, B quidem propositio in aliquo falsa est. Ac autem tota vera, & conclusio vera, Et sic patet in Cæsare. Nullum album animal, in aliquo falsa, omnis coruus animal tota vera. Nullus coruus albus tota vera.

Et transposita quidem priuatiua, similiter. Nam per eosdem terminos demonstratio est.

Cōmē. 42.

Idem declarat in Cameſtres ex maiore affirmatiua tota vera, minore negatiua in aliquo falsa, conclusionem sequi totam veram, transposita videlicet priuatiua ad minorem, & transpositis terminis, & dicit. Et transposita quidem priuatiua ad minorem in Cameſtres, & transpositis minori & maiori terminis (medio manente) Similiter subaudi idem sequitur. Nam per eosdem terminos transpositos tamen. Medio manente eodem demonstratio est.

Et, si affirmatiua quidem propositio in aliquo falsa, priuatiua autē tota vera, nihil enim prohibet A B quidem alicui inesse, C autem toti non inesse, & B nulli C vt animal albo quidē alicui, pici autem nulli, & albū nulli pici. Quare, si sumatur A toti B inesse, C autem nulli, A B quidē in aliquo falsa, A C autē tota vera, & conclusio vera est.


Animal.
A.
O. N.
N. O.
B. Album. Pix.
N.
C. Pix. Album.

Cameſtres ex maiori in pte falsa, minori autē vera, verū concludēs, quod si trāsponant termini, per cæsare idem concludetur eodē modo.

Cum dixisset de coniugatione habente affirmatiuam totam veram, negatiuam autem in aliquo falsam. Nunc dicit de coniugatione habente negatiuam totam veram affirmatiuam autem in aliquo falsam, & ponit exemplū in Cameſtres. Et primo proponit intentum, & dicit. Et, si affirmatiua quidem propositio in aliquo falsa, priuatiua autem tota vera, conclusio etiam sequetur tota vera. Probat regulam in Cameſtres. Et primo sumit terminos, & dicit, nihil enim prohibet A medium B maiori extremitati alicui inesse, C autem minori toti nō inesse, hoc est C autem nulli inesse, & B maiorem nulli C minori inesse, & affert terminos, & dicit. Vt animal mediū albō quidem maiori alicui in veritate, pici autem minori nulli in veritate, & album maiorem nulli pici minori in rei veritate. Tunc colligit coniugationem in Cameſtres, & dicit. {Quare si sumatur A toti B inesse C autem nulli, A B quidem in aliquo falsa est A C autem tota vera, & conclusio vera est in Cameſtres hoc modo, omne album animal in aliquo falsa, nulla pix animal, tota vera. Igitur nulla pix alba tota vera. Idem patet in Cæsare maiori & minori terminis transpositis, medio manente. Nam sequitur nulla pix animal tota vera, omne album animal, in aliquo falsa. Igitur nullum albū pix, tota vera. Ex affirmatiua igitur in aliquo falsa, & negatiua tota vera cōclusio sequitur tota vera. Subticuit autem hanc, quoniam perspicua est ex prima parte. Vt Philoponus innuit.

Cōmē. 43.

Et si vtræq; propositiones in aliquo falsæ erit conclusio vera, possibile est enim A & B & C alicui inesse, B autem nulli C. vt animal & albo alicui, & nigro alicui, album vero nulli nigro. Si ergo sumatur A B quidem omni, C autem nulli. Ambę quidem propositiones in aliquo falsę sunt, & conclusio vera. Similiter autem, & transposita priuatiua per terminos.



Ex vtrisque in parte falsis verū concludentes.

Cōmen. 44.


Cum cōpleuerit de coniugationibus, quę sunt ex vna vera, & altera falsa, & hac, aut tota, aut in quodam. Nūc dicit de ambabus in quodam falsis, & primo proponit intentum, & dicit. {Et si vtręq; propositiones in aliquo falsæ sumantur erit conclusio vera. Et primo declarat hanc regulā in Cameſtres, ex maiore affirmatiua, & minore negatiua, & docet terminos. Et inquit. {Et si vtręque propositiones in aliquo falsę sumantur, erit cōclusio

tota

tota vera. Primo ergo sumit terminos, & dicit. {Possibile est enim A medium & B maiori extremitati, & C minori inesse B autem maiorem extremitatem nulli C minori inesse, & hoc esse possibile exponit in terminis & dicit. Vt animal & albo alicui, & nigro alicui. Albū vero nulli nigro, constitutis itaq; terminis, colligit coniugationem primo in Camestres, & dicit. Si ergo sumatur A B quidem omni, vt omne B A C autem nulli, vt nullum C A. Ambæ quidem propositiones in aliquo falsæ sunt, & conclusio vera. Vt omne album animal, in quodam falsa, nullum nigrum animal, in quodam falsa, nullum nigrum album, tota vera. Deinde idem sequi in Cęsare sumit, & dicit. Similiter autem transposita priuatiua per eosdem terminos in Cæsare idē sequitur. Vt nullum album animal in aliquo falsa. Omne nigrū album in aliquo falsa, nullum nigrum album, tota vera.

Manifestum autem est & in particularibus syllogismis, nihil enim prohibet A B quidem omni, C autem alicui inesse, & B alicui C non inesse. Vt animal quidem omni homini, albo autem alicui, homo vero alicui albo non inerit, si ergo ponatur A B quidem nulli inesse, C autem alicui inesse, vniuersalis quidem propositio tota falsa, particularis autem vera, & conclusio vera.

Festino, & Barocco ex maiori falsa & minori vera concludētes verum.




Cōmen. 47. Cum compleuerit de coniugationibus, quæ concludunt vniuersale in secunda figura, nunc dicit de his, quæ particulare concludunt, & primo docet syllogizare ex altera tantum falsa, deinde ex vtraq;, & docendo syllogizare ex altera tātum falsa, primo docet syllogizare ex maiore tantū falsa, secundo ex minore tantum falsa. Et docendo syllogizare ex maiore tantum falsa, primo docet ex negatiua tantum falsa, & in festino, deinde ex affirmatiua tantum falsa, & in Barocco. Omisit autem coniugationes ex maiore in quodam falsa, quoniam ex his, quæ dicit perspicuæ sunt. De prima proponit intentum, & dicit. Manifestum autē est & in particularibus syllogismis, ęx altera tota falsa, & altera vera. Conclusio vera esse possit, deinde docet accipere terminos in Festino ad syllogizandum ex maiore negatiua tota falsa, & minore vera (& vt Philoponus dicit) Primo sumit quæ fm veritatem sunt, deinde colligit coniugationem, & accipit maiorem falsam. Vnde dicit, nihil enim prohibet A B quidem omni C autem alicui inesse in veritate, & B alicui C non inesse etiam in veritate. Et affert exemplum, & dicit, vt animal medium quidem omni homini maiori extremitati, albo autem minori alicui, & homo maior alicui albo minori non inerit. Hæc de dispositione terminorum in veritate. Deinde in his colligit cōiugationem in Festino ex maiore tota falsa, & minore vera, & dicit. Si ergo ponatur A animal, B homini quidem nulli inesse, C autem albo alicui inesse, vniuersalis quidē propositio tota falsa est, videlicet nullus homo animal, particularis autem vera, videlicet quoddam album animal, & conclusio vera, quoddam album non est animal.

Quo vero ad hos modos attinet. Animaduerte (vt Philoponus vult) Minorem non posse accipi totam falsam, sed bene maiorem, quoniam minor est particularis, quę non accipitur nisi in quodam aut vera, aut falsa.

Vide in superiori figura. Similiter autem & affirmatiua sumpta A B, possibile est enim A B quidem nulli, C autem alicui nō inesse, et B alicui C non inesse. vt animal nulli inanimato, albo autem alicui, & inanimatum non inerit alicui albo. Si ergo ponatur A B quidem omni, C vero alicui nō inesse: A B quidē propositio vniuersalis tota falsa, A C autem vera, & conclusio vera.

Cōmen. 46. Accepit maiorem negatiuam totam falsam, & minorem veram, & in Festino. Nunc accipit maiorem affirmatiuam totam falsam, & minorem etiam veram in Barocco, & hoc proponit, & dicit. Similiter autem & affirmatiua sumpta A B maiore & tota falsa, deinde disponit terminos in veritate, & dicit possibile est enim A B quidem nulli C autem alicui nō inesse in veritate, & B alicui C non inesse, etiam in veritate. Et affert exemplum, & dicit, vt animal medium nulli inanimato maiori extremitati. Albo autem minori alicui, & inanimatū maior non inerit alicui albo. Hæc de dispositione terminorum in veritate, deinde docet syllogizare in his terminis in Barocco, & dicit, si ergo ponatur A B quidem omni C vero alicui non inesse, A B quidem propositio vniuersalis tota falsa est, quoniam sua contraria vera, A C autem vera, qa sua contradictoria falsa, & conclusio vera est, vt omne inanimatum animal tota falsa, quoddam album non est animal, vera, ergo quoddam album non est inanimatum vera.

Et vniuersali quidem vera posita, minore autem particulari falsa, nihil enim prohibet A, nec B nec C vllum sequi, & B alicui C non inesse. Vt animal nulli numero, nec inanimato, & numerus aliquod inanimatum non sequitur. si ergo ponatur A B quidem nulli, C autem alicui, & conclusio vera est, & vniuersalis propositio vera, particularis autem falsa.



Festino, Baroco ex maiori vera, minori falsa cōcludētes verum.

Commē. 47. Nunc docet quomodo minore existente falsa, maiore autem vera, conclusio possit esse vera. Et primo in Festino negatiua videlicet existēte vera, & dicit, & vniuersali quidem vera posita. Minore autem particulari falsa, etiam potest cōclusio vera esse, declarat autem hoc in Festino primo, & disponit terminos in veritate, & dicit. {nihil enim prohibet A medium nec B nec C vllum sequi, sed de vtroq; negari, & B maiorem extremitatē alicui C minori non inesse, & affert exemplum, vt animal nulli numero, & nulli inanimato, & numerus aliquod inanimatum non sequitur, sed negatur ab aliquo inanimato. Hæc de dispositione terminorum in veritate. Deinde colligit coniugationem in his terminis, & dicit. Si ergo ponatur A B quidem nulli C autem alicui inesse, & conclusio

Festino, Baroco ex babus in toto falsis, concludētes verum.

Cōmen. 49. Cū nunc maior

conclusio vera erit, & vniuersalis propositio vera, particularis autem falsa, vt nullus numerus animal, tota vera, quoddam inanimatum animal, falsa, quoddam inanimatum non est numerus, vera. Quo vero ad particularem attinet. Aristoteles (vt Philoponus animaduertit) particularem accepit falsam in quodam, quoniam est particularis, verum in quodam falsa dicitur secundum prædicationem, non secundum esse, quoniam contradictoria vera est.

Vide in superiori figura.

Vide hãc cõiugationẽ in superiori figura.


Affirmatiua autem vniuersali, similiter posita, possiblle est enim A, & B & C toti ineſse, B autem, aliquod C non sequi, vt genus speciem & differentiam. nam animal omnem hominẽ, & totum gressibile sequitur, homo vero non omne gressibile. Quare, si sumatur A B quidẽ toti ineſse, C autem alicui non ineſse, vniuersalis quidem propositio vera est, particularis falsa, conclusio autem vera.

Cõmen. 48.

Ostendit ex maiore negatiua vera, & minori affirmatiua falsa, verum concludi, nunc in Barocco ostendit ex maiore affirmatiua vera, & minore negatiua falsa verã sequi, & primo proponit hoc, & inquit. {Affirmatiua autem vniuersali, similiter posita vera, & ad maiorem, subaudi minore particulari negatiua falsa, etiam conclusionem contingit veram esse. Deinde disponit terminos in veritate, & dicit. {possibile enim est A medium, & B & C toti ineſse, B autem aliquod C non sequi, sed de quodam C negari. Et affert exemplum, in quo etiam docet nos fieri abundos, & dicit. {vt genus speciem & differẽtiam proprias sequitur, vt animal omnem hominem, & totum gressibile sequitur, quoniam tam de omni homine, quam de omni gressibili prædicatur. Homo vero nõ omne gressibile sequitur, cũ non de omni gressibili prædicetur. Hæc de dispositione terminorũ in veritate. Deinde colligit coniugationẽ in his, & dicit. Quare si sumatur A animal B quidem homini toti ineſse, C autem gressibili alicui nõ ineſse, vniuersalis quidem propositio vera, particularis falsa, conclusio autem vera. Nam omnis homo animal tota vera, quoddam gressibile nõ est animal in quodam falsa, quoddam gressibile non est homo, vera. Est autem minor (vt Philoponus animaduertit) falsa in quoddam, non secundum esse, sed ſm contradictionẽ, quoniam sua contradictoria vera est.

Festino, Baroco ex ãbabus in toto falsis, concludẽtes verum.

Manifestum autem quoniam & vtrisq; falsis erit conclusio vera, siquidem contingit A & B & C, illi quidem omni, huic vero nulli ineſse, B vero aliquod C non sequi. nam sumpto A B quidem nulli, C autem alicui ineſse, propositiones quidem ambæ falsæ, conclusio autem vera.



Cõmen. 49.

Cũ dixerit de his quæ sunt ex vna falsa, & altera vera, nunc dicit de his, quæ sunt ex vtrisq; falsis, & primo de maiore tota falsa, minore autem falsa in quodam, & proponit intẽtum, & dicit. {Manifestum autem, quoniam ex vtrisq; falsis, erit cõclusio vera. Et declarat hoc primo in Festino, disponẽdo terminos in veritate, & dicit. {Si quidem contingit A, & B & C, illi quidem omni, scilicet omni B, huic vero, videlicet C nulli ineſse, B vero aliquod C non sequi, sed A quodam C negari, vt animal homini omni, & nulli gressibili ineſt. Homo autem non omni gressibili, hæc de dispositione terminorum in veritate, tunc colligit coniugationem, & dicit. {Nam sumpto A b quidem nulli, C autẽ alicui ineſse, propositiones quidem ambæ falsæ, conclusio autem vera, vt nullus homo animal, tota falsa, quoddam inanimatum animal falsa, quoddam inanimatum non est homo, vera. Est autem maior quidem tota falsa, quia sua contraria vera est. Minor autem in quodam falsa (vt Philoponus dicit) secundum prædicationem, non secundum esse, quoniam sua contradictoria vera est.

Vide hãc cõbinationẽ in superiori figura.

Similiter autem, & cum prædicatiua fuerit vniuersalis propositio, particularis autem priuatiua. Possibile est enim A B quidem nullum, C autem omne sequi, & B alicui C non ineſse, vt animal, disciplinam quidem nullam, hominem autem omnem sequitur, disciplina autem non omnem hominem. Si ergo sumatur A B quidem toti ineſse, C autem aliquod non sequi, propositiones quidem falsæ, cõclusio autem vera.

Cõmen. 50.

Cum accepisset maiorem negatiuam totã falsam, nũc accipit ipsam totam falsam affirmatiuam in Barocco, & primo accipit intentum, & dicit. {Similiter autem & cũ prædicatiua fuerit vniuersalis propositio, & tota falsa. particularis autem priuatiua, & falsa in quodam, subaudi conclusio potest esse vera. Deinde disponit terminos in veritate in barocco, & dicit. {possibile est enim A B q dem nullum, C autem omne sequi, hoc est, possibile est, vt A omni B, & nulli C insit, & b alicui c non ineſse, & ꝙ hæc sint possibilia, declarat dãdo terminos, & dicit. {vt animal disciplinam quidem nullam. Hominem autem omne sequitur. {Disciplina vero non omnem hominẽ. Hæc de dispositione terminorum in veritate. Deinde colligit coniugationem in his factam in Barocco, & dicit. {Si ergo sumatur A b quidem toti ineſse, c autem aliquod non sequi propositiones quidem falsæ sunt, conclusio autem vera. nam omnis disciplina animal, falsa tota, quidam homo non est animal, in quodam falsa, non quidem secundum esse, sed secundum prædicationem, quoniam contradictoria vera, quidam homo non est disciplina est veram.

Cap. iiii. Quod ex falsis verũ syllogizetur in tertia figura.

ERit autem & in postrema per falsas totas, & in aliquo vtraq;, & altera quidem vera altera autem falsa, & hac quidem in aliquo falsa, illa autem tota vera, & econuerso, & quotquot modis aliter possibile est transmutare propositiones.


Commẽ. 51.

Cum dixisset quo modo in secunda figura, possibile est ex falsis verum syllogizare, nunc dicit quomodo in tertia possibile sit ex falsis verum concludere, & Philoponus enumerat tot modis fieri posse in tertia, quot & in secunda, & prima, vt per longum processum enumerat, & hoc proponit Aristoteles, & dicit. {erit autem, & in postrema figura & p falsas totas, & per falsas vtraque in aliquo, & altera quidem vera, altera autem falsa, & hac quidem in aliquo falsa, illi autem tota vera, & ecõuerso, verum ex falsis syllogizare, & quotquot modis aliter possibile est transmutare propositiones in prima, & secunda, tot & hic contingit verum ex falsis syllogizare.

Nihil enim prohibet nec A, nec B vlli C ineſſe A autem alicui B ineſſe, vt nec homo, nec greſsibile vnum inanimatum ſequitur, homo autem alicui greſsibili ineſt. Si ergo ſumatur A & B omni C ineſſe, propoſitiones quidem totæ falſæ, concluſio autem vera.

Comm. 52. Primum dicit de propoſitionibus totis falſis, & vniuerſalibus affirmatiuis, vt in darapti, & inqt. {Nihil.n. prohibet, nec A nec B vlli C ineſſe A autem alicui B ineſſe probat per terminos, & dicit. {vt nec homo, nec greſsibile, vllũ inanimatũ ſequitur, nec.n. homo nec greſsibile alicui inanimato ineſt, homo autẽ alicui greſsibile, aliqđ enim greſsibile homo eſt. Terminis ſic diſpoſitis in veritate, cõuertit propoſitiones ad oppoſitã qualitatẽ, & cõſtituit cõiugationem ex vtriſq; totis falſis in darapti, & dicit. Si ergo ſumatur A & B omni C ineſſe, propoſitione quidem totæ falſæ erunt, cõcluſio autẽ vera. nam omne inanimatum homo, tota falſa eſt, omne inanimatũ greſsibile, tota falſa, quoddã greſsibile homo, vera eſt. Quo vero ad terminos attinet. Ariſto. per A ſemper maiorem extremitatem, per B autem. Minorem, per C vero. Medium intelligit: nam cõuerſa minori propoſitione in parte, reductio fit in primam figuram, & remanebũt termini communes omni materiæ, & ignoti, vt patet.


Hãc vide in ſuperiori figura. Similiter autem, & cum hæc quidem eſt priuatiua, illa autem, affirmatiua. Poſsibile eſt. n. B quidem nulli C ineſſe, A autem omni, & A alicui B non ineſſe, vt nigrum nulli cygno. Animal autem omni, & animal non omni nigro, quare ſi ſumat B quidem omni C, A vero nulli, A alicui B non inerit, & cõcluſio quidem vera, propoſitiones autem falſæ.



Darapti, Felapton ex toto falſis concludẽtes verum.

Commẽ. 53. Cum accepiſſet totas falſas, & vniuerſales affirmatiuas, nunc accipit rurſus ambas falſas, & vniuerſales, ſed maiorẽ quidem uegatiuã, minorem vero affirmatiuã in felapton, & hoc proponit, & dicit. Similiter autẽ, & cũ hæc quidem eſt priuatiua, illa vero affirmatiua, in felapton, vtriſq; totis falſis, vera eſſe poteſt concluſio. Deinde diſponit terminos, & dicit. {Poſsibile eſt enim B quidem minorem extremitatẽ, nulli C ineſſe medio, A autẽ, minorem omni C ineſſe medio, & A minorem alicui B nõ ineſſe, vt nigrũ nulli cygno in minoripropoſitione. Animal autẽ omni cygno in maiore propoſitione, & animal nõ omni nigro in cõcluſione. Hæc de diſpoſitione terminorum in veritate. Deinde colligit cõiugationẽ cõuertẽdo propoſitiones ad oppoſitã qualitatẽ in felapton, & dicit. Quare ſi ſumatur B nigrum omni C cygno in minori A vero nulli C hoc eſt A. Animal nulli cygno in maiore A animal alicui B nigro nõ inerit, in cõcluſione, & erit concluſio quidẽ vera, propoſitiones autem falſæ, totę. Nam nullus cygnus animal tota falſa, omnis, cygnus niger, tota falſa, quoddã nigrũ animal vera. Ex his patet, q; ambabus falſis totis, & vniuerſalibus, ſiue ambabus affirmatiuis, ſiue maiore negatiua, & minore affirmatiua, concluſio poteſt eſſe vera. Subticuit dicere in vniuerſalibus, quæ habent vnam quidem falſam, alterã autem, veram, quia per nos met ipſos intelligere poſſumus.

Et ſi in aliquo fuerit vtraq; falſa erit concluſio vera, nihil.n. prohibet & A & B alicui C ineſſe: & A alicui B, vt album & pulchrum alicui animali inſunt, & album alicui pulcro. Si ergo ponatur A & B omni C ineſſe, propoſitiones qdem in aliquo falſæ, concluſio autem vera.



Darapti, Felapton ex vtriſq; in parte falſis verum concludentes.

Commẽ. 54. Compleuit ambas falſas totas. Nũc accipit ambas falſas in quodam, & primo darapti accipit vniuerſales affirmatiuas, & proponit intentũ, & dicit, & ſi in aliquo fuerit vtraq; falſa, erit concluſio vera, propoſita intentione. Primo exponit illam in vniuerſalibus affirmatiuis in darapti, & accipit terminos, & dicit. Nihil enim prohibet, & A, & B alicui C ineſſe, & A alicui B quod hæc ſit poſsibilia, probat dando terminos, & dicit vt album & pulchrũ alicui animali ineſt, & album alicui pulchro. Deinde diſponit coniugationem, conuertendo propoſitiones ad cõtradictoriam qualitatem, & dicit ſi ergo ponatur A albũ, & B pulchrum omni C animali ineſſe, popoſitiones quidem in aliquo falſæ, & concluſio vera erit. Nã omne animal albũ in quodã falſa eſt, omne animal pulchrum iterum in quodã falſa, quoddam pulchrũ album, vera eſt.

Et priuatiua A C poſita, ſimiliter. Nihil.n. prohibet A quidem alicui C non ineſſe, B vero alicui ineſse, & A non omni B ineſse, vt album alicui animali non ineſse, pulchrum autem alicui ineſt, & album non omni pulchro. Quare, ſi ſumatur A quidem nulli C, B autem omni, vtręq; propoſitiones quidem in aliquo falſæ, concluſio autem vera.

Vide hãc ſuperiori figura.


Commẽ. 55. Dixit de vtriſq; vniuerſalibus affirmatiuis in darapti. Nunc dicit, quæ habent maiorem vniuerſalem negatiuam, & minorem vniuerſalem affirmatiuam in felapton, & hoc proponit, & dicit, & priuatiua A C poſita, & vniuerſali, B C vero affirmatiua, & vniuerſali, & vtriſq; falſis in quodam. Similiter ſequi poteſt vera concluſio. Deinde diſponit terminos in veritate, & dicit. Nihil enim prohibet A quidem alicui C nõ ineſse in veritate B vero alicui ineſſe in veritate, & A non omni B ineſſe in veritate, & q; hæc eſſe poſsint, probat dando terminos, vt album alicui animali non ineſse. Pulchrum autem alicui ineſt, & album non omni pulchro hęc eſse poſsibilia nemo dubitat. Deinde colligit coniugationem, & dicit. Quare ſi ſumatur A quidem nulli C vt albũ nulli animali B autem omni, vt pulchrum omni animali, vtræq; propoſitiones quidem in aliquo falſæ, cõcluſio autem vera. Nam nullum animal album, falſa, in quodam eſt, omne animal pulchrum iterum falſa in quodam, quodam pulchrum album vera eſt.

Superioribus ſimiles ex ſubalternis affirmatiuis idẽ cõcludẽtes.

Similiter autem & hac quidem tota falſa, illa autem tota vera ſumpta, poſsibile eſt enim A & B omne C ſequi, & A alicui B non ineſse,

vt

vt animal,& album omnẽ cygnũ ſequitur, & animal non omni ineſt albo. Poſitis igitur his terminis,ſi ſumatur B quidẽ toti C ineſſe,A vero toti nõ ineſſe:B C quidem tota erit vera,A C autem tota falſa,& concluſio vera. A



Coniugõnes hinæ negatiuæ,altera ex vna itoto falſa, altera ex maiori, altera ex minori concludẽtes verum.

Cõmẽ. 56.

Cum accepiſſet propoſitiones ambas in quodam falſas,nũc accipit vnam quidẽ veram,alterã falſam. Et primo maiorẽ totã falſam, minorẽ aũt totã verã in felaptõ, & præmittit intẽtũ.& dicit. {Similiter autẽ & hac quidem tota falſa,illa autẽ tota vera ſumpta in felapton, ſequi poteſt cõcluſio vera,& primo diſponit terminos ſm veritatẽ, & dicit.{poſsibile eſt.n.A & B omne C ſequi in veritate,& A alicui B nõ ineſſe in veritate, q̃ hęc fieri poſſint,probat per terminos,& dicit,vt animal,& albũ omnem cygnum ſequitur in veritate, & animal non omni ineſt albo in veritate,tũc docet cõuertere,& dicit.{Poſitis igitur his terminis, ſi ſumatur B quidem album toti C cygno ineſſe, A vero animal toti non ineſſe,hoc eſt nulli cygno ineſſe, B C quidem minor tota erit vera,A C autem maior tota falſa,& concluſio vera. Nam nullus cygnus animal,tota falſa eſt:omnis cygnus albus, tota vera:quoddam album animal,vera eſt. B

Hãc vide in ſuperiori.


Similiter autem & ſi B C quidẽ falſa A C autem vera. nam hi quidẽ termini ad demõſtrationem ſunt,nigrum,inanimatum,cygnus. C

Cõmen. 57.

Accepit primo maiorem totam falſam negatiuã, nũc contra accipit minorem falſam, & maiorem veram, & hoc proponit, & dicit. {Similiter autem ſi & B C quidẽ minor falſa, A C autem vera,ſ.maior ſumatur,concluſio vera erit, probat dando terminos. nam hi quidem termini ad demõſtrationem rei huius boni ſunt, videlicet, nigrum,inanimatum cygnus.nam nullus cygnus niger tota vera:omnis cygnus inanimatus, totà falſa:quoddã inanimatum nigrum,vera eſt.

Vide hãc in ſuperiori figura.

Sed & ſi vtræq; aſſumantur affirmatiuę,nihil enim prohibet B quidem omne C ſequi,A autem toti C non ineſſe,& A alicui B ineſſe. Vt omni cygno animal, nigrũ vero nulli cygno, & nigrum ineſt alicui animali:quare, ſi ſumatur A & B omni C ineſſe:B C quidem tota vera, A C autem tota falſa,& concluſio vera.Similiter autem,& A C ſumpta vera : nam per eoſdẽ terminos demonſtratio. D



Superioribus ſimiles ex ſ. habus affirmatiuis idẽ cõcludẽtes.

Cum dixerit coniugationes quæ in Felapton ſunt ex maiore negatiua,et minore affirmatiua,nũc accipit ambas affirmatiuas vniuerſales,& primo maiorẽ falſam,& minorem veram. Deinde cõtra maiorem veram, & minorem falſam. Et proponit intentionem,& dicit. Sed & ſi vtræq; affirmatiue aſſumantur, etiam concluſio vera eſſe poteſt. Probat,& primo diſponit terminos ſm veritatem,& dicit. Nihil.n. prohibet B quidem,omne C ſequi,A autem toti C non ineſſe,& A alicui B ineſſe. Quòd hæc eſſe poſsint in veritate,probat aſsignãdo terminos, & dicit,vt omni cygno animal,nigrũ vero nulli cygno, & nigrũ ineſt alicui animali, patet igitur hęc fieri poſſe in veritate. Tunc docet conuertere ad falſitatem,& dicit. Quare ſi ſumatur A,& B omni C ineſſe,B C quidem tota vera, A C autem tota falſa,& concluſio vera. Nam omnis cygnus niger,tota falſa, omnis cygnus animal, tota vera,quoddam animal nigrum vera. Et cum accepiſſet maiorem totam falſam,& minorem totam veram,accipit contra, maiorem veram totam, & minorem falſam totam,& oſtendit per eoſdem mutato ordine de maiore in minorem,& econtrario, & dicit. Similiter autẽ & A C ſumpta vera,& B C ſumpta falſa, ſequitur cõcluſio vera. Nam per eoſdẽ terminos erit demonſtratio, facta tranſlatione de maiore in minorẽ,& econtrariò,vt omnis cygnus animal,tota vera, omnis cygnus niger,tota falſa, & quoddam nigrum animal,vera. Cõmen. 58.

Rurſus hac quidem tota vera exiſtente, illa autem in aliquo falſa,poſsibile eſt enim B quidem omni C incẽ, A autem alicui C & alicui B. vt bipes quidem omni homini,pulchrum autem non omni, & pulchrum alicui bipedi ineſt.Si ergo ſumatur A & B toti C ineſſe B C quidem tota vera,A C autem in aliquo falſa, concluſio autem vera.

In Darapti coniugationem ex maiori in quodã falſa, minori vera altera, altera ex maiori vera, & minori in quodã falſa, verum cõcludentes.

Accepit hanc quidem totam veram,illam autem totam falſam, nunc accipit vnam quidem totam verã. Alteram autem in quodam falſam,& proponit intentum, & dicit.{Rurſum hac quidem tota vera exiſtente, illa autem in aliquo falſa,poteſt concluſio eſse vera. Et primo diſponit maiore exiſtente in quodam falſa, & minore vera, & dicit.{poſsibile eſt enim B quidem omni C in eſse A aũt alicui C, & alicui B,& q̃ ita ſit probat,& dicit. {vt bipes quidẽ omni homini. Pulchrũ non omni homini,& pulchrum alicui bipedi ineſt, hæc ſunt in veritate, tũc docet cõuertere,& dicit.{Si ergo ſumatur A & B toti C ineſse, B C quidem minor tota vera, A C autem in aliquo falſa,quę eſt maior,concluſio autem vera.nam omnis homo pulcher,in quodam falſa, omnis homo bipes, tota vera,quoddam bipes pulchrum,vera eſt. Cõmen. 59.

Similiter autem & A C quidem vera, B C autem falſa in aliquo ſumpta. Trãſpoſitis.n.ijſdẽ terminis,erit demonſtratio. Vide hãc in ſuperiori figura.


Nunc docet ſyllogizare ex maiore tota vera, & minore in quodam falſa,& hoc proponit,& dicit.{Simili- Cõmen 60

ter autẽ & A C quidem maiore tota vera, B C autem fal E
sa in aliquo sumpta, conclusio potest esse vera. Probat, & dicit. {transpositis enim ijsdem terminis, erit demon stratio. nam omnis homo bipes tota vera, omnis homo pulcher, in quodã falsa, quoddã pulchrũ bipes vera est.

Et cum hæc quidem est priuatiua, illa vero affirmatiua, quoniam possibile est B quidem toti C inesse, A autem alicui C, & quando sic se habent, non omni B inesse A, si ergo assumatur B quidem toti C inesse, A autem nulli, priuatiua in aliquo falsa, altera autem tota vera, & conclusio erit vera.

Pulchrum. Animal.
Cygnus. Al.non.

In Felapton binæ cõiugõnes eodẽ modo quo superiores verũ ex falsis concludentes.



Cõmen. 61. Nunc docet easdẽ coniugationes in Felapton, & hoc proponit, & dicit, & cũ hęc quidẽ est priuatiua, illa vero affirmatiua, etiam cõclusio potest esse vera. Probat, & dicit. {quoniam possibile est B quidem animal toti C homini inesse, A autem pulchrum alicui C: & quãdo sic se habent, possibile est non omni B inesse A, non. n. pulchrum inest omni animali, hæc de dispositione terminorum in veritate. Tunc docet conuertere. Si ergo assumatur B quidem animal toti C inesse, hoc est toti homini, A autem pulchrum, nulli C homini, priuatiua erit in aliquo falsa, altera autem, s. affirmatiua tota vera, & conclusio erit vera. nã nullus homo pulcher, in quodam falsa est, omnis homo animal, tota vera. Quoddã animal non est pulchrum, vera.

Vide hãc in superiori figura. Rursum quoniam ostensum est, ꝙ cum A quidem nulli C inest, & B alicui, euenit A alicui B non inesse. Manifestum igitur, quoniam & cum A C tota est vera, B C autem ĩ aliquo falsa, contingit conclusionem esse veram. Si. n. sumatur A nulli C, B autẽ omni A, C quidem tota vera, B C autem in aliquo falsa erit.

Commẽ. 62. Docuit quando ex maiore in quodã falsa cõclusio põt esse vera, nũc cõtra, quãdo ex minore in quodã falsa, & maiore tota vera, cõclusio potest esse vera, & nõ probat regulã per terminos, sed per rationẽ, hoc pacto. Si ex minore vera particulari affirmatiua, cum maiore vera vniuersali negatiua, licet syllogizare in Ferison cõclusionẽ veram particularẽ negatiuã, igitur eisdẽ, addito vniuersali solũ ad minorẽ, licebit eãdẽ particularẽ negatiuã syllogizare. Verbi causa, hic est bonus syllogismus, nullũ nigrum cygnus, quoddã nigrũ animal, igitur in Ferison quoddã animal non est cygnus. Hic syllogismus est bonus, & cõcludit particularẽ negatiuã, igitur addito vniuersali solũ ad eãdẽ minorẽ, licebit eãdẽ cõclusionẽ verã particularẽ negatiuã syllogizare, at addito vniuersali ad minorẽ, syllogismus erit ex maiore vera tota, & minore in quodã falsa, hoc modo, nullũ nigrũ cygnus, tota vera est, omne nigrũ animal in quodam falsa, quoddã animal non est cygnus, vera. Fundatur autem hæc ratio in illa dignitate dialectica, quando aliquid sequitur ad antecedẽs, idem sequitur ad illud. Addito antecedenti aliquo, quod nec distrahit, nec diminuit, nec mutat in alterum genus, vel in alterã speciẽ, ipsum antecedẽs. At vniuersale si additur ad minorẽ, nec diminuit, nec distrahit, nec mutat in aliud genus vel speciem, quare eadẽ conclusio sequetur. Sed dices, ꝙ mutat propositionem minorem de vera in falsam. Dicendum, ꝙ mutat de veram in falsam in quodam, modo falsa in quodam secũdum esse, est vera in quodam sicut erat, & sic non mutat propositionem nec in genus aliud, nec in speciem aliam. Vnde dicit. Rursum quoniam ostensum est in primo huius, ꝙ cum A quidem nulli C inest, & B inest alicui C, euenit in Ferison A alicui B non inesse. Verbi gratia, nullum nigrum cygnus, quoddam nigrum animal, euenit ex his, vt quoddam animal non sit cygnus. Quia ita euenit in Ferison, manifestum igitur quoniam, & cũ A C tota est vera, B C autem mutata ad vniuersalem in aliquo F falsa, contingit cõclusionem subaudi eãdem esse veram, & hoc declarat, & dicit, si enim sumatur A quidem nulli C ineẽ, B autem omni C inesse, A C quidem tota vera, b C autem falsa erit, & sic patet regula per rationẽ, ꝙ ex maiore negatiua tota vera, & minore affirmatiua in quodã falsa, vtrisq; vniuersalibus, in Felapton cõclusio erit particularis negatiua vera.

Obiectio. Solutio.

Cõmen. 64.

Manifestum autem & in particularibus syllogismis, quoniam omnino per falsa erit verum. nam ijdem termini sumendi, & quando vniuersales fuerint propositiones, in prędicatiuis quidem prędicatiui, in priuatiuis autem, priuatiui, nihil enim differt, cum nulli inerat, vniuersaliter sumere inesse, & si alicui inerat, vniuersaliter sumere, ad terminorum positionem, similiter autem, & in priuatiuis. G

Dubõ. Solutio.

Commẽ. 65. Cum dixisset de coniugationibus tertiæ figuræ, quæ sunt ex ambabus vniuersalibus, nunc dicit, de his quæ sunt ex altera vniuersali, & altera particulari, quæ dicuntur coniugationes particulares in hac tertia figura, sunt enim dupliciter, aut enim maior vniuersalis & minor particularis, aut econtrario minor vniuersalis, & maior particularis. Et hæ, aut ambæ falsæ, aut vniuersalis tota falsa, & particularis in quodam, aut econuerso, aut hæc falsa, & illa vera, & harum, aut maior vera, & minor falsa, aut econtrario maior falsa, & minor vera. Dicit igitur Aristoteles, quòd sicut vniuersalibus propositionibus existentibus ostendimus ex falsis verum, sic & in propositionibus habentibus vnam vniuersalem, alteram particularem per eosdem terminos ostendemus, per quos & vniuersales propositiones ostendimus, & si affirmatiuæ ambæ, affirmatiue accipiemus, & si negatiuæ, negatiue. Dicit, manifestum autem & in particularibus syllogismis, quoniam omnino per falsa erit verum. Nam ijdem termini sumendi sunt, qui sumebantur & quando vniuersales fuerint propositiones, & reddendo similes similibus, sumendi sunt in prædicatiuis quidem, prædicatiui, in priuatiuis autem, priuatiui. Et ꝙ ijdem termini Sumendi, probat, & dicit. Nihil enim differt quo ad figuram, ac terminorum positionem, cum nulli inerat prædicatum subiecto, vniuersaliter sumere inesse. Dico quo ad figuram, quoniam refertur quo ad veritatem. Cum enim nulli subiecto prædicatum inest in veritate, & sumitur omni inesse, refert ad veritatem, non autem ad terminorum positionem, ad ordinem figuræ, & si prædicatũ subiecto alicui inhæret. Nihil differt ad terminorum positionem, hoc est quo ad ordinem figurę vniuersaliter sumere prędicatum omni subiecto inesse. Quare econuerso subaudi nihil differt sumere quæ vniuersaliter insunt particulariter inesse.

Dico

Dico nihil differt quo ad figurę ordinem, quoniã quouis modo ſumantur, ſemper concluſio eſt particularis, in cæteris autẽ figuris, refert particulariter ſumere, quæ vniuerſaliter inſunt, & quæ particulariter inſunt, ſumere vniuerſaliter, quoniam concluſio variatur de partire vniuerſaliter, quoniam concluſio variatur de particulari ad vniuerſalem, aut contra de vniuerſali ad particularem. In tertia autem non refert, & (vt dictum eſt) in affirmatiuis, ſimiliter autem & in priuatiuis intelligendum eſt.

Manifeſtum igitur quando concluſio falſa ſit, neceſſe eſt ea, ex quibus eſt oratio, falſa eſſe aut omnia, aut aliqua, quando autem vera, nõ neceſſe eſt verum eſſe nec aliquod quidem, nec omne, ſed eſt, cum nullum ſit verum eorum, quæ ſunt in ſyllogiſmis, etiam concluſionem ſimiliter eſſe veram, non tamen ex neceſsitate.

Cõmen. 64. Nunc ex dictis concludit fructum omnium eorum, quæ declarauerat, & dicit. {Manifeſtum igitur quando concluſio falſa ſit, neceſſe eſt ea, ex quibus eſt oratio, hoc eſt ſyllogiſmus, falſa eſſe aut omnia, aut aliqua, & Philoponus exponit aut omnia, hoc eſt, aut omnes propoſitiones, aut aliqua, hoc eſt, aut hæc quidem neceſſe eſt vt ſit falſa, aut altera vera. Quando autem vera ſit concluſio, non neceſſe eſt verum eſſe nec aliquod quidem abſumptorum nec omne, hoc eſt nec ambo, ſed eſt, hoc eſt, ſed contingit ſimiliter etiam concluſionem eſſe veram cum nullum ſit verum eorum abſumptorum, quæ ſunt in ſyllogiſmis, contingit enim, vt dictum eſt, veram cõcluſionem eſſe & vtriſq; falſis exiſtentibus, & altera falſa exiſtente, altera autem vera, & vtriſq; in quodam falſis exiſtentibus. Et quia aliquis poſſet dubitare. nam ſemper concluſio vera ex falſis omnibus, aut altera, ſubdit, non tamen ex neceſsitate, & ſemper, nam verum cõtingit ex veris, & ex falſis. per quæ Auerroes velle videtur, falſam concluſionem ſemper debere eſſe ſimilem alicui propoſitionum, aut omnibus. Non enim poteſt concluſio eſſe falſa, quin omnes, aut altera propoſitionũ falſa ſit. Veram autem non debere eſſe ſimilem propoſitionibus, quoniam poteſt cõcluſio vera eſſe vtriſq; propoſitionibus falſis exiſtentibus, aut altera.

Dubõ.

Solutio.

Commẽ. 61.

Cauſa autem, quoniam quando duo ſic ſe habent ad inuicem, vt cum alterum ſit, ex neceſsitate ſit eſſe alterum, hoc cum non ſit quidem, nec alterum erit, cum autem ſit, non neceſſe eſt eſſe alterum.

Commẽ. 65. Nunc aſsignat cauſam quare non oporteat vera exiſtente concluſione, vt veræ ſint propoſitiones, falſa vero, vt ſint falſæ. {Aſsignauit autem hãc cauſam in principio, nunc autem breuibus ſubmemorat. Hæc igitur cauſa eſt, quoties aliqua ſe habent, vt antecedens, & conſequens, ſemper ſic ſe habent, ꝙ poſito ipſo conſequente non neceſſario ponitur antecedens, ſed bene deſtructo, antecedens deſtruitur. At propoſitiones, & concluſio ſe habent hoc pacto vt propoſitiones ſint vt antecedẽs, & concluſio, vt conſequens. Igitur concluſione deſtructa, quod fit per hoc quod falſa eſt, deſtruentur propoſitiones aut omnes, aut altera, quod fit, per hoc ꝙ omnes ſunt falſæ, aut altera, & concluſione poſita, hoc eſt exiſtente vera, non neceſſario propoſitiones ponentur, hoc eſt erunt verę. Sumpſit enim exiſtens, vt Philoponus inquit, pro vero, & non exiſtens pro falſo, & vtitur ſyllogiſmo ſuppoſitiuo, hoc eſt ex hypotheſi, & dicit. {cauſa autem, quoniam, quando duo ſic ſe habent ad inuicem, vt cum alterum ſit, ex neceſsitate ſit alterũ eſſe. Hoc ſcilicet conſequens cum non ſit quidem, hoc eſt, cum non ſit verum, nec alterũ, ſcilicet antecedẽs, erit, ſcilicet verum. Cum autem conſequens ſit verum, non neceſſe eſt eſſe alterum, ſcilicet antecedens verum. Quare concluſione exiſtẽte falſa neceſſe eſt propoſitiones omnes, aut alteram falſam eſſe, exiſtẽte autem vera, nõ oportet omnes aut alteram veram eſſe.

Idem autem cum ſit aut non ſit, impoſsibile eſt ex neceſsitate eſſe idem. Dico autem, vt cum ſit A albũ, B eſſe magnum ex neceſsitate, & cum non ſit album, B eſſe magnum ex neceſsitate.

A.		A.
Eſſe album.	Antecedentia.	Non eſſe album.
Conſequentia.	Conſequentia.	Conſequentia.
B.		B.
Non eſſe magnũ.	Oppoſita.	Eſſe magnum.

Cõmen. 66. Nunc probat ſecundam partem, videlicet, ꝙ verũ nõ neceſſario ex falſis ſequatur, & vis rationis hęc eſt, ex veris neceſſario ſequitur verum, quoniã ex veris nõ niſi verum, igitur ex falſis nõ neceſſario verum. tenet argumẽtum, quoniam nõ poteſt idẽ conſequẽs verum exiſtẽs ſequi ad duo oppoſita ſecundũ eſſe, & non eſſe, & ita non poteſt ſequi ad verum neceſſario, quod eſt eſſe, & ad falſum neceſſario, quod eſt nõ eſſe. Quare, ſi ad verũ ſequitur neceſſario verũ, ad falſum nõ ſequetur verum neceſſario. Pro ratione hãc ſumit ſuppoſitionem, vt Auer. inquit, & Philoponus exponit, ꝙ idẽ conſequẽs nõ poteſt neceſſario ſequi ad duo oppoſita antecedentia, quæ opponuntur ſecundũ eſſe, & nõ eſse, & dicit. {idẽ autẽ antecedens cum ſit, & nõ ſit impoſsibile eſt ex neceſsitate eſſe idẽ cõſequens, exponit hanc ſuppoſitionẽ exẽplo, & dicit. {Dico autẽ vt cũ ſit A albũ, & ſumptũ pro antecedente, B eſse magnũ ex neceſsitate, & cũ non ſit albũ A, B eſſe magnũ ex neceſsitate, eſt ergo ſuppoſitio, ꝙ ſit impoſsibile ſi ad A eſſe albũ neceſſario ſequatur B eſse magnum, ad A nõ eſse album neceſsario ſequatur idẽ, videlicet B eſse magnum, non enim B eſse magnũ poteſt ſeq ad duo oppoſita ex neceſsitate. Quo vero ad exemplũ attinet. Ariſtoteles accepit magnũ vt neceſsario ſequẽs ad eſse albũ, quoniã magnitudo ponitur in definitione albi, vt indefinitione ſimi ponitur naſus, eſt enim album magnitudo diſgregatiua viſus. Et ita, vt ad ſimũ eſse neceſsario ſequitur eſse naſum, ita ad albũ eſse ſequitur neceſsario magnũ eſse. Suppoſitionẽ autẽ hãc non probat hic ſed in fine, poteſt probari in duobus terminis, & in hoc pacto. {Si ad A eſse album, ſequitur de neceſsitate B eſse magnũ, igitur ex deſtructione cõſequẽtis, videlicet B non eſt magnũ, ſequetur neceſsario deſtructio antecedentis, videlicet A nõ eſt albũ, & per aduerſarios ad A nõ eſse album, neceſsario ſequitur B eſse magnũ, quoniam ad oppoſita ſecundũ eſse neceſsario ſequebat idem ſm ipſos. Igitur a primo ad vltimum ad B nõ eſse magnum quod fuit oppoſitum primi conſequentis ſequitur b eſse magnum, quod impoſsibile eſt apud omnes.

Quo ad exẽplum.

Quando enim cum hoc ſit, vt A albũ, illud neceſſe eſt, vt B eſſe magnum, cum autem ſit B magnum C non eſſe album, neceſſe eſt ſi A ſit album C non eſſe album.



Posset qs dicere cõtra rationẽ posterius assignãdã, ꝙ nõ valet ratio a primo ad vltimũ, & ita nõ sequit ex oppõsito cõsequẽtis oppositũ antis, & ex oppõsito illo, iterũ oppositũ illius qđ fuit cõsequẽs. Cõtra obĳcit, & supponit à primo ad vltimũ cõsequẽtiã valere, & ita sit hæc prima suppositio, & dicit. ¶ Quãdo.n. cũ hoc sit, vt A album, illud necesse est esse, vt B esse magnũ, cũ autẽ sit B magnũ, necesse est C nõ esse albũ, necesse est à primo ad vltimũ si A sit albũ, C nõ esse albũ. Quare bene supponẽdum est a primo ad vltimã bonã esse cõsequentiã, & ita sequitur, si ad A albũ B esse magnũ, ex oppõsito, videlicet B nõ est magnũ, sequẽt oppositũ antis, videlicet A nõ esse albũ, sed ꝑ aduersarios, ad A non esse albũ, seqtur B esse magnũ. Nam ad duo oppõsita sequitur idẽ, igitur A primo ad vltimũ ad B esse magnum sequitur B nõ esse magnum, nec potest dicere, ꝙ à primo ad vltimũ nõ valet, quoniam hic probatur valere per exemplum inductũ.

Comm. 67.

1. Suppõ.

Et quando duobus existentibus, cum alterum sit necesse est alterum esse, hoc autem cũ non sit, necesse est A non esse.

Cõmen. 68.

Remouet aliud dubiũ circa rationẽ inductã, & posterius inducendã. Nam ratio supponit ex oppõsito consequentis, debere necessario sequi oppositũ antecedentis.

2. Suppõ.

Modo diceret aduersarius non esse ita. Ideo hanc obiectionẽ refellẽdo, supponit secũdo ex oppõsito cõsequentis necessario sequi oppositũ antecedentis. Dicit, & quãdo duobus existẽtibus, cum alterũ sit, necesse est alterũ esse, hoc est, quando duo se habent sicut antecedẽs, & cõsequẽs, dico subaudi ꝙ cũ hoc, scilicet cõsequẽs nõ sit, necesse est A scilicet antecedens non esse. Nec probat hãc suppõsitionẽ aliter, quoniam primo huius probatũ est. Solum enim submemorat, quæ longe in primo sunt declarata. Sit igitur hæc secunda suppõsitio.

Cum ergo B non sit magnum, A non potest esse album, cum vero A non sit album, necesse est B magnum esse. Accidit ex necesitate, cũ A magnum non sit, idem B esse magnum, hoc autem impossibile est. nam si B nõ est magnũ, A non erit album ex necesitate, si ergo cum nõ sit A album B erit magnum, accidit si B non est magnum, B esse magnum, vt per tria.

Duo ergo suppõsuit Aristoteles, & ꝙ a primo ad vltimum valeat consequentia, & ꝙ ex oppõsito consequẽtis necessario sequatur oppõsitum antecedẽtis. His duabus suppõsitionibus stantibus, probat, ꝙ ad duo oppõsita secundum esse, & non esse, non necessario sequatur idem consequens. vt ad A esse album, & ad A non esse album non necessario sequatur B esse magnum. probatur ex suppõsitionibus: nam si ad duo oppõsita sequetur necessario idem consequens, tunc ad oppõsitum sequetur suum oppõsitum, quod est derisibile, & probatur in terminis, per aduersarios, ad A esse album sequitur necessario B esse magnum, igitur ex destructione consequentis videlicet ad B non esse magnum sequetur necessario, destructio antecedentis, videlicet A non esse album, sed per aduersarios ad A non esse album, sequitur B esse magnũ, igitur à primo ad vltimum ab ipso B non esse magnum, quod fuit oppõsitum primo consequentis, sequetur B esse magnum. Quare ex oppõsito sequitur suum oppõsitum, quia hoc est absurdum, ideo absurdum est ad oppõsita secundum esse sequi idem. In qua ratione ergo patet ꝙ Aristoteles suppõnit duo, & ꝙ à primo ad vltimũ sit bona consequentia, & ꝙ ex oppõsito consequẽtis necessario sequatur oppõsitum antecedentis. Dicit, cum ergo b non sit magnum, quod est oppõsitum primi consequentis, a non potest esse album, quoniam ex oppõsito consequentis necessario sequitur oppõsitum antecedentis. Cum vero A non sit album, necesse est b magnum esse, tenet argumentum per aduersarios, qui dicebant ad duo oppõsita necessario idem sequi. Quare à primo ad vltimum accidit ex necesitate, cum b magnũ non sit idem b esse magnum, hoc autem impossibile, ad idem enim suum oppõsitum sequetur. Et quòd ex oppõsito sequatur oppõsitum istos, repetit, & dicit: nam si b non est magnum, vt per oppõsitum cõsequentis simitur, A non erit album ex necesitate, quod est oppõsitum antecedentis. Si ergo cum non sit A album b erit magnũ per aduersarios, accidit à primo ad vltimum, si b non est magnum b esse magnum. Addit, & vt per duo potest hæc ratio deduci, ita & per tria, ponendo tres terminos à primo ad vltimum. Ex hac suppõsitione patet ꝙ si ex veris necesario verum sequatur, ex falsis nõ necessario, verum erit. Alioquin idem verum poterit sequi necessario ad verum & ad falsum, & ita ad duo oppõsita secundum esse, & non esse. Nam verum est esse, falsum autem non esse, vt expõsuit Philoponus.

Cõm. 69.

Sed contra hanc suppõsitionem argumentantur, quoniam ad hanc Deus est substantia, sequitur necessario Deus est, & ad oppõsitum illius, videlicet Deus non est substantia, sequitur idem, videlicet Deus est, quoniam necessarium sequitur ad quodlibet. Præterea hæc disiunctiua Socrates currit, vel Socrates non currit, sequitur ad hanc Socrates currit, & cum hoc sequitur ad illã Socrates non currit. Igitur ad ambo contradictoria sequitur idem. consequentia tenet, quoniam illæ propõsitiones contradicunt. Antecedens vero probatur, quia quælibet propõsitio infert se ipsam cum quacunq; alia in vna disiunctiua, & quidem gratia formę. Circa hanc rem Iuniores multifariam disputant, & tandem hanc Aristotelis regulam recte intelligunt, solum in simplicibus propõsitionibus, & de formali ipsa consequentia, & per se. Nam materiali consequentia, aut consequentia (vt nunc) vel per accidens, idem consequens potest sequi ad vtrunque contradictoriorum, vt rationes cogunt. Non enim necessarium sequitur ad vtrunque oppõsitorum formali ac per se consequentia, & disiũctiua bene sequi potest ad duo oppõsita, quoniã non est simplex propõsitio, sed coniunctiua, vt in iudicris dictum est.

Dubõnes.

Dubõnes. Iuniorum.

Circa finẽ huius capitis, dubitatur à Iunioribus innumeris argumentis, ego paucis dubitabo, non enim intẽtio mea est ad disputationes, sed ad verborum Aristotelis

1. Dubõ.

2. Dubõ.

Solutio. 2.

Cap. v. De circulari ostensione in prima figura.

lis dilucidationem, ſunt enim multi, qui bene dubitant, & male exponunt. Alij bene exponunt, & dubitationes vilipendunt, ego igitur exponere verba Ariſtotelis eni-

1. Dubō. tor. Dubitationes vero relinquimus cauillatoribus. Tamen contra ea, quæ dicta ſunt, dubitamus, quia videtur ex veris poſſe falſum ſequi, quoniam ex poſsibilibus ſeq poteſt impoſsibile. Sequitur enim, omne currens eſt homo, omnis æquus eſt currens. Igitur omnis Equus eſt homo. Propoſitiones ſunt poſsibiles, concluſio vero, im-


2. Dubō. poſsibilis. Secundo dubitamus contra aliud an ex falſis verum, & videtur ꝙ non: nam inutilis cōiugatio eſt, in qua poſſunt reperi termini in quibus omni, & in quibus nulli, vt primo huius patet. Sed in omni coniugatione propoſitionibus exiſtentibus falſis, poſſunt reperiri termini in quibus vniuerſalis affirmatiua eſt vera, & ſtāte eadem diſpoſitione eſt inuenire alios terminos, in quibus ſtat vniuerſalis negatiua. Igitur tales coniugationes ſunt aſſyllogiſticę, & inutiles. Quòd vero termini reperiantur, probatur vno exemplo, quoniam in omnibus fieri poteſt idem, eſt igitur exemplū, vt termini omni eſſendi ſint. Animal, lapis, homo, quoniam ſequitur omnis lapis animal, omnis homo lapis, igitur omnis homo animal, non eſſendi vero, arbor, lapis, homo, quoniā ſi omnis lapis eſt arbor, & omnis homo eſt lapis, cum his ſtat, ꝙ nullus homo ſit arbor. Circa primam dubitationem. Reſpondent Sorticolæ ex veris poſſe ſequi falſum, non tamen poſſe ex veris ſequi falſum, veluti album poteſt eſſe nigrum, non tamen poteſt album eſſe nigrum, quoniam prima eſt vera in ſenſu diuiſo. Secunda etiam in ſenſu compoſito, & ideo non contradicunt. Quòd ex veris poſsit ſequi falſum in ſenſu diuiſo, probatur, ex his poteſt ſeq falſum, videlicet omnis homo currit. Socrates eſt homo, ponendo, ꝙ hodie ſint veræ, & cras falſæ. Caſu enim poſito ex his poteſt ſequi hæc Socrates currit, quæ erit falſa, igitur ex his quæ nunc vera ſunt, poteſt ſequi falſum hoc eſt iſtud Socrates currit, quod erit cras falſum, ꝙ autem non poſsit ex veris ſequi falſum, patet per Ariſtotelem in textu. Sed hæc poſitio reprobata eſt in ludicris, vbi probauimus huiuſmodi diſtinctionem eſſe figmentum. Propterea dicendum ex veris falſum ſyllogizari bifariam poſſe intelligi, quatenus verum terminus eſt concretus atq; connotatiuus qui poteſt accipi pro re ſiue propoſitionibus, quæ ſubĳciuntur veritati, & pro veritate ipſa, & pro compoſito ex propoſitionibus, & veritate hoc eſt ex propoſitionibus quatenus ſunt veræ. Tunc dico ꝙ ex veris poteſt ſequi falſum, ſumendo vera pro ſubiectis propoſitionibus, quia ex propoſitionibus, quæ ſunt hodie veræ, poteſt ſequi falſum, non hodie, ſed cras, cum erūt falſæ. Sumēdo autem vera pro propoſitionibus veris, quatenus verę non poteſt ſequi falſum, & hoc pacto Ariſtoteles intellexit, & Philoponus, & Auerroes per quæ patet ſolutio ad dubitationem, quoniam licet quęlibet propoſitio ſit poſsibilis, eſt enim hæc poſsibilis omne currens eſt homo, & illa, omnis æquus currit, tamē ambo ſimul ſunt in compoſsibilia, & ita totum antecedens eſt impoſsibile, & per conſequens non ſequitur ex poſsibili impoſsibile. Per hæc ad aliam dubitationem, regula enim Ariſtotelis debet intelligi coniugationē eſſe aſſyllogiſticam in qua veris exiſtentibus propoſitionibus, eſt reperire terminos, in quibus omni, et in quibus nulli, et ſic regula Ariſtotelis in pertinens eſt propoſito de coniugationibus his, quæ ſunt ex falſis, vel ex altera falſa. Multa alia Iuniores diſputant, quæ cum ad verba Ariſtotel. non faciant, bona fronte prætermiſimus.

Solutio. 2.

Cap. v. De circulari oſtenſione in prima figura.


CIrculo autem, & ex ſe inuicem oſtēdere, eſt per cōcluſionem, & econuerſo p̄dicationem alteram ſumentem propoſitionē, cōcludere reliquam, quam ſumpſerat in altero

A ſyllogiſmo, vt ſi oportuit oſtendere quoniam A ineſt omni C oſtendat autem per B.



Syll's primꝰ inin omnibꝰ circularibus demōſtrationibus, concludens cōcluſionē primo intentā.

B Rurſum ſi demonſtret, qm̄ A ineſt B ſumēs A quidem ineſſe C C autem B & A inerit B prius autem econuerſo ſumpſit B ineſſe C.



Barbara cōcludens maiorem primi ſyllogiſmi, aſſumēs conclusionē pro maiori & minorem priuat conuerſam.

Cum dixiſſet quo mō ex falſis ſit ſyllogizare verum, nunc de ſyllogiſmis dicit, qui circulo oſtenduntur adinuicem. Sed quæres ad quid vtilis ſit ſyllogiſmus circularis. Reſpondet Philoponus, ꝙ eſt vtilis ad demōſtratiuam methodū: nam per primum ſyllogiſmum demonſtratur cauſa per effectum à poſteriori, per ſecundū vero demonſtratur effectus per cauſam à priori. Poteſt etiam eſſe vtilis alio modo, vt ſi primus ſyllogiſmus ſit ex ſimpliciter notioribus, ſecūdus vero, qui vocatur circularis, ex notioribus alicui, aut propter aliquam rationem, aut propter conſuetudinem aut propter auctoritatem, aut propter aliud id genus. Aut tertio pōt eē vtilis dialectico, qm̄ dialectic⁹ ſyllogizare definitionē p̄ definitum, & econuerſo, & talis oſtenſio eſt circularis. Ex his deducitur, ꝙ ſyllogiſmus circularis probet alteram propoſitionem quam infert. Ariſto. ergo primo deſcribit, quid ſit circulo oſtendere, deinde per exempla definitionem declarat. Et ſecundum quoſdam procedit reſolutoriæ, hoc modo. {Circulo autem} ſubaudi oſtendere eſt. {& ex ſe inuicem oſtendere} ex ſe inuicem oſtendere, eſt per coucluſionem, & alteram propoſitionem ſumentem per econuerſo prædicationem, concludere reliquā, quam ſumpſerat in altero ſyllogiſmo. Et licet hęc expoſitio poſsit ſtare, tamen melius dicamus, quòd Ariſtotel. primo ſumit id, quod vult definire, & dicit. {circulo autem, & ex ſe inuicem oſtendere, hoc eſt quod vult deſcribere, deinde deſcribit, & inquit {eſt concludere reliquam propoſitionem, quam ſumpſerat in altero ſyllogiſmo, ſumentem, hoc eſt dum ſyllogizans ſumit per concluſionem, & alteram propoſitionem, per prædicationem, econuerſo. vel ſic, oſtendere circulo eſt concludere reliquam propoſitionem, quam ſumpſerat in altero ſyllogiſmo, per concluſionem dum ſumit alteram propoſitionem, per prædicationem econuerſo. Quare hic eſt ſenſus, circulo oſtendere eſt ex concluſione, & altera propoſitione conuerſa ſyllogizare alteram. Ex his ſequitur, quòd ſecundus proceſſus dicitur cir-

Commē. 70.


Quis circularis ſyllogiſmus.

 cularis

cularis syllogismus, non quidem absolute, sed in habitudine ad aliquem priorem syllogismum, quoniam reuertitur ad aliquam propositionū, vnde prior syllogismus processit. & dicitur circularis ad similitudinē motus circularis, qui fit reuertendo ad illud, vnde venit mobile.

Deinde quod dixerat per exēpla declarat, & primo ex conclusione & minore conuersa inferentibus maiorē & dicit. {vt si oportuit in primo syllogismo ostēdere, quoniam A inest omni C, ostēdat autē ꝙ B in barbara, hoc mō oē B A: omne C B, igitur omne C A. rursus, si demonstret quoniam A inest ipsi B, quę fuit maior, sumens A quidem inesse ipsi C, quæ fuit conclusio, & nunc sumatur, vt maior: C autem sumat inesse B ipsi, quæ est minor conuersa, & A inerit ipsi B, quæ fuit maior, prius autem in syllogismo priori econuerso sumpsit B ipsum inesse ipsi C: quare syllogizata est maior propositio ex conclusione pro maiore, & minore conuersa pro minore hoc pacto, omne C A: omne B C: omne B igitur A.

Aut si quoniam B inest C, oporteat ostendere, si sumat A de C, quæ fuit conclusio, B autem de A esse, prius autem sumptum est econuerso A de B.



Barbara cōcludēres minorem primi ex cōclusione pro minori, & maiore conuersa.

Assignat secūdum exemplum ex conclusione pro minore, & maiore conuersa syllogizantibus minorem. Vt si prius syllogism⁹ fuerit omne B A, omne C B, igitur omne C A. secundus erit ex maiore conuersa, videlicet omne A B, & ex conclusione pro minore, videlicet omne C est A, igitur omne C est B. dicit {aut si qm̄ B inest C, oporteat ostēdere in secundo syllogismo, hoc fiet, si syllogizans sumat A de C, quæ fuit cōclusio, & hāc pro minore, B autē prædicatū eē de A, quę est maior conuersa, & sumat pro maiore, nā ex his sequit, ꝙ oē C sit, B prius autē in syllogismo sumptū est econuerso, A de B: quare & hoc modo est etiam circulo ostendere.

Comm. 71.

Aliter vero non est ex se inuicem ostendere, siue aliud medium sumetur, non circulo, nihil enim sumitur eorundem, siue horum quiddam, necesse est alterum solum, nam si ambo, eadem erit conclusio, at oportet diuersam esse.

Vult ostēdere ꝙ aliter nō contingat circulariter ostē dere, q̄ per conclusionē, & alterā propōnē cōuersam, in ferēdo alterā, & hoc proponit, & dicit. {Aliter vero nō est ex se inuicem ostendere q̄ ex conclusione, & altera propositione conuersa inferendo alteram. Et hoc probat, & dicit. {Siue enim aliud mediū sumet, subaudi a tribus terminis in priori syllogismo positis, non circulo contingit syllogizare per tale medium, nam, (vt Philoponus inquit,) alias facis propositiones, et aliam cōclusionem, cuius causam dicit, & inquit {nihil enim sumit eorundē terminorum pro medio, qui erat in priori syllogismo. Et si fiet potius prosyllogismus, ab vltimo ad primū. Siue horū terminorū quiddam sumatur, qui fuerūt in priori syllogismo, necesse est tunc alterum solum conuersum cum conclusione, inferre alterum, & sic habetur intentum. nam si ambo interualla, quæ erāt in priori syllogismo sumātur, & non mutata, eadem erit conclusio, at oportet diuersam esse, quoniā oportet redire ad principium. Quo vero ad sufficiētiam attinet, aduersarius multis modis ostendere circulo excogitare potest, aut assumendo præter terminos assumptos, & hoc erit prosyllogizare, aut assumendo easdem propositiones eodē ordine, & eandem conclusionem, & hoc erit repetere eū dem syllogismum. Quare ostendere circulariter erit ex conclusione & maiore conuersa ostēdere minorem, aut ex conclusione, & minore conuersa ostendere maiorem (Et ita recte Philoponus ait) tria necessaria esse ad circularem demonstrationem, primo vt cōclusio sumatur integra pro maiore vel minore. Secundo, vt altera propositio sumatur conuersa pro maiore vel minore cum conclusione ipsa, & tertio, vt inferant alteram propositionem integram. Tu vero hæc quæ Philoponus inquit, intelligas, cum circulo demonstrantur integræ propositiones.

Quo ad sufficientiam.

In ijs igitur, quæ non cōuertuntur, ex indemōstrata altera propositione fit syllogismus. Non enim est demonstrare per hos, quoniam medio inest tertium, aut primo medium. In ijs autem, quæ conuertuntur, erit omnia demonstrare pro se inuicem, vt si A & B & C conuertuntur sibi inuicem. Ostendatur enim A C per medium B, & rursus A B per conclusionem, & B C propositionem conuersam. Similiter autē & B C & per conclusionem, & per A B propositionem conuersam.

Syllg cōcludēs maiorē primi cōuersam ex conclusione pro minori conuersa, & minore prioris integra.

Nunc agit de circulari syllogismo, & primo exponit in quibus terminis fiat, vt habeatur materia talis syllogismi. Secundo exponit quo nam modo fiat, vt intelligatur forma. In prima parte dicit. In ijs igitur, quæ non conuertuntur ex indemonstrata altera propositione fit syllogismus. per quæ, vt Philoponus innuit. Aristoteles vult ꝙ syllogismus circularis, si debeat aliqd ostēdere, & procedere ex veris, non potest fieri nisi in terminis conuertibilibus, fit enim per conuersionem vniuersalis simpliciter, quæ solum conuertitur simpliciter in terminis conuertibilibus. Si enim fuerit in terminis non conuertibilibus, propositio conuersa, quæ acciperetur cum conclusione, esset falsa, & sic fieret talis syllogismus ex conclusione vera, & altera falsa, & ita indemonstrabili: nam falsum indemonstrabile est, vt Philoponus exponit, qui ait Aristotel. indemonstrabile pro falso accepisse. Si enim syllogismus fuerit, omne animal substantia, omnis homo animal, igitur omnis homo substantia, & acciperetur conclusio, videlicet, omnis homo est animal, & minor conuersa omne animal est homo, maior esset vera, & minor falsa in circulari ostensione, quare ex altera indemonstrabili fieret. Simili ratione si accipiatur maior conuersa cum conclusione, maior esset falsa, & indemonstrabilis. Et hoc inquit, non enim est demonstrare per hos terminos non conuertibiles, vt sunt substantia, animal, homo. Dico non est demonstrare sumendo quoniam medio inest tertiū, idest minorem conuersam, in qua medio inest minor, cū conclusione inferendo maiorem, hoc est non est demonstrare maiorem ex conclusione, & minore conuersa, in qua per conuersionem medio inest tertium, hoc est minor extremitas, aut primo medium, hoc est nec est demonstrare minorem ex conclusione, & maiore conuersa, in qua medium inest primo. Quoniam ex indemōstrabili erit demonstrare, hoc est ex falsis, hoc autem est absurdum, quoniam licet verum ex falsis posit syllogizari, non tamen verum ex falsis potest demonstrari, per

Comm. 73.


Cōm. 74.

Syllg cōcludēs minorē cōuersā ex cōclone cōuersa ꝙ maiore, et maiore prioris integra ꝙ minore.

ri, per quę innuit bene syllogizari posse in nō cōuertibilibus circulari ostēsione, quia nō est absurdū ex falsis syllogizari, demōstrari aūt nequaquam, qm̄ ex falsis nō fit demonstratio. Deinde assignat in quibus fit circularis demōstratio, & quo mō fit & dicit. {In ijs aūt, q̄ cōuertuntur erit oīa demonstrare per se inuicem, hoc est circulariter. Patet ergo in quibus nō, & in quibus sic demonstratio fit circularis. Deinde docet quo modo fiat, & dicit} vt si A, & B, & C, conuertantur sibi inuicem, vt ratio nale, risibile, homo. ostendatur enim prius A C per medium B, vt omne B A, omne C B, igitur omne C A, & rursum A B ostendatur per conclusionem acceptam pro maiore, & per B C propositionem minorem cōuersam, hoc modo, omne C A, omne B C, igitur omne B A, similiter autem & B C ostendatur, & per conclusionem acceptam pro minore, & per A B maiorem propositionem conuersam loco maioris, vtroque modo demonstratio est ex demonstrabilibus, quoniam veræ sunt propositiones. Hæc de forma.

Oportet autem & C B & B A propositiones demonstrare, nam his in demonstratis vsi sumus solis. Si ergo sumatur B omni C inesse, & C omni A, syllogismus erit eius, quod est B ad A.


Sylls cōclu dem maiorē primi cōuersam ex conclusione pro minori conuersa, & minore prioris integra.



Cōmē. 74. Nunc docet demonstrare maiorem, & minorem conuersam, vt B A, & C B. Et primo proponit intentum, & dicit. {Oportet aūt & C B, minorem cōuersam, & B A maiorē conuersam, propositiones demonstrare, & assignat causam, & dicit. {Nā his indemōstratis solis vsi sumus, in prēcedentibus circulationibus, & dixit indemōstratis, quia illæ nō fuerunt syllogizatę per aliquē circularē syllogismū, sed fuerunt sumptæ indemōstratę. Docet ergo syllogizare B A maiorē cōuersam ex ipsa cōclusiōe cōuersa pro minore, & minore integra hoc modo, omne C B minor prioris syllogismi integra, omne A C conclusio conuersa prioris syllogismi, igitur omne A B, maior prioris syll'i cōuersa dicit. {Si ergo sumat B oī C ineē minor integra, & C oī A cōclusio cōuersa. Syllogismus erit eius, q̄ est B ad A, hoc est maioris conuersæ.

Rursum si sumatur C omni A iesse, & A omni B, necesse est C inesse omni B.


Sylls cōclu dēs minorē cōuersā ex cōclone cōuersa, p maiore, et maiore prioris integra, p minore.



A Secundo docet syllogizare C B minorem conuersam prioris syllogismi ex conclusione conuersa pro maiore, & maiore integra pro minore, & dicit. {Rursum si sumatur C omni A conclusio conuersa pro maiore, & A omni B maior integra, necesse est C inesse B, quæ est minor conuersa. Cōmē. 75.

In vtriusque ergo syllogismis C A propositio sumpta est indemonstrata, nam aliæ probatæ erant. quare, si hanc ostenderimus, omnes erunt approbatæ per se inuicem. Si ergo sumatur C omni B, & B omni A, vtręque propositiones demonstratę sumuntur, et C necesse inesse A.

B




Sylls cōclu dens conclusionē primi conuersam ex ambabus p̄missis conuersis.

Cōmē. 76. Docet nunc syllogizare conclusionem cōuersam, ex maiore conuersa pro maiore accepta, & minore conuersa pro minore. Et sic erunt syllogizatę sex propositiōes. Vnde Auer. hic dicit esse sex propositiones in trib⁹ terminis, A, B, C, nam sunt tres integrę, vt maior, minor, & conclusio, & tres conuersæ, igit sex. Sunt etiam sex syllogismi in vna completa circulatione. Primus quidē rectus, & quinq; circulares, vt ex dictis patet. Sed dices, tunc esset petitio principij, quoniam per æque ignota. Qux Auer.

Dubō. Rñsio. Sol. Auer. Respondet Auer. q̄ propositiones accipiūtur in ostēsione conclusionis a priori, contra vero a posteriori demonstratione signi. Philoponus autem dixit primum syllogismum esse ab effectu in causam, secundum vero econtrario. Amplius dices syllogismus, qui procedit per æque nota cui arti accommadatur. Respondet Auer. esse accommodatum sophisticę. Sophista enim vtitur æque notis cum vtatur petitione principij, vnde dicit. {In vtrisq; ergo syllogismis C A propositio, hoc est conclusio conuersa sumpta est indemonstrata, nam alię, scilicet maior & minor, & harum conuersiones probatę erant: quare, si hanc ostenderimus, omnes quinq; erūt p batę per se inuicem, & conclusio integra, per rectum syllogismum syllogizata, & ita omnes sex erunt probatæ. Tunc docet cōclusionem conuersam syllogizare, & dicit {si ergo sumatur C omni B, minor conuersa pro maiore, & B omni A maior cōuersa pro minore, vtręq; propositiones demonstratæ sumuntur, & C necesse est inesse A, quæ est conclusio conuersa. Dubitatio. Rñsio. Auer.

Manifestum est ergo, quoniam in solis, ijs quę conuertuntur, circulo, & per se inuicem contingit fieri demonstrationes. In alijs vero, quemadmodum prius diximus. Accidit etiā & in ijs eodem, quod demonstratur, vti ad demonstrationem. Nam C de B, & B de A demōstratur, sumpto C de A dici, C autem de A per has ostenditur propositiones. Quare conclusione vtimur ad demonstrationem. Etiam. γαρ enim. δ' autem.

Ex ijs




His diligenter i superioribus inspectis circularis syllogismi sumit vtilitas.

Conclusio conuersa.

Cõmen. 77. Ex ijs infert duo. Quorũ vnũ pertinet ad materiã demõstrationũ circulariũ, aliud pertinet advtilitatẽ. de primo dicit. {Manifestũ est ergo, qm̃ in solis ijs, q̃ cõuertũtur circulo, & per se inuicẽ cõtingit fieri demõstrõnes, in alijs vero syllogismis, qui nõ sunt demõstrõnes, cõtingit fieri ex falsis, vt prius dixim⁹, hoc pertinet ad materiã, ex qua demõstrõnes atq; syll'i circulares fiũt. Secundũ quod infert, pertinet ad vtilitatẽ. declarat. n. per hoc demõstrõnẽ circularẽ eẽ vtilẽ, quia accidit, vt quod demõstrat, demõstret in diuersis generibus demõstrõnis, demõstrat. n. cõclusio, q̃ est inuẽtio causæ demõstrõne à posteriori, & cõclusio demõstrat effectũ demõstrõne propter quid. Vnde dicit. {Accidit etiam & in ijs conuertibilibus eodẽ, quod demonstratur, demonstratione quia, vti ad demonstrationem propter quid, nam C de B, q̃ est minor cõuersa, & B de A, q̃ est maior cõuersa demõstrat, sumpto C de A dici, hoc est sumpta cõclusione cõuersa, nã C B, q̃ est minor cõuersa, demõstrat C A cõclusione cõuersa, & A B, maiore integra B A maior cõuersa, demõstrat B C minore integra, & C A cõclusione cõuersa, vt perspicuũ est: C aũt de A, hoc est C A conclusio conuersa demõstratur C B minore, & B A maiore conuersis. Quare conuersa conclusione vtimur ad demõstrationẽ earum propositionum, quibus vtimur ad demonstrationem conclusionis conuersæ.

In priuatiuis aũt syllis hoc modo demõstratur. Ex se inuicẽ sit B quidẽ oi C inesse, A autẽ nulli B: erit cõclusio, qm̃ A nulli C. Si ergo rursus oporteat cõcludere, qm̃ A nulli B, qd̃ prius sumptum erat, erit A quidem nulli C, C autem omni B, sic enim econuerso propositio.


Sylli duo in cęlarent, alter rectus cõcludens conclusionẽ primo intentã: alter concludens maiorẽ primi sumẽs conclusionẽ primi integrã pro maiori, et minori cõuersa, ꝑ minori.



E Hactenus de syllogismis affirmatiuis vniuersalibus primæ figuræ, qui fiunt in barbara. Nunc de negatiuis vniuersalibus, qui fiunt in Cęlarent. & primo docet circulo ostendi maiorem, & vult illam demonstrari ex conclusione integra pro maiore, & minore cõuersa pro maiore, & dicit {in priuatiuis autem syllogismis & vniuersalibus, qui fiunt in Cęlarent, hoc modo demonstratur, hoc est fit demonstratio ex se inuicem. Et primo facit syllogismum rectum, & dicit, sit B quidem omni C ineẽ, ita, (vt minor sit,) omne C est B, A autem insit nulli B, ita vt maior sit, nullum B est A, erit conclusio, quoniã A nulli C ineſt. deinde docet conuertere, & dicit. {Si ergo rursus oporteat concludere, quoniam A nulli B ineſt, quod prius sumptum erat, vt maior prioris syllogismi, erit A quidem nulli C, conclusio integra pro maiore, hoc modo, nullum C A, C autem omni B minor conuersa, hoc modo, omne B est C, & statim conclusio erit A nulli B, quæ fuit maior integra. Assignat causam, & dicit, sic. n. C B

F erit propositio econuerso, scilicet minor, quæ cum conclusione integra, maiorem integram infert.

Si autem quoniam B ineſt C oporteat concludere, nõ iam similiter conuertendum A B; nam eadem propositio est B nulli A, & A nulli B ineſſe, sed sumendum cui A nulli ineſt, huic B, omni ineſſe. Sit enim A nulli C ineſſe, quod quidem fuit conclusio, cui autem A nulli B si sumatur omni ineſſe, necesse est ergo B omni C ineſſe: quare, cum sint tria, vnumquodq; cõclusio est facta, & circulo demonstrare, hoc est conclusionem sumentem, & econuerso alterã propositionem, reliquam syllogizare.



Cõmen. 78. Nunc demonstrare circulo minorem, & primo declarat quomodo non demonstratur, & dicit. {Si autẽ, quoniam B ineſt C oporteat concludere, nõ iam similiter cõuertendum est A B, cuius causam dicit, nam eadem, ꝑpositio est B nulli A, quæ est maior conuersa, & A nulli B ineſſe, quæ est maior integra, est eadem dico secundum speciem, quia vtraq; negatiua, & conclusio quæ accipit pro minore cum illa, est etiam negatiua, quare nihil sequit, ex puris enim negatiuis nihil sequit. Deinde declarat, quomodo demonstratur, & vult, q̃ demonstretur per transpositam,

Cõmen. 77.

1. Dubõ.

2. Dubõ.

Solutio.

Quid velit Aristo. 1. conditio.

Impossibilis mod⁹ demõstrãdi minorem.

Syllſ q̃ demonstrat minor primi ꝑ trãspositam. siue ex abſũtione.

2. conditio.

Dubitatio.

Solutio.

Dubitatio. Solutio.

transpositam,& conclusionem hoc pacto, cui nulli A inest,huic omni inest B, hęc enim dicitur illius, (nullum B est A,non conuertens,sed transposita)C nulli A inest, igit C omni ipsum b inest, hic syllogismus per assumptionē dicitur,& per hunc demonstratur illa minor prioris syllogismi. Dicit. Sed sumendū cui A nulli inest,huic B omni inesse,sit enim A nulli C inesse, quod quidem fuit conclusio,& accipiatur pro minore,cum illa transposita cui autem A nulli inest B si sumatur omni inesse ex his necesse est ergo B omni C inesse hoc pacto, cui nulli A inest, huic omni inest B:hęc æquiualet maiori conuersę,C nulli inest A conclusio fuit integra, igitur C omni inest B,quæ est minor prioris syllogismi. Tunc cōcludit omnem propositionē esse ostensam, sunt.n.tres ꝓpositiones A C conclusio recti syllogismi A B maior negatiua eiusdē B C minor,& omnes sunt demonstratę. Dicit,quare cum sint tria, hoc est tres propositiones, vnumquodꝙ, hoc est vnaquęqꝙ propositio conclusio est facta: A C quidem per rectum syllogismum, A B maior negatiua per circularē, B C vero per assumptionem. Et cōcludit quid sit circulo demonstrare & dicit (& circulo demonstrare)hoc est cō clusionem sumentem,& econuerso alteram propositionem,reliquam syllogizare. Sed circa hæc dubitatur, quoniam nō sequitur,nullum B est A,igitur cui nulli inest A huic omni inest B: quia nō sequitur nullum animal est planta, igitur cui nulli inest planta, huic omni inest animal:nam lapidi nulli inest planta, & tamen propter hoc non sequitur vt omni lapidi insit animal. Secūdo videtur ꝙ hic non sit bonus syllogismus cui null inest A huic omni inest b: sed nulli C inest A: igit omne C est b. Datur enim hæc instantia,cui nulli inest substātia, huic omni inest accidens,sed nulli chimęre inest substātia. Igitur omnis chimęra est accidens. Propositiōes verę sunt, & conclusio falsa. Dicendū ꝙ Aristo. non intendit ꝙ in modo negatiuo propositio affirmatiua possit syllogizari circulariter gratia formæ,sed vult ꝙ possit syllogizari necessario duabus conditionibus stantibus. Prima ꝙ termini propositionis negatiuæ,sint negatiuę conuertibiles,ita,vt de quolibet alter dicat̄,& de nullo ambo,& hoc modo omnes termini contradictorij sunt conuertibiles,vt homo,& non homo, quia sequitur,nullus homo est non homo,igitur,cui nulli inest non homo, huic omni inest homo,hoc etiam modo conuertuntur substātia,& accidens:nam videlicet nullum accidens est substantia,igitur,cui nulli inest substantia, huic omni inest accidens.item,sic conuertuntur actus & potentia,vt patet,simplex & compositum:nam substantia & non accidens,actus & non potentia, simplex & non compositū conuertuntur,quoniam de quolibet ente dicitur alter, & de nullo ambo,& in his valet a negatiua ad transpositam,sed sic non est de his terminis animal,planta, lapis,

1.Dubō.

2.Dubō.

Solutio.

Quid velit Aristo.

1.conditio.

2. conditio.

Secunda conditio est,quod quilibet terminus in syllogismo per assumptionem supponatur pro aliquo modo licet substantia, & accidens supponatur pro aliquo. Chimęra pro nullo supponitur, & sic cessat secunda obiectio. Aristo.enim loquitur suppositā constantia subiecti,hoc modo,nulla substantia est accidens,igitur cui enti nulli inest accidens,huic nulli inest substantia. Modo chimęra non est ens. Sed dubitatur secundo cum omnis propositio obliqua fieri possit recta. Quæritur quomodo hæc propositio,cui nulli inest A,huic omni inest b,fieri possit recta. Dicendū,ꝙ fiet recta hoc pacto,omne nō A est b,quia valet,cui nulli inest A,huic omni inest b. Igitur omne non A est b. Hæc enim æquiualet illi. Ex his sequitur ꝙ syllogismus erit huic æquiualens, omne non A est b,nullum C est A. Igit omne C est b. Sed adhuc dubitatur in qua figura, & in quo modo est hic syllogismus.

Dubitatio.

Solutio.

Dubitatio. Solutio.

Culuerbinus asserit esse in figura prima. In nullo tñ mō primæ figuræ, & causam asserit, qm̄ hic syll's est ex maiore cōditionali,& est quasi hypotheticus: mō hypotheticus syllogismus bene est in figura,nō autem in mō.

A Videtur autem conditionalis,quoniam quasi argumētum est à positione antecedentis ad positionem consequentis. Hæc est conditionalis si cui nulli inest A huic omni inest b. Hæc est positio antecedentis C nulli inest A conclusio, videlicet igitur C omni inest b,erit positio consequentis,& sic est in figura,& non in modo. Sed errat(vt mihi videtur)quoniam propositio absoluta nō probatur per syllogismum hypotheticum nisi per positionem antecedentis, vel destructionem consequentis. Modo talis syllogismus non fit hoc modo in textu.

Refutatio.


Ideo melius,ꝙ hic syllogismus omne non A est b,nulli C est A. Igitur omne C est B,bene est in prima figura, & formaliter in nullo modo,sed potest reduci in primū modum si minor mutetur in affirmatiuam de prædicato infinito. Sic syllogizādo,omne nō A est b, omne C est non A. Igitur omne C est b. Et cum propositiones sint sex, tres integræ, & tres conuersæ, solum integras docuit syllogizare,cōuersas autē ꝑtermisit, aut quia syllogizari nō pñt nisi ex vtrisꝙ negatiuis,aut (vt Culuerbinus inquit)quia trāspositio in illis eēt frustra, aut nō ad propositū,vt longa commentatione exponit.

Melior. Solutio.

B

In particularibus autem syllogismis, vniuersalem quidem propositionem non est demonstrare per alias, particularem autem est. Quoniam autem non est demonstrare vniuersalem, manifestum. nam vniuersale demonstratur per vniuersalia, conclusio autem non est vniuersalis,oportet autem ostendere ex conclusione, & altera propositione. Amplius, omnino non fit syllogismus conuersa propositione: nam particulares fiunt vtręqꝙ propositiones, particularem autem, est. Ostendatur enim A de aliquo C per B:si ergo sumatur B omni A, & conclusio maneat, B alicui C inerit, fit enim prima figura, & est medium A.

C



Syll's particularis affirmatiuus cōcludēs minorē primi ex cōclone, & maiore conuersa.

D


Compleuit in prima figura de ambobus vniuersalibus,nunc pertransit ad particulares conclusiones, & primo de affirmatiuo assignat duas conclusiones. Quartū prima est,ꝙ minorem contingit circulo demonstrare.

cōmen.80.

Secunda vero,ꝙ maiorem nequaq̄ contingit circulo ostendere. Has ergo proponit,& dicit{in particularibus autem syllogismis,vniuersalem quidem propositionem non est demonstrare per alias,s.per conclusionem, & minorem conuersam,hæc est prima conclusio, particularem autem est demōstrare per alias,s.per maiorem conuersam,& conclusionem integram. Hæc est secunda conclusio. Primā probat,quoniam vniuersalis demonstratur per vniuersalia,at conclusio, & minor conuersa sunt particulares, igitur per has non demonstrat̄, dicit{quoniam autem non est demonstrare vniuersalē, manifestum

manifestum est, nam vniuersale demonstratur per vniuersalia, conclusio autem non est vniuersalis, nec altera propositio est vniuersalis, nec ipsa conuersa est vniuersalis. Oportet autem ostendere ex conclusione, & altera propositione, & cum ex his demonstrari non possit, igitur vniuersalis ꝓpositio, quæ est maior, nullo modo demonstrari potest. Posset dici ꝙ ex minore conuersa, & conclusione posset demonstrari vniuersalis in alijs figuris, per assumptionem, contra obijcit. {Amplius omnino, hoc est in nulla figura fit syllogismus conuersa propositione minore, nam particulares fiunt vtræq; propositiones, ſ. conclusio, & minor conuersa, igitur ex his in nulla figura syllogizari potest maior, nec per assumptionem, quoniam transposita propositio etiam particularis est. Ex qua cum conclusione particulari nihil sequit. Deinde probat secundam conclusionem, & dicit, particularem autem, syllogismi recti est circulo demonstrare, & hoc probat, & primo facit rectum syllogismum, et dicit. Ostendatur enim A de aliquo C per b hoc pacto, omne b est A, quoddam C est b, igitur quoddam C est A. Si ergo sumatur B omni A, quæ est maior conuersa, & conclusio maneat, his stantibus, b alicui C inerit, hoc pacto, omne A est b, quoddam C est A, igitur quoddam C est b, quæ fuit minor recti syllogismi. Fit enim prima figura, & est medium A. Et sic patet secunda conclusio.

Si autem sit priuatiuus syllogismus, vniuersalem quidem propositionem nō est ostēdere, propter hoc, quod prius dictum est, particularem, (Si simpliciter cōuertatur A B, quēadmodum & in vniuersalibus) non est, per assumptionem autem est. vt cui A alicui non insit, B alicui inesse, nam aliter se habentibus non fit syllogismus, eo ꝙ negatiua est particularis propositio.



Syll's particularis negatiuus eandē minorem ex assumptione concludens.

Cōmen. 81. 1. conclusio.

Nunc transit ad particulare negatiuū, & ponit duas conclusiones. Primam quidem cum dicit. Si autem sit priuatiuus syllogismus ex maiore vniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua, particularem negatiuam concludens conclusionem, vt in Ferio, vniuersalē quidē penitus non est ostēdere propter hoc, quod prius dictum est, videlicet qm̄ ex particularibus nihil concluditur.

2. cōclusio.

Deinde ponit secundā cōclusionē, & dicit. Particularē, (si simpliciter cōuertat A b, quēadmodū, & in vniuersalibus,) nō est demōstrare per circularē demonstrationē, per assumptionē aūt est demonstrare, & exponit per exemplum, & dicit {vt cui A alicui non insit, b alicui inesse, alicui C, subaudi A non inest, igitur alicui C, b inest, nam aliter se habentibus non fit syllogismus, eo ꝙ negatiua est conclusio, & particularis propositio, modo ex vtrisq; negatiuis nihil prorsus sequitur.

Dubitatio. Iunio.

Dubitant Iuniores, qm̄ hoc pacto syllogizando per assumptionē, syllogismus erit ex particularib⁹, nā trāspositā propositio est particularis, hæc. n. ꝑticularis est, cui alicui A nō inest, huic alicui, b inest, & secūda etiā particularis, hæc,

Solutio.

C alicui A non inest. Quare ex his nihil sequitur. Respōdent Iuniores talem syllogismū per assumptionē nō inferre virtute ei⁹ quod est dici de omni, aut de nullo. Sed virtute conditionalis, q̄ infert a positione añtis ad positionē cōsequētis, hoc pacto, si cui alicui nō inest A, huic alicui inest b, minor est positio añtis, sed C alicui nō inest A, cōclusio est positio cōsequētis. Igit̄ C alicui inest b. In talibus aūt nō est absurdū ex particularibus syllogizare, sed bene in syllogismis categoricis, qui tenent virtute eius quod est dici de omni, aut dici de nullo.

Solutio propria.

Aut melius dici potest (vt innuit Philoponus) ꝙ licet maior proferatur particulariter, intelligenda est vniuersaliter, quoniam in his quæ sunt per se, & necessaria non refert vniuersaliter, & particulariter proferre. Erit igitur syllogism⁹ cui nulli A inest, huic omni b inest, alicui C A nō inest: igitur alicui C inest b. Syllogismus iste resoluitur in propositiones rectas, & absolutas, hoc pacto. Omne non A est b. Quoddā C est non A. Igitur quoddam C est b. Et sic syllogismus erit categoricus, & euidens, vt superius dictum est.

Dubitatio. Solutio.

F

Cap. vi. De circulari ostensione in secunda figura.

IN secunda autem figura, affirmatiuam quidem non est ostendere per hunc modum, priuatiuam autem est. Ergo prædicatiua quidem non ostenditur, eo ꝙ non sunt vtræque propositiones affirmatiuę, nam conclusio priuatiua est, prædicatiua autem ex vtrisque ostē debatur affirmatiuis.

Cōmen. 81.

Cum compleuerit de prima figura, nunc transit ad secundā: & ponit duas conclusiones de vniuersalibus modis secundæ figuræ. Et primo primam, & dicit {in secūda aūt figura, affirmatiuā quidē nō est ostēdere per hūc modū, hæc est prima cōclusio. & dixit, nō est ostēdere p̄ hūc modū, qm̄, (vt Philopon⁹ inquit,) per assumptionē est ostēdere. Hoc mō, oē non b est A, omne non C est b, igitur oē C est A, vbi patet maiorē cōuerti ad oppositam qualitatē, & nō in terminis. & vt vides, hæc ostensio est in prima figura. Vel hypothetice sic, si cui nulli inest B huic omni inest A, sed nulli C inest b, igitur omni C inest A, a positione antecedentis ad positionem consequētis, in camestres vero, si cui nulli inest C, huic omni inest A, sed per conuersionem, nulli B inest C, igitur omni b inest A, quæ fuit maior. Deinde ponit secundam, & dicit. Priuatiuam autem propositionem est ostendere per circularem ostensionem. Hæc est secunda conclusio.

1. conclusio.


Syll's astruens maiorē primi.

2. cōclusio.

Deinde probat primam conclusionem, & dicit. Ergo prædicatiua quidē non ostenditur, hæc est prima conclusio resumpta. Et probat, & dicit, eo ꝙ non sunt vtræq; propositiones affirmatiuæ, nam conclusio priuatiua est, et sic coassumpta cū negatiua siue recta siue conuersa, non infert affirmatiuam, qm̄, (vt inquit,) conclusio affirmatiua nō syllogizatur, nisi ex vtrisq; affirmatiuis. Vtrū vero possit per assumptionem syllogizari, philoponus asserit ꝙ sic. Verum de his postea.

Priuatiua autem sic ostenditur. Insit A omni B, C autem nulli, conclusio erit, quoniam B nulli C inerit, si ergo sumatur B omni A inesse, & nulli C necesse erit A nulli C inesse, fit enim secunda figura, medium B.

H




In camestres syll's duo alter, ſ. D. cōcludens cōclusionē inuētā, alter, ſ. E, cōcludēs minorē primi, videlicet negatiuā ex maiore conuersa ꝑ maiori, & conclusionem ꝑ minori.

Cōmen. 84.

Cõmen. 81. Nunc probat ſecundam concluſionem, & primo in cameſtres, faciendo oſtenſionem etiam in cameſtres ex maiore conuerſa pro maiore, & concluſione pro minore, & dicit {priuatiua autem ſic oſtẽditur} & primo cõſtituit ſyllogiſmum rectum principalem, & dicit. {Inſit A medium omni b, maiori extremitati, ita vt ſit maior hęc, omne B eſt A: C autem, ſ. minori, ipſum A inſit nulli, ita vt ſit hæc minor, nullum C eſt A: concluſio principalis ſyllogiſmi recti erit, quoniam b nulli c inerit. Erit ergo totus ſyllogiſmus, omne b A, nullum C A, igitur nullum c b. Deinde docet ipſum conuertere ſumendo maiorem conuerſam, & minorem rectam, & dicit. {Si ergo ſumatur b omni A: ineſſe per conuerſionem, ita vt ſit maior hæc, omne A B: & ſumatur idem b nulli c ineſſe, q̃ fuit concluſio integra: neceſſe erit A nulli c ineſſe, fit enĩ hæc oſtenſio in ſecunda figura, & in cameſtres, in quo factus eſt ſyllogiſmus rectus, quia circulatione mediũ erit B, prius autem medium fuit A, vt patet. Vtrum vero maior per aſſumptionem ſyllogizari poſsit. Reſpondet Philoponus, (vt diximus,) q̃ ſic. Hypothetice ſic, ſi cui nulli ineſt C, huic omni ineſt A, nulli b ineſt C per cõuerſionem, igitur omni B ineſt A, a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis, vel categorice ſic, omne non C eſt A, omne b eſt non C, igitur omne b eſt A.


Dubitatio. Soluio.

Syll's aſtruens maiorẽ primi.



Si A B priuatiua ſumpta ſit, altera vero prędicatiua, prima erit figura, nam C quidem omni A, B autem nulli C, quare B nulli A. ergo nec A, B medium C, ergo per concluſionem quidem, & vnam propoſitionem non fit ſyllogiſmus, aſſumpta autem altera, erit.

Syll's duo ĩ Cęſare: alter cõcludẽs cõcluſionẽ primo intentã: alter oſtẽdẽs maiorẽ primi conuersã ex cõcluſione pro maiori, & minore primi conuerſa, vt maiorẽ primi recta, ex conuerſione cõcluſionis.




Cõmen. 84. Nunc docet circulo oſtendere maiorem ſyllogiſmi facti in Cæſare, & dicit. Si A B priuatiua ſumpta ſit, ita vt maior ſit, nullum b eſt A, altera vero, ſ. minor ſit ſumpta prædicatiua, ita vt ſit minor hæc, omne C A, põt maior oſtendi circulo, & erit prima figura, ſumendo cõcluſionem pro maiore, & minorem conuerſam. Inferendo in ſecundo primæ maiorem conuerſam, & dicit. {Nam C quidem omni A ineſt, cum conuertitur minor, omne enim A eſt C, B autem nulli C inerat in concluſione, ſumẽdo ſyllogiſmũ circularem ſic, nullum C B, omne A C, igitur nullum A B, & propterea inquit. {Quare B nulli A in erit, per hanc ergo circulationem ſyllogizatur non maior recta ipſius Cæſare, ſed maior conuerſa, et propterea dicit. {Ergo nec A ineſt B, ſi enim cõcluditur, q̃ nullum A ſit B, ſequitur per conuerſionem q̃ nullum B ſit A. Erit autem in ſyllogiſmo conuerſiuo medium C, & in prima figura, vt patet. Ex his infert ex concluſione recta, & minore conuerſa non ſyllogizari maiorem rectam, & dicit. Ergo per concluſionem quidem principalis ſyllogiſmi, & vnam propoſitioem, ſ. & per minorem conuerſam eiuſdem principalis ſyllogiſmi, non fit ſyllogiſmus, ſubaudi ad maiorem principalis ſyllogiſmi rectã, aſſumpta autem altera, ſcilicet conuerſione concluſionis ſyllogiſmi circularis, erit ſyllogiſmus ad rectam maiorẽ principalis ſyllogiſmi. Quaſi dicat, q̃ ex concluſione recta, & minori conuerſa non ſyllogizatur maior recta principalis ſyllogiſmi, niſi conuertat cuncluſio ſyllogiſmi circularis. Et ita requiruntur duæ conuerſiones. Sed que res vtrum minor per aſſumptionem probari poſsit.

Dubitatio. Sol. Philop.


Reſpondet Philoponus. Minorem in Cæſare ſyllogizari poſſe per aſſumptionem hoc pacto, omne non B eſt A, omne C eſt non B, igitur omne C eſt A. Verum (vt diximus) hæc oſtenſio non eſt per cõuerſionem maioris, vel concluſionis, ſed per translationem ad oppoſitam qualitatem, & ad propoſitiones affirmatiuas, vel ſic, ſi cui nulli ineſt B, huic omni ineſt A, C nulli ineſt B, igitur C omni ineſt A.

Oſtenſio minoris q̃ aſſumptionem ſecũdũ Philoponum.



Si autem non vniuerſalis ſit ſyllogiſmus, quæ in toto quidem eſt propoſitio, non oſtenditur propter eandem cauſam, quam quidem diximus, & prius. Quæ autem in parte, oſtenditur, quando vniuerſalis ſit prædicatiua. Inſit enim A omni B, C autem non omni, concluſio erit B C. Si ergo ſumatur B omni A, C autem non omni, concluſio A alicui C nõ inerit, medium B.

Syll's duo ĩ Barocco, alter cõcludẽs cõcluſionẽ primo intentã: alter ex concluſiõe pro minore, & maiore conuerſa cõcludit minorem primi.



Cõmen. 85. Cum compleuerit de vniuerſalibus in ſecunda figura, nunc dicit de particularibus, & primo de Barocco. Dicit tamen, ſi autem non vniuerſalis ſit ſyllogiſmus, q̃ in toto quidem eſt propoſitio, nec in Barocco, nec in Feſtino oſtenditur circulari oſtenſione, propter eandẽ cauſam, quam quidem diximus, & prius de ſyllogiſmis in prima figura, vbi diximus, q̃ ex particularibus non ſequitur


quitur vniuerſalis, modo minor, & concluſio ſunt particulares in ipſo Barocco, igitur ex eis non poteſt circulo oſtendi maior. Præterea ſunt ambæ negatiuæ, ex quibus non ſequitur affirmatiua. Sed quæres vtrum per aſſumptionem maior in Barocco ſyllogizari poſsit.

Dubitatio. Sol. Philop.

Reſpondet Philoponus q̃ ſic, hoc pacto. Si cui alicui non ineſt C, huic omni ineſt A, quæ eſt minor tranſpoſita, C alicui B non ineſt, quæ eſt concluſio cõuerſa, igitur B omni ineſt A, quæ fuit maior. Verum ſi ita fiet. Syllogiſmus erit hypotheticus a poſitione antecedẽtis ad poſitionẽ cõſequẽtis, & ſic nullo pacto põt reduci ad categoricum, quoniam propoſitiones remanerent non omnino vniuerſales. Præterea etiam ex minori non ſequitur illa tranſpoſita, non enim ſequitur, ſi alicui C non ineſt A, igitur cui alicui non ineſt C, huic omni ineſt A. Nõ enim ex particulari ſequitur vniuerſalis. Quare pace Philoponi dixerim. Arbitror nec per aſſumptionem maiorem vniuerſalem eiuſmodi ſyllogiſmi ſyllogizari poſſe, cum ex particulari non ſequitur vniuerſalis translatio. Fuit enim poſita regula ſuperius, quòd niſi ex negatiua ſequatur tranſpoſita, non poſsit fieri hypotheticus ſyllogiſmus ex tranſpoſita. Quæ autem (vt inquit) in parte oſtenditur, quando vniuerſalis ſit p̃dicatiua, veluti in Barocco. In quo põt oſtendi minor, & q̃ poſsit oſtendi minor declarat, & primo accipit prĩ cipalem ſyllogiſmum, & dicit. Inſit enim A omni B, ita vt maior ſit, omne B eſt A, C autem non omni inſit, ita vt minor ſit quoddam C non eſt A, cõcluſio erit B C, hoc eſt quoddam C non eſt B. Hic eſt principalis, & rectus ſyllogiſmus. Tunc docet conuertere ipſum, & dicit. Si ergo ſumatur B omni A per conuerſionem maioris, hoc pacto, omne A eſt B, C autem ſumatur non omni, hoc pacto, quoddam C non eſt B, quę fuit concluſio. Concluſio eſt quòd A alicui C non inerit quæ eſt minor ſyllogiſmi principalis. In feſtino vero nec maior, nec minor circulari oſtenſione declaratur. Maior quidem non, quia ex particularibus nõ ſyllogizatur vniuerſalis, modo minor & concluſio ſunt particulares ſiue recte ſiue conuerſę accipiantur. {Minor vero nequaquam, quoniam ex negatiuis non ſyllogizatur affirmatiua. Quare nulla poſitio in Feſtino poteſt oſtenſione circulari oſtẽdi. In Barocco vero oſtenditur, vt dictum eſt.

Propria ſolutio.

Si autem vniuerſalis priuatiua ſit, non oſtenditur A C propoſitio, conuerſa A B accidit enim vtraſque aut alteram propoſitionem fieri negatiuam, quare non erit ſyllogiſmus. Sed ſimiliter oſtendetur (quemadmodum & in vniuerſalibus) ſi ſumatur cui B alicui non ineſt A alicui ineſſe.



Syllĩ duo alter cõcludẽs cõcloñ primo intẽtam, alter categoricus cõcludens minorẽ primi.

Cõmen. 86. Nunc declarat quòd in Feſtino minor non poteſt circulo ſyllogizari, & dicit. {Si autem vniuerſalis & maior priuatiua ſit, non oſtẽditur A C propoſitio, ſ. minor, quæ eſt, quoddam C eſt A, non oſtenditur dico conuerſa A B maiore, vt fiebat in Barocco, & aſsignat cauſam, & dicit. {Accidit enim per talem oſtenſionem ſi fieret, vtraſque aut alteram propoſitionem fieri negatiuã. Quare non erit ſyllogiſmus ſyllogizans particularem affirmatiuam, quoniam affirmatiua non ſyllogizatur niſi ex vtriſq; affirmatiuis, & ita ſiue ambæ fuerint negatiuæ, ſiue altera, minor affirmatiua ſyllogizari non poterit, et tu intellige quod dicit, eſſe verum pro altera parte. Nã reuera vtræq; ſunt negatiuæ. Addit autem, aut alteram propoſitionem fieri negatiuam, ad denotandum q̃ nec ſi ambæ, nec ſi altera fuerit negatiua, minor in Feſtino ſyllogizari poterit circulo. Dicit tamen minorẽ in Feſtino ſyllogizari poſſe per aſſumptionẽ, & inquit. {Sed ſimiliter oſtendetur, quemadmodum & in vniuerſalibus per aſſumptionem, ſi ſumatur cui B alicui non ineſt A alicui ineſſe. Sed ſubaudi B alicui C non ineſt. Igitur A alicui C ineſt. Syllogiſmus eſt hypotheticus à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis, & poteſt reduci ad categoricum hoc pacto, omne non B eſt A, quoddam C eſt non B. Igitur quoddam C eſt A. Sic autem maior in Barocco ſyllogizari non poteſt, quoniam eſt affirmatiua vniuerſalis, quæ non poteſt hypothetice nec categorice ſyllogizari per translationem, vt dictum eſt. Modi autem vniuerſales. videlicet Cęſare, & cameſtres (vt docuit Philoponus) poſſunt quo ad affirmatiuas ex aſſumptiõe ſyllẽari, & ſic ceſſant q̃cũq; dubitãt Iuniores.

Cap. vii. De circulari oſtẽſione in tertia figura.

IN tertia autem figura, quando vtræq; propoſitiones vniuerſaliter ſumuntur, nõ cõtingit oſtendere per ſe inuicem propoſitionem, nam vniuerſalis quidem oſtenditur per vniuerſalia, in hac autem concluſio ſemper eſt particularis, quare manifeſtum, quoniam omnino non contingit oſtendere per hanc figuram vniuerſalem propoſitionem.

Cõmen. 87. Cum dixerit de ſecunda figura, quę propoſitiones circulo oſtendantur, & quæ non, ſed per aſſumptionem, nunc dicit de propoſitionibus in tertia figura, & primo de his ſyllogiſmis, quorũ propoſitiones ſunt ambæ vniuerſales, & dicit. {In tertia autẽ figura, quando vtræq; propoſitiones vniuerſaliter ſumuntur, non contingit oſtendere propoſitionem vniuerſalem per ſyllogiſmos, qui fiunt per ſe inuicem, hoc eſt circulari demonſtratione, & propter quid, (vt addit Philoponus.) nam vniuerſalis quidem propoſitio oſtenditur per vniuerſalia. In hac autem figura tertia concluſio ſemper eſt particularis, quare manifeſtum, quoniam omnino non contingit oſtendere per hanc figuram vniuerſalem propoſitionẽ, ſ. nec affirmatiuam, nec negatiuam. Sed dices, nunquid per aſſumptionem poſsit ſyllogizari vniuerſalis in his modis, patet quòd non, quoniam ex altera particulari, nec per aſſumptionem, nec per ſyllogiſmum categoricum vniuerſalis ſyllogizari poteſt. Præterea vbi non cadit translatio de negatiua in affirmatiua, non fit ſyllogiſmus per aſſumptionẽ. Quare in his modis, vniuerſalis propoſitio nullo modo ſyllogizari poteſt per aſſumptionem, cum non cadat translatio.


Dubitatio.

Si autem hæc quidem vniuerſalis ſit, illa vero particularis, quandoque quidem erit, quandoque vero non erit. Quando ergo vtræq; prædicatiuæ ſumuntur, & vniuerſalis ſit ad minorem extremitatem, erit, quando vero ad alteram, non erit. Inſit enim A omni C, B autem alicui C, concluſio A B erit. Si ergo ſumatur C omni A ineſſe conuerſa vniuerſali, & A ineſſe alicui B, quod erat concluſio, C quidem oſtenſum eſt alicui B ineſſe, B autem alicui C non eſt oſtenſum, quamuis neceſſe eſt, ſi C alicui B, & B alicui C ineſſe, ſed non eſt idem hoc illi, & illud huic ineſſe.

Dubitatio. Sol. Philo.

Sed

Sylli duo, alter cõcludens cõclusionẽ primo intentã alter minorẽ primi conuersam sicut superiores.



Sed assumendum est, si hoc alicui illi, & alterum alicui huic, hoc autem sumpto, non fit iam ex conclusione, & altera propositione syllogismus. B

Homo. Risibile.
A. C.
Al. Al.
B.
Album.

Syllo ex assumptione cõcludẽs minorẽ rectã.

Cap. vii. De circulari ostensione in tertia figura.

Cõmen. 88.

Cum dixisset de vniuersalibus, nunc dicit de particularibus, & ponit duas conclusiones, & inquit. {Si autẽ hæc quidem vniuersalis sit, illa vero particularis, quandoq; quidem erit, quandoq; vero nõ erit. Exponit vero has conclusiones, & dicit. {Quando ergo vtræq; prædicatiuæ sumuntur, & vniuersalis sit ad minorem extremitatem, vt in Disamis, erit, subaudi circulo demõstrare. Quãdo vero ad alteram, s. ad maiorem extremitatẽ, non erit, ecce q̃ primo disputat de affirmatiuis, & ponit duas conclusiones, & q̃ in Disamis erit demonstrare circulo particularem, in Datisi autem non erit. Quòd autẽ in Datisi non erit demonstrare particularem affirmatiuam, probat, & primo sumit syllogismum principalem, & dicit. {Insit enim A omni C, ita vt maior sit, omne C A, B autem insit alicui C, ita vt minor sit, quoddam C B. His stantibus cõclusio erit A B, hoc est quoddam B A, hic est syllogismus principalis. Deinde declarat in tali non posse fieri ostensionem circularem completam, & dicit, si ergo sumatur C omni A inesse, conuersa vniuersali, ita vt sumatur hæc pro maiore, omne A C, et sumatur A ineẽ alicui B, quod erat conclusio, C quidem ostensum est alicui B inesse, erit enim syllogismus hoc pacto, omne A C, quoddam B A. Igitur in Darñ, quoddam B C, & sic ostensum est C alicui B inesse, quod nõ est minor recta, sed minor conuersa, & hoc dicit B autem alicui C inesse, non est ostensum, quod est minor recta principalis syllogismi, quamuis necesse est, si C alicui B, & B alicui C inesse, conuertitur enim. Sed non est idem hoc, s. C illi, s. b inesse, & illud, s. B inesse huic, s. C, sed assumendum pro concesso, ac suppositione, si hoc, s. C inest illi, s. alicui B, & alterum s. B inesse alicui huic. s. C. Vt ex regulis de cõuersione accipiendum est, hoc autem sumpto, hoc est hac cõuersione sumpta, nõ fit iam circularis syllogismus, p̃cise ex cõclusione, & altera propõne, sed oportet addere cõuersionẽ cõclusionis, per quæ voluit habere particularẽ minorẽ in Datisi non posse ostendi circulo completo, qm̃ solũ per eum syllogizatur minor conuersa, non minor integra, & ita fit cum auxilio conuersionis. Sed queriẽ, vtrũ maior talis syllogismi facti in Datisi, possit ostẽdi p̃ syllogismũ assumptiuũ. Respõdet Philoponus q̃ sic, & de

Dubitatio. Sol. Philo.

C

D

Abet sic cõfici, si alicui inest B, huic omni inest A, sed B inest alicui C. Igitur omni C inest A, q̃ fuit maior. Sed pace Philop. dixerim, hęc respõsio nõ placet, qm̃ syllogismus assumptiuus fieri nõ põt, nisi ex propõne integra sequat trãslata, modo nõ sequit cuidã C inest B, igitur cui alicui inest b, huic omni inest A B. n. homo alicui animali inest, & A risibile nõ inest cuilibet animali. Præterea Aristo. non vtitur translatione nisi ex negatiua in affirmatiuã. Verum hæc consideranda sunt postea. Refutatio.

Si autem B quidem omni C, A autem alicui C, erit ostendere A C, quando sumatur C quidẽ omni B inesse, A autem alicui B, nã si C omni B inest, A autẽ alicui B, necesse est A alicui C inesse, medium B.

Nigrũ. Al. Risibile.
A. B.
Al. O.
C.
Homo.

Nigrũ. Al. Homo.
A. C.
Al. O.
B.
Risibile.

Sylli duo primus concludens cõclusionẽ primo intẽtã, secundus maiorem primi ex cõclusione et minore conuersa.

Cõmen. 89.

Hic declarat secũdam conclusionem, videlicet q̃ maior, quæ est particularis in Disamis, potest circulo ostendi, constituto medio B. {Et primo accipit syllogismum principalem, & dicit. {Si autem B quidem omni C sumatur inesse in minore: ita vt minor sit, omne C B, A aut sumatur inesse alicui C in maiore, ita vt maior sit, quoddã C A, erit ostendere A C maiorem circulo completo etiam in Disamis, quando sumatur C quidem omni B inesse in minore, ita vt minor sit, omne B est C A autem sumat inesse alicui etiã b, in maiore, ita sit maior, quoddam B A, quæ erat conclusio, nam, (vt inquit.) si C omni B inest A autem alicui B necesse est in Disamis A alicui C inesse, verum in syllogismo principali medium erat C in hoc circulari medium est b. Quæres vtrum vniuersalis possit in Disamis syllogizari per assumptionem. Philopo. diceret, vt prius q̃ sic, hoc modo, si cui alicui inest A. Hinc omni inest B alicui C inest A. Igitur omni C inest B: tu vero vero hæc, vt dixi bene considera. Dubitatio. Solutio.

Et cum fuerit hæc prædicatiua quidem, illa vero priuatiua, vniuersalis autem prædicatiua, ostendetur altera. Insit enim B omni C, A autem alicui non insit, conclusio erit, quoniam A alicui B non inest. Si ergo assumatur C B omni inesse, inerat autem: & A non omni B, necesse est A alicui C non inesse, medium B.

Albũ. Al.nõ. Risibile.
A. B.
Al.nõ. O.
C.
Homo.

Albũ. Al.nõ. Homo.
A B.
Nõ. O O.
B.
Risibile.

Syllogismi duo particulares negatiui, alter concludens cõclusionẽ prima intentã, alter minorẽ primi ex cõclone integra, & minore cõuersa.

Cõmen. 90.

Nunc de particularibus negatiuis dicit. Et cum fuerit hæc quidem prædicatiua, illa vero priuatiua, & vniuersalis fuerit prædicatiua, ostendetur circulari ostensione altera, s. maior, quæ est particularis negatiua. Ostendetus


detur dico ex cõclusione integra pro maiore, et ex mino re conuersa pro maiore in eodem mõ, & primo accipit principalem syllogismũ, & dicit. {Insit. n. B omni C, ita vt minor sit omne C B A aũt alicui C nõ insit, ita vt maior sit, aliquod C nõ est A conclusio erit, qm̃ A alicui B nõ insit, aliquod C nõ est A conclusio erit, qm̃ A alicui B nõ inest. Et totus syllogismus est, quoddã C nõ est A, oẽ C est B quoddã igit̃ b nõ est A. Tunc probat maiorẽ ex cõclusione integra sumpta pro maiore, & minore cõuersa in eodem mõ, & dicit. Si ergo assumat̃ C B omni inesse, quod est minor cõuersa, & sumatur etiam pro minore, inerat autem & A non omni b: hæc enim erat conclusio, quoddam B non est A quæ sumatur pro maiore, & tunc necesse est A alicui C non inesse in eodem modo verum in syllogismo principali medium fuit C hic autem. Medium

Dubitatio. Sol. Philo.

est B. Quæritur vtrum minor posit probare per assumptionem. Rñdet Philoponus, cp̃ sic hoc mõ cui A alicui non inest, huic B oĩ inest, A alicui C non inest. Igitur B oĩ C inest. Sed (vt prius hæc probatio dubia est) quoniã non valet ex negatiua, quæ est conclusio, conuersa inferre hanc translatam. Non enim sequitur, aliquod A non est B, quæ est conclusio conuersa. Igitur cui A alicui non inest, huic omni B inest. Propositio etiam hæc hypothetica, cui A alicui non inest, huic omni inest B, non est in omnibus vera, qm̃ A homo alicui animal non inest, & non propter hoc B risibile omni animali inest.

Cum autem priuatiua vniuersalis sit, non ostendetur altera, nisi sicut in prioribus, si sumatur cui hoc alicui non inest, alterum alicui inesse. Vt si A nulli C, B autem alicui, conclusio erit, quoniam A alicui B non inest. Si ergo sumatur, cui A alicui non inest, huic B alicui inesse, necesse est C alicui B ipsum inesse. Aliter autem non est per conuertentem vniuersalem propositionem ostendere alteram, nullo enim modo erit syllogismus.

Sylli duo ĩ Ferison. alter concludens cõclusionem primo intentã, secundus minorẽ primi ex assũptione.



Cõmen. 91.

Tũc declarat, cp̃ particularis affirmatiua in Ferison, quæ est minor nõ potest circulo ostendi, & dicit. {Cum autem priuatiua vniuersalis sit, non ostendetur circulo altera, s. particularis affirmatiua, nisi sicut in prioribus per assumptionem, si sumatur cui hoc alicui non inest, alterum alicui inesse, hoc autem probat, & primo constituit principalem syllogismũ, & dicit, {vt si A nulli C insit, b autem insit alicui C, conclusio erit in Ferison, quoniam A alicui B nõ inest, hic est principalis syllogismus, vbi patet minorem particularem affirmatiuã non posse circulo syllogizari, qm̃ ex duabus negatiuis propõ affirmatiua nõ syllogizatur. Si ergo vt inquit sumatur cui A alicui non inest, huic B alicui inesse, necesse est alicui C ipsum B inesse hoc pacto, si cui A alicui non inest, huic B alicui inest, est enim hæc hypothetica translata ex conclusione cõuersa, sequitur enim aliquod A non est b, quę est conclusio cõuersa, igit̃ cui A alicui nõ inest, huic B alicui inest, sed A alicui C nõ inest, cũ nulli C inerat. Igitur B alicui C nõ inerit. Quod vero hęc minor particularis nõ posit syllogizari circulo, declarat, & dicit, {aliter autẽ non est per vniuersalem conuertentem maiorem ostendere alteram, s. minorem, nam nullo modo erit syllogismus ex vtrisq; negatiuis. Sed quæres vtrum maior potest ostendi per assumptionem. Diceret Philoponus cp̃ sic hoc pacto, cui B alicui inest, huic nulli inest A B alicui C inest, igit̃ C nulli inest A, sed an sit bona assumptio, superius est disputatum.

Dubitatio. Solutio.

Manifestum igitur, quoniam in prima quidem figura per se inuicem est ostensio, & per primam, & per tertiam figuram fit, nam cum prædicatiua conclusio est, per primam, cum autem priuatiua, per postremam. Sumitur. n. cui hoc nulli, alterum omni inesse.

Nunc concludit, quædam ex his, quæ dicta sunt. vel, (vt Philoponus inquit,) hic facit breuem resumptionẽ eorum, quæ dixit, & primo resumit ea quæ dixit de prima figura. Et inquit. {Manifestum igitur quoniam in prima figura per se inuicem est ostensio, hoc est cp̃ in prima figura fit circularis ostensio, quæ ostensio circularis est aliquando & in prima figura, & aliquãdo fit per tertiam figuram, nam cum prædicatiua conclusio est. s. in modis affirmatiuis, fit talis ostensio per primam figurã. Cum autem fuerit priuatiua, fit per postremam, verum est differentia, quoniam in modis negatiuis, cum cõcluditur negatiua fit per primam: cum vero concluditur affirmatiua, fit per tertiam & non quidem per syllogismum categoricum, sed per syllogismũ hypotheticum. Sumitur enim cui hoc nulli, alterum omni inesse.

Cõmen. 92.

In media autem, cum vniuersalis quidem est syllogismus, & per ipsam, & per primã figuram, & per postremam. Cum autem particularis & per ipsam, & per postremam.

Cõmen. 93.

Resumit quæ dixerat de secunda figura & dicit. {In media autem figura, cum vniuersalis quidem est syllogismus & per ipsam, & per primam figuram, & per postremam. per primam quidem, cum concluditur negatiua in Cæsare. Per secundam vero, cum concluditur negatiua in Camestres, per tertiam denicp̃, cum per assumptionem concluditur affirmatiua tam syllogismi qui est in Cæsare, quàm eius qui est in Camestres. Cum autem particularis propõ syllogizat̃ eorũ, q particulares modi sunt in secũda figura, fit & p̃ ipsam. s. secũdã & p̃ postremã. Per secũdã quidẽ, cũ syllogizat̃ propõ particularis ipsius Barocco, per tertiã vero, cũ syllogizatur particularis ipsius Festino.

Erroralioquorum. Impugnatio

Manifestum etiam quoniam in media, & in tertia, qui non per ipsas fiũt syllogismi, aut non sunt secundum eam, quæ circulo est ostẽsionem, aut imperfecti sunt.

cõmen. 94.

Vltimo resumit q̃ dixit de tertia, & media figura, & dicit. {Manifestũ etiam, qm̃ in media, & in tertia, qui nõ p̃ ipsas fiũt syllogismi, aut nõ sunt secũdũ ostẽsionẽ, q̃ circulo est, aut si sunt circulares ostensiones, erunt circulationes imperfectę. Hę aũt sunt circulationes in tertia figura, q̃ fiebãt syllogismorum in Datisi, & Ferison. Non enim in his concludebat̃ integra sed conuersa cõclusio. In secunda vero sunt omnes ostẽsiones, quę syllogizant affirmatiuas, quoniam non syllogizantur, (vt patuit) ex conclusione, & altera propositione conuersa. Hæc omnia fuerunt prolixe explicata. Nunc vero hactenus de his. Animaduerte pro defensione eorum quæ Philoponus dixit, quod syllogismus assumptiuus fieri potest ad probandam aliquam propositionem per dependentiam ad aliquam propositionem principalis syllogismi, & hic fit duobus seruatis, & cp̃ translatio fiat de negatiua, ad affirmatiuam, & cp̃ sit necessaria consequentia ex negatiua ad translatam. Et sic vt plurimum vtitur ipso Aristo. alio modo fieri põt non dependẽdo

Opinãdũ.

ab aliqua

commẽ. 96.

ab aliqua propoſitione ſyllogiſmi principalis,& hoc modo potius ſua vis erit proſyllogiſtica,& ad hũc nõ requirũtur illę cõditiones,ſed ſolũ ꝙ fiat ex poſitione antecedentis in cõſequẽtis,& hoc pacto ipſo vſus Philoponus vt ſepius annotauimus,& ſic põt defendi Philoponus.

Cap. viii. De conuerſione,quę fit in ſyllogiſmis.

COnuertere autem eſt tranſpoſita concluſione facere ſyllogiſmum, quoniam vel extremũ medio nõ inerit, vel hoc poſtremo. neceſſe eſt.n.concluſione conuerſa, & altera remanente propoſitione, interimi reliquam, nam ſi erit,& concluſio erit.

commẽ. 95. Triplex cõuerſio.

VT Philoponus inqt,& in Primo libro diximus,tres ſunt cõuerſiones. Vna quidẽ,quæ fit in terminis. Secũda quæ fit in propoſitionibus. Tertia verò, quæ fit in ſyllogiſmo. De cõuerſione in terminis dictũ eſt in prędicamentis,quando dictũ eſt æquale eſſe æquale æquali, fit enim hæc cõuerſio in relatiuis. De cõuerſione vero,quę fit in propoſitionibus,dictum eſt Primo huius,nũc proponit dicere de cõuerſione,quæ eſt in ſyllogiſmis, vt in inſcriptione capituli patet. Fit autẽ hæc, ſi acceperimus concluſionẽ facti ſyllogiſmi tranſpoſitã ad contrariã,aut contradictoriã,& alteram propoſitionem integram, & oſtenderimus oppoſitũ alterius contrarium vel contradictoriũ. Verbi gratia, ſi cõcluſio facti ſyllogiſmi fuerit vniuerſalis affirmatiua,& trãſpoſuerimus hanc ad cõtrariam,vel contradictoriam, & tunc ex hac, cum altera propoſitione integra, inferimus contrarium vel cõtradictorium alterius. Poteſt autem fieri hæc cõuerſio, vt Philoponus inquit,in omni figura, & in ſingulis modis cuiuſcę figuræ. Eſt autẽ hæc conuerſio duplex quoniã, ſi volumus interimere minorẽ,oportet accipere concluſionem trãſpoſitam ad oppoſitum cum maiore, & inferre oppoſitum minoris. Si volumus interimere maiorem oportet accipere concluſionem tranſpoſitam ad oppoſitum cum minore integra,& inferre oppoſitum maioris. Vnde dicit.{Conuertere autem eſt trãſpoſita cõcluſione ad oppoſitum cũ altera propoſitione integra, facere ſyllogiſmũ,qui concludat, vel quoniam maius extremũ medio non inerit, hoc eſt vel qui concludat oppoſitum maioris,vel qui concludat,quoniam hoc, ſcilicet mediũ poſtremo non inerit,hoc eſt,vel qui concludat oppoſitũ minoris. Quidam autem arbitrati ſunt conuerſionem in ſyllogiſmo eandem eſſe cum deductione ad impoſsibile. Contra quos obĵcit Philoponus, & quidem recte. Impugnatio quoniam Ariſto. poſt hanc conſiderationẽ pertractat de deductione ad impoſsibile, vbi oſtẽdet non eſſe idem in ſyllogiſmo conuertere,& deducere ad impoſsibile. Deinde Ariſto.probat definitionem aſſignatam, & dicit.{neceſſe eſt enim cõcluſione cõuerſa,ſcilicet ad oppoſitum,& altera remanente propoſitione,interimi reliquã, hoc eſt inferre oppoſitum alterius, aut contrarium,aut contradictorium.nam, vt inquit, ſi erit,ita vt altera nõ interimatur,& maneat,cũ etiam maneat altera,vtriſq; propoſitionibus, vt prius, manentibus,& cõcluſio eadem erit,quæ & prius fuit. Fundatur autem hæc Ariſto.ratio, ꝙ ſemper in bona conſequentia ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum totius antecedẽtis,& cuiuslibet partis illius. Et ad poſitionem antecedentis ſequitur poſitio conſequentis.

Erroraliquorum. Impugnatio

Differt autem oppoſite aut contrarie conuertere concluſionem,nõ.n.fit idem ſyllogiſmus,vtrolibet cõuerſa. Palã autẽ hoc erit per ſequentia. Dico autem opponi quidem omni ineſſe,non omni,& alicui nulli. Contrarie autem,omni nulli,& alicui non alicui ineſſe.

commẽ. 96.


Cum dixiſſet ex oppoſito cõcluſionis cum altera propoſitione inferri alteram, declarat ꝙ non eodem modo inferatur ſemper. Et dicit.{differt autem oppoſitę, ſcilicet contradictoriæ,aut contrarię, conuertere concluſionem,non enim fit idem ſyllogiſmus vtralibet conuerſa, hoc eſt ex conuerſa ad contrarium,& ex conuerſa ad cõtradictorium non fit idem ſyllogiſmus, & quia res hæc patebit per exemplа,quæ poſtea aſsignabit,dicit.{Palã autem erit per ſequentia. exponit autem quid intelligat per opponi,& quid per cõtrariari, & dicit.{Dico autę opponi quidem,ſcilicet contradictoriæ,omni ineſſe, nõ omni ſcilicet ineſſe,& alicui ineſſe dico opponi contradictoriæ nulli ineſſe,contrarię autem opponi. Dico omni ineſſe nulli ineſſe,& alicui non alicui,& dixit ſubcontrarias opponi contrarię in neceſſaria materia. Ex his primo ſequitur, ꝙ licet in ſyllogiſtica conuerſione ſint duo ſyllogiſmi,tamẽ ſyllogiſmus conuerſiuus nõ dicitur niſi ſecundus proceſſus in ordine ad primum. Secundo ſequitur,ꝙ ſyllogiſmus conuerſiuus, & primus ſyllogiſmus ſint in diuerſis figuris,vt poſtea dicemus. Seqtur tertio,ſyllogiſmũ conuerſiuum ſemper ſupponere quẽdam aliũ ſyllogiſmũ,qui in cõuerſione ſyllogiſmi à Philopono dicitur principalis. Sequitur quarto,quod ſi cõcluſio principalis ſyllogiſmi fuerit vniuerſalis,biſariã cõtingit ſyllogizare cõuerſiue, aut ex oppoſito concluſionis contrario, aut ex oppoſito contradictorio at, ſi concluſio non ſit vniuerſalis, ſolum conuertere erit ex contradictorio cõcluſionis, non enim contingit conuertere ex ſubcontrario concluſionis, vt dictum eſt, niſi in neceſſarijs cõcluſionibus,in cęteris autem ſubcõtrariæ ſtãt ſimul. Recte igitur Ariſt.ſumpſit aliquã propoſitionẽ interimi poſſe aut per contrarium, aut per cõtradictoriũ. Ex ijs omnibus ſequitur quinto, ſyllogiſmũ conuerſiuũ inuentum eſſe ad demonſtrandum neceſsitatem principalis ſyllogiſmi. nam illa cõſequentia eſt bona,in qua ex oppoſito cõſequentis cum altera propoſitione infertur oppoſitum alterius propoſitionis,& cõſequenter totius antecedentis,eſt.n.antecedens vna copulatiua, quæ eſt falſa,ſi demõſtratum fuerit per ſyllogiſmum conuerſiuũ alteram eius partem eſſe falſam.

Excerpta primum. Secundum: Tertium. Quartum. Quintum.

Prima figura.

SIt.n.oſtenſum A de C per medium B. Si igitur ſumatur A nulli C ineſſe omni autem B nulli C inerit B & ſi A quidem nulli C B autẽ omni C A non omni B, & non omnino nulli, non enim oſtendatur vniuerſale per tertiam figuram. Omnino itaq; eam,quæ eſt ad maiorem extremitatem propoſitionem, non eſt deſtruere vniuerſaliter per conuerſionem,neceſſe eſt.n.ad poſtremam extremitatem vtraſque ſumere propoſitiones.


Itaque ſi autem.



Cõcluſionis cõuerſiõ ad contrariã, in Barbara minori, ei⁹ am bæ deſtruuntur p̃miſſæ.

Comm. 97. Cum dixisset, quid sit conuertere, nunc docet conuertere affirmatiuos, deinde vniuersales negatiuos, & loquens de vniuersalibus affirmatiuis Primo docet conuertere conclusionem inferendo oppositum contrarium minoris in Camestres. Secundo docet conuertere conclusionem inferendo contradictorium minoris in Felapton. De prima parte dicit. {Sit enim ostensum A de C per medium B, s. in Barbara. Si igitur sumatur A nulli C inesse, quod est conclusionis contrarium, & hoc contrarium in conuersione sumatur pro minore, omni autem B, hoc est, & sumatur pro maiore A inesse omni B in Camestres, nulli C inerit B, quod est minoris contrarium, & sic patet prima conuersio ex transposita contraria conclusione, & maiore inferentibus contrariam minori in Camestres. Deinde docet secundam, & dicit. {& si sumatur A quidem nulli C inesse, quod est contrarium conclusionis, B autem sumatur inesse omni C A non omni B, & non omnino nulli inerit in Felapton, quod est contradictorium maioris. Quòd autem contradictorium, & non contrarium ostendatur, probat, & dicit. {non. n. ostendebatur vniuersale per tertiam figuram, propterea concludit, & dicit. {omnino itaq; eam propositionem, quæ est ad maiorem non est destruere vniuersaliter per conuersionem, & causam assignans inquit. {necesse est. n. ad postremam extremitatem, s. ad minorem extremitatem in tali cõuersione vtrasq; sumere propositiones, quas sic sumendo syllogismus erit in tertia figura, in qua nullum problema vniuersale syllogizatur, & sic patet quòd minor per secundam, maior vero per tertiam figuram demonstratur. Et, cum per secundam figuram demonstratur minor, concluditur contrarium minoris, cum vero per tertiam demonstratur maior, concluditur contradictorium maioris.


Et si priuatiuus sit syllogismus, similiter. Ostendatur enim A nulli C inesse per B, ergo si sumatur A omni C inesse, nulli autem B, nulli C inerit B: & si A & B omni C, A alicui B, sed nulli inerat.



Cõclusio cælarent si conuertatur ad cõtrariã, oppositũ minoris ostẽdetur in secũda figura, & oppositũ maioris in tertia.

Comm. 98. Cum ostenderit de vniuersali affirmatiuo, nunc vult de vniuersali negatiuo, & dicit. {Et si priuatiuus sit syllogismus, ostenduntur per secundam & tertiam figuram propositiones. Minor quidem per secũdam, maior per tertiam. Et hoc declarat, & dicit. Ostẽdatur. n. A nulli C inesse per B in Celarent. Ergo, si sumatur A omni C inesse, quod est contrarium conclusionis, & sumatur pro minore, nulli autem B, & sumatur A etiam nulli B inesse, quæ fuit maior, etiam pro maiore, nulli C inerit B, quod est cõtrarium minoris. Et sic patet conuersio, per quã syllogizamus contrarium minoris. Deinde docet syllogizare cõtradictorium maioris, & dicit, & si A & B insint omni C, ita vt sumatur contrarium conclusionis pro maiore, videlicet omne C A & minor pro minore, videlicet omne C B: his sumptis A alicui B inerit, sed nulli inerat, & sic habetur contradictorium maioris.

Si autem oppositè conuertatur conclusio, & alij syllogismi oppositi & non vniuersales erunt: fit enim altera propositio particularis, quare conclusio erit particularis. Sit. n. prædicatiuus syllogismus, & conuertatur sic, ergo si A non omni C, B autem omni, B non omni C. Et si A quidem non omni C, B autem omni A non omni B.



Conclusion Barbare cõtradictoriæ cõuersa si, minori cum maiori sumat minoris infertur oppo sita in Baroco, si vero sumat pro maiori cũ minori, maioris oppositũ infertur.

G Comm. 99. Cum docuisset conuertere syllogismos ex conclusione transposita ad contrarium, nunc docet conuertere syllogismos ex conclusione transposita ad cõtradictorium, & primo in modis vniuersalibus primæ figuræ affirmatiuis. Deinde in vniuersalibus negatiuis. De prima parte dicit. {Si autem conclusio conuertatur oppositæ, hoc est ad contradictoriũ, & alij syllogismi conuersiui, qui ex ipsa fiunt, erunt oppositi, hoc est cõcludentes cõtradictorias propositionũ & particulares, & nõ erunt vniuersales, cuius rationẽ affert, & dicit. {Fit enim altera propositio, scilicet conclusio transposita, quæ erit propositio in conuersiuo syllogismo, semper particularis, igitur ex ipsa cum altera propositione quouis modo sumpta non potest fieri conuersio nisi ad propositionem particularem. Quæ dixerat exponit exemplis, & dicit. {Sit enim prędicatiuus syllogismus primus, & principalis in Barbara & conuertatur sic, vt dictum est, est itaq; syllo-

H gismus principalis, videlicet, omne B A: omne C B: igitur omne C A: ergo, si A non omni C inesse sumatur, quod est contradictorium conclusionis, & pro minore sumptum sit B autem omni sumatur ipsum A inesse pro maiore B non omni C inerit, quod est contradictorium minoris in Barocco. Ex cõclusionis igitur cõtradictorio, & maiore in Barocco, concluditur contradictoriũ minoris. Et si A quidem non omni C inesse sumatur, quod est cõclusiõis contradictorium, & sumatur B omni C inesse A nõ omni B inerit in Broccardo, quod est contradictorium maioris. Quare ex conclusione transposita ad contradictoriũ cum maiore in Barocco concluditur oppositum contradictorium minoris. Ex conclusione autem transposita ad contradictorium cum minore in Broccardo concluditur contradictorium maioris.

Similiter autem & si priuatiuus sit syllogismus. Nam si A alicui C inest, B autem nulli,

b alicui


Cælarent cõclusio cõuersa contradictorie sumpta pro minori cũ maiore infert oppositã minoris sumptæ pro maiori cũ minori infert oppositam maioris.

Cõmẽ. 100.

Si conclusio darii cõuertatur ad suã contradictoriã syllogizatur maioris oppositum ĩ tertia figura, & oppositũ minoris in secunda.

B alicui C non inerit, & non ſimpliciter nulli. Et ſi A quidē alicui C, B autē omni, quēadmodū in principio ſumptum eſt, A alicui B inerit.

Cęlarent cō cluſio cōuerſa contradictorie ſumpta pro minori cū maiore iſert oppoſitā minoris ſumpta aūt pro maiori cū minori infert oppoſitam maioris.




Cōmē. 100.

Nunc ex concluſione tranſpoſita ad contradictorium docet conuertere in vniuerſalibus negatiuis: & primo docet ſyllogizare minoris contradictoriam, & dicit. Similiter autem & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus in cęlarēt, hoc pacto, nullum B A, omne C B, igitur nullum C A. Nā ſi A (vt inquit) alicui C ineſt, quod eſt contradictorium concluſionis, B autem inſit nulli, quæ fuit primi ſyllogiſmi maior, B alicui C non inerit, quod eſt minoris cōtradictoriū. Sic igit ex cōtradictorio cōcluſionis, & ipſa maiore in Feſtino ſyllogizat cōtradictoriū minoris. Deinde docet ex trāſpoſita cōcluſione ad cōtradictoriū deducere cōtradictoriū maioris in Diſamis. Et dicit, & ſi A quidem inſit alicui C, quod eſt cōtradictoriū cōcłonis, & B inſit oī C, quēadmodū in principio, hoc eſt in principali ſyllogiſmo ſumptū eſt, A alicui B inerit ī diſamis, qđ eſt cōtradictoriū maioris. Sic igit patet, ex cōcłone trāſpoſita ad cōtradictoriū cū maiore pmanēte ſyllogizari in Feſtino, cōtradictoriū minoris. Cū minore autē, ſyllogizari in diſamis contradictorium maioris.

In particularibus autem ſyllogiſmis, quando oppoſite conuertitur concluſio, interimū tur vtrąq; propoſitiones, quando vero contrarie, neutra, non enim iam accidit, quemadmodum in vniuerſalibus interimere, deficiēte concluſione ſecundum conuerſionem, ſed nec omnino interimere. oſtēdatur. n. A de aliquo C per B. ergo, ſi ſumatur A nulli C ineſſe, B autem alicui C, A alicui B non inerit, & ſi A nulli C, B autem omni, nulli C inerit B, quare interimuntur vtrąq;.

Si concluſio darii cōuertatur ad ſuā contradictoriā ſyllogizatur maioris oppoſitum ī tertia figura, & oppoſitū minoris in ſecunda.




Cōmē. 101. 1. concluſio.

Cum compleuerit de vniuerſalibus modis, nunc dicit de particularibus, & aſsignat duas concluſiones. Prima concluſio eſt, ſi concluſio conuertatur ad contradictorium per ſyllogiſmos conuerſiuos, ambæ propoſitiones interimuntur, ſyllogizantur quæ propoſitionū cōtraria, aut contradictoria. Secunda concluſio, ſi autē cōcluſio conuertatur ad contrarium nullo pacto propoſitiones interimuntur. Et per contrarium ſubcontrarium intelligit, dicit. { In particularibus autem ſyllogiſmis, quando oppoſitæ hoc eſt contradictorię conuertitur cōcluſio, interimuntur vtrąq; propoſitiones. Hæc eſt prima concluſio. Quādo vero cōuertitur contrariæ, hoc eſt ſubcōtrariæ, neutra interimit. Et aſsignat cām, & dicit, { nō. n. iā accidit quēadmodū in vłib⁹ interimere deficiēte ab vłtate cōcłone ſecūdū cōuerſionē, ſed accidit nec oīno interimere, qm̄ ex cōcłone cōuerſa ad ſubcōtrariā vel nō fit oīno ſyll's, vt patebit, vel ſi fiet, ſyll's cōcludet ſubcōtrariā alteri⁹ propōnis, q̄ nō interimit propōnē, cū ſtet cū ea, hęc eſt ſecūda cōcł'o. Ariſt. ergo primo probat primā cōcł'onē, & dicit { oſtēdat. n. A de aliquo C p B, ita vt ſyll's ſit in Darīj iſte, oē b A, quoddā C B, igitur quoddā C A. Ergo, (vt inquit,) ſi ſumat A nulli C ineē, qđ eſt cōtradictoriū cōcł'onis, B aūt ſumat alicui C ineē, concludet in Feriſon cōtradictoriū maioris, videlicet A alicui B nō ineē, qđ eſt cōtradictoriū maioris. Deinde docet cōcludere oppoſitū minoris in Cameſtres, & dicit, { & ſi A nulli C inſit, quod eſt cōtradictoriū cōcł'onis, B autē omni, quod eſt maior, nulli C inerit B in cameſtres, quod eſt contradictorium cōcluſionis. Quare interimū tur vtrąq;, & ſic patet prima concluſio.

Si aūt cōtrarie cōuertant, neutra. Nā ſi A alicui C nō ineſt, B aūt oī, B alicuí C nō inerit, ſed nōdū interimit qđ à principio, cōtingit. n. alicui ineſſe, & alicui non ineſſe. vniuerſalis autē A B omnino non fit ſyllogiſmus, ſi enim A alicui C nō ineſt, B autem alicui ineſt, neutra propoſitionum vniuerſalis eſt.

Ex cōcluſione Darii cōuerſione ad ſubcōtrariā nulla deſtruitur ꝓpōnū: nō minor p ſecundā figuram, cum ſit particularis, neq; maior per tertiam, qa eſſent ambæ particulares.




Cōmē. 102.

Nunc probat ſecundam concluſionem, videlicet, ꝓ, ſi concluſio tranſponatur ad ſubcontrarium, neutra propoſitio interimatur. Et primo declarat, ꝓ non interimatur minor, qm̄ ex tali trāſpoſita concluſione non concluditur aliqua ꝓpoſitio, deſtruēs minorē, & dicit. { Si aūt cōtrarie concluſiones cōuertantur, neutra propoſitio interimitur, & primo probat, (vt dixi,) ꝓ nō interimatur minor, & dicit, { nam ſi A alicui C nō ineſt, quod eſt ſubcontrariū concluſionis: B aūt omni, hoc eſt & A inſit omni B, quod eſt maior B alicui C non inerit, quod eſt ſubcontraria minoris, ſed nondum interimitur quod à principio, ſcilicet minor principalis ſyllogiſmi, cū ſtet cum ea, contingit enim B alicui C ineē, & alicui C non inesse, hæ enim ſtant ſimul. Quoddam animal non eſt album, & quoddam animal eſt album, & ſic ex tali ſyllogiſmo non interimitur minor. Deinde declarat, ꝓ ex

tali tranſpoſita concluſione nō interimatur maior, qm̄ ex ea nullus prorſus fit ſyllogiſmus, & dicit, {vniuerſalis aūt propōnis, quæ eſt A b, hoc eſt maioris oīno nō fit ſyllogiſmus, ſi enim A alicui c nō ineſt, quod eſt oppoſitū cōcluſionis, b autem alicui c ineſt, quod eſt minor, ſic ſumendo in conuerſiuo ſyllogiſmo propoſitiones, neutra vniuerſalis eſt. Igitur ex illis nihil ſequetur, & ſic nō interimetur maior.

Similiter autem et ſi priuatiuus fit ſyllogiſmus. Si enim ſumatur A omni C ineſſe, interimuntur vtrę. Si autem alicui, neutra. Demōſtratio autem eadem eſt.



Si conuertatur cōcluſio ad contradictoria i quarto tollitur, p pōnū vtraq; maior in tertia, minor in ſecūda figura. ſi vero cōuertatur ad ſubcontrariā, nulla tollitur eadem de cā qua & ſuperior.


commē. 103. Deinde declarat qūo ex tranſpoſita cōcluſione in particulari negatiuo interimātur ambę. Et quomodo non, dicit. {Similiter autem & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus, ſubaudi eſt vt in affirmatiuo, & declarat qūo, & dicit. {Si enim ſumatur A omni C ineſſe, quod eſt cōtradictorium concluſionis, interimuntur vtrę, maior quidē interimitur per tertiam figuram in Datiſi, hoc pacto, omne C A: quoddā c b, quoddā b igitur A. ecce cōtradictoriū maioris in Datiſi. Minor vero per ſecundam in Cęſare, hoc modo, nullum b A, omne c b, igitur nullum c b, ecce contradictorium minoris in Cæſare. Deinde declarat quo modo neutra interimatur, & dicit. Si autem alicui, hoc eſt, ſi ſumatur A alicui C ineſſe, quod eſt ſubcōtrariū concluſionis, neutra interimitur. Minor quidem non, quoniam ex concluſione tranſpoſita ad ſubcontrarium, & maiore cōcluditur id, quod ſtat cū ipſa minore, & ſic nō interimitur minor. Ex cōcluſione vero trāſpoſita ad ſubcontrariū & minore nihil ſyllogizatur, cum ex puris particularibus nihil ſyllogizet. Et ſic nō interimit maior. Horum autem demōſtratio eadē eſt ei, quæ facta eſt in particulari affirmatiuo. Hæc de prima figura.

Caput. ix. De ſyllogiſmo conuerſiuo in ſecūda figura.

IN ſecunda autem figura eam quidem, quę eſt ad maiorem extremitatem propoſitionem, non eſt interimere contrariè quolibet modo conuerſione facta, ſemper enim erit concluſio in tertia figura. At vniuerſalis non fuit in hac ſyllogiſmus. Alteram autem in hac interimemus ſimiliter ad conuerſionem. Dico autem ſimiliter, ſi contrariè quidem cōuertitur, contrariè, ſi oppoſitè, oppoſitè.

Cōmē. 104. 1. regula. Cum compleuiſſet primam figuram, nunc tranſit ad ſecundam. Et primo prę mittit duas ſiue regulas, ſiue concluſiones. Quarum prima eſt, maior propoſitio non interimitur, quando accipitur concluſionis contrariū. Et dicit, {in ſecunda autem figura eam quidem propoſitionem, quæ eſt ad maiorem extremitatem, non eſt interimere contrarie quolibet modo cōuerſione facta. Et intelligit, (vt Philoponus exponit,) nō ꝙ nō interimat, ſed ꝙ nō interimat i cōtrariū, nā in cōtradictorie oppoſitum interimitur. Et propterea dixit non quolibet modo conuerſione facta, quia licet interimatur cōtradictorie, non tñ interimitur facta conuerſione ad contrarium. Et cauſam regulæ aſsignat, & dicit. {Semper enim erit cōcluſio in tertia figura, hoc eſt, quia non poteſt interimi niſi ſyllogiſmo facto in tertia figura. At vniuerſalis ſyllogiſmus non fit in hac tertia figura. Quia igitur maior non poteſt interimi niſi ſyllogiſmo, qui fit in tertia figura, & in tertia figura nullus ſyllogiſmus eſt vniuerſalis, vniuerſalem, habens concluſionem, fit vt maior interimi contrarie non poſsit. Deinde prę mittit ſecundā regulam, & eſt ꝙ minor bene interimatur. Sed cōformiter ad conuerſionem concluſionis, & dicit, {alteram autem, ſcilicet minorem in hac ſecunda figura, interimemus ſimiliter conuerſioni. Dico autem ſimiliter cōuerſioni, quoniam ſi concluſio conuertitur contrarie, quidem contrarie ipſa minor interimetur, ſi autem concluſio conuertitur oppoſite, ſcilicet contradictorie, minor interimetur oppoſite, ſ. contradictorie. Sic igitur minor interimi poterit per primam figuram, (vt Philoponus inquit,) & poſtea patebit.

Inſit enim A omni B, C autem nulli, concluſio erit B C. Si ergo ſumatur B omni C ineſſe, & A B maneat, A omni C inerit. Fit enim prima figura.



Ex oppoſito cōtrarie, cōcluſionis cameſtres ſyllogizat oppoſitū minoris ac maioris eius per tertiā ac primā figurā.

Cōuerſa cōcluſione cæſare cōtrarie vel cōtradictorie tollit eodē modo, quo ſupiue, eius maior vel minor.

Ex oppoſito cōtrarie, vel contradictorie concluſionis cameſtres ſyllogizat oppoſitū minoris ac maioris eius per tertiā ac primā figurā.

commē. 105. Nunc probat ſecundam regulam, & docet interimere minorem, & primo in vniuerſalibus, deinde in particularibus. Et docendo interimere minorem, primo docet eam interimere in cameſtres, & dicit, {inſit enim A omni B, ita vt maior ſit, omne B eſt A, C autem nulli, ita vt minor ſit, nullum C eſt A, propoſitionibus his ſtantibus, cōcluſio in Cameſtres erit, b c, hoc eſt nullum C eſt B, hic eſt ſyllogiſmus principalis. Deinde docet deſtruere minorem ſumendo cōtrariā cōcluſionis pro minore, & maiorē pro maiore vt iacet, & dicit, {ſi ergo ſumat B oī C ineſſe, ita (vt cōtrariū cōcluſionis) & minor ſit, omne C eſt B, & A B maneat, ita vt maior ſit q̄ erat, oē B eſt A, A oī C inerit, fit enim prima figura, ſic ſyllogizādo, omne B eſt A, omne C eſt b, igitur omne C eſt A, quod eſt cōtrarium minoris.

Cōmē. 107.

Si autem B omni C, A autem nulli C, A non omni B, figura poſtrema.


Proſpicitur hoc in ſuperiori figura. Cōmē. 106.

Cū docuiſſet ſyllogizare per ſyllogiſmū cōuerſiuū in prima figura cōtrarium minoris, nūc docet ſyllogizare contradictoriū maioris eiuſdē ſyllogiſmi, quē prius fecerat in cameſtres, per ſyllogiſmū in tertia figura. ſ. qui fit in Felapton. Et docet hoc facere, ex cōtrario cōcluſiōis pro minore, & minore, q̄ erat ꝑ maiore, hoc pacto, nullū C eſt A, hæc fuit minor prioris ſyllogiſmi i Cameſtres, omne C eſt b, hæc eſt contraria concluſionis: igit, quod dam b non eſt A in Felapton, hæc eſt contradictoria maioris.

maioris. Et dicit. {Si autem B omni C insit, & sumatur hæc pro minori, quę fuit contraria conclusioni, A autem nulli C insit, & sumatur hæc, quæ erat in priori syllogismo minor pro maiore, A non omni B inerit, quæ est contradictoria maioris, & erit hic syllogismus in postrema figura. Recte ergo Philoponus dixit maiorem syllogismorum in secunda figura contradictorie interimi posse, non autem contrarie.


Si autem oppositę conuertatur B C, A B quidem similiter ostendetur, A C autem oppositę. Nam si B alicui C, A autem nulli C, A alicui B non inerit. Rursum, si B alicui C, A autem omni B, A alicui C. Quare oppositus fit syllogismus.

Ex opposito cõtrarie, cõclonis cameſtres syllogizaſ oppositũ minoris ac maioris eius per tertiã ac primã figurã.



Similiter autem ostendetur, & si econuersso se habeant propositiones.

Cõuersa cõclone cæsare cõtrarie vel cõtradictorie tollit eodẽ modo, quo supius, eius maior vel minor.




Cõmẽ. 107.

Nunc docet interimere maiorem, & minorem eiusdem syllogismi, qui factus est in Camest. & quidem per cõtradictoriũ cõclusionis, & dicit. {Si aũt B C cõclusio oppositę, hoc est ad cõtradictoriũ conuertaſ, A b maior, similiter ostendetur, scilicet contradictorie, A C autẽ scilicet minor etiam oppositę, scilicet contradictorie, & sic ex contradictorio conclusionis tam maior q̃ minor cõtradictorie interimitur. & Primo docet interimere maiorẽ ex contradictorio conclusionis per syllogismum factum in ferison. Deinde docet interimere minorem per syllogismũ factum in darñ. De prima parte dicit, {nam si B alicui C ineſt, hæc est cõtradictoria conclusionis prioris syllogismi, quę pro minore sumatur, A autem nulli C, quæ fuit minor, & pro maiore sumatur, A alicui B nõ inerit p syllogismũ factũ in Ferison, & erit cõtradictoriũ maioris. Deinde docet interimere minorẽ per syll'm factũ in darñ, & dicit. Rursum, si B alicui C, hęc cõtradictoria cõcl'onis, q̃ sumaſ p minore, A aũt oĩ B, hęc erat maior, q̃ sumaſ p maiore, A alicui C inerit, p syllogismum in darñ, & habeſ oppositũ minoris, quare ex cõtradictorio cõcl'onis oppositus fit syllogism⁹, tã maioris q̃ minoris, nõ tñ per eandem figurã. De syllogismo vero secundę

A figuræ qui fit in cęsare, dicit. Similiter aũt ostendeſ & si econuerso se habeãt ppõnes: hoc est secundæ figuræ, in quo propositiones se habent econuerso, ad eas propositiones quæ sunt in Cameſtres, similiter ostendetur, vt exemplis patet.

Si autem particularis est syllogismus, contrarie quidem conuersa conclusione, neutra propositionum interimitur, quemadmodum nec in prima figura, oppositę aũt vtręq;. Ponatur enim A, B quidem nulli ineſſe, C autẽ alicui, conclusio erit B C. Si igitur ponatur B alicui C ineſſe, & A B maneat, conclusio erit, quoniam A alicui C non ineſt, sed non interimitur quod ex principio, contingit enim alicui ineſſe, & non ineſſe.

B Rursum, si B alicui C, & A alicui C nõ erit, syllogismus. Neutrum enim vl'e eorum quę sumpta sunt, quare non interimitur A B.



Cõclusionis Festino ad cõtrariã cõuersione nec minoris oppositũ in Ferio secundę, nec maioris i Ferison tertiæ syllogizari põt.

C Cum egisset de vniuersalibus in secunda figura, nunc agit de particularibus, & assignat duas siue regulas, siue conclusiones, & dicit. {Si autem particularis est syllogismus, contrarie quidem conuersa conclusione, neutra propositionum interimitur, quemadmodum in prima dictum est. Ibi enim dictum est, q̃ ex contrario conclusionis nulla propositionum interimitur, & per contrarium conclusionis, intelligit subcontrariũ. Dicit, {etiã neutra propositionum interimitur, quoniam si fit syllogismus. Deducitur particularis oppositа subcontrarie, quæ non interimit priorem propositionẽ, sed simul stat cum ea. Si autem syllogismus non fit, per talem syllogismum nihil interimitur, hæc est prima cõclusio. Deinde assignat secũdã, & dicit. {Oppositę aũt, si conuertitur conclusio, s. ad contradictoriũ, vtręq; propositiones interimuntur. Hæc est secunda. Deinde probat per exempla primam conclusionem, & principalem syllogismũ accepit in Festino, & dicit. Ponatur enim A B quidẽ nulli ineſſe, & erit maior, nullum B est A, C autem alicui, & erit minor, quoddam C est A, ñs stantibus in Festino, cõclusio erit, B C, hoc est, quoddã C nõ est B, hic est principalis syllogismus in Festino. Deinde declarat primam conclusionem, & dicit, si igitur ponatur B alicui C inesse, & sit subcontraria conclusionis, quoddam C est B, & hæc subcontraria accipiatur pro minore, & A B maneat pro maiore, ita vt propositiones sint, nullum B est A, quoddam C est B, conclusio erit, quoniam A alicui C non ineſt, in Ferio. Sed per talem syllogismum non interimitur, quod erat ex principio, s. prioris syllogismi minor, quoniam stant simul, stãt enim hæ ambę, quoddam C est A, & quoddam C non est A in materia non necessaria. Contingit enim in materia non necessaria, A alicui C ineſſe &, non ineſſe.


Cõmẽ. 108. 1. conclusio.

2. cõclusio.

Cõmẽ. 109. Quod nec maioris oppositũ in Ferison tertię.

Nunc declarat, ꝙ nec maior interimat, & supponens E factũ esse eundẽ syllogismũ in festino, dicit. ¶ Rursum si b alicui c, subaudi ponatur inesse, ita vt sit subcõtrariũ conclusionis, quoddã c est b, & a alicui c inerit, ita vt accipiat minor, prioris syllogismi, videlicet, quoddã c est a, non erit syllogismus, neutrũ enim vle est eorũ, q̃ sumpta sunt, licet fuerit figura tertia: quare, cũ propõnes nõ sint vles, nõ interimitur a b, quæ erat maior. Sic igit nec minor interimitur, cum non deducatur propositio, quæ sit illi incompossibilis, nec maior, cum ex puris particularibus in nulla figura aliqua propositio interimitur.

Si autem oppositę conuertatur, vtrę ꝙ interimũtur, nam si B omni C, A autem nulli B, nulli C A: inerat autem alicui. Rursum si B omni C: A autem alicui C, alicui B A.




Cõuersa cõclone Festino oppositę contradictorie minoris erat contradictoriũ ĩ cę larẽt, primæ ac maioris ĩ Disamis tertię qui inferri, possit ostensio.

Hic declarat secundã cõclusionẽ, videlicet, ꝙ si cõclusio conuertatur ad cõtradictoriũ, vtraꝙ propositio interimatur. & sumit exẽpla in eodẽ syllogismo facto in Festino, & dicit. ¶ Si aũt cõclusio ipsa oppositæ, s. ad cõtradictoriũ cõuertatur, interimunt vtrę ꝙ propõnes. & primo declarat ꝙ interimatur minor, & dicit, nã, si B omni C, subaudi ponatur inesse, quod erit cõclusionis cõtradictoriũ, videlicet, omne C est B, & accipiat pro minore, A autẽ nulli B, ita vt permaneat eadẽ maior, videlicet, nullum B est A, nulli C inerit A, & sic interimitur minor. Deinde docet interimere maiorem, & dicit. Cõmẽ. 110.

Rursum, si B omni C ponat inesse, quod erit cõclusionis cõtradictorium, videlicet, omne C est B, et accipiatur pro minore, A autem ponatur ineẽ alicui C, ita vt minor permaneat, & accipiatur pro maiore, alicui B inerit A, & sic per syllogismum in disamis interimitur maior, & sic vtrãꝙ interimuntur.

Eadem autem demonstratio, & si vniuersalis sit prædicatiua.



Cõuersa cõclusione Barocco cõtrarie, in nulla figura, quod nulla interimatur, ppositionũ eius, q̃ si conuertat contradictorie, & sumatur p minori cũ maiori sua, minoris contradictoriũ infertur, in primo primæ: si aũt sumatur p maiori cũ minori sua, inferẽ cõtradictoriũ maioris in Broccardo tertię.


Cum declarasset eas conclusiones de propositionib⁹ eius syllogismi, qui fit in Festino, dicit eadem autem demonstratio est, & si vniuersalis sit prædicatiua, hoc est, earum propositionum, quæ sunt syllogismi facti in Barocco, quoniam conuersa conclusione ad subcontrariũ, neutra interimitur, conuersa vero ad contradictorium, vtraꝙ, licet non per eandem figuram. Cõmen. 111

Caput. x. De syllogismo cõuertibili in tertia figura.

IN tertia vero figura quando contrarie conuertitur conclusio, neutra propositionum interimitur ſm nullum syllogismum, quando autem oppositę, vtrę ꝙ, & in omnibus.

Cum dixisset de secunda figura, nunc dicit, & de tertia, & assignat duas regulas. Quarũ primã ponit, & dicit. ¶ In tertia vero figura, quando cõclusio cõuertit cõtrarie, hoc est ad contrariũ, neutra propõnũ interimitur secũdũ nullũ syllogismũ, hoc est in nullo syllogismo tertiæ figurę interimi poterit aliqua propõ. Accepit autẽ F Aristo. cõtrarium pro subcontrario, quoniam, (vt Philoponus inquit,) in omni syllogismo tertiæ figuræ conclusio particularis est, & sic per contrarium, non nisi sub contrarium intelligi potest. Deinde ponit secundam regulam, & dicit. ¶ Quando autem conclusio conuertitur oppositę, hoc est in contradictorium, vtrę ꝙ interimi poterunt, & in omnibus modis tertiæ figuræ. Cõmẽ. 112. 1. regula. 2. regula.

Sit enim ostẽsum A alicui B inesse, medium aũt sumptum sit C. Et sint vniuersales propositiones, si ergo sumatur A alicui B non inesse, B autem omni C, nõ fit syllogismus eius, quod est, A de C. Neꝙ si A, B alicui nõ inest, C autem omni, erit eius, quod est, B C syllogismus.



Animatum. Homo.

Si conuertatur cõclo darapti, ac Disamis, ac Datisi contrarie nulla interimitur, p. põnũ eius.

Ostẽdit primã regulã de primo mõ tertiæ figuræ, & vult ꝙ si accipiatur A nõ omni B inesse, quod est subcontrarium cõclusionis prioris syllogismi, B aũt omni C, nõ põt fieri syllogismus in prima figura per A medium, q̃m maior erit particularis negatiua, ex qua in prima figura nihil sequitur. Dicit, ¶ sit enim ostensum A alicui B inesse, medium aũt sumptum sit C, & sint vniuersales propositiones, & fiat in Darapti syllogismus hoc pacto, omne C est A, oẽ C est B, igitur quoddã B est A, deinde declarat, ꝙ non possit cõuerti nec probari maioris subcõtrariũ ꝙ syllogismũ conuersiuum in prima figura, & dicit. Si ergo sumat A alicui B nõ inesse, quod est conclusionis subcõtrarium, pro maiore, B autẽ omni C, quæ erat minor, pro minore, syllogism⁹ nõ fit eius, quod est, A de C, ideſt per hunc syllogismum non sequitur, quoddam C non esse A, q̃m ex maiore particulari negatiua in prima figura nihil sequitur. Deinde declarat, ꝙ nec ad minorẽ conuersio fieri possit, & inquit. ¶ Neꝙ si A B alicui nõ inest, C autem omni, erit eius, quod est, B C syllogismus, sed eius, Cõmẽ. 113.

Cõuersa cõclusione darapti contradictorie; sumpta ꝙ p maiori cum minori conclu ditur oppositũ in cęlarẽt maioris, quod si sumatur p maiori, cum minori, inferẽt oppositũ minoris in secunda figura in cęlare.

eius,quod est c B,nam hoc pacto conuertendo in Baroco syllogismus erit in hunc modum,omne C est A,quoddam B non est A,igitur in Barocco, quoddam B non est C:modo hæc non est subcontraria,ppositæ minoris,erat enim minor,quoddã C est B,quare licet fiat syllogismus, tamen non erit ad propositum.

Similiter autem ostendetur, & si non vniuersales sint propositiones, aut enim vtrasq; necesse est particulares esse per cõuersionem, aut vniuersalem ad minorem extremitatẽ fieri. Sic autem non fiet syllogismus, nec in prima figura,nec in media.

Vide hãc in superiori figurã.


Cõmẽ. 114. Cum declarasset primam regulam in vlibus, nunc eã declarat in modis particularibus affirmatiuis tertię figurę,videlicet in Disamis,& Datisi.& dicit.Similiter aũt ostẽdetur,& si nõ vniuersales sint ambæ propõnes, sed altera particularis, altera vero vlis,& ambæ affirmatiuæ,& ꝙ ita sit in his,probat,et dicit,aut enim vtrasq; necesse est particulares esse per cõuersionẽ conclusionis ad subcontrariũ,& sic in nulla figura erit talis syllogismus; aut erit necesse vlem fieri ad maiorẽ extremitatẽ in prima figura,& sic in ea non fiet syllogismus. Verbi gratia,in Disamis si ex opposito conclusionis subcõtrario, cum maiore velis syllogizare oppositũ subcontrarium minoris, syllogismum facies in secunda figura ex particularibus vtrisq; hoc pacto,quoddam B non est A:quoddã C est A,modo ex his nihil syllogizatur.Sin autem velis syllogizare subcontrarium maioris syllogismus erit in prima figura ex maiore particulari negatiua hoc pacto.Quoddã B nõ est A,omne C est B, modo ex his nihil sequitur in prima figura. Amplius si in datisi velis syllogizare ex subcontrario conclusionis,cum maiore subcõtrarium minoris, syllogismus erit in secunda figura ex maiore particulari,hoc pacto. Quoddã B nõ est A omne C est A,modo ex maiore particulari in secunda figura nihil sequitur.Sin velis syllogizare subcontrariũ maioris, syllogismus erit in prima figura ex maiore particulari negatiua hoc pacto . Quoddã B nõ est A:quoddã C est B, modo ex his nihil syllogizat. Tũ quia maior est particularis negatiua in pria figura,tum qa vtręq; particulares, ex quib⁹ in nulla figura fit syllogism⁹, & sic patet prima regula etiam in modis particularibus affirmatiuis.

Si autem oppositę conuertatur,propositiones interimuntur vtręq;,nam si A nulli B, B autem omni C,A nulli C.

Rursum si A,B quidem nulli, C autem omni,B nulli C.

Et si altera non sit vniuersalis, similiter. Si enim A nulli B,B autem alicui C, A alicui C non inerit. Si autem A B quidem nulli,C autem omni,nulli C B,inerit.

Cõuersa cõclusione darapti contradictorie;sumpta ꝙ ,p maiori cum minori concluditur oppositũ in cęlarẽt maioris, quod si sumatur ,p maiori, cum minori,iferẽt oppositũ minoris in secunda figura in cęsare.




A Nunc probat secundam regulam & primo in modis vniuersalibus affirmatiuis,& dicit. Si autem oppositę,hoc est in contradictorium conclusio conuertatur, propositiones interimuntur vtrąq;, & primo docet interimere maiorem eius syllogismi , qui fit in Darapti, per syllogismum conuersiuum ex contradictorio conclusionis cum minore,in prima figura, hoc pacto , nullum B est A, contradictorium conclusionis est hoc , omne C est B, hæc fuit minor, igitur nullum C est A , hoc est contradictorium,maioris, & dicit. Nam si A nulli B inest , hoc est contradictorium conclusionis , B autem omni C, hæc fuit minor A nulli C inerit , hoc est contradictorium maioris. Cõmẽ. 115.

Nunc docet ex contradictorio conclusionis interimere minorem per syllogismum in secunda figura , & dicit. Rursum, si A B quidem nulli , hoc est contradictorium conclusionis eiusdem syllogismi,qui prius in Darapti factus est. C autem omni , hæc fuit maior, B nulli C B inerit,hæc est oppositum minoris , & sic patet per contradictorium conclusionis interimi vtranq; syllogismi, qui fit in Darapti. Cõmẽ. 116.

Eandem secundam regulam probat in particularibus affirmatiuis , & primo propositionum eius syllogismi,qui fit Datisi,& dicit.{Et si altera non sit vniuersalis, sed particularis , similiter interimuntur vtrąq;, & primo docet interimere maiorem, & dicit.{Si enim A nulli B,scilicet insit, hoc est contradictorium conclusionis,B autem alicui C,hæc fuit minor prioris syllogismi. A alicui C non inerit,& sic destruitur maior. Deinde docet interimere minorem per syllogismum in secunda figura,& dicit,si autem A B quidem nulli , hoc est conclusionis oppositum , C autem omni , hæc fuit maior, nulli C B inerit, hoc est oppositum minoris . Simili ratione possunt interimi vtrąq; eius syllogismi,qui fit in Disamis,vt patet consideranti. Cõmẽ. 117.

C Similiter & si priuatiuus sit syllogismus. ostendatur enim A alicui B non inesse, sit autem prædicatiua quidem B C, A C autem negatiua,sic enim fiebat syllogismus , quando igitur contrarium sumitur conclusioni non erit syllogismus , nam si A alicui B, B autem omni C,non fit syllogismus eius, quod est A C.Neq; si A alicui B , nulli autem C fiet eius syllogismus , quod est B C , quare non interimuntur propositiones.

D




In hac, si cõuertatur cõclusio cõtrarie,nulla tollitur propõnũ:nã in prima & secunda figura, mator esset pticularis.

Nunc ostendit primam regulam in negatiuis , & primo in vniuersalibus , & declarando regulam in vniuersalibus . Primo declarat eam in syllogismo , qui est in Felapton, & dicit.{Similiter vera est regula, si syllogismus sit vniuersalis priuatiuus , & ꝙ ita sit , declarat, & primo conficit syllogismum in Felapton , & dicit. Cõmẽ. 118.

{Ostendatur enim A alicui b non ineſſe, & ſit prædicatiua quidem B c, ſcilicet minor, A c autem maior ſit negatiua, ſic enim fiebat ſyllogiſmus in Felapton, videlicet, nullum c eſt A, omne c eſt b, igitur quoddam B nō eſt A. Tunc declarat, quòd ex ſubcontrario non licet interimere aliquam propoſitionem, & dicit. {Quando igitur contrarium ſumitur concluſioni, hoc eſt ſubcontrariū, non erit ſyllogiſmus, & quod non erit ſyllogiſmus, probat, & dicit. {Nam ſi A alicui b, hoc eſt ſubcontrarium concluſionis, b autem omni c, non fit ſyllogiſmus eius, quod eſt, A c, ſcilicet contrarij ſiue ſubcontrarij maioris, immo nullus fit ſyllogiſmus omni ex maiori particulari. Deinde declarat, quòd nec poteſt interimi B c minor, & dicit. {Neque ſi A alicui b, quod eſt ſubcontrarium concluſionis, nulli autem c, hæc fuit maior, ex his fiet eius ſyllogiſmus, quod eſt, b c minoris, nam licet forte haſſe hic ſit ſyllogiſmus in Feſtino, videlicet, nullum C eſt A, quoddam B eſt A, concluſio erit, quoddam b nō eſt c, & ſic non erit ad propoſitum. Quare, (vt inquit,) ex contrario concluſionis non interimuntur propoſitiones.

Quando vero oppoſitum, interimūtur, nā ſi A omni B, & B omni C: A omni C, ſed nulli inerat. Rurſum, ſi A omni B, nulli autem C, B nulli C, ſed omni inerat.




Animal. N. Cygnus.

Cōuerſionis concluſione ad oppoſita, vtræque tolluntur, pōnes: maior quidē in barbara, minor autē in cameſtres.

cōmen. 119. Nunc probat ſecūdam regulam etiam exemplo ſumpto ab ipſo Felapton. & primo repetit eam, & dicit: {quando vero oppoſitum concluſionis ſumitur cum altera propoſitione, interimuntur, ſubaudi vtræque.


Deinde probat hanc regulam ſupponens ſyllogiſmum factum in Felapton, & primo, quòd interimatur maior ex oppoſito concluſionis cum minore, & dicit. {Nam ſi A omni b, hoc eſt oppoſitum concluſionis, & B omni c, hæc fuit minor, A inerit omni c, hoc eſt contrarium maioris, ſed nulli C inerat A. Quare bona eſt cōuerſio. Deinde probat, quòd minor interimatur ex eodem oppoſito cum maiore, & dicit. Rurſum ſi A omni B ineſt, hoc eſt oppoſitum cōcluſionis, & A nulli c ineſt, hæc fuit maior, B nulli c inerit, ſed omni inerat, & ex cōtradictorio minoris cum maiore, interimit minor. Quare interimuntur vtræq;.

Similiter autem demonſtratur, & ſi nō vniuerſales ſint propoſitiones. Sit enim A C vniuerſalis & priuatiua, altera autem particularis & prædicatiua, ergo, ſi A quidem omni B, B autem alicui C, A alicui C accidit, ſed nulli inerat. rurſum, ſi A omni B, nulli autem C, & B nulli C inerit.



Veriſon concluſio ſi oppoſitę cōuertatur, ac cū minori ſumatur infert in Darii maioris oppoſitum, ſi autē conuerſa ſumatur, p maiori cū maiori eiuſdem, p minori iferi i cameſtres minoris oppoſitum.

Si autem A alicui B, & B alicui C, non ſit ſyllogiſm⁹, neq; ſi A alicui B, & nulli C, ſic fit, quare illo quidem modo interimuntur, ſic autem non interimuntur propoſitiones.



Biuſdē modi ſi concluſiōis ſubcōtrariū ſumatur, nō licet ſyllogizare vtriuſq; eius ppōnis oppoſitū in prima, ſeu in ſecunda figura.

Nunc declarat eandem ſecundam regulam in particularibus negatiuis exemplo dūtaxat ſumpto à feriſon, & primo repetit regulam, & dicit. {Similiter autem ex oppoſito concluſionis cum altera propoſitione demonſtratur oppoſitum alterius, & ſi non vniuerſales ſint propoſitiones, hæc eſt regula. Deinde probat hanc, & primo conficit ſyllogiſmum conuertendum in Feriſon, & dicit. {Sit enim A c, ſcilicet maior vniuerſalis, & priuatiua, altera autem, ſcilicet B C, minor particularis, & prædicatiua. vt ſit ſyllogiſmus in Feriſon hoc pacto, nullum C eſt A, quoddam c eſt b, igitur quoddā B non eſt A, tunc docet interimere maiorem ex oppoſito concluſionis cū minore, & dicit. {Ergo, ſi A quidē omni b ineſt, hoc eſt oppoſitum concluſionis, B autē alicui c, hæc fuit minor, A alicui C accidet, ſed nulli inerat, patet igitur oppoſitū maioris per ſyllogiſmum in prima figura. Deinde docet deſtruere minorē ex oppoſito concluſionis cum maiore, per ſyllogiſmū in ſecunda figura, & dicit. {Rurſum, ſi A omni B, hoc eſt concluſionis oppoſitum, & A nulli C, hæc fuit maior, & B nulli C inerit, hoc eſt oppoſitum minoris. Deinde probat primam regulam etiam exemplo ſumpto ab eodem, & primo probat q̄ ex ſubcontrario concluſionis, cum minore non licet interimere maiorem, & dicit. {Si autem A alicui B, hoc eſt concluſionis ſubcontrarium, & B alicui C, hæc fuit minor, non fit ſyllogiſmus, & ſic nō interimitur maior. Deinde, q̄ nec minor, & dicit. {Neque ſi A alicui B, hoc eſt *concluſionis* ſubcontrarium, & A nulli C, ſic ſyllogizando fit ſyllogiſmus, ex maiore enim particulari non fit ſyllogiſmus in ſecunda figura. Tunc epilogando breuiter regulas, dicit. {Quare illo quidem modo interimūtur propoſitiones, ſcilicet ex oppoſito concluſionis, ſic autem, ſcilicet ex contrario, non interimuntur.

cōmē. 120. cōmen. 123. cōmen. 124.

Manifeſtum

Rōnabilis dilucidatoris excuſatio quē vinam omnes imitentur.

Cap. xi. De q impoſſibile ſyllogiſmo.

Manifeſtum eſt ergo ex ijs, quæ dicta ſunt, quomodo conuerſa cõcluſione in vnaquaq; figura, fit ſyllogiſmus, & quando cõtrarie propoſitioni, & quando oppoſitæ.

cõmen. 121. Nunc, vt Philoponus inquit, breuem aſſumptionem facit eorum, quæ dixit in tribus figuris, & primo eorum quæ dixit generatim, & inquit. {Manifeſtum eſt ergo ex ijs, quæ dicta ſunt, quo modo conuerſa concluſione in vnaquaq; figura fit ſyllogiſmus, & hoc generatim in omnibus, & etiam manifeſtum eſt ex dictis, quando cõtrariæ propoſitioni fit conuerſio quando oppoſitæ, non enim ſemper ex contrario concluſionis cum altera infertur contrarium alterius, nec ſemper ex oppoſito concluſionis cũ altera interimitur altera, ſed ex dictis patet quãdo ſic, & quando non.

Et quoniam in prima quidem figura, per mediam & poſtremam fiũt ſyllogiſmi, & quæ quidem ad minorẽ extremitatem, ſemper per mediam interimitur, quæ vero ad maiorem, per poſtremam.

cõmen. 122. Nũc reſumit quæ dixit de ſyllogiſmis in prima figura. Et primo ea, quæ dixit communiter de ſyllogiſmis in prima figura, & dicit. {Et manifeſtum eſt etiam ex dictis, quoniam eorum ſyllogiſmorũ, qui in prima quidẽ figura fiunt, per mediam & poſtremam fiunt conuerſiui ſyllogiſmi interimẽtes propoſitiones, hæc cõmuniter dicta ſunt de ſyllogiſmis in prima figura, deinde reſumit, quæ ſpeciatim, & dicit. {& quæ quidem ad minorẽ extremitatem propoſitio eſt, ſemper per mediã figuram interimitur, quæ vero ad maiorem, per poſtremam. Hæc de ijs, quæ ſpeciatim dicta ſunt.

In ſecunda autem, per primam, & poſtremam, quæ quidem ad minorem extremitatẽ, ſemper per primam figuram, quę vero ad maiorem, per poſtremam.

cõmen. 123. Reſumit ea, quæ dicta ſunt de ſyllogiſmis in ſecũda figura, & primo ea, quę de illis generatim dicta ſunt, & dicit. {In ſecunda autem maifeſtum eſt, q; cõuerſiui ſyllogiſmi fiant per primam, & poſtremam. Deinde ſpeciatim reſumit, & dicit. {Quæ quidẽ ad minorem extremitatem, ſemper per primam figuram interimitur, quę vero ad maiorem interimitur per poſtremam.

In tertia vero, per primã & per mediã, quæ quidẽ ad maiorẽ per primã ſemper, quæ vero ad minorem, per mediã ſemper. Quid ergo eſt conuertere, & quo modo in vnaquaq; figura, & quis fit ſyllogiſmus manifeſtum eſt.

cõmen. 124. Reſumit etiam ea quę dicta ſunt de ſyllogiſmis in tertia figura, & dicit. {In tertia vero, patet q; propoſitiões interimãtur p primã & mediam. Hæc de his, quæ generatim dicta ſunt. Quæ quidem ad maiorem interimitur, ſemper per primam, quæ vero ad minorẽ, interimitur p mediam ſemper. Tunc epilogat, & dicit. {quid ergo eſt cõuertere quoniam eſt ſyllogizare ex contrario vel oppoſito concluſionis cum altera propoſitione oppoſitum vel cõtrariũ alterius, & quo modo fiat cõuerſio in vnaquaq; figura, & quis ſyllogiſmus fit per cõuerſionẽ, manifeſtum eſt. Hæc de ſyllogiſmi cõuerſione. Quæſtiones vero, quæ hic à Iunioribus diſputantur, prætermiſimus, nè tot cauillamentis mentem ſtudioſorum, iuuenum cõfundamus, ſatis enim nobis eſt dixiſſe, ea quę ex Philoponi commentarijs intelligere potuimus.

Rõnabilis dilucidatoris excuſatio quẽ vtinam omnes imitentur.

Cap. xi. De p impoſſibile ſyllogiſmo.

PEr impoſsibile autẽ ſyllogiſmus oſtenditur quidẽ, quãdo cõtradictio ponitur cõcluſionis, & aſſumitur altera propoſitio.

Cum compleuerit de conuerſione in ſyllogiſmo, nũc de deductione ad impoſsibile dicit. Et primo definit deductionem ad impoſsibile, & dicit. {per impoſsibile autem ſyllogiſmus oſtẽditur} hoc eſt deſcribitur quidem. {quando ponitur contradictio concluſionis, & aſſumitur altera propoſitio nota reſpondenti, quam ipſæ verã aſſerit, & ex his vtriſq; deducitur aperte impoſsibile, vel aperte falſum, & per concluſionem, non concluſionem probatam, atq; ſyllogizatam intelligit, ſed probandam ac ſyllogizandam. Quoties igitur ex oppoſita concluſionis probandæ, cum aliqua alia manifeſta vera, vel reſpõdenti nota, deducitur quoddam manifeſte impoſsibile, aut manifeſte falſum, hæc deductio dicitur ad impoſsibile. Fit autem hæc deductio ad illud manifeſte impoſsibile, vel manifeſte falſum, vt regreſſus fiat, & interimatur illud oppoſitum concluſionis probandę, quod conceſsit reſpondens, & hoc, vt habeatur ab opponente veritas eius concluſionis probandæ, quã propoſuit. Verbi cauſa, proponatur hæc, omnis homo eſt riſibilis, quam opponens probare intendat, & reſpondẽs neget eam, dicet ergo opponens, detur oppoſita, videlicet aliquis homo non eſt riſibilis. Si hanc dabit, opponens huic, addet hãc veram & manifeſtam reſpondenti, omne animal rationale eſt riſibile, & ſyllogizabit in Barocco aliquam concluſionem manifeſte falſam ex his hoc pacto, omne animal rationale eſt riſibile, hęc eſt manifeſte vera, quidam homo non eſt riſibilis, quæ erat data à reſpondente, igitur quidam homo non eſt animal rationale modo hæc concluſio eſt aperte falſa. Quare regrediendo aliqua propoſitio erit falſa, & impoſsibilis, non enim poteſt concluſio eſſe falſa, niſi aliqua propoſitionũ aſſumptarũ ſit falſa, & non eſt maior falſa, quoniam fuit aperte vera, & cõceſſa, igitur minor erit falſa. Minor autem eſt, aliquis homo nõ eſt riſibilis, igitur hæc eſt falſa, & cum hæc ſit falſa, ſua cõtradictoria erit vera, videlicet, omnis homo eſt riſibilis, & ſic habetur concluſio intenta.

cõmen. 125.

Propoſitio probanda.
Omnis homo eſt riſibilis.
Riſibile.



Animal. Rationale. Al.non. Homo.

Exẽplũ ſyllogiſmi ad impoſsibile.


Quare deductio ad impoſsibile fit quoties ex oppoſita concluſionis propoſitæ & probandæ, cum aliqua altera manifeſte vera, deducitur quoddam manifeſte impoſsibile, vt videlicet ex iſto regrediatur opponens ad falſitatem eius, quod conceſſerat reſpondens, & hoc, vt relinquatur veritas concluſionis propoſitæ, quæ erat probãda. Ex ijs patet tam Ariſto. quam Philoponum bene appellaſſe ſyllogiſmum hunc. Ariſto. quidem ſyllogiſmum ex impoſsibili, Philoponum vero deductionem ad impoſsibile. Dicitur. n. deductio ad impoſsibile, quatenus deducit ad impoſsibile aperte abſurdum. Quatenus vero ex illo abſurdo impoſsibili ſyllogizato deducitur regrediendo præpoſita concluſio, quæ erat probanda, dicitur ſyllogiſmus ex impoſsibili. Vlterius patet in ſyllogiſmo per impoſsibile eſſe tria præcipue conſideranda, videlicet id, quod dicitur propoſita concluſio, ſiue probanda, vt omnis homo eſt riſibilis, id etiam quod dicitur hypotheſis, & eſt oppoſitum concluſionis propoſitæ, videlicet aliquis homo non eſt riſibilis, & id quoque quod dicitur coaſſumpta propoſitio, quę coaſſumitur vt aperte vera, vt omne animal rationale eſt rſibile, ex his

ex his.n.duobus fit deductio ad impoſsibile. Amplius patet in ſyllogiſmo per impoſsibile eſſe duos proceſſus, alterum qui fit ex hypotheſi,& coaſſumpta propoſitione,alterum quo regredimur ad veritatem concluſionis propoſitæ.Et hic ſecundus conſtat ex tribus conſequẽtijs,prima eſt cum argumentamur, concluſio eſt impoſſibilis,igitur altera propoſitionum. Secunda,cum dicimus & non eſt impoſsibilis coaſſumpta,igitur hypotheſis. Tertia cum dicimus,hypotheſis eſt impoſsibilis,igitur concluſio propoſita,quę erat ei cõtradictoria, ſic igitur duo proceſſus ſunt,alter qui dicitur deductio ad impoſsibile,alter, qui dicitur ſyllogiſmus ex impoſsibili,q̃ fit ex tribus conſequentijs. Totus autem ſyllogiſmus, qui continet ambos hos proceſſus, dicitur ſyllogiſmus per impoſsibile. De vtilitate vero licet Iuniores diſputent ſatis abunde, tamẽ videtur huiuſmodi ſyllogiſmus vtilis potiſsimum ſcientijs,vt propoſitiones,atq; earum prima principia probentur contra proteruos. Quam rẽ ſeruauit Ariſto.Quarto Methaphyſicę contra eos, qui negarunt prima principia, ea.n.nõ alio quã deductione ad impoſsibile probauit.

Fit autem in omnibus figuris, ſimile enim eſt conuerſioni,verum tamen differt in tantũ, quoniam conuertitur quidem facto ſyllogiſmo, & ſumptis vtriſque propoſitionibus,deducitur autem ad impoſsibile,non ex conceſſo oppoſito prius, ſed manifeſto, quoniam eſt verum.

Cõmẽ. 126. Cum deſcripſiſſet deductionem ad impoſsibile, nũc vult ponere conuenientiam & differentiam inter deductionem ad impoſsibile, & cõuerſionem in ſyllogiſmo, & primo ponit conuenientiam, vt Philoponus exponit & dicit. {fit autem, ſcilicet deductio ad impoſsibile in omnibus figuris} ſimile.n.eſt quantum ad hoc conuerſioni,quæ fit in ſyllogiſmis, hæc igitur eſt conuenientia. Deinde aſsignat differentiam & dicit. {verũtamen differt in tantum,quoniam conuertitur quidem facto ſyllogiſmo} hoc eſt,quoniam in conuerſione ſupponitur factus ſyllogiſmus,& ſumptis vtriſq; propoſitionib⁹ ſeorſum,ſubaudi illius facti ſyllogiſmi cum oppoſito,vel cõtrario concluſionis, infertur nunc vnius propoſitionis, nunc alterius oppoſitum,vel contrarium. Deducitur autem ad impoſsibile, non ex conceſſo oppoſito prius, ſubaudi ſyllogizatæ cõcluſionis,ſed ex manifeſto quoddam coaſſumpto cum oppoſito propoſitionis vel cõcluſionis probandæ,inferendo aperte impoſsibile,vt regreſſus fiat ad veritatem propoſitæ concluſionis. Eſt ergo differentia, vt Philoponus colligit prima, q̃ in conuerſione ſupponatur ſyllogiſmus, & poſtea conuertatur,in deductione ad impoſsibile abſque ſyllogiſmo ſuppoſito oſtenditur abſurdum. Ponit & alias differentias Philoponus. Et ſic ſecunda differentia erit,q̃ in conuerſione tam ad contrarium propoſitionis, quam ad contradictorium conuertitur ſyllogiſmus, in deductione autem ad impoſsibile,non niſi ad contradictorium dicitur, vt videbitur. Tertia differentia eſt,q̃ in conuerſione oſtendit ex contrario,vel oppoſito concluſionis contrarium, vel oppoſitum alterius propoſitionis,in deductione vero ad impoſsibile, ſolum ex oppoſito propoſitæ concluſionis probandæ cum altero quodam aſſumpto,manifeſte vero deducit quoddã aperte impoſsibile, vel falſum, vt ex illo regreſſus fiat ad veritatem propoſitæ concluſionis,hæc Philoponus de differentijs. Iuniores vero addunt quartam differentiam, q̃ ſyllogiſmi conuerſio fiat ad oſtendendam neceſsitatem ſyllogiſmi prius facti, deductio autem ad impoſsibile,ad oſtendendam veritatem propoſitæ concluſionis. Quintam quoq;, q̃ conuerſio procedere poteſt ex vtriſq; veris, deductio autem ad impoſsibile non niſi ex altera falſa,& altera vera, hæc de differentijs.

Termini vero ſimiliter ſe habent, & vtrorunq; eadem eſt ſumptio. Vt ſi A ineſt omni B: medium autem C ſi ſupponitur aut nõ omni, vel nulli B ineſſe,C vero omni quod fuit verũ, neceſſe eſt C,B aut nulli,aut non omni ineſſe, hoc autem impoſsibile,quare falſum eſt quod ſuppoſitum eſt, verum ergo oppoſitum. Similiter autem in alijs figuris, quare quæcunque conuerſionem ſuſcipiunt & per impoſsibile ſyllogiſmum. Quare γὰρ enim.



Cameſtres ſeu feſtino ſecundæ figuræ ad probã dã per impoſsibilẽ minorem in Barbara.

Cõmẽ. 127. Nunc vult declarare, q̃ ſyllogiſmus conuerſiuus aliquo pacto ſit ſyllogiſmus per impoſsibile. Et hoc ideo, quia ſyllogiſmus conuerſiuus eſt ſecundus ſyllogiſmus, G qui ſumit oppoſitum vel contrarium cõcluſionis, & ex illo cum altera propoſitione deducit oppoſitum vel contrarium alterius, quod oppoſitum vel contrariũ eſt manifeſte impoſsibile, & ſic talis ſyllogiſmus conuerſiuus erit ſyllogiſmus per impoſsibile, quatenus per oppoſitũ vel contrarium concluſionis,quod eſt impoſsibile, ſyllogizat oppoſitum alterius propoſitionis,quod eſt aperte impoſsibile, & hoc, vt fiat regreſſus ad veritatem prioris cõcluſionis,ex cuius oppoſito proceſsit,hæc exponit exemplo & dicit. {Termini autem ſyllogiſmi conuerſiui & deducentis ad impoſsibile ſimiliter ſe habent, quoniam amborum termini ſunt A C B,& vtrorunq; ſyllogiſmorum eadem vel conſimilis eſt ſumptio, quoniam in vtroq; ſumitur oppoſitum concluſionis, non tamen eodem modo,vt dictum eſt,quoniam in deductione ad impoſsibile ſumptio eſt oppoſiti concluſionis non ſyllogizatæ, ſed propoſitæ, in conuerſione autem ſumptio eſt oppoſiti concluſionis prius ſyllogizatæ. Declarat hæc H exemplo, & dicit. {vt ſi A ineſt omni B per C medium in Barbara. Tunc,ſi ſupponatur A non omni vel nulli B ineſſe,quod eſt oppoſitum vel contrarium concluſionis, C vero omni, quæ fuit maior, & fuit vera,neceſſe eſt C, B aut nulli,aut non omni ineſſe,quod eſt oppoſitum minoris, hoc autem eſt impoſsibile: quare quod ſuppoſitum eſt, ſcilicet contrarium vel contradictorium concluſionis falſum eſt.addit. {ſimiliter autem in alijs figuris quoniam in omnibus ſyllogiſmus conuerſiuus eſt per impoſſibile,& deducens ad impoſsibile. Quatenus.n.ſumit oppoſitum concluſionis,quod eſt impoſsibile, & ex illo ſyllogizat cum altera propoſitione vera, per impoſsibile ſyllogiſmus dicitur,quatenus autem deducit ad apertè impoſsibile,deductio ad impoſsibile dicitur. Tunc concludit propoſitum, & dicit. {quare quæcunq; conuerſionem ſuſcipiunt, & per impoſsibile ſyllogiſmum ſuſcipiunt. Vtrum vero contra, non apparet ex verbis Ariſto.


Oſtenſio q̃ nõ monſtretur p impoſsibile vniuerſalis affirmatiua in prima figura ſumẽdo contradictoriũ ppoſitæ cõcluſionis quia cõplicationes eſſent aut ex minori negatiua, aut ex maiori particulari, quæ i prima figura inutiles ſunt ſi vero ſumatur cõtrariũ nec ſimiliter monſtrat, cũ contraria ſimul falſa eſſe contingat. Cõmẽ. 128.

Aristo. solum.n.habemus ꝙ omnis syllogismus conuersiuus sit syllogismus per impossile. Sed Philoponus dicit oppositum, quoniam, vt inquit, quæcunq; per impossibile ostenduntur, & conuersione ostenduntur, quę cunq; vero conuersione nullo modo per impossibile. nã vt inquit, conuersio in plus est deductione ad impossibile. Fortasse communis Philoponus conuersionem accepit, quam Aristo.

De prima figura.

ERgo alia quidẽ problemata omnia ostenduntur per impossibile in omnibus figuris, vniuersale autem prædicatiuum in media, & tertia demonstratur, in prima autem non demonstratur. Supponatur.n.A non omni B, aut nulli inesse, & assumatur alia propositio vtrolibet modo siue A omni insit C siue B omni D.(sic.n.erat prima figura). Si ergo supponatur A non omni B inesse, nõ fiet syllogismus quomodolibet sumpta propositione.

Si autem nulli, quando quæ est B D assumatur, syllogismus quidem erit falsi, non ostenditur autem propositum: nam si A nulli B, B autẽ omni D, A nulli D inerit, hoc autem sit impossibile. Falsum igitur est nulli B inesse A, sed non si nulli falsum, omni verum erit, si autem, quæ est A C assumatur, nõ fit syllogismus, sicut nec quando supponitur nõ omni B inesse. Quare manifestum, quoniam omni inesse non ostenditur in prima figura per impossibile.



Ostensio qđ nõ monstretur p impossibile vniuersalis affirmatiua in prima figura sumẽdo contradictoriũ ppositæ cõclusionis quia cõplicatiões essent aut ex minori negatiua, aut ex maiori particulari, quæ i prima figura inutiles sunt si vero sumatur cõtrariũ nec similiter monstrat, cũ contraria simul falsa esse contingat. Cõmẽ. 128.


Cum accepisset conuenientiam & differentiam inter conuersionem in syllogismo, & deductionem ad impossibile, nunc ad rem venit, & ponit trimembrem conclusionem, & dicit. Ergo alia quidem problemata omnia ostenduntur per impossibile in omnibus figuris, & per alia omnia, intelligit omnia alia prẽter problema vniuersale prædicatiuum, ideo subdit vniuersale autem prædicatiuum in media, & tertia demonstatur, in prima autẽ non demonstratur. hæc est conclusio. Tunc probat, ꝙ problema vniuersale prędicatiuũ nõ probetur in prima, quoniã siue contrarium, siue contradictoriũ propositæ conclusionis assumatur, cum altera quauis propositione siue supra, siue infra assumpta, aut nõ fiet syllogismus aut si fiet, non valebit ad demonstrandum propositũ. Et ꝙ ita sit probat, & dicit. {Supponatur.n. A non omni B aut nulli inesse} quasi dicat, sit conclusio proposita, omne B est A: quam, si negat respondens, sumatur contrariũ vel contradictorium, vt nullũ B est A, aut quoddam B nõ est A, & assumatur postea alia ꝓpositio vtrolibet modo, siue supra A sumendo C, ita, vt C insit omni A, siue sumendo sub B D, ita vt B ipsum insit omni D: sic. n. vt inqt, erat prima figura, si.n. supra A sumitur C, erit. syllogismus, qđdam B non est A, hæc.n. erat oppositũ conclusionis propositæ, quæ nũc sumitur vt minor, omne A est C, hæc est maior coassumpta, & aperte vera, at patet hoc pacto nõ esse syllogismum in prima figura, quia ex minore negati ua, nullus in prima figura syllogismus fit. Sin autem sub B accipiatur C erit syllogismus, omne D est B: hæc.n. erit coassumpta propositio, & minor aperte vera, quoddam B non est A: hæc est oppositа conclusionis propositæ & maior. At constat, ꝙ nec sic est syllogismus in prima figura, quoniam ex maiore particulari nullus in prima figura syllogismus fit. Ex his concludit propositum & dicit. {Si ergo supponatur A nõ omni B inesse, ita vt detur a respondente contradictorium propositæ conclusionis, non fiet syllogismus quomodolibet sumpta propositione, hoc est nec sumendo supra A, nec sumẽdo sub B: patet igitur ꝙ concesso contradictorio conclusionis propositę in prima figura non fiat syllogismus.

Nunc probat, ꝙ nec si detur contrarium propositę cõclusionis in prima figura, deductio ad impossibile fieri poterit, quoniam coassumpta altera, vel non fiet syllogismus, vel si fiet, non erit ad propositum, & dicit. {Si autẽ sumatur A nulli B inesse, quod est propositę conclusionis contrarium, syllogismus quidem, qui fit per acceptionẽ ipsius D sub B, erit falsi, atq; deducens ad falsum, non ostẽditur autem propositum, quoniam cum fit regressus, solum habebitur, ꝙ illud contrarium sit falsum, non tamẽ habebitur, ꝙ propositа cõclusio illi falso contraria sit vera, quoniam cõtraria possunt esse simul falsa, & hoc probat, Primo accipiendo D sub B: & dicit. {nam si A nulli B accipiatur inesse ab aduersario, B autem omni D, & coassumatur hæc pro minore, omne D est B, A nulli D inerit, hoc autem sit impossibile, quasi dicat, licet nõ sit impossibile, sumatur vt impossibile, & falsum, hoc autem tanquam falso & impossibili sumpto, regrediendo, igitur falsum erit A nulli B inesse, quod erat contrarium conclusionis propositæ, non tamen habetur intentum, quoniã licet hæc propositio, nullum B est A sit falsa, tamen non sequitur, vt hæc, quæ est ei contraria, sit vera, videlicet, omne B est A, quoniam possunt simul falsæ esse, & propterea dicit. {Sed non si A nulli b inesse falsum est A omni b inesse, verum erit, patet igitur, ꝙ accipiendo D sub b, fit syllogismus, sed non ad propositum. Deinde probat, ꝙ assumendo C supra A non fiat syllogismus & dicit. {Si autẽ assumatur ea propositio, quæ est C A, videlicet, omne A est C nõ fit syllogismus, quoniam maior est affirmatiua, & minor negatiua, ex quibus nulla directa conclusio syllogizatur, in prima figura. Et quasi epilogando dicit. {sicut nec quando supponitur non omni b inesse A: quod est propositæ conclusionis cõtradictorium, fit syllogismus in prima figura. Quare manifestum, qm̃ omni inesse non ostenditur in prima figura per impossibile.

Cõmẽ. 129.

Alicui autem, & nulli, & non omni ostenditur. Supponatur enim A nulli B inesse, B autem sumptum sit omni aut alicui C, ergo necesse est A nulli aut nõ omni C inesse. Hoc autem impossibile, sit.n. verum & manifestum, quoniam omni C inest A. Quare, si hoc falsum, necesse est A alicui B inesse.

Si autem ad A sumatur altera propositio, nõ erit syllogismus, nec quando subcontrarium conclusionis supponitur, vt alicui non inesse. Manifestum ergo, quoniam oppositum sumendum est.



In his syll's assumpta ad minore extremitatẽ ꝓpositione, ꝑticularis affirmatiua in prima figura, ꝑ impoſſe affluitur, assũpta non ad maius extremũ minime, nã minor est negatiua


Nunc

Cõmẽ. 130. Nunc proponit ſecundam regulam vniuerſalem, videlicet, ꝙ particularis affirmatiua, vniuerſalis negatiua, & particularis negatiua, deductione ad impoſsibile oſtẽduntur in prima figura, & dicit. {alicui autem, ſubaudi B ineſſe A, & nulli B ineſſe A, & non omni B ineſſe A oſtenditur ſcilicet in prima figura deductione ad impoſsibile. Et primo declarat, ꝙ particularis affirmatiua deductione ad impoſsibile oſtendatur in prima figura. Et primo ſumit hypotheſim, quæ eſt contradictoria particularis affirmatiuę, videlicet vniuerſalis negatiua, & dicit. {ſupponatur enim A nulli B ineſſe, hæc enim eſt hypotheſis, eſt enim contradictoria particularis probãdæ, videlicet illius, quoddam B eſt A ſi ergo hæc non ſit vera, ſumatur oppoſita videlicet, nullũ B eſt A pro hypotheſi vera. Deinde ſub B ſumatur C cui omni aut alicui B inſit, & dicit B autem ſumptum ſit omni, aut alicui C ineſſe} quaſi dicat coaſſumpta vero ſit, omne C vel quoddam C eſt B ex his, ergo neceſſe eſt A nulli, ſcilicet in celarent, aut non omni C in Ferio ineſſe, tunc docet recurrere, & dicit, hoc autẽ impoſsibile, & quia poſſet eſſe controuerſia de veritate & impoſsibilitate huius, dicit. {ſit. n. verum & manifeſtum, quoniam omni C ineſt A, & ſic illatũ illud erit impoſsibile, & falſum, tunc concludit propoſitum & dicit, quare ſi hoc falſum eſt & impoſsibile, neceſſe eſt A alicui B ineſſe, quia ex illo infertur falſam eſſe hypotheſim, & ſic ſua contradictoria erit vera, quæ erat particularis affirmatiua.

Cõmen. 131. Deinde declarat inutiles deductiones ad impoſsibile, & dicit. {Si autem ad A ſumatur altera propoſitio, videlicet accipiendo D ſupra A nõ erit ſyllogiſmus, quoniam minor erit negatiua, ex qua in prima figura nihil ſequitur, neq; quando ſubcontrarium concluſionis ſupponitur, ſubaudi erit ſyllogiſmus, vt ſi ſumatur alicui B A nõ ineſſe, quoniã ex maiore particulari in prima figura non fit ſyllogiſmus. Propterea dicit, manifeſtum ergo, quoniam oppoſitum ſumendum eſt, hoc eſt contradictoriũ pro hypotheſi.


G Rurſum ſupponatur A alicui B ineſſe, ſumptum autem ſit C omni A, neceſſe eſt igitur C alicui B ineſſe, hoc autem ſit impoſsibile, quare falſum quidem ſuppoſitum eſt, ſi autem ita, verum eſt nulli ineſſe. Similiter autem & ſi priuatiua ſumpta ſit C A, ſi autem ad B ſumpta ſit propoſitio, non erit ſyllogiſmus.

In his ſyllis vſis negatiua afluit per ipoſsibile in prima figura ſi aſſumaf ad maius extremũ propõ. ſ. ad ipm A: ſi vero coaſſumatur ad minꝰ extremũ ſ. b. ipm d nihil cõcludit cũ maior ſit particularis. cõmen. 132.



H Secũdo hic declarat, ꝙ vniuerſalis negatiua deductione ad impoſsibile ſyllogizatur, & primo docet ſumere hypotheſim, & dicit. {Rurſum ſupponatur A alicui B ineſſe, hoc eſt, ſumatur pro hypotheſi, aliquod B eſt A, quæ eſt opppoſita vniuerſalis negatiuę. Deinde docet coaſſumere alteram, & dicit. {Sumptum autem ſit C omni A ineſſe, eſt ergo coaſſumpta ſupra prædicatum, videlicet ſupra A ſumendo C hoc pacto, & omne A eſt C ex his igitur, neceſſe eſt C alicui B ineſſe. Tunc docet recurrere, & dicit, hoc autem ſit impoſsibile, & ſequitur ex illis. Igitur altera earum erit impoſsibilis, non maior, quæ coaſſumebatur, igitur minor. Minor autem eſt hypotheſis, quæ eſt contradictoria propoſitę concluſionis, quare falſum quidem ſuppoſitum eſt. Si autem ita ſit, ꝙ falſa ſit hypotheſis, verum eſt nulli ineſſe, & ſic illa erit vera nullum B eſt A, quod erat propoſitum. Deinde probat eandem coaſſumendo vniuerſalem negatiuam, & dicit. Similiter autem & ſi priuatiua ſumpta ſit A C etiam oſtenditur hypotheſis impoſsibilitas hoc pacto, nullum A C, hæc eſt coaſſumpta, quoddam b eſt A igitur quoddam b non eſt C, hæc eſt impoſsibilis, vt ſupponitur. Igitur aliqua propoſitio, & non ea, quæ aſſumebatur. Igitur impoſsibilis erit hypotheſis, & ſic concluſio oppoſita erit vera, quod eſt intentum. Quando enim concluſio eſt impoſsibilis, & non ratione coaſſumptæ, erit impoſsibilis ratione hypotheſis, quare oppoſita hypotheſis erat vera, quæ eſt propoſita concluſio. Deinde tangit inutilem coaſſumptionem, & dicit. Si autem ad b ſumpta propoſitio ſit, hoc eſt, ſi autem coaſſumpta ſit ſumendo ſub b D nõ erit ſyllogiſmus, quoniam ex maiore particulari nullus ſit ſyllogiſmus in prima figura.

F Si autem contrarium ſupponatur, ſyllogiſmus erit, & impoſsibile, non tamen oſtenditur, quod eſt propoſitũ. Supponatur. n. A omni B, & C ſumptum ſit omni A, ergo neceſſe eſt C omni B ineſſe, hoc autem impoſsibile, quare falſum eſt omni B ineſſe A, ſed nondum erit neceſſarium, ſi non omni, nulli ineſſe. Similiter autem, & ſi ad B ſumatur altera propoſitio. nã ſyllogiſmus quidem erit, & impoſsibile, nõ interimitur autem hypotheſis, quare oppoſitũ ſupponendum.



In his cõiugõnibus ſuppoſita cõtraria, & nõ cõtradictoria ipſius cõcluſionis cõcluditur quidẽ, ſed non aſſumitur ꝑ impoſſibile propoſitũ in prima figura, cũ cõtraria contingat eẽ ſimul falſa.

Nunc dat inutilem deductionem ad impoſsibile, & dicit. Si autem contrarium ſupponatur, eius videlicet concluſionis, quæ eſt vniuerſalis negatiua, ſyllogiſmus erit, & id quod concluditur erit impoſsibile, non tamen oſtẽditur, quod eſt propoſitum, ſcilicet concluſio vniuerſalis negatiua, quoniam dato ꝙ habeatur hypotheſim eſſe falſam, non propterea ſequitur propoſitam concluſionẽ eſſe veram, quoniam ambæ contrarię poſſunt eſſe ſimul falſæ, & ꝙ ita ſit, probat, & dicit. {Supponatur enim A omni B, quod eſt contrarium propoſitæ concluſionis, & C ſumptum ſit omni A ineſſe ita, vt coaſſumpta propoſitio ſit, omne A eſt C ergo ex his neceſſe eſt C omni b ineſſe per ſyllogiſmum in Barbara, hoc autem, quod concluditur, eſt impoſsibile. Quare falſum eſt, omni b ineſſe A, & ſic habetur ꝙ hypotheſis falſa ſit. Sed nondum erit neceſſarium, ſi non omni, nulli ineſſe, hoc eſt, ſed non ſequitur, falſum eſt omne b eſſe A ergo verum eſt, nullum b eſſe A, quoniam ambæ contrariæ poſſunt eſſe ſimul falſæ, & ſic per talem ſyllogiſmum bene interimitur hypotheſis, ſed ex interẽptione illius non ſequitur propoſita concluſio. Deinde hoc idem probat accipiendo D ſub b, & dicit. {Similiter autem, & ſi ad b, ſumatur altera propoſitio, nequaquam propoſita concluſio habetur. Nam ſyllogiſmus deducens ad impoſsibile quidem erit, non interimitur autem hypotheſis, hoc pacto, videlicet, vt ex illius intentione inferatur propoſita concluſio.) Interimitur enim hypotheſis per talem ſyllogiſmum, quoniam ex hypotheſi, & coaſſumpta deducitur impoſsibile, ex quo interimitur hypotheſis, ſed non interimitur hypo-

theſis,

His ſyllis ſoluitur ꝑ impoſsibile in prima figura particularisne gatiua ſiue coaſſũpta A c, ſiue b d.


Cõmẽ. 134.

Coaſſumpta in his coniugationibꝰ A c negatiua, non aũt b d, aſſiuitur particularis negatiua.

Cõmẽ. 135.


theſis,hoc pacto,videlicet vt ex illius interemptione ha beatur propoſita concluſio,quoniam contrariæ poſſunt eſſe ſimul falſæ. Quare,vt inquit oppoſitū,videlicet con tradictorium ſupponendum pro tali ſyllogiſmo.

Ad oſtendendum autem non omni B ineſ ſe B ſupponendum omni ineſſe.nam ſi A om ni B, & C omni A, omni B ierit C:ſi ergo hoc im poſsibile eſt,falſum erit quod ſuppoſitum eſt. Similiter autem & ſi ad B ſumpta ſi altera pro poſitio.



Ex hoc ſyllogiſmo aſſui tur nulli ineſſe,nō autem non oi ineſſe,i. particularis negatiua nec oppoſitio aſtruiſ, qa concluſio vera eſt.


His ſyllis aſſluitur p impoſsibile in prima figura pticularis negatiua ſiue coaſſūpta A c,ſiue b d.



Cōmē. 134. Nunc docet ſyllogizare particularem negatiuam per impoſsibile,& dicit. {ad oſtendendum autem non om ni b ineſſe A,quæ eſt concluſio particularis negatiua,ſup ponendum omni ineſſe, hoc eſt ſupponendum eſt con tradictorium,videlicet omne b eſt A, & accipiendum C ſupra A:nam ſi A omni b ineſt, & C omni A omni b inerit C per ſyllogiſmum in Barbara. Tunc docet reccurere, & dicit,ſi ergo hoc impoſsibile eſt,hoc eſt, ſi concluſio eſt impoſsibilis,falſum erit quod ſuppoſitum eſt,non enim erit falſa propoſitio coaſſumpta,erit ergo falſa hypothe ſis,& ſic ſua contradictoria erit vera. Secundo eandem docet probare ſumendo ſub b & dicit. {Similiter autem & ſi ad b per acceptionem ipſius D ſumpta ſit altera pro poſitio,videlicet b D.nam ſequitur, omne b eſt A,omne D eſt b:igitur omne D eſt A, concluſio eſt impoſsibilis,& non ratione coaſſumptæ,ergo propter hypotheſim, & ſic idem,vt prius.

Et ſi priuatiua ſit C A, ſimiliter:nam & ſic fit ſylllogiſmus.Si autem ad B ſumpta ſit priuati ua,nihil oſtenditur.

Coaſſumpta in his coniu gationib⁹ A c negatiua, non aūt b d, aſſluitur par ticularis negatiua.



Cōmē.135. Secundo principaliter probat eandem concluſionem accipiendo contradictorium, & ſupra A ſumendo C pri uatiuæ,& dicit. Et ſi priuatiua ſit C A. Similiter oſtendi tur concluſio dicta. Nam & ſic fit ſyllogiſmus. Sequitur enim,nullum A eſt c,omne b eſt a,igitur nullum b eſt c, modo concluſio eſt impoſsibilis,ergo & hypotheſis, & ſic vt prius. Si autem (vt inquit) ad b ſumpta ſit priuati ua,nihil oſtenditur,quoniam ex minore negatiua in pri ma figura nihil ſequitur.

Si autem non omni,ſed alicui ineſſe ſuppo natur,non oſtenditur,quoniam nō omni, ſed quoniam nulli.nam ſi A alicui B ineſt, C autem omni A,alicui B inerit C:ſi ergo hoc eſt impoſ ſibile, falſum eſt alicui B ineſſe A: quare ve rum nulli,hoc autem oſtenſo, interimitur ve rum.nam A alicui quidem B inerat,alicui vero non inerat.

Cōmē. 136. Secundo declarat,qꝫ ſi accipiatur ſubcontrarium con cluſionis pro hypotheſi non erit ſyllogiſmus per impoſ ſibile deſtruēs falſum,ſed deſtruens verum,& dicit. {Si autem non omni ideſt, ſi non ſumatur contradictorium, ſed alicui ineſſe ſupponatur, hoc eſt,ſed ſumatur ſubcon traria videlicet,quoddam b eſt A, non oſtenditur, quo niam non omni,hoc eſt concluſio particularis negatiua, ſed quoniam nulli, hoc eſt, ſed concluſio vniuerſalis ne gatiua,& ſic nō interimitur hypotheſis falſa, ſed verum nam,vt inquit,ſi A alicui b ineſt, C autē omni A, alicui b inerit c:erit ergo ſyllogiſmus omne A eſt c.quoddā b eſt A igitur quoddam b eſt c ſi ergo hoc eſt impoſsibile,falſa erit hypotheſis,ſcilicet alicui b ineſſe A quare verum nul li b ineſſe A duarum enim cōtradictoriarum ſi altera eſt falſa,altera vera eſt quare,ſi hæc eſt falſa, quoddam b eſt A hæc erit vera,nullum b eſt A:hoc autem oſtenſo, inte rimitur verum,interimitur.n.vtraqꝫ ſubcontraria, quæ vtraqꝫ vera erat:nam A alicui quidem b inerat,alicui ve ro non inerat,& ſic deſtruitur vtraqꝫ ſubcontraria, quæ erat ſimul vera,nō ergo eſt ſyllogiſmus per impoſsibile, quoniam per eum non deſtruitur falſum, ſed deſtruūtur ambæ ſubcontrarię,quæ ſunt ſimul veræ.

Amplius non iam propter hypotheſim ac cidit impoſsibile,falſi enim erit, ſiquidem ex veris non eſt falſum ſyllogizare, nunc autem eſt vera,ineſt enim A alicui B. Quare non ſup ponendum alicui ineſſe,ſed omni. Similiter autem & ſi alicui B nō ineſt, A oſtenderemus: ſi enim idem eſt alicui non ineſſe, & non om ni ineſſe, eandem in vtriſqꝫ demonſtratio eſt.

Cōmē.137. Secundo idem probat, & vis rationis eſt, in ſyllogiſ mo per impoſsibile,falſum quod accidit,debet accidere propter hypotheſim falſam,non enim poteſt ex veris ac cidere.Ergo oportet,vt ſaltem hypotheſis ſit falſa,vt ſal tem ex ea accidat falſum. At hypotheſis nō eſt falſa,quo niam ſubcontrariæ in materia de ineſſe ſunt ſimul veræ, ergo non poteſt fieri ſyllogiſmus per impoſsibile, dicit. {Amplius non iam propter hypotheſim accidit impoſ ſibile,quoniam ſi in tali ſyllogiſmo propter hypotheſim acciderit impoſsibile,falſa erit hypotheſis, ſiquidem ex veris non eſt falſum ſyllogizare,oportet ergo, ſi falſum accidat,cum non coaſſumpta ſit falſa,vt ſaltem hypothe ſis ſit falſa nunc autem,vt inquit,hypotheſis eſt vera, m eſt enim A alicui b ambæ enim ſubcontrariæ veræ ſunt in materia de ineſſe, & ſic ex hypotheſi non poterit ſeq talis concluſio falſa,cum hypotheſis non ſit falſa quare, vt inquit,non ſupponendum alicui ineſſe,ſed omni ineſ ſe,& ita per contradictorium, & nō per ſubcontrarium erit ſyllogizandum. Obiectio. Sed dices,cum duplex ſit particu laris negatiua,altera per negationem præpoſitam,vt nō omne b eſt A,altera per negationem poſtpoſitā, vt quod dam b non eſt A,vtrum eodem modo probetur particu laris negatiua per negationem poſtpoſitam,velut parti cularis negatiua per negationem præpoſitam. Reſpō Reſponſio. det qꝫ eodem modo,& eadem demonſtratione, & dicit. {Similiter autem, & ſi alicui b non ineſt A, oſtendere mus,

mus, si enim idem est alicui non inesse, & non omni inesse, negatio enim proposita facit æquipollere suo cõtradictorio, eadem in vtrisq; demonstratio est,

Manifestum ergo, quoniam nõ contrariũ, sed oppositum supponẽdum in omnibus syllogismis, sic enim necessarium erit, & Axioma probabile. nam si de omni affirmatio vel negatio, ostenso, quoniam nõ negatio, necesse est affirmationem veram esse. Rursum si nõ ponant veram esse affirmationem, constat veram esse negationem, contrarium autem neutro modo contingit ratum facere. Neq; enim necessarium, si nulli falsum, omni verum, neque probabile, vt si alterum falsum quoniam alterum verum. Manifestum ergo, quoniam in prima figura alia quidem proposita omnia ostenduntur per impossibile. Vniuersale autẽ affirmatiuum non ostenditur.


Cõmen. 138. Ex ijs deducit qualis debet esse hypothesis in syllogismo per impossibile, & dicit. Manifestum ergo quoniam non contrarium, sed oppositum, hoc est contradictoriũ supponendum pro hypothesi in omnibus syllogismis, q syllogizant per impossibile, & causam assignans dicit. {Sic enim id quod syllogizat hoc, est conclusio principalis principaliter proposita, erit necessarium, & Axioma, hoc est dignitas, in qua firmatur, erit probabile, hoc est ab omnibus concessum, & q; Axioma erit ab omnibus concessum probat, quoniam Axioma erit, q; de omni sit affirmatio vel negatio vera, & de nullo simul. nam si de omni, vt dicit, affirmatio vel negatio est vera, ostenso, quoniam non negatio est vera, necesse est affirmationem veram esse. Rursum si non ponant veram esse affirmationem, constat veram esse negationem, contrarium autem, neutro modo contingit ratum facere, neq; enim necessarium si A nulli B inesse sit falsum, A omni B inesse sit verum, neq; contingit hoc esse probabile, ac ab omnibus concessum, vt si alterum falsum, quoniam alterum verum. nam contraria contingit esse simul falsa, deinde concludit id, quod à principio proposuit, & dicit. {Manifestum ergo, quoniã in prima figura alia quidem proposita, atq; problemata omnia ostenduntur per impossibile, vniuersale autem affirmatiuum nõ ostenditur, per hanc figuram.

Cap. xii. De syllogismo p impossibile in. secũda figura.

IN media autem figura & postrema, & hoc ostenditur. Ponatur enim A non omni B inesse, sumptum autem sit omni C inesse A: ergo, si B quidem non omni B inest, A C autẽ omni, nõ omni B inest C: hoc autem impossibile. Sit enim manifestum, quoniam omni B inest C, quare falsum quod suppositum est, verũ est ergo omni inesse.

Substantia.
A.

Ostẽsio per impossc in secunda figura ad vniuersalem affirmatiuam.




Cum compleuerit ostensionem per impossibile in prima figura, nunc transit ad ostendendum problemata in secunda, & tertia, & dicit. {In media autem figura, & postrema, & hoc scilicet problema vniuersale affirmatiuum ostenditur, & dicit Philoponus, q; vniuersale affirmatiuum non primo ostenditur in secunda vel tertia figura, non enim in secunda figura, vel tertia primo syllogizatur problema vniuersale affirmatiuum. Syllogizatur autem cum destructiõe hypothesis. Si.n. habetur hypothesim esse impossibilem, quæ est opposita vniuersali affirmatiuæ propositioni, habetur vniuersalem affirmatiuam esse veram. Vnde dicit. {ponatur enim A non omni B inesse, & hoc pro minore, q; sit, quoddam B nõ est A, hoc.n. est contradictorium problematis vniuersalis, quod erat, omne B est A, & sumatur C sub A, & hoc dicit. {Sumptum autem sit omni C inesse A, & hęc pro maiore, tunc epilogat totum syllogismum, & dicit. {Ergo, si B quidem non omni inest A, C autem omni, itavt omne C sit A: non omni B inest C: hæc est deductio ad impossibile, tunc recurrens dicit, hoc autem impossibile, hoc est, sed conclusio est impossibilis, & quia hoc posset negari, subdit. {Sit enim manifestum pro præsenti exemplo, quoniam omni B inest C, & si ita est, quare falsum quod suppositum est, & sic hypothesis falsa est. Verum est ergo omni inesse, quoniam duarum contradictoriarum si altera falsa, altera vera erit.

Cõmen. 139.

Si autem contrarium supponatur, syllogismus quidem erit, & impossibile, non tamen ostenditur quod propositum est. Si enim A nulli B: omni autem C: nulli B C. hoc autem impossibile, quare falsum est nulli inesse. Sed nõ si hoc falsum, verum omni.

Substantia.
A.



Non ostẽditur vniuersalis affirmatiua sumendo contrariã nã contraria cõtingit esse simul falsa.

Cõmẽ. 140.


Nunc declarat problema vniuersale affirmatiuũ, non posse syllogizari per impossibile, sumendo suum contrarium, quoniam licet primus processus sit bonus, & per secundum habeatur impossibilitas hypothesis, tamen non deducitur propositum, quoniam vltima consequentia, quæ fit in recursu, non est necessaria dicit. {Si autem contrarium supponatur, syllogismus quidem erit, s. qui deducit ad impossibile, & impossibile, & hypothesis habebitur pro impossibili, non tamẽ ostenditur, quod propositum est, quoniam vltima consequentia, quæ fit in recursu, nõ valet, & q; primus syllogismus valeat, probat, & dicit. {Si enim A nulli B inest, quod est contrarium vniuersalis affirmatiuę, omni autem C, hoc est, & A inest omni C nulli B inerit ipsum C, hæc deductio ad impossibile vtilis est. Deinde declarat vsquequo recursus sit bonus, & dicit. {Hoc autem impossibile, & non pro assumpta propositione, quare falsum est A nulli B inesse, & sic hypothesis est falsa, & vsque ad hanc licet recurrere. Sed non si hoc falsum est, verum erit A omni B inesse, quoniam contrariæ possunt esse simul falsæ, & sic vltima consequentia in recursu syllogistica non est, nec necessaria.

Quando autem alicui B inest A, supponatur A nulli B inesse C autem omni insit, necesse est

ergo


ergo C nulli B ineſſe, quare, ſi hoc impoſsibile, neceſſe eſt A alicui B ineſſe.

Ex hac coniugatione aſtruitur particularis affirmatiua p impoſſe ſumendo contradictoriū exalia nihil, qm̄ ad verū nullū ſegtur impoſſe.



Si autem ſupponatur alicui non ineſſe, eadem erunt, quę in prima figura.

In hac nihil aſtruit, ſi ſumatur ſubcontrariū: nā ad verā ſuppōnē nullū ſegtur impoſſe.




Cōmē. 141. Nunc docet ſyllogizare ꝙ impoſsibile problema particulare affirmatiuum, iterum ſumendo contradictoriū, & dicit. {Quando autem alicui B ineſt A, ſupponatur A nulli B, ineſſe pro hypotheſi, C autem omni inſit, coaſſumatur C ſub A, ita vt A inſit omni C, neceſſe eſt ergo in cameſtres, C nulli B ineſſe. {Deinde docet recurrere, & dicit. {Quare, ſi hoc impoſsibile, neceſſe eſt A alicui B ineſſe, & ſic habetur propoſitum.

Deinde declarat ꝙ hæc deductio non poteſt fieri ſumendo ſubcontrariam, & dicit, ſi autem ſupponatur alicui non ineſſe, quod eſt ſyllogizare per ſubcontrarium, eadem erunt, quæ in prima figura, quoniam nec hypotheſis eſt neceſſario falſa, nec eſt incompoſsibilis concluſioni principali, quoniam ſubcontrarię poſſunt eē ſimul veræ in materia non neceſſaria, nec accidit falſum propter hypotheſim falſam.

Rurſum, ſupponatur A alicui B ineſſe, C aūt nulli inſit, neceſſe eſt igitur C alicui B non ineſſe, ſed omni inerat, quare falſum quod ſuppoſitum eſt, nulli ergo B inerit A.


In hac aſtruitur vlis negatiua.



cōmen. 142. Nunc docet ſyllogizare per impoſsibile problemata negatiua in ſecunda figura, & primo vniuerſale negatiuum, vt hoc videlicet, nullū b eſt A, & dicit. {Rurſum, ſupponatur pro hypotheſi, A alicui B ineſſe, quæ eſt oppoſita problemati vniuerſali negatiuo, videlicet illi, nullum B eſt A, C autē nulli inſit, hoc eſt, & coaſſumpta ſit, nullum C eſt A, neceſſe igitur eſt in Feſtino, C alicui B nō ineſſe, modo hoc eſt falſum, quoniam omni inerat, omne enim B inerat C, quare falſum eſt, quod ſuppoſitū eſt, ſ. hypotheſis, & ſi falſa eſt hypotheſis, nulli ergo B inerit A, quod erat problema ſyllogizandum.

Quando autem non omni B ineſt A, ſuppo natur omni ineſſe, C autem nulli, neceſſe ergo eſt, C nulli B ineſſe, hoc autē impoſsibile, quare verum eſt non omni ineſſe. Manifeſtum ergo, quoniam omnes ſyllogiſmi fiunt per mediam figuram.

B



Ex hac coniugōne concluditur particularis negatiua.


commē. 143 Nunc docet ſyllogizare particularem negatiuam per impoſsibile in ſecunda figura, hoc videlicet, quoddam B non eſt A, & dicit. {Quando autem non omni B ineſt A, pro hypotheſi, ſupponatur omni B ineſſe A, C autē nulli ineſſe A, pro coaſſumpta ſupponatur, ita vt ſi coaſſumpta C eſt A, neceſſe ergo eſt ex his in Cæſare, C nulli b ineſſe. Tunc recurrendo dicit, {hoc autē impoſsibile eſt, quare verum eſt non omni ineſſe, quod erat problema propoſitum. Tunc ex his infert id, quod dixerat ſuperius, & dicit. {Manifeſtum ergo, quoniam omnes ſyllogiſmi fiunt per mediam figuram & vniuerſales, & particulares & affirmatiui, & negatiui.

C

Caput. xiii. De ſyllis p impoſſe i tertia figura.

SImiliter autem & per vltimam. Ponatur enim A alicui B non ineſſe, C autem omni B, ergo A alicui C non inerit, ſi ergo hoc impoſſibile, falſum erit alicui non ineſſe, quare verum eſt omni. Si vero ſupponatur nulli ineſſe, ſyllogiſmus quidem erit, & impoſsibile, non oſtenditur autem quod propoſitum eſt. Si enim contrarium ſupponatur, eadem erūt quę in prioribus.

D



Ex prīa concludit vlis affirmatiua, ex ſecunda ex ſumptione contrarie concluditur impoſſe, non aūt aſtruitur propoſitū p impoſſe, cum cōtraria cōtingat ſimul eſſe falſa.


cōmē. 144. Cum egiſſet de ſecunda figura, nunc dicit de tertia, & primo declarat quo modo problema vniuerſale affirmatiuum deductione ad impoſsibile ſyllogizetur, & dicit. {Similiter autem & per vltimam, ſ. figuram omnia problemata per impoſsibile ſyllogizātur, & primo vniuerſale affirmatiuum illud, videlicet omne B eſt A. ponatur enim A alicui B non ineſſe pro hypotheſi, quæ eſt cōcluſioni contradictoria, C autem ponatur ineſſe omni B pro coaſſumpta, eſt enim C acceptum ſupra B, ergo in Broccardo, A alicui C non inerit, eſt enim A acceptū pro

maiore

maiore extremitate, c autem pro minore, tunc docet recurrere, & dicit. {Si ergo hoc impossibile, falsum erit A alicui B non inesse, & sic hypothesis falsa est. Quare verum est A omni B inesse, & sic habetur problema.

Deinde declarat quod non possit syllogizari per impossibile, pro hypothesi sumendo contrarium, & dicit. {Si vero supponatur nulli inesse, hoc est, ꝙ nullum B sit A, pro hypothesi, quæ est problemati vniuersali contraria, syllogismus quidem erit, & id quod deducit est impossibile, non ostenditur autem quod propositum, cuius causam assignans, dicit. {Si enim contrariū pro hypothesi supponatur, eadem erunt, quæ in prioribus dicta sunt in syllogismis primæ figuræ. Dictum est enim, ꝙ dato, ꝙ habeatur falsam esse contrariam, videlicet illa, nullum B est A, non sequitur veram esse huic contrariam, videlicet, omne B est A, quoniam possunt eē simul falsæ, ex primo enim processu habetur, ꝙ falsa sit conclusio illa, quoddam C non est A, & ita, ꝙ falsa sit hypothesis, videlicet, nullum b est A, ex hac vero falsa non sequitur quòd sit vera illa, omne b est A, quoniam possunt esse simul falsæ.


Sed ad ostendendum alicui inesse, eadem sumenda est hypothesis, nam si A nulli B, C autem alicui B, A nō omni C: si ergo hoc falsum, verum est A alicui B inesse.



Per hanc astruitur particularis affirmatiua.

Cōmē. 141. Nunc docet syllogizare problema particulare affirmatiuum in tertia figura syllogismo per impossibile, & dicit. {Sed ad ostendendum A alicui B inesse, quod est problema particulare affirmatiuum, illud videlicet, quoddam B est A, eadem sumenda est hypothesis, quæ sumebatur in proximo syllogismo, videlicet illa, nullum B est A, nam, si A nulli B inest, C autē alicui B A non omni C inerit in Ferison. Tunc recurrendo dicit. {Si ergo hoc falsum, verum est A alicui b inesse, quod erat problema propositum.


Quando autem nulli B inest A, supponatur alicui inesse, sumptum sit autem & C omni B inesse, ergo necesse est A alicui C inesse, sed nulli inerat, quare falsum alicui B inesse A. Si autem supponatur omni B inesse A, non ostenditur propositum.



Per primum syllm probatur per īpossibile vlis negatiua sumē do cōtradictoriū in diſamis, si vero sumaī cōtrariū, sicut ī darapti, nō astruitur ꝓpositum, cū cōtingat cō traria esse simul falsa. Cōmē. 146.

Nunc docet syllogizare problemata negatiua, & primo vniuersale, & dicit. {Quando autem nulli b inest A, & debent probari in tertia figura deductione ad impossibile, supponatur pro hypothesi, A alicui b inesse, sumptum sit autem pro coassumpta, & c omni b inesse, ergo necesse est A alicui c inesse, sed hoc falsum, quoniam nulli inerat, quare falsum est alicui b inesse A, & sic verū erit, nulli B inesse A, quod erat propositum. Si autem pro hypothesi supponatur oī b inesse A, quod est problemati cōtrariū, syllogismus erit in Darapti, nō ostēditur aūt propositum, qm̄ dato ꝙ falsum sit contrariū, non sequit alterum contrarium verum esse.

Sed ad ostendendum non omni inesse, eadem sumenda hypothesis, nam si A omni B, & C alicui B, A inest alicui C, hoc autem non fuit, quare falsum est omni inesse, si autem sic, verum non omni. Si autem supponatur alicui inesse, eadem erunt, quæ & in ijs, quę dicta sunt.



Per primum syllm in Datisi ꝓ sumptionē cōtradictorii astruitur particularis negatiua, si autem sumatur subcōtrariū, non astruit propositū, tū & si concludatur.

Nunc docet syllogizare per impossibile in tertia figura particularem negatiuam, & dicit. {Sed ad ostendendum non omni inesse, quod est problema particulare negatiuum, illud videlicet, quoddam b non est A, eadem sumenda hypothesis, videlicet vniuersalis affirmatiua illa, videlicet omne b est A, nam, si A omni b, & c alicui b inest, A inest alicui c, tūc docet recurrere, & dicit. {Hoc autem non fuit, hoc est, hęc autem conclusio fuit falsa, quare falsum est, A omni b inesse, quæ erat hypothesis, si autem sic est, ꝙ hypothesis sit falsa, verum est, A non omni b inesse, quod est problema principale. Deinde assignat inutilem probationem, & dicit. {Si autem pro hypothesi supponatur, A alicui b inesse, quæ est subcontraria problemati, eadem erunt, quæ & in ijs, quæ dicta sunt. Hoc est, quia non erit syllogismus, cum sit ex particularibus, & dato quòd sit syllogismus, non habebitur propositum.

Cōmē. 147.

Manifestum ergo, quoniam in omnibus per impossibile syllogismis, oppositum supponendum. Palam autem & quoniam in media figura ostenditur quodam modo affirmatiuum, & in postrema vniuersale.

cōmē 148. 1. corolla.

Ex ijs deducit duo excerpta vtilia, & primum infert, cum dixit. {Manifestum ergo, quoniā in omnibus per impossibile syllogismis, oppositum supponendum pro hypothesi, non autem contrarium, nec subcontrarium, & hoc intelligas vniuersaliter, ī omnibus figuris (vt per multa exempla Aristo. probauit.) Secundum vero infert, cum dicit. {Palam autem, & quoniam in media figura ostenditur quodam modo affirmatiuum, s. affirmatiuum vniuersale, & etiam ostendetur vniuersale, affirmatiuum in postrema, quasi dicat eē manifestum ex dictis tam in secunda ꝙ in tertia figura per impossibile syllogizari vniuersale affirmatiuum, nam licet problema vniuersale affirmatiuum nec in media, nec in tertia, syllogizetur demonstratione recta, demonstratione autem deducente ad impossibile tam ī media, ꝙ in vltima problema

2. corolla.

blema vniuerſale affirmatiuum, ſyllogizari poterit.

Verborū cōſideratio.

Quo vero ad verba attinet, Ariſtoteles dixit, & quoniam in media figura oſtenditur quoddam modo affirmatiuum, dixit enim quodā modo, (vt Philoponus animaduertit,) quoniam non per ſe concluditur, ſed interēptione aliorum fit.

Caput. xiiii. De differentia, quæ eſt inter demōſtrōnem ducentē ad impoſſe, & oſtēſiuam.

DIffert aūt quæ ad impoſſe demonſtrō ab ea, q̄ eſt oſtēſiua, eo q̄ ponat quod vult interimere, deducentes ad confeſſe falſum, oſtenſiua aūt incipit à cōfeſſis poſitionib⁹ veris. Sumunt ergo vtręq; duas propōnes confeſſas, ſed hęc quidē ex quibus eſt ſyllogiſm⁹, illa vero vnā quidē harū, alterā vero cōtradictionē cōcluſionis. & hinc quidē non neceſſe eſt notam eſſe concluſionem, neq; prius opinari, quoniam eſt, aut non eſt, illinc vero neceſſe eſt, quoniam non eſt.

Cōmē. 150. Lege primū poſteriorum dilucidatoris de his duabus demōſtrōnib⁹ cap. .pprio. prima differentia.

VVlt nunc oſtendere Ariſto. per hæc dr̄iam inter demonſtrationem ducentē ad impoſsibile, & demonſtrationē oſtenſiuā. &, vt Philoponus innuit, duas dr̄ias aſſignat ex parte propoſitionū. Tertiam vero, (vt mihi videtur,) ex parte concluſionū. Ex parte propōnū quidem, primo, quia demonſtratio ad impoſsibile ſupponit, (vt interimat id, quod ſupponit,) ponit enim pro hypotheſi contradictorium eius cōcluſionis, quā probare intendit, poſtea ex interemptione illius deducitur principalis concluſio. Sic igitur demonſtratio per impoſſe ſupponit, (vt interimat,) oſtenſiua aūt ſumit propōnes, ſimpliciter, (vt oſtendat ſecundo,) quoniam in demonſtratione deducente ad impoſſe, altera vera, & altera oīno falſa ſumit, in oſtenſiua aūt vtręq; veræ. Dicit, {differt aūt ad impoſſe demōſtrō ab ea, quę eſt oſtenſiua, eo q̄ demonſtrans per impoſſe ponat quod vult interimere deducens ad cōfeſſe falſum, & ſic ponit, (vt interimat,) oſtenſiua incipit à poſitionibus confeſsis veris, & ſic nō ponit propōnes, vt aliquā interimat, ſed vt ſimpliciter ex illis oſtendat, hæc eſt prima dr̄ia. Deinde aſsignat ſecundā, & dicit, ſumunt ergo vtręq; duas propoſitiones confeſſas, ſed hęc quidem, ſ. oſtenſiua, ex quibus eſt ſyllogiſmus, hoc eſt notas & veras, illa vero vnam quidē harū, ſ. ducens ad impoſſe, ſumit vnam quidem harum, ſ. veram, alteram autem contradictionem concluſionis, hoc eſt hypotheſim falſam. Demonſtratio enim ducens ad impoſsibile conſtat ex hypotheſi, quæ eſt oppoſita principali concluſioni, & coaſſumpta, quæ eſt vera, & communiter conceſſa. Deinde aſsignat tertiam differentiam ex parte concluſionum, & dicit. {Et hinc quidem, ſ. in demonſtratione oſtenſiua, non neceſſe eſt notam eſſe concluſionē, neq; neceſſe eſt prius opinari, q̄m eſt, ſ. vera, aut nō eſt, ſ. falſa. Q̄m demonſtratio oſtēſiua ſimpliciter oſtēdit verā eſſe cōcl'onē, & nō ſupponit eā verā eſſe, ſ. antequā ſyllogizetur, illinc vero, ſ. in demonſtratione ducēte ad impoſſe, neceſſe eſt ſupponere ab aduerſario, q̄m cōcluſio non eſt vera, aduerſarius enī ſupponit principalē concluſionem falſam eē, opponens autem probat eam veram eſſe ſumendo hypotheſim, cum altera coaſſumpta.

2. differētia.

3. differētia.

Caput. xv. Omne oſtēſiue mōſtratū & per impoſſe mōſtrari p̄t & ecōuerſo.

DIffert aūt nihil affirmatiuā vel negatiuā eē cōcluſionē, ſed ſilr̄ ſe habet ī vtrīſq;. Omnis.n.q̄ oſtēſiue cōcludit, et per impoſſibile demonſtrabit, & q̄ per impoſſibile, oſtēſiue, & per eoſdē terminos, nō aūt in eiſdē figuris. Nā qn̄ per impoſſibile ſyllogiſmus fit in prima figura, quod verū eſt, in media erit, aut in poſtrema, priuatiuū q̄dē in media, predicatiuū aūt in poſtrema. Q̄n aūt ſyllogiſmus A in media fit, quod verū eſt, erit in prima figura in oībus propōnibus, qn̄ autem ī poſtrema ſyllogiſmus, quod verum eſt, erit in prima, & media, affirmatiua quidem in prima, priuatiua autem in media.

Cōmē. 151. cōcluſio. 1.

Nūc aſsignat cōueniētiā, & dicit. {Differt āt nihil affirmatiuā vel negatiuā eē cōcl'onē, q̄m indifferēter tam ſyll'i oſtēſiui, q̄; ducētis ad impoſſe, cōcl'o p̄t eēt affirmatiua, & negatiua, ſed ſil'r ſe habet in vtriſq;. cui⁹ cām dicit. Oīs.n.q̄ oſtēſiue cōcludit, & p impoſſe demōſtrat, & cōcl'o, q̄ p impoſſe oſtēdit, oſtēſiue demōſtrat, & per eoſdē terminos, nō tn̄ in eiſdē figuris. & q̄ nō in eiſdē figuris, p̄bat, & dicit. {Nā qn̄ p impoſſe ſyll's fit in prima figura, p quē interimit hypotheſis, quod verū eſt, & p̄cipaliter intētū, oſtēſiue erit demōſtratū in media, aut in poſtrema. priuatiuū quidē in media, p̄dicatiuū aūt ī poſtrema, vt ſtatī patebit. vult.n. dicere, q̄ hypotheſis deſtruitur p primā figurā. Cōcl'o vera & principalis, cui opponit hypotheſis, demōſtrat ī ſecūda, ſi fuerit negatiua, et in tertia, ſi fuerit affirmatiua. Deinde tāgit ſecūdā partē, quaſi ſecūdā cōcl'onē, et dicit. {Qn̄ aūt ſyll's p impoſſe in media fit, p quē interimit hypotheſis, quod verū eſt, hoc eſt cōcl'o vera, & principaliter intēta, q̄ opponit hypotheſi, erit in p̄ia figura in oībus, ppōnibus, hoc eſt in vl̄ibus, & particularibus, affirmatiuis, & negatiuis, hęc eſt ſecūda cōcl'o. Deinde tāgit tertiā, & dicit. {Qn̄ autē ſyll's per impoſſe eſt in poſtrema, per quē interimit hypotheſis, quod verū eſt, ſ. cōcluſio principaliter intēta, oſtēſiue demōſtrata erit in p̄ia figura & media, affirmatiua quidē in prima, priuatiua aūt in media, hęc eſt tertia cōcluſio. Has enim tres cōcl'ones Ariſto. affert, & eas probabit ordine ſuo. Quo autem ad verba attinet. Animaduerte duas eſſe concluſiones, alteram quam Ariſtoteles verā & intētā appellat, alterā quam hypotheſim vocat, modo, cū ipſa hypotheſis interimit in aliqua figura, nō pōt cōcluſio principalis, cui opponit hypotheſis, in eadē figura oſtēſiue demōſtrari, & propterea Ariſtot. per tres cōcluſiones declarabit qua figura per impoſſe hypotheſis, & qua principalis cōcluſio oſtēſiue ſyllogizetur. Dubitat aūt Alexander, q̄a nō vr̄ verū idē p impoſsibile & oſtēſiue poſſe ſyllogizari, nā Barocco, & Broccardo per impoſſe oſtēduntur, nō aūt oſtenſiue. Soluit ipſe nō omnem modum, ſed omne problema quod per impoſsibile oſtenditur oſtendi recta oſtenſione, quoniam per impoſsibile ſyllogizatur vniuerſale & particulare, affirmatiuum, & negatiuum, & hæc eadem oſtenſione recta, non tamen in eiſdem figuris.

cōcluſio. 2.

cōcluſio. 3.

Verborum cōſideratio.


Alexand. Dubō.

Solutio.

Prima Figura.

Prima figura.

SIt enim oſtenſum A nulli, aut non omni B per primā figuram, ergo hypotheſis quidem erat, alicui B ineſſe A, C autem ſumebatur A quidem omni ineē, B autem nulli. Sic enim fiebat ſyllogiſmus ad impoſſibile, hoc aūt in media figura, ſi C, A quidē omni, B aūt nulli in eſt, & manifeſtū quoniam nulli B, ineſt A.




A. Animal. N. B. Lapis.

Ex his ſyllogiſmis mōſtratur negatiua vl̄is in prima figura per impoſſe, & in ſecūda autem oſtenſiue.

Sueſſ. ſup. Prio. R Similiter

Similiter autem & si non omni ostensum sit inesse, nam hypothesis quidem est omni B inesse A, C autem sumebatur A quidē omni, B autem nō omni, & si priuatiua sit sumpta C A, similiter, & enim sic fit in media figura.




In his syllogismis particularis negatiua p impossibile monstratur in secūda autem ostensiue.

Cōmē. 152. Cū accepissēt tres cōclusiones, nūc eas probat, & primo probat, q̄ qñ per impossibile demonstratur problem. vle negatiuum, vel particulare negatiuū in prima figura, idem probetur per secūdam ostensiue, nō facit aūt mentionem de problemate vli affirmatiuo, qm̄, (vt Philoponus submemorat,) problema vle affirmatiuum nō probatur per impossibile in prima figura, vt igitur veritas eluceſcat, animaduerte syllogismum per impossibile

Nota. semper fieri ex hypothesi, q̄ est oppositа conclusioni principaliter intentæ, & quadā vera coassumpta syllogizantibus manifeste falsum, hęc enim est deductio ad impossibile, atq; primus processus. Ostensiua vero demōstratio fit ad eandem principalem conclusionem ex eadē coassumpta vera, & oppositо conclusionis falsæ, quæ erat illata ex deductione ad impossibile per primum processum, hunc enim ordinē, & has propōnes seruat in omnibus probationibus suis, nam ex ijs accipitur has demonstrationes fieri in eisdem terminis, non autem in eadem figura. Probat ergo primam cōclusionem, et dicit. {Sit enim A ostensum nulli, aut non omni B syllogismo deducente ad impossibile per primam figuram. Siquidem sit ostensum A nulli B inesse per syllogismum deducentē ad impossibile per primam figuram, ergo hypothesis quidē erat, alicui B inesse A, hæc.n. illi opponit, C aūt sumebatur A quidē omni inesse, tūc in Darij syllogizabatur, C alicui B inesse, hoc pacto, omne A C, quoddā B A, igitur quoddam b C. Et qm̄ hæc conclusio est falsa. Syllogizabat via oppositi huic oppositа, videlicet C nulli b ineē, sic.n. fiebat syllogismus ad impossibile, cū enim inferebatur cōclusio falsa via oppositionis, statim sequebat illi contradictoriā eē verā: quare, si hęc est falsa, quoddam B est C, q̄ conclusio est syllogismi deducentis ad impossibile, erit hæc vera, nullū b est C, quæ est illi contradictoria. Deinde docet syllogizare eandem conclusionem vlem negatiuam principaliter intentam ostensiue in secunda figura, & dicit, hoc autem in media figura: nam, si C A q dem omni, hęc enim erat in deductione ad impoſe coassumpta vera, B autem nulli, hæc enim erat oppositа conclusiōis syllogismi deducētis ad impoſe, &, pro ergo in Camestres manifestū, qm̄ nulli B inest A, & hoc per demōstrationē ostēsiuā, ac rectā, q̄ est, oē A est C, nullū B est C, igitur, nullum B est A. Ecce, q̄ hæc ostensiua demonstratio fit ex eisdē terminis, & ex eadē, ppōne, qm̄ ex ea, q̄ erat coassumpta in deductione ad impoſe, & ex oppositа eius cōclonis, q̄ syllogizabat deductione ad impoſe. & sic problema vniuersale negatiuū ostendit deductione ad impossibile in prima figura, & ostensiua demonstratione in secunda ex eisdem terminis & eadē propōne, s. eadem coassumpta. Deinde declarat, q̄ problema particulare negatiuum probet deductiōe ad impossibile in prima figura, & ostensiua demōstrōne in secunda simili ratione & ordine, & dicit. {Similiter autem, & si non omni B ostensum sit inesse A, ita vt problema syllogizandū deductione ad impossibile sit, quoddam b non est A, nā hypothesis quidē est, omni b inesse A, hæc enim est contradictoria cōclusioni principali, C autē sumebatur A quidē omni, hęc enim erat coassumpta vera, ex q̄bus deducebat in Barbara, C ineē omni B, via autem oppositionis deducebatur B non omni, hoc est quoddam b non esse C, modo ex his in Barocco syllogismus ostensiuus erit, oē A C, quoddam b non C, igitur quoddam b nō A, ecce q̄ eadem conclusio particularis negatiua syllogizatur ostensiue, & si priuatiua sit sumpta, C A similiter, nam deductio ad impossibile erit in Cęlarēt hoc pacto, nullum C A, omne b C, igitur nullum b C, tunc ostensiue, nullum A C, hæc erat coassumpta, quoddā b C, hęc est oppositа falsa conclusionis, quæ fuit in syllogismo deducēte ad impossibile, igitur in Festino quoddam b non A, quæ fuit principale problema, & enim, (vt inquit,) sic ostēsiue syllogizādo fit in media figura, ecce quomodo problema particulare negatiuū demonstrat in prima figura per impossibile, & in secunda ostensiue ex eisdē terminis, & ex altera eadem propositione.

Rursum sit ostensum alicui B inesse A, ergo hypothesis quidem est, nulli inesse, B autem sumebatur omni C inesse, & A vel omni vel alicui C, sic enim erit impossibile. Hoc autem postrema figura, si A & B omni C, & manifestum ex ijs, quoniam necesse est A alicui B inesse, similiter autem, & si alicui C sumatur inesse A.



Ex his monstratur p impoſe in prima figura particularis affirmatiua, i tertia aūt dupliciter ostensiue. in Darapti. & Disamis.

Particularis affirmatiua mōstrat per impoſe i secūda, in prima autem ostensiue.

Hic probat secundam conclusionem, & primo proponit eā, & dicit. {Rursum sit ostēsum alicui b ineē A, ita vt problema sit, quoddā b est A, deinde facit syllogismū per impossibile, & dicit, {ergo hypothesis quidem est, nulli b ineē A, hæc est cōtradictoria conclusionis principalis, b autem sumebat omni C inesse, hæc est coassumpta: cōclusio via syllogismi erit, A nulli C inerit. tacuit autē cōclusionē, quæ sequit via syllogismi, & ponit cōclusionē, q̄ sequit via oppōnis, & dicit & A vel oī, b vel alicui C inerit, sic enim conclusio, quæ fuit illata erit impossibilis, quoniam hæc, quæ est ei cōtraria, vel contradictoria est vera, tūc ex coassumpta, ppōne in deductione ad impossibile, & hac oppositа syllogizat in tertia figura


Cōmē. 151. Probō conclusionis secundæ.

Cōmē. 154.

gura ostensiue,& dicit,{hoc aũt postrema figura syllogizabit,si A ineſt oi C,hæc enim erat cõclusio syllogizata via oppõnis,& B oi C,erat enim hæc coassumpta, & pro ergo,manifestũ ex ijs,qm̃ necesse est A alicui B inesse in Darapti,similiter & si alicui C, sumatur inesse A, hæc enim erat opposita cõclusio,q̃ sequebat̃ via oppõnis, & erit syllogismus in disamis,hoc pacto,quoddã C est A,oẽ C est B,igitur quoddam B est A,ecce quomodo idem problema ostensiue probatur in tertia figura.


Secunda figura.

RVrsum in media figura ostẽsum sit A oi B inesse,ergo hypothesis quidẽ fuit non omni B ineẽ A,sumptum est autem A, omni C, & C omni B,sic enim erit impossibile, hoc aũt prima figura,si A omni C,& C omni B.



Vtis affirmatiua p impoſe in secũda mõstraf, in prima aũt ostensiue.

Similiter aũt,& si ostensum sit alicui inesse. Nã hypothesis q̃dẽ fuit,nulli B inesse A: sumptum est autem A omni C,& C alicui B.




Particularis affirmatiua mõstraf per impoſe i secũda, in pria autem ostensiue.

Cõmẽ. 154.

Nunc declarat tertia conclusionem, q̃ si in media figura sit ostensum problema vniuersale affirmatiuũ per impoſe,idem & per primam ostẽsiue syllogizari posit, & dicit.{Rursum in media figura sit ostẽsum A omni B inesse,ergo in tali deductione ad impossibile hypothesis fuit,nõ omni B ineẽ A,hoc est quoddã B nõ est A,sumptũ aũt est, A oi C,cõclusio debet eẽ,ergo quoddã B nõ est C, & cõclusio,q̃ huic opponit̃,erit,C oi B, sic enim erit impossibile illud,quod in priori syll'o fuit deductũ. Tunc docet probare illud met ostẽsiue in prima figura in eisdẽ terminis,& dicit{hoc aũt erit prima figura, videlicet,si A oi C,& C oi B,sequitur enim ex ijs A ineẽ omni B,ex coassumpta,& opposita conclusionis deductæ.


Idem declaratĩ problemate particulari affirmatiuo, A & dicit.{Similiter autem,& si per impossibile ostẽsum sit A alicui B inesse,nã in tali ostẽsione hypothesis quidẽ fuit,nulli B inesse,sumptũ aũt est A omni C, ergo conclusio debet esse nulli,B inesse C,& C alicui,B inesse erit conclusio huic oppositа, ex assumpta ergo & hac oppositа in Darij syllogizabitur sic,oẽ C A,quoddã B C, igit̃ quoddã B A,est enim problema particulare affirmatiuũ quod fuit deductione ad impossibile in secunda figura syllogizatũ. Nũc in prima ostensiue,pbatũ in eisdẽ terminis.

Si aũt priuatiuus sit syllogismus, hypothesis quidẽ A alicui B ineẽ, sumptũ est A nulli C, & C omni B,quare fit prima figura.



Vtis negatiua monstraf p impoſe in secũda, ĩ prima autẽ ostẽsiue.

Et si non vniuersalis sit syllogismus, sed A alicui B ostensum sit non inesse,similiter,nam hypothesis quidem omni B inesse A, sumptũ est autem A nulli C, & C alicui B, sic enim prima figura.



Mõstraf negatiua particularis p impoſe in secũda, in prima ostensiue.

Rursum oñdit,pblema vl'e negatiuũ. vt nullũ B A, q̃d demõstraf in secũda p impoſe,idẽ in prima ostẽsiue syllogizari in eisdẽ terminis ex coassumpta,& oppositа cõclusionis deductæ,& dicit. {Si aũt priuatiuus sit syll's, qui probat problema vl'e negatiuũ, videlicet nullũ B A. in deductione ad impoſe hypothesis quidẽ fuit, A alicui B inesse,sumptũ est aũt A nulli C,cõclusio erit, C nõ oi B, & cõclusio huic oppositа erit,C omni B. Quare ex hac oppositа,& coassumpta fit prima figura, hoc pacto,nullũ C A,omne B C,igitur nullum B A. Et sic idem ,pblema vl'e negatiuũ per impoſe in secunda,ostẽsiue in prima in eisdem terminis erit syllogizatum.


Cõmen.155.

Deinde declarat idẽ de particulari negatiuo, & dicit. Et si nõ vl'is sit syll's,sed A alicui B ostẽsum sit nõ ineẽ, similiter probat̃ per impoſe in secũda, & ostẽsiue in pria. Nã,(vt inq̃t,)hypothesis q̃dẽ fuit oi B ineẽ A,sumptũ est aũt A nulli C,cõcl'o debet eẽ,ergo C nulli B,& huic oppositа,C alicui B,sic.n.pria figura. Nã seq̃t̃ ostẽsiue, nullũ C A,quoddã B C,igit̃ quoddã B nõ est A,quod fuit ,pblema.

Caput. xvii. Tertia figura.

RVrſum ī tertia figura oſtēſum ſit A ineē E oī B, ergo hypotheſis qdē fuit nō oī B in eē A, ſumptū aūt eſt C oī B, & A omni C, ſic enī erit impoſſibile, hoc autem prima figura.


Animal. Rōnale. Homo.
A. Nō o. C. B.



B.
Homo.

Ex his mōſtratur vīis affirmatiua ī tertia p impoſsibile, in prima autē oſtenſiue.

Similiter aūt & ſi in aliquo ſit demōſtratū, nā hypotheſis qdē erit, nulli B ineē A, ſumptū autem eſt C alicui B, & A omni C.



Animal.


Ex iis aſtruitur particularis affirmatiua p impoſsibile ī tertia, oſtēſiue autē in prima.

cōmen. 156. Nūc vult ꝓbare ꝙ idē ꝓblema pōt in tertia p impoſſe, & in prīa oſtēſiue demōſtrari. & prīo hoc declarat de ꝓblemate vīi affirmatiuo, & dicit. {Rurſum ī tertia figura oſtēſum ſit p impoſſe A ineē oī B, ergo in tali oſtēſione hypotheſis qdē fuit, nō oī B ineē A, ſumptū aūt eſt C oī B, & ſic cōcl'o erit alicui C nō ineē A, & huic oppoſita erit, A oī C, ſic. n. erit impoſſe, hoc aūt erit prīa figura ſic ſyllogizādo, oē C A, oē B C, igit oē B A. Hoc aūt erat ꝓblema, quod in tertia figura per impoſſe demōſtrabat. Eodē mō declarat ꝓblema particulare affirmatiuū poſſe in tertia per impoſſe, & in prīa oſtēſiue demonſtrari, & dicit.

Similiter aūt, & ſi in aliquo ſit demōſtratū p impoſſe in tertia, poterit idē demōſtrari oſtēſiue in prīa. vt ſi problema ſit, qdā B A, nā hypotheſis qdē erit in tali demōſtrōne p īpoſſe, nulli B ineē A, ſūptū aūt ē C alicui B, & erit cōcl'o, qdā C nō eſt A, & oppoſita huic cōcl'oni erit, A oī C, mō p̄t fieri ſyll's oſtēſiu⁹ ſic ī prīa, oē C A, quoddā B C, Igit quoddā B A, quod eſt problema propoſitum.

Si aūt priuatiuus ſit ſyll's, hypotheſis quidē A alicui B ineſſe, ſumptū eſt aūt C A quidē nulli, B autem omni, hoc autem media figura.

Inanimatum. Animatum.
A. Al. C.




Homo. Inanimatū. Homo.

Ex his mōſtratur p impoſſe vīis negatiua ī tertia, in ſecunda aūt oſtenſiue.

Similiter aūt, & ſi nō vīis ſit demonſtratio, nam hypotheſis quidēerit oī B ineſſe A, ſumptum eſt autem C, A quidem nulli, B autem alicui, hoc autem media figura.

Irrōnale. Al. Rationale. Rationale.
C.



B.
Animal.
Irrationale. Nō o. Aīal.

Ex his ī tertia cōcludit per impoſſe particularis negatiua, in ſecūda autē oſtenſiue.

F Nunc docet in negatiuis, & declarat ꝙ vniuerſalis ꝓpoſitio negatiua demōſtratur per impoſsibile in tertia, & oſtenſiue in ſecūda. Quo tñ ad verba attinet, animaduerte, ꝙ Ariſto. vſq; huc accepit tres propoſitiones duorum ſyll'orum, quia primo hypotheſim, ſecundo coaſſumptam: & tertio concluſionem oppoſitam eius, quæ per impoſsibile ſyllogizabat, & hoc ſeruauit huc vſq;, nunc autem propter breuitatem mutat ordinem, ſumit enim primo hypotheſim, ſecundo oppoſitam falſæ concluſionis per impoſsibile ſyllogizatę, & tertio coaſſumptā. Amplius, (vt Philoponus inquit,) nō ſolū hęc q̄ in tertia per impoſſe oſtēdunt, poſſunt oſtendi oſtenſiue in ſecunda, ſed in prima, ſed qm̄ propriū eſt hoc ſecundę figurę, propter hoc in ſecūda cōcludit magis illud, quod in tertia cōcludebat. Dicit, {ſi aūt priuatiu⁹ ſyll's ſit, ita vt ꝓblema ſit, nullū B eſt A, hypotheſis qdē erit huic cōtradictoria, A quidē alicui B ineſſe, q̄ ſumat pro minore, & ſumpta ſit omni B C, concluſio erit, quoddā A C. In ſecunda vero figura probatur oſtenſiue ſic ex oppoſito cōG cluſionis, videlicet, nullū A C, pro maiori, & coaſſumpta pro minori, videlicet oē B C, & ſequit igit, nullū B, quod erat problema, quod nūc in ſecunda oſtēſiue eſt ſyllogizatū. Dicit, {hypotheſis quidē A alicui B ineſſe pro minori in oſtenſiuo, ſumptum autem eſt C, A quidem nulli, quod eſt concluſionis oppoſita, quæ ſumatur pro maiore, quę non dicitur coaſſumpta. Sed vocat ex licentia hāc coaſſumptam, B autem omni, hæc enim eſt coaſſumpta primi ſyllogiſmi, qui erat per impoſsibile in tertia figura. Hoc aūt media figura eſt hoc pacto, nullū A C, omne B C, igitur nullū B A, quod erat problema. Vnde per hypotheſim, & oppoſitā cōcluſionis per impoſſe ſyllogizatę inuitur oſtenſiuus ſyllogiſmus, per hypotheſim, & coaſſumptā quā tertio loco ſumit. Innuit deductio per impoſsibile, idem declarat in particulari negatiua, & dicit. {Similiter aūt, & ſi nō vīis ſit demōſtratio, & ꝓblema ſit, quoddam B nō eſt A, nā hypotheſis quidē erit omH ni B ineſſe A, pro minore, in ſyllogiſmo per impoſsibile, ſumptū autem, quod eſt oppoſitum concluſionis deductę, erit C A quidē nulli, pro maiori in oſtenſiuo, & B alicui erit verę coaſſumpta, quæ ſit pro minore in oſtenſiuo, hoc autem media figura. Hoc pacto, nullū A C, quoddā B C, quoddam B. Igitur non eſt A.

Cōmē. 157.

Cap. xviii. De ſyllogiſmo ex oppoſitis.

Manifeſtum ergo, qm̄ per eoſdē terminos, & oſtenſiue eſt demonſtrare vnūquodq; problematum & per impoſsibile, ſimiliter autem erit, & cum ſint oſtēſiui ſyllogiſmi, ad impoſsibile deducere in terminis ſumptis, qñ oppoſita propoſitio cōcluſioni ſumpta fuerit, nā fiūt ijdē ſyllogiſmi ijs, qui ſunt per conuerſionē. Quare ſtatim habemus & figuras, per quas vnūquodq; erit: palam ergo, qm̄ omne ꝓblema

cōmē. 159.

oſtenditur


ostenditur per vtroſq; modos, et per impoſsibile, & ostensiue & non contingit seperari alterum ab altero.

cõmẽ. 158. Ex dictis infert ea, quę declarata sunt. & primo quomodo problemata demõstrent ostẽsiue, & ꝙ impoſſe, & dicit. ¶ Manifestum ergo, quoniam per eosdem terminos, & ostensiue & per impoſsibile est demõstrare vnũ quodq; pblematũ, qm̃ & vſſe, & particulare, & affirmatiuum, & negatinũ, nõ tm̃ per eandẽ figurã, neq; per omnes easdẽ propõnes, vt visum est, hoc est primum. Deinde infert secundum, & dicit. ¶ Similiter autem erit ecõtrario, cũ sint ostẽsiui syllogismi, in eisdẽ sumptis terminis, ad impoſsibile deducere, quãdo oppoſita propõ cõclusioni sumpta fuerit ex consensu aduersarij, cũ altera coassumpta vera, nam sic syllogizando fiunt ij̃dẽ, idest similes syllĩ ijs, qui sunt per cõuersionẽ. Dico similes, qm̃ differentia est nõ parua inter syllogismos per impoſsibile, & syllos conuersiuos, vt patuit. ¶ Tertio infert figuras, quibus hęc demonstrãtur, & dicit. Quare statim habemus & figuras, per quas vnũquodq; erit pblema demonstratũ, qm̃ per oẽs figuras, vltimo cõcludit ¶ palam ergo, qm̃ oẽ problema ostenditur per vtroſq; modos, & per impoſsibile & ostensiue, & nõ cõtingit seperari alterum ab altero, non enim põt syllogizari problema ostẽsiue, cũ & impoſſe syllogizet, nec ꝙ impoſſe, quin & ostẽsiue, quãuis nõ in eadẽ figura, dixit ꝙ vtroſq; modos nõ autẽ per omnes modos, qm̃ vt Philoponus inqt, omne problema siue affirmatiuũ, siue negatiuũ ostẽditur ꝙ impoſsibile, & recte, hæc de syllogismo per impoſsibile.

Cap. xviii. De syllogismo ex oppoſitis.

IN qua autem figura est ex oppoſitis syllogizare, & in qua non est, sic erit manifestũ. Dico autem oppoſitas esse propõnes secundum locutionem quidẽ quatuor. vt omni nulli: & omni & nõ omni: & alicui, & nulli: & alicui, & non alicui ineſſe. Secundũ veritatẽ aũt tres, nã alicui & nõ alicui secundũ locutionẽ opponuntur solum, harũ aũt cõtrarias quidẽ vniuersales, omni nulli ineſſe, vt omnẽ disciplinam esse studiosam, nullam disciplinã esse studioſam, alias vero oppoſitas.

Omnis disciplina. Est studioſa.	Oppoſitę. fm veritatẽ.	Nulla disciplina. Est studioſa.



Quædã disciplina est studioſa.	fm locu. oppoſitę.	Quædã disciplina. nõ est studioſa.

cõmẽ. 159. Nunc de syllogismo, qui fit ex oppoſitis, & primo ꝑmittit intentionem, deinde declarat quæ sint propõnes oppoſitę, de prima dicit. ¶ In qua aũt figura est ex oppoſitis syllogizare, & in qua non est, sic erit manifestũ, hęc est intentio. Deinde declarat oppõnes, & dicit. ¶ Dico autẽ oppoſitas esse propõnes secundum locutionẽ quidem quatuor, hoc est secundum vocem, vt omni, nulli, & omni, & non omni, & alicui, & nulli, & alicui & non alicui ineſſe. & per nõ alicui ineſſe, intelligit negatione poſtpoſita alicui nõ ineſſe. Secundum veritatẽ aũt tres: nam alicui ineſſe, & alicui nõ ineſſe secundũ locutionẽ, hoc est secundũ vocẽ solũ opponuntur, quoniã secundũ A rem possunt esse simul verę. Deinde reducit has duas oppoſitiones, & dicit. ¶ Harũ aũt contrarias dico vlẽs quidem, vt omni, nulli ineſſe, vt omnem disciplinam eẽ studioſam, & nullam disciplinam esse studioſam, alias vero oppoſitas, hoc est alias duas, dico esse cõtradictorias, vt omnis disciplina est studioſa, quædam disciplina nõ est studioſa, & nulla disciplina est studioſa, quędam disciplina est studioſa. Multę alię possent eẽ oppoſitiões, vt priuatiuę, & relatiuę, quę cum non sint in propoſitionib⁹, sed in terminis, non sunt ad propoſitum.

Prima figura.

IN prima igitur figura non est ex oppoſitis propoſitionibus syllogiſmus, neque affirmatiuus, neque negatiuus. Affirmatiuus quidem, quoniam oportet vtraſque affirmatiuas esse propoſitiones: oppoſitę autem sunt affirmatio, & negatio. Priuatiuus autẽ, quoniam oppoſitæ quidem idem de eodem prædicant, & negant, in prima autem medium nõ dicitur de vtriſq;, sed de illo quidem aliud negatur, idem autem de alio prædicatur, hæ vero non opponuntur.

cõmẽ. 160. Iis pręmiſsis, nunc exequitur, & ponit hanc cõclusionẽ, videlicet in prima figura non est ex oppoſitis propõnibus syllogiſmus, neq; affirmatiuus, neque negatiuus. Hæc est cõclusio. Sed anteq; declaret conclusio, exponamus qd sit syllogiſmus ex oppoſitis, ad quod rñdet Philoponus, ꝙ syllogiſmus ex oppoſitis est, in cuius conclusione idem negatur à se, vt omnis disciplina est studioſa, nulla disciplina est studioſa. Igitur nulla disciplina est disciplina. Ecce quomodo in conclusione huius syllogiſmi idem negatur à se vniuersaliter, vel particulariter.

Quid sit syllogiſmus ex oppoſitis.

Quare oportet, vt syllogiſmus ex oppoſitis sit, q ex propoſitionibus, quæ sunt inuicem contrarię, vel contradictorię, infert conclusionem in qua idẽ negatur à se ipso. Amplius sequitur, ꝙ nullus syllogiſmus affirmatiuus poſsit esse ex oppoſitis ad conclusionem affirmatiuam, quoniam conclusio affirmatiua non potest syllogizari, nisi ex vtriſq; affirmatiuis, at duæ affirmatiuæ non opponuntur contrarie, nec contradictorie. Rursum sequitur, ꝙ, si propoſitiones syllogiſmi opponantur contrarie secundum vocem tantum, hoc est subcontrarie, non erit syllogiſmus ex oppoſitis. Tum quia ambę propoſitiones erunt particulares, ex quibus nihil sequitur. Tũ etiam, quoniam subcontrarię non opponuntur secundũ veritatem, quia ambę possunt esse simul verę. Demum sequitur, ꝙ ex oppoſitis prædicatis proprie non fit syllogiſmus ex oppoſitis, cuiusmodi sunt hęc prędicata bonum, & malum, quoniam hęc non opponuntur secundum affirmationem, & negationem, sed potius secundũ priuationẽ & habitum, de vtilitate syllogiſmi ex oppoſitis poſtea dicemus. His declaratis redeamus ad textum, & dicamus, ꝙ Aristoteles probat conclusionem, & dicit. ¶ Affirmatiuus quidẽ syllogiſmus nõ põt esse in prima figura ex oppoſitis, qm̃ in tali syllogiſmo affirmatiuo, oportet vtraſq; propoſitiones eẽ affirmatiuas, oppoſitę autem sunt affirmatio & negatio, quę nõ possunt eẽ in syllogiſmo affirmatiuo, cum vtręq; sint affirmatiuæ. Deinde ꝓbat ꝙ nec priuatiuus, & dicit. Priuatiuus aũt, ſubaudi minime, qm̃ oppoſitę quidẽ, idẽ scilicet prædicatũ, de eodem ſubiecto prędicant, hoc est affirmãt, & negant, in prima autem mediũ nõ de vtriſq; extremis, sed de illo, ſ. medio aliud, scilicet maior negatur, & idẽ medium de alio prædicatur, hæ vero non opponuntur. Quare nec syllogiſmus negatiuus potest esse ex oppoſitis in prima figura, vnde ratio communis esse potest ꝙ in prima figura non fiat ex oppoſitis syllogiſmus, quoniam propõnes nunq; opponuntur, niſi idem ſubiũcia-

tur in vtraq;,et idem prędicetur in vtraq;. Modo in prima figura illud quod ſubñcitur in vna, prædicatur in alia. Sed dices hic ſyllogiſmus eſt ex oppoſitis nullum ſtudioſum eſt diſciplina, omnis diſciplina eſt ſtudioſa, igitur nulla diſciplina eſt diſciplina. Dicendum ꝙ hic ſyllogiſmus non eſt formaliter ex oppoſitis propter rationes aſſignatas, ſed eſt ex oppoſitis reductiue. Nam conuerſa maiore in terminis ſyllogiſmus fiet ex oppoſitis in ſecunda figura.

Obiectio.

Rñſio.

Caput. xix. De ſyllo ex oppoſitis in ſecunda figura.

IN media autem figura, & ex oppoſitis, & ex contrarijs contingit fieri ſyllogiſmum. Sit enim ſtudioſum quidem in quo A, diſcipli na vero in quo B,& in quo C. Si ergo omnem diſciplinam ſtudioſam ſumpſit, & nullam, A ineſt omni B,& nulli C,quare B nulli C;nulla ergo diſciplina,diſciplina eſt.

Studioſum.

A.

Ex oppoſitis cõtrariis per ſe ſyllogizatur ī camestres vniuerſalis negatiua.


O. N.

B. C.

Diſciplina. N. Diſciplina.

Cõmẽ. 160. Cum oſtenderit in prima figura fieri non poſſe ſyllogyſmum ex oppoſitis propoſitionibus, nunc oſtendit ſyllogiſmum ex oppoſitis fieri in ſecunda,& primo oſtẽdit eum fieri poſſe in vniuerſalibus, ſecundo in particularibus.& declarando eum fieri poſſe in vniuerſalibus, primo hoc declarat fieri poſſe in ſecundo modo,ſ.Camestres,deinde in primo modo,vt in Cæſare. & declarando hunc ſyllogiſmum fieri poſſe in ſecundo modo, primo eum fieri,poſſe exponit ex per ſe contrarijs propoſitionibus,deinde ex contrarñs per accidens. De prīa parte dicit,{in media autem figura, & ex oppoſitis,ſ.contradictorijs, & ex contrarñs contingit fieri ſyllogiſmū. Et ꝙ ita ſit probat exemplo in Camestres & in contrarijs per ſe,& dicit.{Sit enim ſtudioſum quidem in quo A,quod medium eſt. Diſciplina vero ſit in quo B, maior extremitas ponitur, & in quo C,minor extremitas. Si ergo ſyllogizans ſumpſit omnem diſciplinā ſtudioſam, & nullam diſciplinā ſtudioſam,tunc A ineſt omni B,quoniam omnis diſciplina eſt ſtudioſa,& nulli C, quoniam nulla diſciplina eſt ſtudioſa,quare, B nulli C, nulla ergo diſciplina eſt diſciplina,hic ergo ſyllogiſmus ex contrarijs propoſitionibus ſyllogizauit concluſionem, in qua diſciplina vniuerſaliter negatur à ſeipſa.

Similiter autem & ſi omnẽ ſumens ſtudioſam diſciplinam,medicinā autẽ nõ ſtudioſam ſumpſit:nã A, B quidem omni,C autem nulli, quare aliqua diſciplina non erit diſciplina.



E Hoc idem declarat in oppoſitis per accidens,& dicit. {Similiter autem,& ſi omnem ſumens ſtudioſam diſciplinam,medicinam autem non ſtudioſam ſumpſit, hoc eſt, & nullam medicinam eſſe ſtudioſam ſumpſit. nam A,B quidem omni,quoniam omnis diſciplina ſtudioſa:C autem nulli,quoniam nulla medicina ſtudioſa. ex ijs ſequitur directe, igitur nulla medicina eſt diſciplina. per ſubacceptionem autem ſequitur etiam (vt quędam diſciplina nõ ſit diſciplina ſic arguendo in Ferio)nulla medicina eſt diſciplina,hęc fuit concluſio. Quędam diſciplina eſt medicina,igitur in Ferio, quædam diſciplina non eſt diſciplina,vel in tertia figura ſubaccipiendo ſic,nulla medicina eſt diſciplina, omnis medicina eſt diſciplina ergo in Felapton,quædam diſciplina non eſt diſciplina. Cõmẽ.161.

Particularis negatiua ex contradictoriis in Feſtino aſtruitur.


Quo vero ad ſyllogiſmos attinet, animaduerte, (vt Philoponus inquit,)in his ſyllogiſmis ſẽp minorẽ eſſe falſam,& maiorẽ veram, vt tñ ſyllogiſmus ſit apparens propoſitio falſa debet eſſe occulte falſa,ſed quomodo falſa propoſitio poſsit occultari,in Topicis declaratẽ. Amplius per hos ſyllogiſmos probari ſolet voluptatem nõ eſſe voluptatem,quoniam omnis voluptas bona, nulla voluptas bona,igitur nulla voluptas eſt voluptas. & diuina non eſſe diuina,omne diuinum eſt iuſtum, nullum diuinum eſt iuſtum,igitur nullum diuinum eſt diuinũ. Et quoniam,(vt Philoponus inquit,) in talibus ſyllogiſmis,altera ꝓpoſitio vera eſt,altera occulte falſa, de modis occultandi falſa in Topicis dictum eſt. F

Cõmẽ. 163.

Et ſi A,C quidem omni,B autẽ nulli. Eſt autem B quidem diſciplina, C autem Medicina, A vero opinio. Nullam enim diſciplinam opinionem ſumens, ſumpſit aliquam diſciplinã eſſe opinionem, differt autem à priore in terminis conuerti,nam prius quidem ad B, nunc autem ad C affirmatiuum.

Opinio.

A.



Diſciplina. Al.nõ. Medicina.

Vlis negatiua ex cõtrariis concluditur ſicut in ſuperiori in camestres.

Cõmẽ. 164.

Nunc docet ſyllogizare ex contrarñs in Cæſare,& vtitur contrarñs ꝑ accidẽs, quia per ſubaceptionem poſſunt reduci ad contraria per ſe,& dicit. Et ſi A,C quidem omni,B autem nulli,etiam ſyllogizari poteſt ex oppoſitis. Deinde diſponit terminos, & dicit. {Eſt autem B quidem diſciplina,C autem medicina,A vero opinio. Cõmẽ. 162. G

Dubitatio.

Sed dices ex his non habetur concluſio,in qua negatur idem à ſeipſo,nam eſt concluſio, nulla medicina eſt diſciplina,vbi patet idem non negari â ſeipſo. Reſpõdet, & dicit. {Nullam enim diſciplinam opinionẽ ſumens,ſumpſit aliquam diſciplinam eſſe opinionem per ſubacceptionem, quoniam ſequitur, nulla Medicina eſt diſciplina, quædam diſciplina eſt medicina, igitur quædam diſciplina non eſt diſciplina,ergo ſumendo medicinam eſſe opinionem, ſumpſit aliquam diſciplinam eſſe opinionem, quoniam aliqua diſciplina eſt medicina,& medicina omnis eſt opinio,& ſic poteſtate ſequitur(vt quædam diſciplina nõ ſit diſciplina.) Deinde aſſignat differentiam inter hunc ſecundum modũ, & primum modum,quem prius accepit,& dicit. Differt autẽ hic modus à priore in terminis conuerti ad oppoſitam qualitatem. H

Solutio.

Caput. xx. De ſyllo ex oppoſitis in tertia figura

Cõmẽ. 165.


1. concluſio.

2. cõcluſio.

qualitatem. Nam prius quidē ad B, maiorē, nunc aūt ad C minorē affirmatiuū addit. Ergo differētia est, qm̄ primus habet minorem negatiuā, maiorem vero affirmatiuam. Secundus autem econuerso.

Et si non vniuersalis altera propositio, similiter. Semper enim medium est, quod ab altero quidem negatiue dicitur, ab altero vero affirmatiue.

Studiosum.
A.



Particularis negatiua ex contradictoriis in Festino astruitur.

Cōmē. 163. Nunc docet in particularibus syllogizari ex oppositis, & dicit. {Et si non vniuersalis altera propositio sit, (vt in Festino,) & Barocco similiter syllogizari pōt ex oppositis, cui⁹ causam assignat, & dicit. {Semper enim medium est quod ab altero quidē negatiue dr̄, ab altero vero extremo dr̄ affirmatiue, & sic syllogismus ex oppositis fieri pōt in talib⁹, vt si idē ponat in B, & in C. vt disciplina, & in A, studiosum. Verū hęc est dr̄ia, (vt ex Philopono colligit,) qꝫ in vr̄ibus syllogismus fit ex cōtrarijs, pponibus, in particularibus vero, ex contradictorijs.

Quare contingit oppositа quidem perfici, non autem semper, neqꝫ omnino. Sed si sic se habēt, quę sub medio sunt, vt vel eadem sint, vel vt totum et pars, aliter autem impossibile, nō enim erunt propositiōes vllo modo neqꝫ cōtrarię, neqꝫ oppositę.

Cōmē. 164. Ex ijs cōcludit syllogismū ex oppositis fieri posse. Et declarat qñ fieri pōt, & qñ nō fieri pōt, & dicit. {Quare cōtingit oppositа qdē perfici, hoc est cōcludi, hoc est ex dictis patet syllogismū ex oppositis, in quo idē negat à se, fieri posse, non aūt semper, & omnino, hoc est quocunqꝫ modo sumptis oppositis, sed si sic se habent extremitates, videlicet A & B, quę sunt sub medio, vel vt eadem sint re & nomine, & tunc sit syllogismus ex oppositis per se, vel se habent, (vt totum & pars,) siue vt superius & inferius, & tunc fit syllogismus ex oppositis per accidens. Aliter autem sumptis extremis, quæ sunt sub medio, impossibile est fieri syllogismum ex oppositis: non enim propositiones, si aliter extrema sumantur sub medio, erunt vllo modo neqꝫ contrariæ, neqꝫ oppositæ.

Caput. xx. De syll'o ex oppositis in tertia figura

IN tertia vero figura affirmatiuus quidem syllogismus nunquā erit ex oppositis propositionibus, propter causam dictā, & in prima figura. Negatiuus aūt erit syllogismus, & vniuersalibus, & nō vniuersalibus terminis.

Cōmē. 165. Cum cōpleuerit de syllogismis ex oppositis in secunda figura, nunc dicit & de tertia, & assignat duas conclusiones, & dicit. {In tertia vero figura affirmatiuus quidē syllogismus nunqꝫ erit ex oppositis propositionibus, propter causam dictam, & in prima figura. Quia, (vt dictū est,) in affirmatiuo syllogismo propositiones vtrqꝫ sunt affirmatiuæ, & sic non possunt esse nec contrariæ, nec contradictorie. Hæc est prima conclusio. Deinde assignat secundam, & dicit. {Negatiuus autem erit syllogismus ex oppositis, & vr̄ibus & nō vr̄ibu terminis.


1. conclusio.

2. cōclusio.

A Sit enim disciplina ī quo B, & in quo C. Medicina autem in quo A. Si ergo sumat omnem medicinam disciplinam, & nullam Medicinā disciplinā B omni A sumpsit, & C nulli A. Quare erit aliqua disciplina nō disciplina. Similiter autem, & si nō vniuersaliter sumpta sit A C propō. Nā si est aliqua Medicina disciplina, & rursum nulla Medicina disciplina. Accidit disciplinam aliquam nō eē disciplinam. Sunt autem vniuersaliter quidē sumptis terminis: cōtrarię propositiones. Si autem particularis altera sit, oppositę.

Disciplina. Disciplina. Disciplina. Disciplina.
Al.non. Al.non.

B



His duobus syll'is particularis negatiua astruit ex oppositis quidē cōtrariis in Felapton, ex cōtradictoriis autem in Ferison.

Cōmē. 166. Nunc probat secundam conclusionem, & primo vniuersalibus, (vt in Felapton) & dicit. {Sit enim disciplina in quo B, & sit etiam disciplina in quo C, medicina autem sit in quo A. Si ergo terminis sic dispositis, sumat omnem medicinam, & nullam medicinam disciplinā, B omni A sumpsit inesse, & C nulli A inesse. quare erit aliqua disciplina non disciplina. hæc de vniuersalibus.

C Deinde declarat idem in particularibus, vt in Ferison, & dicit. Similiter autem, & si non vniuersaliter sumpta sit A C propositio, hoc est minor. nā si est aliqua medicina disciplina ī minore, & rursum in maiore nulla medicina disciplina. accidit disciplinam aliquam non esse disciplinam in Ferison, idem fieri potest in Brocardo.

Quo vero ad verba attinet, animaduerte reperiri duplicem scripturam. alteram, quæ est, & si non vniuersaliter sumpta sit A C. & tunc innuit syllogismum ex oppositis esse faciendum in Ferison, cuius minor est particularis affirmatiua. alteram quæ est, & si non vniuersaliter sumpta sit A B, & tunc innuit syllogismum esse conficiendum in Broccardo, cuius A B. Maior est particularis negatiua. verum prima scriptura est verior, quoniā exemplum suum est in Ferison, vt patet consideranti.

D Deinde ponit differentiam inter propositiones, quæ summuntur in vniuersalibus, & quæ summūrur in particularibus, & dicit. Sunt autem vniuersaliter quidem sumptis terminis, contrariæ propositiones. si autem particularis, altera propositio sit, altera vero vniuersalis, propositiones erunt oppositæ, hoc est contradictoriæ, & forte Aristoteles hoc quod hic asserit, nō modo vult esse verum in modis tertię figurę, sed in modis cuiusuis figuræ, quoniam syllogismi ex contrarijs semper sunt vniuersales, syllogismi vero, ex contradictorijs semper sunt particulares.

Oportet autem scire, quoniam cōtingit oppositа sic sumere, quemadmodū diximus omnem disciplinam studiosam eē, & rursum nullam, aut aliquam nō esse studiosam, quod nō solet latere, erit autem per alias interrogationes syllogizare alteram, quemadmodū in Topicis dictum est sumere.

cõmẽ. 167. Secundo declarat secundum quot oppositorũ modos fiat syllogismus ex oppositis,& dicit. {Oportet autem scire,quoniam contingit oppositа,hoc est oppositas propositiones sic sumere,vt diximus contrarie. vt omnem disciplinam studiosam esse,& rursum nullam disciplinã esse studiosam,aut contradictorie, vt aliquam non esse studiosam,subaudi & omnem esse studiosam, quod nõ solet latere,nam sic sumendo aperte propositiones,cum non lateant, syllogismus ex oppositis fere inutilis erit. Propterea addit,erit aut per alias interrogationes syllogizare alteram. In qua.s.idem negatur à se, quemadmodum in Topicis dictum est. Vnde(vt Philoponus inqt) Quę Philo. metodus est, vt in talibus syllogismis ex oppositis abscondere debeamus propositiones, abscondimus autem propositiones, quando per plures alias idem concluditur,quod concludebatur in syllogismo ex oppositis, aut per alia nomina sic,omnis voluptas mala, nullum gaudium malum,igitur voluptas non est voluptas. Hoc.n. quia aliud nomen est, celat oppositionem propositionum. Verum de ijs in Topicis.

Quoniam autem affirmationum oppositiones sunt tres, sexies accidit oppositа sumere, aut omni & nulli, aut omni & non omni, aut alicui & nulli,& hoc conuerti in terminis: vt A omni B, & nulli C: aut omni C, & nulli B: aut huic quidem omni, illi vero non omni, & rursum hoc conuerti secundum terminos. Similiter autem in tertia figura, quare manifestum est, & quoties, & in quibus figuris contingit per oppositas propositiones fieri syllogismum.

cõmẽ. 168. Sex modi syllogizãdi ex oppositis. Nunc assignat numerum syllogismorum, qui fieri possunt ex oppositis, & vult modos syllogizandi ex oppositis esse sex,nam tres sunt modi oppositionum, & in quolibet oppositionis modo duo syllogizandi modi accipi possunt,prout contingit pręponere affirmatiuã negatiuę,& econuerso,ergo sex modi sunt. Quoniam tres oppositiones ductæ in duas,faciunt modos sex, vnde dicit,{quoniam autem affirmationum oppositiones sunt tres,sexies accidit oppositа sumere,& p consequens sex erunt modi syllogizandi in prima & secunda figura. Et declarat oppositiones esse tres, & dicit. {Aut omni & nulli,& hæc est prima. Aut omni,& non omni, hæc est secunda,quæ oppositio contradictionis est. Aut alicui & nulli,& hæc est tertia,quæ etiam contradictionis est. Deinde docet multiplicare vnamquãq; harum p duas, prout contingit præponere affirmatiuum negatiuo, & econuerso,& dicit,& hoc, idest, & vnamquamq; harũ contingit conuerti in terminis, prout contingit affirmatiuum addi ad B maiorem, & negatiuum ad C minorẽ, & econuerso. vt A contingit inesse omni B,& nulli C,aut econuerso omni C, & nulli B, & sic prima oppositio est ducta in duas. Similiter secunda duci potest in duas, & hoc subscribit, aut A contingit huic quidem omni ineẽ, scilicet B,illi vero,scilicet C,non omni, & rursum hoc cõuerti secundum terminos,quatenus contingit econuerso A inesse B non omni,& C omni,& sic iterum hæc duci potest in duas. Tertia quoq; oppositio,quã propter breuitatem tacuit,etiam potest cõuerti,in duasq; duci, quoniam A contingit inesse alicui B,& nulli C,& cõtra, nulli B,& alicui C,& tres oppositiões sunt,quę cũ possint duci in duas, omnes erũt sex,& sic syllogizãdi modi in secunda figura ex oppositis erunt sex. Similiter autem in tertia figura poterũt intelligi sex ex parte oppositionũ, licet defectu modorũ fortasse non sint tot. Quare,(vt inquit,)manifestũ est,& quoties,quia sexies, & in quibus figuris,quia in secunda,& tertia, cõtingit per oppositas propositiones fieri syllogismum.

E Manifestum est autem, quoniam ex falsis est verum syllogizare, quemadmodum dictum est prius, ex oppositis autem non est. Semper enim contrarius syllogismus fit rei,(vt si est bonum, non esse bonum, aut si animal, non animal) quoniam ex contradictione est syllogismus, & subiecti termini aut ijdem sunt, aut hic quidem totum, ille autem pars.


Cõmẽ. 169. Quoniam syllogismus ex oppositis magnam videtur habere conuenientiam cum syllogismo, q est ex falsis, ideo consequenter inter eos differentiam affert, & dicit.{Manifestum est autem,quoniam ex falsis est verum syllogizare,quemadmodum dictum est prius, per syllogismum autem ex oppositis,non est verum aliquãdo syllogizare,sed semper falsum. Cuius rationem assignat,& dicit.{Semper enim contrarius syllogismus fit rei, hoc est contrarius illi modo, quo se habet res, vt si est bonum secundum rem,per syllogismum ex oppositis ostenditur,non esse bonum. Aut si animal, non esse animal,& causam assignat,& dicit. Quoniam ex contradictione,hoc est ex propositionibus contrarie, vel contradictorie oppositis,quæ simul verę esse non possunt, est syllogismus,& subiecti termini,qui ponũtur pro extremitatibus in syllogismo ex oppositis,aut ijdem sunt, vt in syllogismis,qui fiunt ex oppositis per se, aut hic qdem totum,ille autem pars,hoc est aut se habent, (vt superius,& inferius,)veluti in syllogismis, qui fiunt ex oppositis per accidens. Quare semper in talibus conclusio est propositio,in qua idem negatur à se,& ita nunquam Dubitatio. est vera. Sed dubitatur contra hanc differentiam, quoniam videtur per syllogismum ex oppositis aliquando sequi verum,vt si fiat hic syllogismus,omnis hyppocẽtaurus est homo,nullus hypocẽtaurus est homo, igitur G nullus hypocentaurus est hypocentaurus, hæc enim cõclusio est syllogismi, qui fit ex oppositis, quæ tamen vera est,quoniam eius contradictoria est propositio affirmatiua, cuius neuter terminus pro aliquo accipitur, Solutio. siue supponitur, modo quælibet talis est falsa. Et propterea intelligenda est hæc differentia de conclusionibus, quarum termini pro aliquo, vel aliquot accipi, ac supponi possint.

Palam autem quoniam in paralogismis nihil prohibet fieri hypotheseos contradictionem, vt si est impar, non esse impar. Nam ex oppositis propositionibus contrarius erit syllogismus, si ergo sumpserit hoc modo hypotheseos erit contradictio.

In hoc syllo concluditur contraria de eodem. Cõmẽ. 170. Nunc vult tangere vtilitatem syllogismi ex oppositis,& velle videtur,q̃ fit vtilis ea vtilitate, qua erat vtilis syllogismus per impossibile,erat enim syllogismus p̃ H impossibile vtilis ad destruendam hypothesim, vt ex illius destructione haberetur conclusio principaliter intenta. causa autem quoniam respondens cõcedendo oppositа per casum, nihil prohibet, vt ducatur ad maius absurdum, vt q̃ idem negetur à seipso,quod cum maximũ sit absurdum, deducetur ad interimẽdum hypothesim, quam pręconcesserat,cõcedendo oppositas propositiones. Ergo syllogismus ex oppositis potest esse vtilis ad interimendum hypothesim. Vnde dicit. Palam autem, quoniam in paralogismis, hoc est in syllogismis ex oppositis,(vt exponit Philopon9,) nihil prohibet fieri,hoc est deduci ad contradictionem hypotheseos, hoc est nihil prohibet,vt per eos interimatur hypothesis præconcessa,per hoc quod per ipsum deducitur respondens ad maius absurdum,vt ad conclusionem, in qua idem negatur à se,vt si duceretur ad hoc,q̃ numerus impar non sit impar.


sit impar. Nam ex oppositis propositionibus, quas forte concessit rensp̃dens, contrarius erit syllogismus hypothesi præconcessę, ex eo, quia ad maius absurdum deduxit. Tunc concludit vtilitatem, & dicit. ¶Quare si sumpserit respondens, & concesserit hoc modo talia opposita simul, syllogismus ex oppositis erit contradictio hypotheseo, ideſt erit interimens præconcessam hypothesim. Dubō. Sed dubitatur, quoniam non videtur hunc syllogismum valere ad interimendum aliquam propositionum per modum syllogismi per impossibile, cum enim propositiones sint oppositæ, notius est alteram propositionum esse falsam, quam conclusionem esse falsam, cum nihil notius esse possit primo principio, quod est oppositarum alteram esse falsam, & ideo, si ex falsitate conclusionis interimeretur altera propositio, esset petitio principiī. Solutio. Dicendum, quòd Aristoteles intellexit in casu, in quo explicite, vel implicite respondens concesserit opposita, nam licet in oppositis explicite notius sit alteram propositionem esse falsam, quam conclusionem esse falsam, tamen in oppositis implicite concessis, non est notius alteram esse falsam ipsa conclusione, & quoniam possunt opposita implicite concedi, ideo tales syllogismos ex oppositis implicite concessis Aristoteles appellauit Paralosenos, vt Philoponus exposuit). De vtilitate igitur Aristote. non plura tetigit. Philoponus autem dixit syllogismū ex oppositis ad demonstrationes nihil penitus conferre, quoniam in syllogismo ex oppositis semper est altera falsa, & altera vera. At in demonstratione ambæ verę sunt, propterea vult syllogismum ex oppositis solum vtilem esse ad sophysticas importunitates, vt cum respondens concesserit opposita implicite, nam tunc valet ad interimendum hypotesim. Alīj addunt aliam vtilitatem, dicunt enim hūc syllogismum valere argumentando hoc pacto, hæc propositio potest esse conclusio syllogismi ex oppositis, igitur hæc propositio est falsa, quia si probatur antecedens consequentia est bona.

Oportet autem considerare, quoniam sic quidē non est contraria cōcludere ex vno syllogismo, vt sit conclusio, quoniam non est bonum & bonum, aut aliud quiddam tale: nisi statim huiusmodi propositio sumatur, omne animal est album, & non album, hominnem autem animal.



In hoc syllo concludūtur contraria de eodem.

Sed vel sumere oportet contradictionem: vt quoniam omnis disciplina opinio, & non opinio. Deinde sumere quoniam medicina disciplina quidem est, nulla autem opinio, quēadmodum redargutiones fiūt, vel ex duobus syllogismis. Quare esse quidem contraria fm veritatem, quæ sunt sumpta, nō est alio modo quam hoc, vt dictum est prius.



Quærit hic Arist. vt Philoponus exponit, quomodo contraria vel contradictoria possint syllogizari, vtrum vno syllogismo, aut pluribus, venit autē Arist. in hāc dubitationem, quoniam accipit in syllogismo ex oppositis accipi propositiones oppositas: ideo quærit an cōtingat accipere eas vno vel pluribus syllogismis. Cōmen. 171. Respondet per vnum syllogismum non posse oppositā syllogizari, nisi alterum oppositorum alteri copulatum sit in maiore extremitate, vt in hoc syllogismo, omne animal est album, & nō album: omnis homo est animal: ergo omnis homo est albus, & non albus, & dicit. ¶Oportet autem considerare, quoniam sic quidem contraria, quæ sunt simul contraria, non est concludere ex vno syllogismo, vt scilicet sit conclusio vnius & eiusdem syllogismi, quoniā bonum non est & bonum, vel quoniam homo est albus & nō albus, aut aliud quiddam tale, nisi statim huiusmodi propositio pro maiore sumatur, omne animal est album, & non album, hominem autem animal. nam sic sumendo sequitur hominem esse album, & non album. Secundo dicit, ꝙ si non accipiuntur atq; concluduntur opposita per syllogismum vnum, oportet accipere illa hoc pacto, ꝙ alterum supponatur, & falsum syllogizetur, vt si supponatur ꝙ omnis disciplina sit opinio. Syllogizetur in felapton, ꝙ aliqua disciplina non sit opinio sic, nulla medicina est opinio: omnis medicina est disciplina: igitur aliqua disciplina non est opinio, & sic habētur ambo opposita, ꝙ omnis disciplina sit opinio, ꝑ suppositionē, & ꝙ aliqua disciplina non sit opinio, per syllogismum, dicit. ¶Sed vel sumere, & supponere oportet contradictionem, hoc est alteram partem contradictionis, vt quoniam omnis disciplina est opinio, hanc quæ vera est, supponere oportet: & deinde sumere ꝙ disciplina quædam non sit opinio, sumere scilicet per syllogismum in Felapton, qui est, quoniam omnis medicina disciplina quidem est, & nulla disciplina est opinio, quemadmodum redargutiones fiunt. Quæ sunt primi concessi redargutiones. Cum. n. quis concedit aliquid, & per syllogismum cogitur concedere, oppositum dicitur redargutus. Tertio posumus accipere opposita per diuersos syllogismos, ita ꝙ per vnum accipiatur vnum oppositorum, & per alterum syllogismum accipiatur alterum, & hoc inquit, vel ex duobus syllogismis, per quos syllogizentur opposita. Ex ꝝs concludit solutionem quasi epilogando, & dicit. Quare esse atq; accipi contraria fm veritatem quidem, quæ in syllogismis ex oppositis sunt sumpta, non est alio modo quam hoc, vt dictum est prius accipere Aut per vnum syllogismum, in cuius maiore alterum oppositorum sit alteri copulatum, aut per vnum syllogismum, qui probet partem falsam supponendo veram, aut per diuersos syllogismos, qui contraria vel opposita syllogizant. Ex hac solutione potest colligi tertia vtilitas syllogismi ex oppositis. Nam si respondens sophista concedat vnam propositionem, & inde opponens per aliquas rationes syllogizet propositionem oppositam, virtute quarum rationum respondens concedat illam propositionem oppositam, ita ꝙ respondens non reputet absurdum illas propositiones oppositas separatim concedere, tunc valet syllogismus ex oppositis, ad syllogizandum ex illis. Oppositis concessis ad

conclusionem,

conclusionem, in qua idem negatur à se ipso, vt per hoc forte respondẽs appareat manifestius redargutus, quam concedendo propositiones oppositas seorsum. Hæc de syllogismis ex oppositis.

Cap. xxi. De petitiõe principii.

IN principio autem petere, & accipere est quidẽ (vt in genere sumamus) in eo quod est non demonstrare propositum.

Cõme. 172.

Nunc vult agere de petitione principij sunt enim tres errores, qui accidunt circa determinata. Primus quidẽ est petitio eius, quod est in principio, & hic error accidit circa syllogismum circularem. Secũdus vero est falsum non propter hypothesim accidere, & hic error accidit circa syllogismum per impossibile. Tertius est fallacia compositionis, & hic error contingit circa syllogismũ ex oppositis. Quo vero ad verba attinet. Aristoteles per principium cõclusionem intelligit, quæ probanda est. Hæc enim principium dicitur, quoniam est finis intentus, modo finis intentus dicitur principium ex eo, quia est principium intentione, licet sit vltimum in executione. Aristoteles, ergo docet genus eius, quod est petere principium, & dicit, ꝙ eius quod est petere principium, hoc est conclusionem, genus est non demonstrare eam, & inquit. {In principio autem petere, & in principio accipere est quidem, vt in genere sumere, idest est quidem, vt sumam genus eius, in eo quod non est demõstrare propositum, hoc est, genus petitionis principij est non demonstrare conclusionem probandam, siue propositam, & Philoponus dicit, ꝙ est sumere quæsitum, vt concessum.) Hæc de genere.

Hoc autem accidit multipliciter. nam & si omnino non syllogizetur, & si per ignotiora. Aut similiter ignota, & si p posteriora, quod prius est, demonstratio enim ex prioribus & notioribus est.

Cõmen, 173. Nunc subdiuit genus petitionis principij per tres differentias, vt proficiscarur ad inuestigandum veram definitionem petitionis principij, & dicit. {Hoc autem, scilicet non demonstrare propositam cõclusionem accidit

Prima. multipliciter, hoc est tribus modis. Nam & conclusio proponatur, & omnino nõ syllogizetur, & sumatur, vt

Secunda. probata, est non demonstrare propositum. Et si syllogizetur per ignotiora, aut per similiter ignota, etiam est

Tertia. non demonstrare propositum. Et si syllogizetur per posteriora, quod prius est, hoc est etiam tertio modo nõ demonstrare propositum. Nã (vt inquit) demonstratio ex prioribus, & notioribus est. Verũ de re hac in libro posteriorum, sic igitur trifariã est non demonstrare propositum, aut sumere conclusionem sine syllogismo, aut sumere per syllogismum, qui est ex ignotioribus, aut æque notis, aut sumere conclusionem per syllogismum, qui est ex posterioribus, vt si demonstretur hominem esse rationale, per hoc quod est risibilis.

Horum ergo nullum est petere, quod ex principio est, sed quia hæc quidem nata sunt per se cognosci, illa vero per alia. nam principia quidem per se, quæ autem sub principijs, per alia, quando quod non per se notum est, per se aliquis conatur ostẽdere, tunc petit, qd ex principio est.

Cõmẽ. 174. Nunc inuestigat veram definitionem petitionis principij, & primo dicit ꝙ nullum horum sine alio addito est petere, quod ex principio est, & tu intelligas secundum præsſam rationem petitionis principij, & de qua nunc loquimur, quoniam secundum fusam acceptionẽ, quod libet horum potest dici petere principium, vt patet in Topicis. Deinde pro inuestigatione petitionis principij (vt de ea nunc loquitur) præmittit quandam distinctionem quæ est, ꝙ propositionum quæ cognoscuntur à nobis. Aliæ sunt, quę per se ipsas sunt natę cognosci, vt dignitates, quæ terminis cognoscuntur. Aliæ quæ non per se, sed per alia sunt natę cognosci, vt cõclusiones quę non patent ex terminis. Hanc distinctionem ponit, & lege suspensiue vsq; ibi, quando quod non per se, & dicit. {Sed quia eorum, quæ cognoscuntur à nobis, hæc quidem nata sunt per se cognosci, vt dignitates, quæ ex terminis patent, illa vero per alia, vt conclusiones, quæ nõ ex terminis patent. (nam principia quidem per se, conclusiones autem quæ sunt sub principijs, per alia conclusiones sunt sub potestate principiorum, vt causatum sub potestate suæ causæ. Cum itaq; hæc propositionum distinctio vera sit, quando quod non per se notum est, hoc est conclusionem per se aliquis conatur ostendere, non per alia principia, sed sumit eam, vt per se ipsam ostensam, tunc petit quod ex principio est. Est igitur petere principium, cum id, quod non per se natum est cognosci quis conetur ostendere, sicut sit natum cognosci per se ipsum, & ad sui ostensionem non assumat aliud, quo probetur, sed sine probatione petat illud concedi a respondente, ac si sit principium hoc enim est petere principiũ.

Philoponus vero dicit, quod est sumere quæsitum, vt concessum.

Hoc autem est sic facere quidem, vt statim postulet id, quod propositum est, contingit autem & transgredientes, & ad alia eorũ quę nata sunt per illa ostendi, per hæc demonstrare, quod ex principio est. Vt si A ostẽdatur per B & per C, C autem natum sit ostendi per A: accidit enim eos, qui sic syllogizant, idem A per se demonstrare.

Cõmen. 175. Quoniã, vt Philoponus dixit, petere quod est in principio est sumere quæsitum vt concessum, & sumere quę situm, vt concessum, & sumere quæsitum in sui probatione, ideo Aristoteles distinguit quæsitum accipi in sui ostensione bifariam contingere, aut statim, vt dicendo homo est risibilis, igitur homo est risibilis, hic enim idẽ nomine, & resumitur idem statim ad probationem sui, aut non statim, sed inferendo consequentia, quæ ex ipso sequuntur, & dicit. Hoc autem est sic facere quidem, vt statim postulet id quod propositũ est, hoc est, vt statim sumat id, quod propositum est ad probationem sui. Hic est primus modus. Deinde assignat secundum, & dicit. Contingit autem, & transgredientes & ad alia, quæ via consequentiæ sunt nata per illa ostendi, per hæc, quę sunt consequentia demonstrare, quod ex principio est, sic enim idem assumetur in probatione sui non statim, vt si A ostendatur per B & B per C C autem natum ostẽdi per A accidit enim eos, qui sic syllogizant, B per A, & C per B idem A per se demonstrare. Nam A demonstrat C pluribus interpositis, & C demonstrat A igitur A demonstrat seipsum. Demonstratur enim A per B & B per C, & C per A. Igitur pluribus medijs, A per A demonstratur. Et sic idem in probatione sui assumitur non statim.

Quod faciunt qui paralellas arbitrantur scribere, latent enim ipsi se ipsos talia sumentes, quæ non valent demonstrare, cum nõ sint parallelæ.


A. Parallelæ.
B.

Quare accidit sic syllogizantibus vnumquodque esse, dicere si est vnumquodque, sic autem omne erit per se notum, quod est impossibile.

Cum

Cõmẽ. 176. Cum dixisset idem assumi in probatione esse bifariã, & statim, & per media, & exemplificasset in transcendẽtibus quomodo media, nunc ponit exemplum in mathematicis. nã sunt qui probant A B esse parallelas, quia non concurrunt, modo in tali demonstratione idem assumitur in sui ipsius probatione, quoniã A B non concurrunt, quia sunt parallelæ: quare idem assumitur in probatione sui. nam esse parallelas assumitur in probatione eius, quod est non concurrere, & non concurrere assumũt in probatione q̃ sint parallelæ: igitur parallelæ assumuntur in probatione eius quod est esse parallelas. Vnde dicit. ⁊ quod faciunt illi Mathematici, qui arbitrantur parallelas scribere, & subaudi ex distãtia æquali descripta probare eas esse parallelas. Hi enim probãt ex hoc quod æquidistant, ac non conccurrant, sint parallelæ. At hoc est idem assumi in probatione sui. Latent enim ipsi se ipsos talia sumentes, ea enim quæ sumunt, non valent demonstrare A B esse parallelas, cum nõ sint parallelæ, hoc est nisi in virtute parallelarum. Quia enim A B sunt parallelæ æquidistant: si ergo quia æquidistant, sunt parallelæ, tunc erunt parallelæ, quia sunt parallelæ, & sic idem assumitur in sui probatione. Quare, vt inquit, accidit sic syllogizantibus dicere vnumquodq; esse, si est vnumquodq;, & hoc si idem assumitur in sui ipsius probatione, siue statim, siue per media. Et sic omne erit per se notum, atq; dignitas, quæ ex terminis patet, quod est impossibile. Ex his patet quid sit petere principium, nã petere principium est assumere aliquam propositionem in sui ipsius probatione, aut statim, aut per medium vnũ vel plura.

Si ergo aliquis dubitat assũpto dubio quoniam A inest C: similiter & quoniam A ipsi B, petat autem A inesse B, nondum manifestum, si quod in principio est petat. Non enim est principium demonstrationis, quod similiter est incertum.




Cũ maior ac cõclusio æquedubię sũt accidit incerta petitio prĩcipii in prima figura.

Cõmẽ. 177. Nunc declarat quomodo fiat petitio principij in figuris syllogismorum, & primo hoc exponit in affirmatiuis primæ figuræ, & declarando hoc, primo declarat quomodo fiat petitio principij incerta, & dicit. Si ergo aliqs dubitat, assumpto dubio, quoniam A inest C, hoc est si aliquis dubitat de hac conclusione, omne C est A, & eam syllogizet hoc pacto, omne B est A: omne C est B: igit omne C est A, & in hoc syllogismo similiter, quoniam A inest ipsi B, hoc est, & dubitet de maiore huius syllogismi, Petat autem A inesse B, quæ est maior, nõdum manifestum est, si quod in principio est petat, & assignat causam, & dicit. ⁊ Non enim est principium demõstrationis, quod est incertum similiter, vt conclusio, est ergo petitio principij incerta, cum in syllogismo affirmatiuo primæ figuræ, maior & conclusio sunt æquę dubiæ.

Si autem B ad C sic se habet, vt idem sit, aut manifestum q̃ conuertãtur, aut inest alterum alteri, quod in principio est, petit etenim q̃ A insit B, per illa demonstrabit si conuertantur.

A Nunc autem hoc prohibet, sed non modus, si autem hoc faciat, quod dictum est faciet, & cõuertet per tria.



B Nunc declarat, quæ sit petitio principij certa, & vult q̃ petitio principij certa sit, quando ex conclusione cum minore cõuersa syllogizatur ea propositio, quę fuit maior in primo syllogismo recto supponendo q̃ maior, & conclusio primi syllogismi fuerint æquę dubiæ, si enim conclusio in conuerso syllogismo fuerit certior maiore, quæ erat in primo syllogismo, non erit petitio principij, dicit. ⁊ Si autem B ad C & sic se habet, vt idem illi sit, modo quo definitio est idem ei, quod definitur, aut manifestum sit, q̃ conuertantur, vt risibile & homo, aut inest alterum alteri, vt alterum accidens conuertibile inest alteri conuertibiliter, quod in principio est, demonstrãs syllogismo conuerso petit. Quo igitur ad rẽ attinet Aristoteles vult ad hoc, vt in syllogismo conuerso fiat petitio principij, vltra id quod dictũ, scilicet q̃ maior & minor sint æquę ignotæ, minor recti syllogismi sit conuertibilis, quod fieri potest trifariam. Aut quia medium & minor, hoc est B & C, se habẽt, vt definitio, & definitum aut quia se habent, vt proprium & subiectũ, aut vt duo accidentia propria inuicem conuertibilia. Et hæc tria tãgit, cum dicit. ⁊ Si autem B ad C, hoc est medium ad minorem extremitatem sic se habet, vt idem sint, hoc est, vt definitio & definitum, aut manifestum q̃ conuertatur, hoc est aut se habent, vt proprium & subiectum, aut inest alterum alteri, hoc est aut se habent, vt duo accidẽtia conuertibilia.) Illę, qui demonstrat maiorem ex conclusione cum minore conuersa petit, & hoc declarat. Et enim q̃ A insit B, per illa demonstrabit si conuertantur. Nam ex conclusione, & minore conuersa syllogizatur maior hoc pacto, oẽ C A, oẽ B C, igitur oẽ B A. Nunc autẽ hoc scilicet minorem non conuerti prohibet syllogismũ fieri conuersiuum, & sic prohibet fieri petitionem principij, modus autem sumendi tales terminos conuertibiliter, non prohibet petitionem principij. Quasi dicat, si minor non conuertitur, non fit petitio principij quoniã non fit syllogismus conuersiuus. Cõmẽ. 178.


D Modus autem sumendi terminos non prohibet, immo facit, vt petatur principium. Philoponus autem, si recte quæ dicit. Intellexi, exponit aliter, & dicit. Nunc autem hoc prohibet, subaudi si non determinauerimus medium conuerti cum minore, prohibet enim fieri cõuersionem in syllogismo, & sic prohibet fieri petitionem principij. Modus autem non prohibet, ideſt sed modus quo conuertuntur mediũ & minor non prohibet. Immo facit q̃ in syllogismo cõuersiuo fiat petitio principij. Vel tertio exponi potest per hęc Aristotelem remouere quoddam dubium, vtrũ videlicet petitio principij impediat rationem syllogismi simpliciter, & respondet q̃ petitio principij impediat rationem syllogismi probatiui, non autem rationem syllogismi simpliciter, & dicit. ⁊ Nunc autẽ, hoc scilicet principij petitio prohibet, scilicet rationem syllogismi probatiui, sed modus non prohibet petitionem principij, immo stat cum illa nam potest esse modus syllogisticus, & stare

Aliter exponit philoponus.

Ter. expõ.

& ſtare cum petitione principij, & ſi videbitur aliter, ali
ter dicas, tunc quaſi repetendo dicit, ſi autem quod di-
ctum eſt, hoc eſt, B & C conuerti hoc faciat, ſcilicet peti-
tionem principij, faciet talem principij petitionē, & cō-
uertet per tria, hoc eſt per tres terminos met, qui fuerūt
in primo ſyllogiſmo. Eſt ergo ſententia Ariſtotelis, ꝙ
cum maior & cōcluſio in primo & recto ſyllogiſmo ſint
æque ignotæ, ſi conuerterimus à concluſione integra cū
minore conuerſa ſyllogizando maiorem primi ſyllogiſ-
mi, fiet petitio principij, quoniam A B maior ſyllogiza-
bit per rectum ſyllogiſmum A C concluſionem, & A C cō
cluſio ſyllogizabit per conuerſiuum ſyllogiſmū A B ma-
iorem, & ſic A B ſyllogizabit A B. Aſſumetur enim eadē
propoſitio in probatione ſui nō ſtatim, ſed per medium,
quoniam ſi A B demonſtrat A C, & A C demonſtrat A B, igi
tur A B demonſtrat A B.

Similiter autem & ſi B ſumat ineſſe C, quod
ſimiliter incertum ſit, vt & ſi A ineſt C, non qđ
ex principio petit, ſed neq; demonſtrat. Si au-
tem idem ſit A & B: aut eo ꝙ conuertantur, aut
eo ꝙ A ſequitur ad id quod eſt B: quod ex prin
cipio eſt petit, propter eandem cauſam. nam
ex principio quid valet, prius dictum eſt à no
bis, quòd eſt per ſe demonſtrare id, quod non
eſt per ſe manifeſtnm.



Cōmē. 179. Cum declaraſſet quomodo ſit petitio principij in af-
firmatiuis primæ figuræ ex parte maioris, nunc idem de
clarat ex parte minoris, & exponendo hoc, primo decla
rat quomodo fiat incerta petitio, & poſtea quomodo
fiat certa & vera petitio principij, de prima parte dicit.
{Similiter autem demonſtrans, ſi ſumat B ineſſe C hoc
eſt minorem, quod ſimiliter incertum ſit, hoc eſt, quæ
minor ſit ſimiliter incerta, vt & ſi A ineſt C, hoc eſt, vt cō
cluſio, ita vt minor, & concluſio vtraque ſit incerta,
atq; æque ignota, iſte demonſtrans non petit quod eſt
ex principio, ſed neq; demonſtrat per talem primum ſyl
logiſmum, quoniam demonſtratio debet eſſe ex notiori
bus. Deinde declarat ꝙ, ſi maior ſit conuertibilis fit
petitio principij in ſecundo ſyllogiſmo conuerſiuo ſyllo
gizando ex concluſione & conuerſa maiore ipſam mi-
norem, & dicit. {Si autem idem ſit A & B, hoc eſt, ſi autē
A B maior conuertatur, conuertatur dico, aut eo ꝙ A & B
conuertuntur vt definitio, & definitum, aut vt propriū
& ſubiectū, aut eo ꝙ A ſequitur ad id, quod eſt B, & ecō-
uerſo veluti alterum accidens conuertibile ſequitur ad
alterum, quod ex principio eſt petit, propter eandē cau-
ſam, quæ eſt, quia fit ſyllogiſmus cōuerſiuus ex maiore
conuerſa, & cōcluſione ad minorem ſyllogiſmi prioris.
nam ex principio, ſubaudi petere quid valet, & quid ſit,
prius dictum eſt à nobis, quoniam per ſe demonſtrabi-
tur quod non eſt per ſe manifeſtum, hoc eſt, dictum eſt
petere principium eſſe, quoniam quod non eſt per ſe ma
nifeſtum, demonſtrabitur per ſe, hoc eſt accipitur in de-
mōſtratione ſui, & ſic eſt in propoſito, quoniam per mi-
norem probatur concluſio in primo ſyllogiſmo, & in ſe-
cundo ſyllogiſmo per concluſionem cū maiore conuer-
ſa probatur minor, & ſic minor, licet non ſtatim proba-
tur per minorem, erat enim primus ſyllogiſmus, omne B
A, omne C B, igitur omne C A, vbi patet per B C probari A
C. Secundus vero eſt, omne A B: omne C A, igitur omne C
b: vbi patet b C probari per A C, & ſic b C probabitur per
b C, licet non ſtatim. Verum vt dicemus, hæc petitio fit
ſupponendo minorem & concluſionem eſſe æque igno-
tas, quoniam vbi concluſio eſſet notior minore, nō eſſet
petitio in conuerſiuo, & vbi minor eſſet notior conclu-
ſione, in primo non eſſet incerta petitio principij, ſed ve-
ra demonſtratio.

Si ergo eſt in principio petere, per ſe demō
ſtrare, quod non per ſe eſt manifeſtum, hoc au
tem eſt non oſtendere quando ſimiliter dubi
tantur, quod demonſtratur, & per quod de-
monſtratur, id autem, per quod demōſtratur,
eſt idem, vel eo ꝙ eadem eidē, vel eo ꝙ idem
eiſdem ineſſe ſumitur, in media quidem & ter
tia figura vtroq; modo continget ſimiliter qđ
eſt in principio petere.

Cōmē. 180. Nunc vult concludere, ꝙ eodem modo in ſecunda &
tertia fieri poteſt petitio principij in ſyllogiſmis conuer-
ſiuis, quoniam in illis contingunt omnia ea, quæ requi-
runtur ad petitionem principij, quæ fiebat in prima figu
ra, cōtingit enim in illis, vt eadem propoſitio aſſumatur
mediate vel immediate in ſui probatione, & hoc eſt pe-
tere, & ꝙ hoc contingat in illis, patet, quoniam contin-
git, vt altera propoſitio ſit ignota, vt concluſio, & altera
conuertibilis, igitur contingit in illis fieri petitionē prin
cipij in conuerſiuis ſyllogiſmis, ſtnde dicit. Si ergo eſt in
principio petere, quod non per ſe eſt manifeſtum, demō
ſtrare, per ſe, atq; accipi in ſui probatione, & lege ſuſpen-
ſiue vſq; ibi, in media quidem autem, pro & hoc eſt non
oſtendere, nec demonſtrare, quando ſimiliter dubitan-
tur, quod demonſtratur, ideſt quando concluſio ſimili-
ter eſt dubia, & per quod demonſtratur, hoc eſt quando
cōcluſio, & altera propoſitio, per quā ſyllogizatur, ſunt
æque dubię. Hæc enim erat petitio principij incerta, au-
tem, pro & id per quod demonſtratur, eſt idem, hoc eſt,
& altera propoſitio eſt conuertibilis, vel eo ꝙ eadem in-
ter ſe conuertibilia. ſ. maior extremitas & medium ei-
dem. ſ. minori inſunt. Dico & altera propoſitio eſt con-
uertibilis, hoc eſt maior, in qua maior extremitas & me
dium eadem conuertibiliter inter ſe inſunt eidem mino-
ri, vel eo ꝙ idem eiſdem ineſſe ſumitur, hoc eſt, aut mi-
nor, in qua eſt medium & minor extremitas, quæ cōuer
tibiliter eadem ſunt, quibus maior ineſt. Quaſi dicat, in
Prima figura fiebat petitio principij, quando altera pro-
poſitio erat ignota ſicut concluſio, & altera ſcilicet ma-
ior vel minor erat conuertibilis, & cum hæc omnia ſint
in prima figura, in media quidem & tertia figura vtroq;
modo cōtingit maioris, & minoris ſimiliter quod eſt in
principio petere. Aut vtrorūq;, hoc eſt vtroq; modo, aut
vtrinq;, hoc eſt tam ex parte maioris quam ex parte mi-
noris. eſt ergo ſenſus, quia in tertia & media figura alte-
ra propoſitio poteſt eſſe ignota ſicut concluſio, & altera
conuertibilis, ideo vtroq; modo, vt in prima fieri poteſt
petitio principij. Hæc eſt expoſitio Philoponi ſi ver-
ba eius recte percepi.

In prædicatiuo quidē ſyllogiſmo, & in ter-
tia figura, & in prima. Negatiuę autem, quan-
do eadem ab eodem, & non ſimiliter vtræq;
propoſitiones.

Cōmē. 181. Cum dixiſſet tam in tertia quam in ſecunda fieri petis
tionem principij, nunc exponit de prædicatiuo ſyllogiſ-
mo, &

Cōmē. 182.

Cōmē. 183.

Dubi.

mo, & non exponit omnes coniugationes sed solum dicit. In prædicatiuo quidem syllogismo, & in tertia figura, & in prima, & sic vult de affirmatiuis, qui fiunt in tertia figura, ita esse dicendum, vt de affirmatiuis, qui fiunt in prima, nec exposuit exempla, nec descendit ad coniugationes, vt recte aduertit Philoponus, quoniam eodē modo est dicendū de affirmatiuis in tertia, vt de affirmatiuis in prima, exponit vero, quo modo fiat petitio principij in modis negatiuis, & nec descendit ad coniugationes, & vult fieri petitionem principij, quando negatiua est æque ignota, sicut conclusio & termini affirmatiui sunt conuertibiles, nam his sic stantibus ex conclusione, & affirmatiua conuersa contingit syllogizare negatiuā, & sic est petere, cū eadem propositio assumetur mediate saltem in probatione sui. Dicit negatiue autem est petere in tertia figura, cum eadem sunt extrema in affirmatiua, & ab eodem remoueantur hoc est cum affirmatiua conuetitur, vel sic cum extrema affirmatiue eadem sunt hoc est cōuertibilia, ab eodem, hoc est, vel ab eadem definitiōe, quia definitio est eadem vtriusq;, vel ab eodem proprio, quod competit vtrisq;, vel ab eodem accidente quod competit vtrisq;, & non similiter vtræq; propositiones, sed negatiua est æque ignota sicut conclusio, hoc pacto exponit Philoponus, si æquæ dicit, recte percepi sunt enim verba Aristotelis obscura, & quæ dicit Philoponus, non clara.

Similiter autem & in media, eo q̄ non conuerāttur termini fm negatiuos syllogismos.

Cōmē. 181. Nunc declarat quo modo fit petitio principij, in secūda figura, & vult in modis negatiuis secundæ figuræ fieri petitionem principij, sicut in alijs figuris, non tamen eo q̄ conuertantur termini fm negatiuos syllogismos, vt conuertuntur in affirmatiuis, nam particulare affirmatiuum (vt Philoponus dicit) non conuertitur nisi resoluendo ad affirmatiuam de subiecto infinito (vt dictū est superius). Verum (vtrunq; sit) in his fit petitio principij, vt in alijs negatiuis alterum figurarum, supponendo q̄ negatiua sit æque ignota, vt conclusio, & affirmatiua conuertibilis.


Est autem in principio petere, in demōstrationibus quidem, quæ secūdum veritatem sic se habent, in dialecticis autem, quæ secundum opinionem.

Cōmē. 185. Cum hæc dixisset de petitione principij, nunc tangit differentiam inter petitionem, quę fit in demonstratiuis & in dialecticis syllogismis, & dicit. {Est autem in principio petere iu demonstrationibus quidem, quæ fm veritatem sic se habent, vt dictū est, q̄ videlicet altera propositio fm veritatem sit ignota sicut conclusio, & altera fm veritatem conuertibilis. In dialecticis autem, quæ fm opinionem se habent, quæ dicta sunt, vt q̄ fm opinionem altera propositio sit ignota sicut conclusio, & altera fm opinionem conuertibilis. Ex ijs quę dixit Aristotel. patet q̄ si in syllogismo alicuius figuræ sit aliqua propositio, quæ non possit syllogizari circulariter, in tali quantum ad illam propositionem non potest esse petitio principij. Et si ita est: sequitur in modis particularis alicuius figuræ, petitionem principij fieri non posse, quo ad vniuersalem propositionem, quoniam illa nō potest syllogismo conuerſiuo vniuersaliter syllogizari (vt visum est). Amplius sequitur in nullo modo negatiuo alicuius figurę posse esse petitionem principi, quantum ad propositionem affirmatiuam, quoniam illa non potest circulariter syllogizari, gratia formæ, nisi transferendo negatiuas propositiones ad affirmatiuas (vt superius dictum est). Verum est tamen q̄ eodem modo potest peti principium in modo negatiuo, quantum ad propositionē affirmatiuam, quo modo propositio affirmatiua potest circulariter syllogizari. Sed dubitatur quoniam


Dubs. videt in omni syllogismo circulari peti quod est in principio, quoniam semper maior vel altera propositio assumetur in probatione sui, saltem non statim. Dicendū q̄ si in circulari syllogismo conclusio quæ sumitur erit propō per se nota, & immediata, & fiat circularis syllogismus ex illa ad demōstrādū effectū, cū cōuersione alterius, non erit petitio principij. Nā non fit reditus ad propositionem ignotā, eodem genere notitiæ. Nā propositio erat notior in genere notitiæ quia, & cōclusio notior in genere notitię propter quid. At quando altera propositio, & conclusio errunt æquæ ignotæ eodem genere notitiæ, & altera conuertibilis, tunc fit petitio principij, vt patet consideranti ea quæ Aristoteles dicit. Responsio.

Petitionū in principio explicatio in cunctis trium figurarum modis, ex castigatissimis exemplaribus ad vtilitatē studiosorum excerpta.


Prima figura.




Inprimo mō ad monſtrandū vīem affirmatiuā, aſſumēdo eadē de eiſdē, petitur in minori, vt per primos appet terminos: aſſumendo vero idē de eiſdē, in maiori, vt per ſecundos.



In ſecundo mō ad monſtrādā vīem negatiuā, p̄ idem ab eiſdem petitur iuſtā maiorē, per eadē ab eodem nihil monſtrat q̄a minor eſt negatiua.



In tertio modo ad monſtrādā pticularē affirmatiuā, p̄ eadē de eiſdē petitio eſt ſcdm minorē, per ídē de eiſdē nihil mōſtratur q̄a maior particularis.




Ad pticularē negatiuā monſtrādam i quarto mō non petitur in principio quia per idē ab eiſdē, maior negatiua in parte, per eadē ab eodē, minor negatiua in parte: quę etiam non conuertuntur.

Secunda


Secunda figura.

Ad monſtrãdã vlem negatiuã in primo mõ, aſſumendo idem ab eiſdẽ, petitur in maiori: in ſecũdo aſſumẽdo eadẽ ab eodẽ, petitur in minori.




Ad particularem negatiuã ĩ tertio, mõ p idẽ ab eiſdẽ petitur ĩ maiori: per eadẽ ab eodẽ non monſtratur, quia maior particularis.

In quarto p eadẽ ab eodẽ petitur in minori: per idẽ ab eiſdẽ uõ mõſtrat, quia maior particularis.




Tertia figura.

In his cõiugõnibus ad mõſtrandam pticularẽ affirmatiuã p eadem de eodẽ petitur in minori, per idẽ de eiſdẽ, facta cõuerſiõe, petitur in minori. Fit ẽt ſyllus ad vlem affirmatiuã in primo mõ, ſi aſſumunt termini oẽs cõuertibiles.



In his cõplicationibꝫ ad monſtrãdam particulares negatiuã, idẽ ab eiſdẽ petitur in maiori: p eadẽ ab eodem nihil monſtrat, q minor eẽt negatiua ĩ pte, quę etiã non conuertitur.



Cap. xxii. De nõ propter hoc accidere falſum.

NOn propter hoc autem accidere falſum (quod ſępe in diſputationibus ſolemus dicere) Primũ quidem eſt in ĩjs, qui ad impoſſibile ſyllogiſmis, quando ad contradictionẽ eſt huius, quod demonſtratum eſt, ad impoſſibile. nam neq; qui non contradicit, dicit non propter hoc, ſed quoniam falſum eſt aliquid poſitum priorum.

Cõmẽ. 184. Cum egiſſet de errore, qui accidit in ſyllogiſmo conuerſiuo, hoc eſt de petitione principiꝫ, nunc agit de non propter hoc accidere falſum, quod eſt error, qui accidit in ſyllogiſmo deducente ad impoſſibile, eſt autem non propter hoc accidere falſum, vt Philoponus exponit, propoſitio ſuperflua in ſyllogiſmo ad impoſſibile, qua ablata, & loco eius nulla alia poſita, ex reſiduis nihil minus accidit impoſſibile. Vt ſi fieret hæc propoſitionum combinatio, omne album eſt color, omne volatile eſt album, omnis coruus eſt volatilis, igitur omnis coruus eſt albus, cõcluſio eſt impoſſibilis atq; falſa, ideo dubitatur propter quam earũ, quæ aſſumptę ſunt, accidat, & quoniam prima propoſitione remota, ad huc accidit hoc impoſſibile, ideo illa propoſitio, videlicet omne album eſt color, eſt non propter hoc accidere falſum. Quare per oppoſitum propter hoc accidere falſum eſt propoſitio, qua poſita accidit impoſſibile, ſublata autem nõ accidit vt in combinatione aſſignata, hæc propoſitio omne volatile eſt album, eſt propter hoc accidere falſum: nam cꝫ omnis coruus ſit volatilis, vera eſt, & ſic ex ea nõ poteſt ſequi falſum, & cum, non propter illam accidat falſum. Ergo propter Primã, quæ eſt omne volatile eſt album.

F His declaratis. Ariſtoteles aſſignat hanc concluſionẽ non propter hoc accidere falſum cõtingit in ſyllogiſmis per impoſſibile. Et dicit, non propter hoc autem accidere falſum (quod ſæpe in diſputationibus ſolemus dicere) primum quidem eſt in ĩjs ſyllogiſmis, qui ſunt ad impoſſibile, & hoc quando volumus contradicere dicendo falſum quod demonſtratum eſt, non propter hoc accidit. Si enim fiat ſyllogiſmus ex hypotheſi, & coaſſumpta, q̃ inferat falſum, vt ex illo deducamus falſam fuiſſe hypoſim, ſolemus contradicere, dicẽdo non eſſe falſam hypotheſim, quoniam non propter eã ſequitur falſum. Propterea dicit Ariſtoteles, tunc in ſyllogiſmis ad impoſſibile contingere non propter hoc accidere falſum, quando reſpondens eſt ad cõtradictionem huius quod demõſtratum eſt ad impoſſibile: nam tunc ſolet dicere non propter hoc accidit falſum tale. Deinde probat cꝫ tũc accidat in ſyllogiſmis ad impoſſibile non propter hoc accidere falſum, cum reſpondens contradicit, & hoc loco à contrario, & dicit. Nam neq; qui non contradicit, dicit nõ propter hoc accidere falſum, ſed ſi id quod ſyllogizatum eſt, ſit falſum, ſolum dicit, quoniam falſum eſt aliqd poſitum priorum, & non contendit accidat ne propter hoc, an non propter hoc. Quare non propter hoc accidere, accidit in ſyllogiſmis ad impoſſibile, ſolum cum reſpondens contradicit ſyllogizanti per impoſſibile. Quã expoſitionem (vt mihi videtur) dedit Philoponus.

G **Neq; in oſtenſiua, non enim aliquid ponit per contradictionem.**

Cõmẽ. 187. Conclu. 2. Secunda hic aſſignat concluſionem, & dicit. {Neq; in oſtenſiua ſubaudi accidit, non propter hoc accidere falſum, eſt ergo concluſio non propter hoc accidere non contingit in oſtenſiua demonſtratione, probat & dicit. {Non enim qui oſtendit aliquid ponit per contradictionem, hoc eſt cui ſit obĵciendum non propter illud accidere falſum. Aut ſic, non enim qui oſtẽdit ponit aliquid, quod per contradictionem ſit interimendum, igitur in oſtenſiuis non eſt non propter hoc accidere falſum.

H **Amplius autem quando interimitur aliqd oſtenſiue per A B C, non eſt dicere quoniã non propter id, quod poſitum eſt, factus eſt ſyllogiſmus. nam non propter hoc fieri tunc dicimus, quando interempto hoc, nihilominus pficitur ſyllogiſmus, quod non eſt in oſtẽſiuis. Interẽpta enim propoſitione nec qui ad hanc eſt, erit ſyllogiſmus.**

Cõmẽ. 188. Hic ponit ſecundam rationem, & primo repetit concluſionem. Deinde ibi, nam non propter hoc, affert ſecũdam rationem, de prima parte dicit. {Amplius autem, quando interimitur aliquid oſtenſiue per A B C ſyllogiſmum, vt ſi probaretur negatiuæ, cꝫ nullum C ſit A per B oſtenſiuo

ostensiuo syllogismo, non est dicere quoniam non propter id, quod positum est, factus est syllogismus, est ergo conclusio, in ostensiuo syllogismo interemptiuo siue negatiuo non est propositio, quæ est non propter hoc accidere falsum, hæc est conclusio. Deinde assignat rationē, quæ est secunda, & ratio componitur sic, nulla propositio, qua remota nihil minus perficitur syllogismus est in ostensiuis: non propter hoc accidere falsum est propositio, qua remota nihil minus perficitur syllogismus vt patebit per definitionem suam: igitur non propter hoc accidere falsum non est in ostensiuis. de ratione primo ponit minorem, & dicit. {nam non propter hoc fieri, tūc dicimus, quando interempto hoc, nihil minus perficitur syllogismus, hæc est minor, & definitio eius, quod est nō propter hoc accidere. Deinde tangit maiorem, & dicit. {quod non est in ostensiuis, cuius rationem dicit. {Interempta.n. propositione, nec erit syllogismus, qui ad hāc conclusionem, videlicet nullum C est A, & sic in ostensiuis propositio, quæ est non propter hoc accidere, nullo pacto reperiri potest.


Manifestum igitur, quoniam in ijs, qui ad impossibile sunt, dicitur non propter hoc, & quādo sic se habet ad impossibile, quæ ex principio est hypothesis, vt cum sit vel non sit hęc nihil minus accidit impossibile.

Cōmē. 187. Nunc concludit conclusionem principalem, & declarat quid sit non propter hoc, & dicit. {Manifestum igitur, quoniam in ijs syllogismis, qui ad impossibile sunt, dicitur non propter hoc. Hæc est cōclusio. Deinde exponit quid sit non propter hoc, declarando quando contingit in syllogismis non propter hoc, & dicit. {Et quando hypothesis, quæ ex principio est, sic se habet ad impossibile, quod in syllogismo est illatum, vt cum sit vel non sit hæc hypothesis, nihil minus accidit impossibile. Est ergo non propter hoc, propositio superflua in syllogismo ad impossibile, qua posita, vel depositā nihil minus accidit impossibile. Philoponus asserit Aristo. hoc quod hic dixit, vt Corollarium accepisse.

Ergo manifestissimus quidem modus est non propter suppositionem esse falsum, quando ab hypothesi inconiunctus est à medijs syllogismus, quod dictū est & in Topicis, quod enim est non causa, vt causam ponere hoc est, vt si volens ostendere quòd Asymmeter est. Diameter, conetur zenonis ratiōe, quoniam non est moueri, & ad hoc inducat impossibile nullo enim modo continuum est falsum locutioni, quæ est ex principio.

Cōmē. 188. Cū declarasset quid sit ipsum non propter hoc. Nunc distinguit quot modis ipsum non propter hoc dicatur, & dicit. Ergo manifestissimus quidem modus est non propter suppositionem esse falsam, quando ab hypothesi inconiunctus est a medijs syllogismus, hoc est quando hypothesis est separata à terminis, per quos tāquam per medios concluditur impossibile. Hoc est quando in nullo termino communicat, cum syllogismo, qui contra hypothesim inducitur quod dictum est in Topicis, quod enim est non causam ponere (vt causam) hoc est. Est tamen aliqua differentia, quoniam ipsum non propter hoc accidere falsum est minus commune quam non causa, quæ sumitur vt causa. Non causa enim (vt causa generatim fit) quoties ex cōclusione falsa interimitur aliqua propositio, qua posita, vel depositā nihil minus falsa cōclusio sequitur. Ipsum vero non propter hoc tantum cōtingit in syllogismis per impossibile, & quando ex conclusione falsa interimitur hypothesis præaccepta, qua posita vel depositā nihil minus sequitur falsa conclusio, A & ita cum dicitur nō propter hoc accidere falsum, illud pronomen demonstratiuum hoc demonstrat tantum p̄acceptam hypothesim, vt sit sensus nō propter hoc, ideſt non propter hypothesim datam accidit falsum. Dein de hoc exponit per exemplum, vt si conclusio probanda sit hæc. Diameter est Asymmeter costæ, & sumatur hęc hypothesis. Diameter non est Asymmeter costę, & probetur ratione zenonis, qua destruebat motum, hoc pacto. Diameter non est Asymmeter: non contingit infinita pertransire, sed in quolibet spatio sunt infinitę partes. Igitur non contingit spatium aliquod pertransire, hæc conclusio est impossibilis, ergo & hypothesis erit impossibilis, videlicet diameter non est Asymmeter, quare cōclusio probanda illi opposito. Diameter, est Asymmeter, est vera. Patet in hoc syllogismo fieri ipsum non propter hoc accidere, quoniam hoc impossibile, quod accidit in syllogismo zenonis, non accidit propter illam hypothesim, cum syllogismus zenonis non possit communicare cum illa, nō enim illa hpothesis est maior, nec minor, in syllogismo zenonis. Vnde dicit, vt si volens ostēdere quoniā Diameter est Asymmeter, subaudi sumat oppositam, & conetur illam hypothesim oppositam zenonis ratione probare, qua probat quoniā non est moueri, vel quoniam non cōtingit aliquod spatium pertrāsire. Et ad hoc impossibile ex tali hyppothesi inducat. Faciendo (vt nos facimus.) Hic enim q sic syllogizaret, acciperet ipsum non propter hoc accidere, manifestissime, quoniam falsum quod concludit zenonis ratio, nullo modo cōtinuum est locutioni, hoc est hypothesi, quæ ex prīcipio est. Cū illa in syllogismo zenonis nec maior esse possit, nec minor. Hic igitur est modus manifestissimus eius, quod est non propter hoc accidere falsum.

Alius autem modus, si continuum quidem sit impossibile hypothesi, non tamen propter illam accidat, hoc autem possibile est fieri, & in hoc, quod superius, & in hoc quod inferius sumenti continuum. vt si A ponatur ineſſe B, B autem C, C vero D, hoc autem sit falsum, B ineſſe D. Nam, si ablato A nihil minus B ineſt C, & C D, non erit falsum propter eam, quæ à principio est hypothesim.




In hac rōne affirmatiua continuū in deorsum accipiēti nō penes hoc accidit falsum qa existēte vel non existēte prima suppō ne, s. A b idē sequitur falsum.

Cōmē. 189. Nunc assignat secūdum modum, & dicit. {Alius autem modus, si ipsum impossibile illatum sit continuum quidem hypothesi, non tamē propter illam accidat. Hic autem modus non est ita apertus, sicut primus propter copulationem hypothesis cū ipso impossibili illato. Tamen, vt inquit, hoc possibile est fieri dupliciter, & in hoc quod est sumenti superius continuum ad prædicatum hypothesis, & in hoc quod est sumēti inferius continuū sub subiecto hypothesis, vt si A ponatur pro hypothesi ineſſe B, ita vt hypothesis sit omne B est A, et sumatur sub subiecto huius hypothesis, videlicet sub B, videlicet C, & hoc inquit, B autem sumatur ineſſe C, ita vt C sit sub B subiecto hypothesis, C vero sumat rursum ineſſe D: hoc autem sit falsum, b ineſſe: D hoc casu posito, A b est non propter hoc accidere falsum, quod probat, & dicit. nam si ablato A b nihil minus b ineſt C, et C ineſt D, nō erit falsum

ſum propter eam hypotheſim, quæ eſt à principio, hoc eſt A B. nam ea poſita vel depoſita nõ minus accidit illud falſum, videlicet omne D eſt B.

Aut rurſum ſiquis in ſuperiori ſumat continuũ, vt ſi A quidem B, E autem A, F vero E, falſum autem ſit F ineſſe A. Nam & ſic nihilominus erit impoſsibile interẽpta, quæ eſt ex principio hypotheſi.

In hoc ſyllo in ſurſum cõ tinuum acci pienti ꝓpter ſuppõem nõ accidit falſũ, ſicut nec in ſuperiori.




Cõmẽ. 190.

Secundo modo fieri poteſt ipſum non propter hoc accidere falſum, ſumendo ſupra prædicatum dictæ hypotheſis, vt ſi hypotheſis ſit, omne B eſt A, & ſumatur ſupra A, E, & ſupra E F, & dicit. {Aut rurſum ſiquis in ſuperiori ſumat continuum ad A prædicatum hypotheſis, vt ſi A quidem B ineſſe ſumatur pro hypotheſi, E autem ſupra A ſumatur ineſſe A, F vero ſupra E ſumatur ineſſe E, & ſit falſum, F ineſſe A caſu hoc poſito, hoc falſum accidit, & non propter A b. Nam & ſic nihilominus erit impoſsibile, interempta, hoc eſt ablata, vel poſita hypotheſi, quæ eſt ex principio. Et iterum hic modus occultus eſt, & nõ apertus ſicut primus, propter copulationem hypotheſis cum ipſo impoſsibile illato.

Sed oportet ad eos, qui ex principio terminos copulare impoſsibile, ſic enim erit propter hypotheſim, vt inferiori quidem ſumenti continuum ad prædicatum terminum. nam, ſi impoſsibile eſt A ineſſe D, interempto A, non amplius erit falſum, ĩ ſuperiori autem de quo prædicatur. nam, ſi F non poſsibile eſt ineſſe B interempto B, non amplius erit impoſsibile. Similiter autem, & cum priuatiui ſint ſyllogiſmi. Manifeſtum ergo, quòd cum impoſſibile non ad priores terminos fuerit non propter poſitionem accidit falſum.

In his rõnibus propter ſuppõem, & penes hoc falſum accidit, ſupiori ĩ deorſum, inferiori in ſurſum cotinuũ accipiẽnbꝰ: nam ad primos terminos ipm impoſsibile coaptatur.




Cõmen. 191.

Nunc declarat quomodo falſum accidat propter hypotheſim, & vult, ꝙ ad hoc, vt falſum accidat propter hypotheſim oportet copulare impoſsibile illatum vſq; ad terminos hypotheſis, aliter autem illud impoſsibile nõ dicetur accidere propter hypotheſim, & dicit. {Sed oportet ad eos terminos, qui ex principio ſunt in hypotheſi, copulare ipſum impoſsibile, ſic enim erit propter hypotheſim, & ſi non copulantur non erit impoſsibile illud propter hypotheſim. Deinde docet quomodo fiat copulatio hæc vſq; ad terminos hypotheſis, & hoc bifariam exponit. Primo ponẽdo terminos ſub ſubiecto hypotheſis, vt ſub b ſubiecto ſumendo C, & ſub C ſumendo D, & fiat ſyllogiſmus hoc pacto, omne C B, omne D C, igitur omne D b: vltra, omne D b, & omne B eſt A, igitur omne D eſt A. Hæc concluſio eſt falſa, igitur hypotheſis, quę erat, omne b eſt A. Et hoc dicit. {vt inferiori quidem ſumenti, hoc eſt, vt ſiquis ſub inferiori ſumendo ſumat cõtinuum vſq; ad terminum prędicatum in hypotheſis, nã ſi impoſsibile eſt A ineſſe D, quod pro impoſsibili ſyllogizatum eſt, interempto A b quæ fuit hypotheſis, nõ Amplius erit falſum ſequens. Secundo etiam fit copulatio ſumendo ſupra prædicatum hypotheſis vt E ſupra A & F ſupra E, & fiat ſyllogiſmus, omne A E, omne E F igiť omne A F omne A F omne b A, igitur omne b F. Hæc concluſio eſt falſa. Igitur hypotheſis, quæ erat, omne b A. Dicit {in ſuperiori autem ſumatur continuum, de quo prędicatur, ſcilicet F vt ſumatur E dequo F prædicetur. nam ſi F non poſsibile eſt ineſſe b interempto A b, hoc eſt depoſito A b, non amplius erit impoſsibile. Et ſic patet, ꝙ vno modo, A B eſt propter ipſum ſequi falſum, vt cum ſyllogiſmus fiat continuus vſq; ad eam hypotheſim, alio modo eſt non propter ipſum ſequi falſum, ſi ſyllogiſmus nõ continuetur vſq; ad talem hypotheſim. Deinde amplificat id, quod dixit nõ ſolum ad ſyllogiſmos affirmatiuos ſed etiam ad negatiuos, & dicit. {Similiter autem & cũ priuatiui ſint ſyllogiſmi, ſubaudi ipſum nõ propter hoc accidere falſum, & ipſum propter hoc accidere falſum ſe habent. Tunc epilogat, & dicit. {Manifeſtũ ergo quòd cum impoſsibile quod infertur, nõ ad priores terminos, ſcilicet ſubiectum, vel prædicatum hypotheſis primæ copulatur, non propter poſitionem illam primam accidit falſum, & forte hoc non epilogus, ſed concluſio principaliter intenta eſt.

An nec ſic ſemper propter hypotheſim erit falſum. nam, ſi non ei, quod eſt B, ſed ei, quod eſt k, poſitum eſt ineſſe A, k autem C, & hoc D, & ſic manet impoſsibile. Similiter autem ſurſum ſumenti terminos, quare (quoniam cum eſt, & cum non eſt hoc, accidit impoſsibile nõ erit propter propoſitionem:

In hac rõne in deorſũ ter minos accipienti falſum accidit at nõ ꝓp primam ſuppõem tm ſ. b A, ea. n. auferri põt, ſed ꝓp aliã, ſ. K A.




Cõmẽ. 192. Dubium.

Sed dubitat contra ea, quæ dicta ſunt, quoniam idem impoſsibile, vt D eſſe A, poteſt ſequi ad duas hypotheſes, vt ad K eſſe A, & ad B eſſe A. Vt hominem eſſe irrationalem poteſt ſequi ad hominem eſſe æquum, & ad hominem eſſe bouem. Ergo vnaquæq; earũ erit ipſum non propter hoc accidere falſum, tenet argumẽtum, quoniã de quauis earum verum erit dicere, ꝙ ipſa poſita, vel remota, nihil minus accidit impoſsibile. Igitur quælibet earum, eſt ipſum non propter hoc accidere falſum, vnde dicit. {An nec ſic ſemp propter hypotheſim erit falſum. nam ſi non ei, quod eſt B ſed ei, quod eſt K, poſitum eſt in eſſe A, & K poſitum eſt ineſſe C, & hoc poſitum eſt ineſſe D, & ſic maneat idem impoſsibile ita vt ſequatur ad K eſſe A vt ſequebatur ad B eſſe A per continuationẽ vſq; ad terminos,

terminos,(vt dictum eſt,)ſimiliter autem ſurſum ſumẽti terminos, nam eodem modo & ſurſum & deorſum ſumi poſſunt termini. Tunc concludit dubitationẽ,& terminat ſuſpenſionem,& dicit.{Quare,(quoniam cũ eſt, & cum non eſt hoc,accidit impoſsibile,) non erit ,ppter poſitionem , & ſic quælibet earum erit ipſum non propter hoc accidere falſum.Hæc eſt dubitatio.

An cum non eſt hoc nihilminus fieri falſum. Verum non ſic ſumendum vt alio poſito accidat impoſſibile, ſed quãdo ablato hoc, idem,per cæteras propoſitiones concluditur impoſſibile. Nam idem falſum accidere per plures hypotheſes,nihil fortaſſe inconueniẽs eſt,vt parallelas contingere,& ſi maior eſt qui interius eſt,eo qui exterius,& ſi triangulus habet plures rectos duobus.

Per has figuras binis ſuppõnibus falſis coalternas concidere monſtrat.



Cõmẽ. 193.

Nunc Ariſtoteles reſpondet ad dubitationem, & cõcedit quauis illarum ablata ſequi falſum , & cum infertur , igitur quælibet earum eſt ipſum non propter hoc, negat conſequentiam,quoniam ad hoc,vt aliqua propoſitio ſit ipſum non propter hoc , duo requiruntur , & ꝙ


Attende.

ipſa ablata ſequatur illud falſum , & ſequatur per cæteras propoſitiones,quæ remanſerunt ipſa ablata . Nam, ſi ſequitur non per cæteras propoſitiones , quæ remanſerunt, ſed propter aliam propoſitionem, quæ ſumitur loco primæ ex qua ſequebatur , adhuc talis propoſitio erit propter hoc ſequi falſum,& ſic conceditur, vtrãque earum eſſe hypotheſim,atque propter hoc accidere falſum.vnde dicit.{An cum non eſt hoc , nihil minus erit fieri falſum,& ſic concedit quauis earum depoſita,ſequi falſum,modo ponatur loco illius altera,et cum infertur, igitur quælibet earum eſt ipſum non propter hoc, negat conſequentiam & dicit . {Verum non ſic ſumendũ ipſum non propter hoc , vt alio poſito accidat impoſsibile, quoniam alio poſito poteſt accidere impoſsibile,et tamen non erit ipſum non propter hoc , ſed erit ipſum non propter hoc, quando ablato hoc ipſo, idem impoſſibile concluditur per cæteras propoſitiones,& ſic oportet,vt ipſo ablato , per cæteras propoſitiones , quæ remanent, concludatur. Quando enim aliqua propoſitione ablata, adhuc ſequitur idem impoſsibile,& per cæteras propoſitiones, quæ remanſerunt,tunc erit ipſum nõ propter hoc,& aſsignat cauſam,& dicit. Nam idem falſum accidere per plures hypotheſes, nihil fortaſſe inconueniens eſt,& ponit exemplum in geometricis,& dicit, {vt parallelas concurrere , quod eſt impoſsibile accidere poteſt,& ſi maior eſt angulus,qui interius eſt eo , qui exterius angulus eſt,& ſi triangulus habet plures rectos duob⁹. Declararũt enim Geometrę ſequi parallelas cõcurrere ad duas hypotheſes,& ad eam, quæ eſt , omnis angulus interior maior eſt angulo exteriori , & ad eam, quæ eſt , triangulus habet plures angulos ꝙ tres æquales duobus rectis.

Cap. xxiii. De oratiõe falſa.

FAlſa autem oratio fit propter primũ falſum.Aut enim ex duabus propoſitionibus,aut ex pluribus,omnis eſt ſyllogiſm⁹. Ergo ſi ex duabus quidem, harum neceſſe eſt alteram,aut etiam vtraſq; eſſe falſas, nam ex veris non erat falſus ſyllogiſmus. Si vero ex plu

A ribus,vt ſi C quidem per A B , hoc autem per D E,F H , horum erit aliquid ſuperiorum falſum, & propter hoc oratio.Nam A & B,per illa cõcluduntur,quare propter illorum aliquid, accidit concluſio,& falſum.



Falſa eſt hęc orõ propter A D. primũ falſum.

Iſtud caput non ab omnibus eodẽ modo exponitur.

B Quidam volunt Ariſtotelem remouere quoddam dubium circa prędeterminata.dictum eſt enim in ſyllogiſmis per impoſsibile aliqñ ſyllogizari falſum,& quidem nõ propter hypotheſim falſam datã,& propterea poſſet quis ambigere,ſequatur ne talis falſa cõcluſio pp propõnes veras.Ad quod,(vt dicũt,)Ariſto. rñdet in oĩ ſyllogiſmo,ĩ quo eſt falſa cõcluſio, oportere propõnũ aliquã eẽ falſam , qm̃ in omni ſyll'o aut duę propõnes tm̃ ſunt, aut plures q̃ duę,ſi duę tm̃,neceſſe eſt vtranq; aut alterã eſſe falſam,nõ enim ex veris erit falſus ſyllogiſmus. Sin aũt ex pluribus propõnibus ſit,q̃ ex duabus, (quod euenit qñ vtraq; aut altera ,ppoſitionũ proſyllogizeẽ,) neceſſe eſt alteram ſaltem propõnẽ aſſumptã in proſyllogiſmo falſam eſſe,ſi concluſio principalis falſa ſit. Nos vero Ariſtotelẽ hic de falſa ratiocinatione,agere dixim⁹ olim.(Inſcribitur enĩ cap. περὶ λόγου ψευδοῦς: hoc eſt de falſa oratione) credentes eum per orationem ratiocinationem ſumpſiſſe.Et tunc dicebamus,ꝙ,cũ Ariſt.dixiſſet de ipſo non propter hoc accidere falſum , hic agit de falſa ratiocinatione . Eſt enim falſa ratiocinatio ſyll's qui falſum concludit.Nec iniuria de re hac hic agit: nã, cũ ſyllogiſmus ducẽs ad impoſsibile ſit ſyllogiſmus ſiue ratiocinatio falſi,erat rõni cõſentaneũ, cũ dixiſſet de ſyllogiſmo ducẽte ad impoſsibile,vt diceret de ſyll'o falſo.

cõmẽ. 194.

Expoſitio propria.

Cã ordi.

Philoponus aũt per logon cõcluſionẽ intelligens, ait Ariſtotelem velle hic declarare agere ꝙ de falſa concluſione,& quod exponit de falſa concluſione,eſt, ꝙ ipſa ſequitur ex primo falſo , nam licet in ſyllogiſmis ex quib⁹ ſequitur,eſſent ordine quodã plura falſa,cõcluſio tñ ſem per intelligitur ſequi ex primo falſo. Vnde dicit,{falſa autem oratio,hoc eſt falſa concluſio fit propter primum falſum,& ꝙ pp primũ falſum , declarat , & dicit.{Aut enim ex duabus propoſitionibus,aut ex pluribus omnis ſyllogiſmus eſt. Eſt ſyllogiſmus ex pluribus duabus, qñ eſt aggregatus ex ſyll'o , & proſyllogiſmo , qñ vero eſt ſyllogiſmus impmixtus ex,pſylllogiſmo,ex duab⁹ eſt tãtũ.Si quidẽ igitur ex duabus,harũ neceſſe eſt alterã , aut vtraſq; eſſe falſas . nam ex veris non erat falſus ſyllogiſmus,qui falſum ſyllogizat,& tunc concluſio falſa in tali ſimplici ſyllogiſmo erit propter primũ falſum , quod in tali ſyllogiſmo eſt primũ. Si vero ex pluribus propõnibus duabus,vt ſi eſſet ſyllogiſmus permixtus ex proſyllogiſmo,vt ſi C quidem concluſio,per A B propoſitiones ſyllogiſmum primi , hoc autem per D E , propoſitiones proſyllogiſmi,& D E,per E F , adhuc propoſitiones alterius proſyllogiſmi,ſi inquã ita fuerit,erit horũ aliquid ſuperiorum falſum,& primũ , & propter hoc oratio , hoc eſt cõcluſio erit falſa,nã A & B propõnes principalis ſyllogiſmi per illa,q̃ aſſumunt̃ in proſyllogiſmis cõcludun tur.Quare propter illorum aliquid accidit cõcluſio , & falſum,bene igitur dictũ eſt falſam concluſionẽ accidere propter primum falſum.Hæc Ariſtoteles,(vt Philoponus expoſuit,)de concluſione falſa.

Introductio noui capitis per Philop.

Syll's ſimplex duab⁹ cõſtat,pſyllogiſmus vero pluribus.

Cap. xxiiii. De eo quod est non corratiocinari.


VT autem non corratiocinetur quis, obseruandum, quando sine conclusionibus interrogat orationem, vt non detur bis idem in propositionibus, eo quòd scimus ꝙ sine medio syllogismus non fit, medium autem est quod sępius dicitur. Quomodo autem oporteat ad vnamquamꝙ cõclusionem obseruare medium, manifestum est, eo ꝙ scit̃, quale in vnaquaꝙ figura ostenditur. Hoc autem nos nõ latebit, eo ꝙ videmus quomodo submittimus orationem.

cõmẽ. 195. Iuniores dicunt Aristotelem hic velle docere respondentem, quomodo cauere possit, ne ex eis, quæ concedit, ab opponente deducatur ad falsum, siue impossibile propter hypothesim. Causa autem, quoniam, cum declarasset falsum sequi propter hypothesim, respondens autem est, qui asserit propter hypothesim, quam concedit, non sequi falsum, ideo Aristoteles vult præcepta afferre, quibus respondens possit hoc facere, & hoc de prima parte, & de secunda vero dat præcepta opponenti, quomodo possit hæc facere. Sed Aristoteles qd velit facere, proponit in inscriptione capitis. Asserit enim caput esse de eo, quod est non corratiocinari. Est enim differentia inter ratiocinari, & corratiocinari, nã ratiocinari est quando simpliciter fit à quouis homine. Corratiocinari vero, non nisi quod fit inter disputantes, videlicet opponentem, & respondentem, & hoc Aristoteles vocat κατασυλλογίζεσθαι. Hoc est corratiocinari, quoniam inter duos fit. Aristoteles ergo agit nũc de non corratiocinari, hoc est quando respondens cogit opponentem non corratiocinari, & hæc est expositio Philoponi, cum dicit, vult per hæc dicere Aristoteles quando non fit syllogismus à nobis, & ait tunc non fieri syllogismum à nobis cum non eundem terminum multoties acceperit condisputans, siue respondens. Nã, si eundem terminum multoties acceperit, aut in hac quidem facit ipsum prædicatum, in altera vero subiectum, & sic faciet primam figuram, aut in vtrisque accipit ipsum prædicatum, & faciet secundam figuram, aut in vtrisque subiectum, & faciet tertiam figuram, sin autem non acceperit bis eundem terminum, nullo modo possibile est syllogizare. Secundo docet non syllogizare ex parte propositionum, quoniam si acceperit ambas particulares propositiones, non poterit opponens syllogizare, si vniuersales, & ambas negatiuas, minime, & si ambas affirmatiuas, non poterit syllogizare problema negatiuum. Vult igitur Philoponus Aristotelem docere primo quomodo poterimus euitare syllogismos, secundo quomodo poterimus cogere ad syllogizandum. Sed cur Aristoteles hæc agat in hoc loco, iuniores non ab ratione dixerunt Aristotelem hic agere de his, quoniam, cũ declarasset falsum sequi propter hypothesim, erat ratione dignum, vt doceret quomodo respondens potest defendere falsum, quod sequitur non sequi ex hypothesi. Aristot. ergo ponit duo præcepta pro defensione respondentis, alterum ex parte medij, alterum exparte propositionum, (vt Philoponus annotauit.) Ex parte medij quidem, cum dicit, {vt autem non corratiocinetur quis, obseruandum est, quando opponens interrogat aliquam propositionem, siue orationem aliquam, sine conclusionibus. hoc est nullam faciendo notitiam de conclusionibus, quas vult inferre, cum enim opponens propositiones interrogat, nullam notitiam faciendo de conclusione, obseruare debet respondens, vt ab eo non detur bis idem in propositionibus, hoc est vt non concedat propositiones, in quibus ponatur bis idem terminus. Scimus enim quoniam sine medio syllogismus non fit: & scimus quòd medium est quod plerunque dicitur. Ad prohibendum ergo syllogismum, caueat concedere propositiones, in quibus est idem terminus, hoc est primum præceptum exparte medij, & quidem cum conclusio ignorata fuerit ab eo. Deinde dat secundum præceptum exparte propositionum, vbi fortasse fuerit sibi nota conclusio, & dicit, {quomodo autem, subaudi si conclusio fuerit nota, oporteat ad vnamquanque cõclusionem obseruare medium, vt prohibet opponẽtem syllogizare, manifestum est, cum scitur quale problema in vnaquaque figura ostenditur, nam scimus in prima problema syllogizari posse affirmatiuum, & negatiuum, vniuersale & particulare, euitabit ergo syllogismum in prima, si propositiones non vniuersales, vel ambas negatiuas concesserit, quoniam in nulla figura ex talibus fit syllogismus. In secunda vero figura problema negatiuum tantum, & vniuersale, & particulare, euitabit vero, si solum propositiones concedet affirmatiuas. In tertia denique problema solum particulare, & affirmatiuum, & negatiuum, euitabit vero, si solum propositiones negatiuas, vel particulares concedet. Hoc autem, (vt inquit,) nos non latebit, cum viderimus quomodo submittimus atque constituerimus orationem, hoc est conclusionem: nam ex qualitate, & quantitate conclusionis apprehenditur qualitas, & quantitas propositionum, hoc est secundum præceptum, secundum Philoponum exparte propositionum, cum conclusio fuerit nota respondenti. Hæc de non corratiocinari exparte respondentis.

Oportet autem, (quod custodire præcepimus respondentes,) ipsos argumentantes tentare latere, hoc autem erit, primum quidem, si conclusiones non prius syllogizent, sed sumptis necessarijs non manifestæ sint.

Cõmẽ. 196. Nunc docet quomodo opponentes possunt compellere respondentes ad syllogizandum, & hoc agit rationabiliter, quoniam ars est de oppositis, & primo præmittit præceptum commune, & dicit. {Oportet autem quod, hoc est illud præceptum quod nos custodire præcepimus respondentes ad euitandum syllogismum, ipsos argumentantes, hoc est opponentes tentare latere: nam, si lateant, poterunt compellere respondentes ad syllogizandum. Deinde ponit præcepta in specie, & dicit, {hoc autem erit primum quidem, si conclusiones non prius syllogizent, hoc est primum præceptum erit, si opponentes conclusiones, quas syllogizare intendunt, non prę manifestent. Sed sumptis necessarijs propositionibus ad syllogizandũ, conclusiones non sint manifestæ, nisi in fine, habito, videlicet consensu respondentis. Hoc est primum præceptum.

Amplius autem, si non propinqua interrogant, sed quàm maxime longe media. Vt si sit opportunum concludere A de F, per media, B C D E, oportet ergo inquirere non si A B, & rursum non si B C, sed, si D E, deinde si B C, & sic reliqua.



Quo nãmodo Cẽlatio fieri debeat per hãc edocetur figuram.

Nunc

cõmẽ. 197. Secundũ p̃ceptum.

Nunc aſsignat ſecundum præceptum, & hoc cum cogitur concluſionem prȩmaniſeſtare, & dicit. {Amplius autem, dato ꝙ concluſio fuerit manifeſta, latebit ſi non propinqua media, ſed quàm maxime longe interrogat, propter enim longinquitatem, minus illa concedere cauebit reſpondens. Et declarat hęc exemplo, & dicit. Vt ſi ſit opportunum concludere A de F, per mẽdia B C D E, oportet ergo inquirere non ſi A ineſt B, quæ eſt medium ſiue maior propoſitio propĩqua, & rurſum non oportet interrogare, ſi B ineſt C, quæ eſt propoſitio maior remota ſiue medium remotum, ſed, ſi D ineſt E, quod eſt medium remotiſsimum. Deinde interrogare, ſi B ineſt C, & ſic reliqua, vt ſi A ineſt B. Nam ſic latebit.

Et ſi per vnum medium ſit ſyllogiſmus à medio incipere. Maxime enim ſic latebit reſpondentem.

cõmẽ. 198.

Hic aſsignat tertium præceptum, & hoc quando ad concluſionem non fuerit niſi vnum medium, & dicit. {Et ſi per vnum medium ſit ſyllogiſmus, opponens, (vt lateat,) debet incipere à medio, hoc eſt à minore primo interrogare, (vt exponit Philoponus,) deinde à maiore, maxime enim ſic latebit reſpondentem.

Cap. xxv. De elencho ſiue redargutione.

QVoniam ergo habemus quando, & quomodo ſe habentibus terminis fit ſyllogiſmus, manifeſtum, & quando erit, & quando non erit elenchus, nam omnibus affirmatiuis vel permutatim poſitis reſponſionibus, vt hac quidem affirmatiua, illa vero negatiua, contingit fieri elenchum. Erit enim ſyllogiſmus & ſic, et illo modo ſe habentibus terminus. vt ſi id, quod poſitum eſt, contrarium ſit concluſioni, neceſſe eſt fieri elenchum, nam elenchus, ſyllogiſmus cõtradictionis eſt.

cõmẽ. 199.

Secundum Philoponum, nunc agit de ſyllogiſmo elencho. Eſt autem elenchus ſyllogiſmus redargutionis, vt cum opponens per ſyllogiſmum redarguit reſpondentem, tunc ſyllogizat ſyllogiſmo elencho. Redarguit vero opponens reſpondentem, cum cogit eum negare hypotheſim ab eo datam, vel concedere hypotheſim, quam negauerat. Ariſtoteles ergo declarat quando erit elenchus, & hoc facit in prima parte.

Deinde declarat quando non erit elenchus, & hoc facit in ſecunda. Venit autem Ariſtoteles ad agendum de elencho, (vt doceat reſpondentem vitare,) ne propter hypotheſim patiatur elenchiam, hoc eſt redargutionem, & vt doceat opponentem redarguere reſpõdentem. Declarat ergo quando fieri poteſt elenchus ſyllogiſmus, & vult, quòd, quando ſciuerimus quando, & quomodo ſe habẽtibus terminis fit ſyllogiſmus, tunc poterimus ſcire quando fit elenchus, & quando non fit, & dicit. {Quoniam ergo habemus quando, & quomodo ſe habentibus terminis fit ſyllogiſmus, manifeſtum & quando erit, & quando non erit elenchus. Hoc probat: quoniam, ſi omnes propoſitiones datæ à reſpondente fuerint affirmatiuę, aut altera affirmatiua, altera negatiua, tunc contingit contra reſpondentem fieri elenchum. Si reſpondens vi elenchi cogitur concedere oppoſitum eius, quod conceſſerat, vel negare. Nam elenchus eſt ſyllogiſmus contradictionis, cõcludens oppoſitum eius, quod dedit reſpondens, vnde dicit. {Nã omnibus affirmatiuis, vel permutatim aut poſitis reſponſionibus, hoc eſt propoſitionibus, quæ dantur in reſponſione, (vt hac quidem affirmatiua, illa vero negatiua,) contingit fieri elenchum. Cuius cauſam aſsignat, & dicit. Erit enim ſyllogiſmus, & ſic ſcilicet altera affirmatiua, & altera negatiua exiſtentibus, & illo modo ſe habentibus terminis, ſcilicet vtriſque affirmatiuis, vtreque enim modo fit ſyllogiſmus. Sed dices non videtur valere hæc conſequentia: fit ſyllogiſmus, Igitur fit elenchus, & ita non ſequitur ſic vel illo modo ſe habentibus terminis ſit ſyllogiſmus. Igitur ſic, vel illo modo fit elenchus. Forte propter hoc dixit, contingit fieri elenchum. Nam ſi contingit fieri ſyllogiſmum: contingit fieri elenchum, vt ſi contingit nauigare, contingit bene nauigare. Et forte ad tollendam hanc dubitationem, ſubdit. Dico fieri elenchum ſi contingit fieri ſyllogiſmum, vt ſi id quod poſitum eſt à reſpondente contrarium ſit concluſioni, quæ concluditur ab opponente, neceſſe eſt fieri elenchum, non aliter, nam elenchus ſyllogiſmus contradictionis eſt, qui concludit oppoſitum eius, quod reſpondens dedit. In quibus verbis annotatur definitio elenchi. Nam, cum redarguere ſolemus concludendo contradictorium dati à reſpondente, ideo elenchus definiri ſolet, quòd ſit contradictionis ſyllogiſmus. Et, quoniam redarguere ſolemus tam per contrarium, quàm per contradictorium, vtrũque enim interimit propoſitum, ideo elenchus habet duas ſpecies, altera qua redarguimus ſyllogizando cõtradictorium, alteram, qua redarguimus ſyllogizando contrarium, & ſic cum Ariſtote. dicit, vt ſi id quod poſitum eſt, contrarium ſit per contrarium, oppoſitum intelligit.

Obiectio.

Solutio.


Si vero nihil affirmetur, impoſsibile eſt fieri elenchum. Non enim erat ſyllogiſmus, cũ omnes termini erãt priuatiui, quare nec elenchus, nam ſi elenchus eſt, neceſſe eſt ſyllogiſmum eſſe, cum autem eſt ſyllogiſmus, non neceſſe eſt elenchum eſſe. Similiter autem, ſi nihil poſitum ſit ſecundum reſponſionem vniuerſaliter, nam eadem erit definitio ſyllogiſmi, et elenchi.

Cõmẽ. 200. De hoc lege ſecundo

Nunc docet reſpondentem euitare redargutionem. Euitat enim reprehenſionem, ſi impedit opponentem ſyllogizare. Docet autem impedire opponentem ſyllogizare per duo præcepta, (vt Philoponus annotauit,) per primum quidem, cum inquit, ſi vero à reſpondente nihil affirmetur, impoſsibile eſt fieri elenchum, non enim erat ſyllogiſmus, cum omnes termini erant priuatiui, quare nec elenchus. nam, ſi aliqua oratio eſt elẽchus, neceſſe eſt ſyllogiſmum eſſe, cum autem eſt ſyllogiſmus, non neceſſe eſt elenchum eſſe. Eſt ergo primum præceptum ex parte qualitatum propoſitionum, vt videlicet reſpondens nullam propoſitionem affirmatiuam concedat. Deinde ponit ſecundum ex parte quantitatis propoſitionum, & dicit, ſimiliter autem, ſi nihil poſitum ſit ſecundum reſponſionem vniuerſaliter, nam eadem erit definitio ſyllogiſmi, & elenchi, non qui dem ſimpliciter, ſed ſicuti eadem eſt definitio generis, et ſpeciei, & non econuerſo: quare, cum ſyllogiſmus eẽ nõ poſsit ex non vniuerſalibus, nec elenchus ex nõ vniuerſalibus eſſe poterit.

Cap. xxvi. De fallatia ſecũdum opinionem.


ACcidit autem quandoq; (quẽadmodũ in poſitiõe terminorum fallebamur, et ſm opinionẽ fieri fallaciã. Vt ſi contingat idẽ pluribus principaliter ineſſe, et hoc quidẽ latere aliquẽ, et putare nulli ineſſe, illud aũt ſcire. Inſit. n. ipſum A ipſi B, et ipſi C p̃ ſe, et hęc oĩ D ſimiliter: ſi igitur B quidẽ putet ipſum A omni ineſſe, et hoc ipſi D: C autem nulli ipſum A, et hoc D omni eiuſdem. Secũdum idem habebit ſcientiam, et ignorantiam.



Primus locus deceptionis ſecundū opinionē p hos ſyllos, in ꝙbus media nō ſubalterna ſūt, cō ſpicitur: i ꝙbus idē contraria opinari oſtēditur.

E hoc,ſ.animal ineſſe ipſi D, caſu putet nulli ineſſe: ipſum A,hoc eſt,& putet nulli ſenſibili ineſſe ſubſtantiam,quæ ponit in quo A,& hoc c putet ineē D oī, vt ſenſibile ineē oī homini,eiuſdē ſecūdū idē habebit ſcīētiā & ignorantiā,& ſic decipiet,qm̄ opinabit cōtraria, videlicet ꝙ oīs hō ſit ſubſtātia,qm̄ oīs hō eſt aīal,& oē animal eſt ſubſtātia,& ꝙ nullus hō eſt ſubſtantia,quoniam omnis homo eſt ſenſibilis,& nullum ſenſibile eſt ſubſtātia,hic eſt primus locus deceptionis.

Rurſum,ſiqs decipiatur circa ea, quæ ſunt ex eadem coniugatione. Vt ſi ipſum A ineſt ipſi B, hoc autem ipſi C, & C ipſum ipſi D:opinetur autem ipſum A ineſſe omni B,& rurſum nulli C, ſimul enim ſciet, & non opinabitur ineſſe.Ergo nihil aliud exiſtimat ex ijs, quàm quod ſcit hoc non opinari, ſcit enim aliquo
F modo, quoniam ipſum A ineſt ipſi C per B,velut ī vniuerſali,hoc quod eſt particulare. Quare quod aliquo modo ſcit,hoc omnino exiſtimat non opinari,quod eſt impoſſibile.



Eadē deceptio in terminis ſubalternis.

Cōmē. 201. Nunc agit de fallacia ſm opinionem,quam Philoponus deceptionē vocat,& ita Ariſtoteles declarat, quot modis contingit decipi,(vt Philoponus exponit.)

Agit autem Ariſtote. de deceptione non ab ratione, quoniam eſt error,qui contingit in ſyllogiſmo ex oppoſitis,vel quo exoritur ſyllogiſmus ex oppoſitis. Et primo proponit intentum,& dicit.{Accidit autem quandoq;, et ſm opinionē fieri fallaciam, hoc eſt nos decipi, quemadmodum in poſitione terminorum fallebamur. Ex mala enim terminorum poſitione accidebat & petitio principiī, & accidebat ipſum non propter hoc accidere falſum,ergo, ſicut ex mala terminorum poſitione accidebant hæc,ita accidet deceptio in opinionibus. nā male terminis conſtitutis,ignorantur cauſæ,& cum ſciē tificę cauſæ ignorantur,tunc fit deceptio, (vt Philoponus inquit,)hæc eſt intentio. Deinde affert primum G
locum deceptionis, & vult,quod,ſi aliquod prædicatū, (vt ſubſtantia ſecundum veritatem inſit duobus ſubiectis,)vt animal,& ſenſibili, & illa duo ſubiecta, videlicet animal,& ſenſibile vni tertio ſubiecto,vt homini, in ſunt,tunc,ſi aliquis opinaretur prædicatum, ſcilicet ſubſtantiam ineſſe primo ſubiecto,(vt animali,) & non ſecundo ſubiecto,(vt ſenſibili,) & opinaretur, ambo illa ſubiecta,videlicet animal, & ſenſibile ſimul ineē eidem tertio ſubiecto, (vt homini,) hic ita opinans decipitur, quoniam opinabitur contraria, quoniam opinando illam,omne animal eſt ſubſtantia, ſimul opinabitur hāc, omnis homo eſt ſubſtantia, quoniam omnis homo eſt animal.ſimiliter opinando iſtam,nullū ſenſibile eſt ſubſtantia,ſimul opinabitur, & hanc nullus homo eſt ſubſtantia,quoniam omnis homo eſt ſenſibilis,& ita ſiquis opinaretur has duas propoſitiōes,omne animal eſt ſubſtantia,& nullum ſenſibile eſt ſubſtātia,ſub quibus poſſunt ſumi duæ minores,ſcilicet omnis homo eſt animal, H
& omnis homo eſt ſenſibilis,ſequitur,quod opinabitur ſimul duas contrarias,videlicet omnis homo eſt ſubſtātia,& nullus homo eſt ſubſtantia. Patet, quoniam qui opinatur propoſitiones,ex quibus ſyllogiſtice ſequūtur concluſiones,etiam opinatur concluſiones. Ariſt.autem accipit exemplum in terminis tranſcendentibus,et dicit,vt,ſi contingit idem pluribus principaliter ineſſe, vt ſubſtantiam,animali,& ſenſibili,quæ inſint tertio,vt homini, & hoc quidem contingit latere aliquem, & putare nulli ineſſe,vt ſubſtantia nulli ſenſibili. Illud autem ſcire,& putare omni ineſſe, vt ſubſtantiam omni animali. Tunc aſsignat terminos,& dicit.{Inſit enim ipſum A ſ.ſubſtantia,ipſi B,ſ.animali, & ipſi C,ſ.ſenſibili per ſe & vniuerſaliter,& hæc ambo inſint omni D,ſ.homini ſimiliter. Si igitur aliquis putauerit aliquibus cōiecturis, ipſum A,ſ.ſubſtantiā ineſſe quidem omni B,ſ.Animali, &

cōmē. 201.

Secūdū exēplum.

Cōmē. 203.


Per hos ſyllogiſmos oñdit ſecūdum quas propōnes nō fiat, & ſecūdum quas fiat ſuſpitionis deceptio.

Cū aſsignaſſet primum exemplum per media nō ſub altera, nunc aſsignat ſecūdū per media ſubalterna, & duo facit,quia prīo aſsignat exēplū, ſecūdo verificat illud. De prima parte dicit.{Rurſum ſiquis decipiat circa ea,q̄ ſunt ex eadē cōiugatione, hoc eſt circa ſubalterna,accidet eū ſcire & ignorare, atq; contraria opinari. Tunc affert exēplum,& dicit{vt ſi ipſum A, ſubſtantia, ineſt ipſi B corpori,hoc aūt ipſis C,aīali:ita, (vt ſint ſubalterna,)& C ipſum,ipſi D homini,opinet autem A, ſubſtātiam ineſſe omni B,corpori,vt ī rei veritate ineſt,& rurſum opinetur ipſum A,nulli C ineſſe, vt per aliquam deceptionem,caſu hoc poſito,ſimul.n.ſciet A ineſſe ipſi C, & non opinabitur ipſum A ineſſe ipſi C, ꝙ ſciat ipſum A, ineſſe ipſi C,aliquo modo,patet:quoniam ſcit A ineſſe ipſi B,& ipſum B ineſt ipſi C,igitur ſcit ipſum A ineē ipſi C. Ergo ſcit A ineſſe ipſi C per b, & tn̄ non opinatur A ineē ipſi C,per caſum poſitū. Ponebatur enim p caſum ꝙ non opinaretur A ineſſe C,& ſimili rōne fieri poteſt abſurdū de D vt de C. Vnde dicit.{Ergo nihil aliud exiſtimat ex ijs caſu illo poſito quā quod ſcit,hoc nō opinari eſſe, ſcit enim aliquo modo in vniuerſali,quoniam ipſum A ineſt ipſi C per B,vnde ſyllogiſmus eſt,ſcit omne B eſſe A, C eſt B, ergo aliquo modo ſcit C eſſe A, dico aliquo modo, quoniam ſcit velut in vniuerſali,hoc quod eſt particulare,ſciendo enim oē corpus eſſe ſubſtantiam, ſcit oē animal eſſe ſubſtantiam,inquantum ſcit oē corpus eſſe ſubſtantiam. Tunc concludit propoſitum,& dicit.{Quare quod aliquod modo ſcit, vt omne animal eſſe ſubſtantiam

ſtantiam per corpus, hoc omnino exiſtimat non opinari, quod eſt impoſsibile, dico omnino non opinari, quoniam non eſt abſurdum aliquid ſcire aliquo modo, & illud non opinari aliquo modo, (vt Philoponus animaduertit.) ſcimus enim aliquo modo hoc, quod eſt in vtero eſſe ſterile, & non opinamur aliquo modo illud eſſe ſterile, ſed ſcire aliquo modo aliquid, & illud non opinari ſcire omnino, hoc eſt impoſsibile. Sic igitur probatum eſt, quòd abſurdum ſit opinari cõtraria, & in ñs, quæ ſunt ex eadem coniugatione, & in ñs, quæ non ſunt ex eadem coniugatione.

In eo autem, quod prius dictum eſt, ſi non ex eadem coniugatione ſit medium, ſecundum vtrumq; quidem mediorum ambas propoſitiones non poſsibile eſt opinari. vt ſi A, B quidem omni, C autem nulli, hæc autem vtraq; omni D. Accidit enim aut ſimpliciter, aut in aliquo contrariũ ſumere primam propoſitionem. Si enim cui B ineſt omni, ipſum A putet ineſſe, B autem ipſi D nouit, & ipſum A ipſi D nouit. Quare, ſi rurſum cui C nulli putat ipſum A ineſſe, cui B alicui ineſt, huic non putat ipſum A ineſſe. Putare autem omni cui B rurſum alicui non putare cui B, aut ſimpliciter, aut in aliquo contrarium eſt, ſic igitur nõ contingit opinari.

Folio fluere.



Per hos ſyllogiſmos oñ dic̃ ſecũdum quas propõnes nõ fiat, & ſecũdum quas fiat ſuſpitionis deceptio.

Succus condenſatus.

Latifolium.


Vitis.

Cõmẽ. 203. Cum declaraſſet loca deceptionis, nunc vult declarare quomodo contingit opinari contraria ſine abſurdo, & quomodo non. & hæc exponit tantum in ñs, quę non ſunt ſubalterna. Et primo exponit quomodo nõ contingit ea opinari ſine abſurdo, & ponit hanc concluſionem. Non eſt poſsibile ſine abſurdo opinari quatuor propoſitiones ſyllogiſticas ſyllogizantes duas propoſitiones contrarias. & hanc probat, quoniam tunc aliquis opinaretur ſimul duas contrarias, vel contradictorias in propria forma. vt ſi quis ſimul opinaretur, has quatuor propoſitiones, omne B eſt A, omne D eſt b, hæ ſunt duæ: & opinaretur has duas alias, videlicet nullum C eſt A, & omne D eſt C: tunc ſimul opinabitur has duas concluſiones, omne b eſt A, & nullum B eſt A, vel has, omne B eſt A, & quoddam B non eſt A, vt deducetur in textu. Quare impoſsibile eſt opinari quatuor propoſitiones ſyllogizãtes duas contrarias ſine abſurdo, quod abſurdum eſt negare, quod conceſſerat, vel concedere contrarium, vel oppoſitum eius, quod conceſsit. Vnde dicit, { in eo autem quod prius dictum, ſi non ex eadem coniugatione ſit medium, hoc eſt, ſi media non ſint ſubalterna, ſecundam vtrunq; mediorum quidem non eſt poſsibile ambas propoſitiones opinari, quin cogatur, vel concedere contrarium, vel cõtradictoriũ eius, quod conceſsit. Eſt ergo concluſio. Non eſt poſsibile ſine redargutione opinari quatuor propoſitiones ſyllogiſticas per media non ſubalterna ſyllogizãtes duas propoſitiones cõtrarias. Dico ſine redargutione, quoniam cogetur concedere, aut cõtrarium, aut oppoſitum eius, quod conceſſerat. Probat hanc per exemplum, & dicit, { & vt ſi A, B quidem omni concedat ineſſe, C autem nulli, hæc autem vtraque concedat ineſſe omni D, & qui concedit has quatuor propoſitiones, videlicet, omne B A, & omne D B, item, nullum C A, & omne D C, accidat aut ſimpliciter, aut in aliquo ſumere primam propoſitionem, quam prius ſumpſit, contrariam. & per contrariam ſimpliciter intelligit contrariam, per contrariam in aliquo, intelligit contradictoriam. Quòd autem ſumenti has quatuor propoſitiones accidat concedere contrariam, vel oppoſitam propoſitioni, quam primo conceſſerat, probat, & dicit. { Si enim cui B ineſt, ei omni ipſum A putat ineſſe, vt accepit, B autem ipſi D nouit ineſſe, vt accepit, ergo & ipſum A ipſi D omni nouit ineſſe, in quo ſyllogiſmo patet eum conceſsiſſe, omne B eſſe A. Deinde probat quòd cogatur cõcedere oppoſitum, vel contrarium, & dicit. { Quare, ſi rurſum cui C ineſt, huic nulli putat A ineſſe, vt accepit, ſequitur in tertia figura, cui B alicui ineſt, vt non putet, huic A ipſum ineſſe ſic ſyllogizando ex concluſione, & minori in tertia figura, nullum D eſt A, hæc fuit concluſio, omne D eſt b. Hæc fuit minor primi ſyllogiſmi. Igitur in Felapton, quoddam B non eſt A, quod eſt oppoſitum minoris conceſſæ, & hoc ait { putare autem omni cui B ineſſe A, vt putauit in minore, rurſum alicui non putare cui b, vt per hunc ſyllogiſmum in Felapton cogitur putare. Aut ſimpliciter, aut in aliquo contrarium eſt, hoc eſt, aut cõtrarium, aut contradictorium. Sic igitur non cõtingit opinari ſine manifeſto abſurdo quatuor illas propoſitiones. Poteſt etiam cogi opinari contrariam ſi minor primi ſyllogiſmi, videlicet b D cõuertitur, hoc pacto, nullum D A, hęc eſt concluſio per medium C deducta, omne b D, hæc eſt minor conuerſa. Igitur nullum b A. Hæc eſt contraria præconceſſæ maioris. Quare nullus poteſt putare has quatuor propoſitiones, hoc pacto conſtitutas, quin cogatur concedere aut contrariam, aut oppoſitam maioris, quam conceſſerat.

Verum ſecundum alterum vnam, aut ſecũdum vtrũq; vtraſq;, nihil prohibet. vt A omni B, & B ipſi D, & rurſum A nulli C.

Cõmẽ. 204. Cum declaraſſet qñ impoſsibile eſt ſcire vnam propoſitionem ſyllogiſticarum, & ignorare cõtrariam vel oppoſitam, nunc declarat qñ in ſyllogiſmo contingit ſcire alteram propoſitionem, & ignorare alteram, & dicit. { Verum ſecundum alterum, hoc eſt in ſyllogiſmo, qui eſt per vnum ſolum medium, nihil prohibet vnã, ſ. ignorare, vt minorem propoſitionem, & alteram ſcire vt maiorẽ. vt ſcire hanc maiorem, omnis mula eſt ſterilis, & ignorare hanc minorem, hæc quę eſt in vtero, eſt ſterilis. Vel ſcire hãc, nulla mula fit p̃gnãs, & ignorare hanc, hæc quæ eſt in ſtabulo, fiet p̃gnans. Aut ſecundum vtrũq; mediũ in diuerſis ſyllogiſmis, nihil prohibet ignorare vtraſq; minores, & ſcire vtraſq; maiores, vt ſi ſyllogiſmi ſint, A omni b, & B ipſi c, & alius ſit rurſum, A nulli C, & C nulli D, vt prius dictũ eſt. Cõtingit enim in his ſyllogiſmis ſcire propõnes maiores, & ignorare propõnes minores, & ſicut in duobus ſyllogiſmis, ita in vno. Semper. n. contingit, ſcire vnã propoſitionem, & alterã ignorare, quoniam contingit ſcire vniuerſaliter vnam, & ignorare particulariter alteram.

Nam ſimilis huiuiſmodi fallatia eſt, ac ſi fal E
leremur circa particularia, vt ſi A omni B ineſt, B autem omni C, A omni C inerit. Si ergo aliquis nouit quoniam, cui B ineſt A ineſt omni. nouit, & quoniam ei, quod eſt C, ſed nihil prohibet ignorare C quoniam eſt. Vt ſi A quidem duo recti, in quo autem B triangulus, in quo vero C ſenſibilis triangulus. Opinabitur enim aliquis non eſſe C ſciens, quoniam omnis triangulus habet duos rectos, quare ſimul ſciet, & ignorabit idem. Nam ſcire omnem triangulum, quoniam duobus rectis, non ſimplex eſt, ſed hoc quidem vniuerſalem habet ſcientiam, illud vero ſingularē, ſic ergo in vniuerſali nouit C quoniā duobus rectis, in ſingulari autē non nouit, quare non habebit contrarias.



Quomodo aliqd in vniuerſali ſciamus quod in particulari ignoramus.

Cōmē. 205. Cum accepiſſet fieri poſſe, vt altera propoſitio in ſyl- G
logiſmo ſit ſcita, & altera ignorata. nunc probat hoc per ſimile in particularibus propoſitionibus & vniuerſalibus, in quibus poſſumus ſcire particularia in vniuerſalibus, & ignorare in particulari, & dicit. Nam ſimilis huiuſmodi fallatia eſt, ac ſi falleremur circa particularia, ſcindo vniuerſalia eorum, & hoc exponit. Primo in tranſcendentibus, et dicit, vt ſi A omni B ineſt, B autem omni C, A omni C inerit, ſi ergo aliquis nouit, quoniam cui B inest A ineſt omni, nouit & quoniam ei, quod eſt C A ineſt hoc pacto ſyllogizando, nouit omne B eſſe A, omne C eſt B. Igitur nouit omne C eſſe A, ſed nihil prohibet ignorare C quoniam eſt, & ſic nihil prohibet ignorare ipſum C eſſe A, ſi enim non eſt non poteſt ſciri eſſe A, & ſic ſtat ſcire C eſſe A, & ignorare C eſſe A, quoniam ſcitur in vniuerſali, & ignoratur in particulari. Deinde ponit exemplū in terminis prædicamentalibus, & dicit, vt ſi A quidem duo recti, vel duos rectos habere, in quo autem B triangulus, in quo vero C ſenſibilis triangulus, vt ligneus vel H
cupreus,, qui non videatur eſſe duorum rectorum, quoniam ſenſibilis triangulus non eſt indiuiſibilium linearum. Secundum ſenſum, & ideo videtur habere tres angulos maiores vel minores duobus rectis. Opinabitur enim aliquis non eſſe C duorum rectorum, ſciens vniuerſaliter, quoniam omnis triangulus habet duos rectos. Quare ſimul ſciet, & ignorabit idem. Nam ſcire omnem triangulum, quoniā duobus rectis angulos habet æquales, non eſt ſimplex, hoc eſt vno modo dictum, ſed hoc quidem vniuerſalem habet ſcientiam, vt cum non accipitur contractum ad ſenſibiles triāgulos, illud vero, hoc eſt alio modo, videlicet vt accipitur contractum ad ſenſibiles triangulos, ſingulares ſcilicet, oſtēſionem habet. Tunc concludit, ſic ergo in vniuerſali nouit C quoniam duobus rectis angulos æquales habet, in ſingulari autē, non nouit. Quare hoc pacto intelligendo non habebit contrarias opiniones, vt ſcientiam, & ignorantiam de eodem, & ſecundum idem, ſcientia enim vniuerſalis nō opponitur ignorantiæ particulari. Philoponus in prę ſenti loco, ſi recte verba percepi, innuit hanc diſtinctionem, cp ſcire omnem triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, poteſt cognoſci ſcientifice, vt per demonſtrationem, & non ſcientifice, vt per ſenſum, quo uiam & hic triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, & ille, & ſic de alīs. Primo modo ſcitur vniuerſaliter, & ſcitur etiam quòd hic triāgulus habeat tres, ſecundo modo poteſt ignorari, quoniā poteſt ignorari hunc habere tres, & hunc, & ſic de cęteris, & ſic ſciētifice nouit, & non ſcientifice ignorauit, quæ non ſunt contraria. Quæ Phil.

Annotatio.

Similiter autem eſt quæ in Menone eſt oratio, quoniam diſcipliplina eſt reminiſcentia, nunquam enim accidit præſcire, quod ſingulare eſt. Sed ſimul inductione ſumere particularium diſciplinam, velut recognoſcentes. Nam quædam ſcientes ſtatim ſcimus, vt quoniam duobus rectis, ſi ſcimus, quoniam triangulus, ſimiliter autem, & in alijs. Ergo vniuerſali quidem ſpeculamur particularia, propria autem non ſcimus. Quare contingit & falli circa ea, verum non contrarie, ſed habere quidem vniuerſalem, decipi autem particulari. F

commē. 207

Cum declaraſſet fieri poſſe, vt idem vniuerſaliter ſcia Cōmē. 206.
tur, & particulariter ignoretur, nunc declarat hoc idem ſoluēdo cauillum Menonis apud Platonem in libro, qui Menon inſcribitur. Vbi probauit diſcere eſſe reminiſci, hoc modo, qui diſcit id quod prius ſciebat, reminiſcitur, ſed omnis, q diſcit, diſcit quod prius ſciuit, igitur diſcens reminiſcitur. Quòd autem qui diſcit, diſcat quod prirs ſciuit, probatur in Menone, quoniā vel quod diſcit, nullo modo præſciuit, & tunc cū inueniet, non cognouerit, aut præſciuit, & ſic diſcit quod præſciuit. Ariſtoteles reſpondet, & dicit. {Similiter autem eſt, quæ in Menone eſt oratio, quæ probat, quoniam diſciplina eſt remini ſcentia. Tacuit autem cauillum, propter breuitatem, quoniam ad longum legitur in libro Platonis, & affert ſolutionem, & dicit. {Nunquam enim accidit præſcire quod ſingulare eſt, ſed accidit ſumere particularium diſciplinam ſimul inductione, hoc eſt ſumendo ipſa ſimul ſub vniuerſalibus, velut recognoſcentes. nam prius nouerunt illa in vniuerſalibus, deinde ſumendo ea ſub vniuerſalibus, videntur illa ſumere, vt recognoſcētes ea. nā quędam ſcientes ſtatim ſcimus, quoniam hic triangulus habet angulos æquales duobus rectis ſi ſcimus ipſum, quoniam eſt triangulus, ſimiliter autem, & in alīs. Tūc concludit propoſitum, & dicit. {Ergo vniuerſali quidē ſpeculamur particularia, propria autem, & particularia in propria ratione non ſcimus, quare contingit & falli circa ea. Sed dices, igitur contraria opinabitur, quaſi reſpondens dicit, verum non cōtrarie, ſed habere quidem vniuerſalem ſcientiam eorum, decipi autem circa ea particulari notitia. Hæc autem non ſunt contraria. Philoponus in hoc loco ponit differentiam inter Platonem & Ariſtotelem, nam Plato, vt in Menone inquit, diſciplinas reminiſcentias eſſe probat, Ariſtoteles autem vult diſciplinas non eſſe reminiſcentias. Nam diſcens non præſciens diſcit, ſed non ſciens, qui autem reminiſcitur, prius ſciens reminiſcitur. Menon ergo vniuerſale ſciens, per particularem inductionem rei particularis ſub vniuerſali particulare diſcit, quod non prius particulariter ſciuit. Hæc Philoponus de differentia inter Platonem, & Ariſtotelem. Ipſe tamen pro veritate

commē. 208

De reminiſcentia.


veritate asserit disciplinam esse reminiscentiam: qm̃, (vt inquit,) anima sciens omnia in corpore prius obliuiscit̃, oblita autem discendo iterum reminiscitur, veluti recognoscens quæ sciuit. Sed an hæc Philoponi positio sit peripatetica, non est præsentis speculationis. Illud tamẽ annotatione dignum sit, Aristotelem velle animam p̃scire vniuersalia, & particularia in talibus vl̃ibus, negat tñ disciplinam esse reminiscentiam, quoniam disciplina est particularium sub propria ratione, modo hæc non præsciebantur sub propria ratione, & ideo discere particularia non est reminisci, licet sit veluti quoddam recognoscere, quoniam prius sciebãtur in vniuersali, nũc in particulari cognoscuntur. Sed de his in libris naturalibus.

Annotatio.

Similiter igitur in prædictis: non.n. deceptio quæ est secundum mediũ, contraria ei, quę est secundum syllogismum disciplinę.

commẽ. 207 Applicat quæ dixit in solutione ad cauillum Menonis ad propositũ de scientia vniuersali, & disciplina particularium, & dicit. {Similiter igitur in prædictis dicendum, vt diximus de solutione cauilli Menonis. Et exponit quomodo, & dicit. {Non enim deceptio, quæ est secundum medium, ideſt deceptio circa particulare, q̃ est secũdũ sensum mediũ, contraria ei disciplinæ est, q̃ est secũdũ syllogismũ, hoc est disciplinæ vl̃i, quæ fit per syllogismũ, & nõ p̃ sensum mediũ. & quia nõ sunt contraria, stat scire in vniuersali, & decipi in particulari.

Nec quę est secundum alterum mediorum opinatio. Nihil enim prohibet scientem, & quoniam A *toti* B *ineſt, & rursum hoc ipsi* C, *putare non ineſſe ipsi* C A, *vt quoniam omnis mula est sterilis, & hæc est mula, putare hanc habere in vtero, non enim scit, quoniam* A *ineſt ipsi* C, *qui non conspicit, quod est secundum vtrunq;.*



Quo pacto scientię secũdum mediũ nõ sit cõtraria scięti̇a p syll̃m, cum nõ applicet maior termi nus minori.

commẽ. 208 Secundo declarat, q̃ deceptio, quæ est secundum vnũ medium non sit contraria scientiæ, quæ est sine medio. vt scientia de hac mula q̃ sit sterilis, per medium quod est mula, & deceptio de hac mula, q̃ non sit sterilis, per hoc q̃ sensu apparet ventre prętumida, non sint contrariæ. Nam scientia de hac mula q̃ sit sterilis, est per medium scientifica, & in vl̃i, quatenus mula, deceptio vero est quatenus est hæc mula, sine medio, et per sensum. Et dicit, nec quæ est secundũ alterum mediorum opinatio contraria est deceptioni, quæ est sine medio. Probat hoc, & dicit. {Nihil enim prohibet scientem, & quoniã A toti B ineſt, & rursum hoc, s. B ipsi C, & putare nõ ineẽ ipsi C A. Et hoc exponit {in terminis, & dicit, vt quoniã omnis mula est sterilis putare, & hæc est mula, & putare hanc habere in vtero prę nimio ventris tumore, & ita scit per medium scientifice hanc mulam esse sterilẽ, & ignorat hanc esse sterilẽ, qm̃ decipitur p̃p tumorẽ vẽtris. Non.n. scit qm̃ A sterile ineſt C huic mulę, qui nõ cõspicit, quod est secũdũ vtrũq;. Hoc est secũdũ maiorẽ, & minorẽ, hoc est, qui nõ accipit hãc mulã sub mula. Patet ergo q̃ scientia quæ est per medium non est cõtraria deceptioni, quæ est sine medio.

Quare manifestum, quoniam etsi hoc quidem nouit, illud vero non nouit, decipitur, quod habent vniuersales ad particulares disciplinas. nullum enim sensibilium cum extra sensum fit, scimus, nec si sentientes fuerimus, scimus, nisi vt in vniuersali, & in eo, quodq; habet propriam disciplinam, sed non in eo, q̃ est in actu.

cmomẽ. 209 Nunc concludit totam conclusionem ostensam, & dicit. {Quare manifestum, quoniam etsi hoc quidem nouit, scilicet maiorem propositionem, illud vero non nouit, s. minorem propositionem, decipitur. vt si nouit omnem mulam eẽ sterilẽ, & nõ nouit hanc esse mulam, hic decipitur, qm̃ potest credere hanc nõ esse sterilẽ prę tumore vẽtris nimio, quod habẽt vl̃es ad particulares disciplinas. Nam vl̃es possunt sciri, & ignorari particulares. Cuius causam assignat, & dicit. {Nullũ enim sensibilium cũ extra sensum fit, scimus. nec si sentientes fuerimus, scimus. Differt enim scientia à sensu, quare nec cũ sunt in sensu, nec extra sensum, scimus sensibilia, nisi in vl̃i, & in eo quod habet propriam disciplinam, ideſt nisi cõplexi fuerimus vniuersalem maiorẽ cũ minore, quæ habet propriam disciplinam. Sed nõ scimus aliquod sensibile in eo quod est in actu sensibile, & actuali pertractatione de ipso, sed vt accipitur sub vl̃i, nõ enim scimus hãc mulã eẽ sterilẽ, inquãtũ hęc mula, sed, vt accipit̃ sub mula. Sic enim habet vniuersalem, & propriam scięti̇ã, & dato, quõd sciamus in propria ratiõe, possibile est, vt actu ipsum non contemplemur, & sic poterimus ignorare ipsum actu, vt si essemus dormientes.

Nam scire tripliciter dicitur, aut vt vniuersali, aut vt propria, aut vt in actu, quare & decipi totidem modis, nihil ergo prohibet & scire, & deceptum esse circa idem. Verumtamen non contrarie, quod accidit & ei, qui secũdum vtrãq; scit propositionem, & non pertractauit prius. Nam opinãs in vtero habere mulam, non habet secundum actũ disciplinam, neq; propter opinionem fallatiam contrariam disciplinæ, syllogismus enim est, contraria fallatia in vniuersali.


Scire & decipi ac errare tripliciter contingit.

Cõmẽ. 210. Ad manifestationem eorum, quę dixerat, assignat diuisionem ipsius scire, & ipsius decipi. Quoniam scire aut est circa vniuersale, hoc est circa maiorem propositionem, aut circa particulare, hoc est circa minorem propositionem, aut circa vtrunque. Quod Aristoteles appellat scire in actu, vel scire secundum agere. nam, (vt Philoponus inquit,) operamur ab vniuersali in particulare referendo actu minorem sub maiore, vt hanc mulam sub mula, similiter decipimur, aut non sciẽdo vl̃e, aut nõ sciendo particulare, aut neutrũ, s. nõ operari ab vniuersali ad particulare, nec referre particulare sub vl̃i. Propterea quis opinatur hanc mulã parere, qm̃ non refert hãc mulã ad vl̃em, quæ est, mula parit. dicit, nã scire tripliciter dr̃, aut vl̃i, (vt circa maiorẽ, q̃ est omnis mula est sterilis,) aut vt propria ratione, hoc est circa particulare, quod est minor, videlicet, hæc mula est mula. Aut vt actu, vt circa conclusionem, qm̃ videlicet sub vl̃i accipitur particulare, hoc est sub maiore minor, & syllogizatur cõclusio, quare & decipi totidem dr̃, vt nõ sciendo vl̃e, aut non sciendo particulare, aut neutrũ, vt

cum

cū nō refertur minor ſub maiore,& inferē cōcluſio,tunc declarat quæ dixerat in p̄cedentibus,& dicit.{Nihil ergo prohibet,& ſcire,& deceptū eſſe circa idē,verū tamē nō cōtrarie,& ſecundū eandē rationē, quod accidit & ei qui ſecundū vtranq; ſcit propoſitionē,vt qui ſcit,q̄ omnis mula ſit ſterilis , & q̄ hæc ſit mula , & nō pertractauit prius,hoc eſt , & nō retulit minorē ſub maiore , ſed ſeorſum illas ſcit nō referēdo alterā ſubaltera,& aſsignat cauſam,& dicit.{Nā opinās hanc mulā habere in vtero fetū,nō habet ſecundū actū diſciplinā , cū nō ſyllogizet nec deducat hāc ex propoſitionibus quarū altera actu ſit accepta ſub altera, neq; habet fallatiā ſecundū opinionē cōtrariā diſciplinæ,q̄m decipi ſecundū actū nō eſt cōtrariū diſciplinæ vniuerſali , nec particulari nec vtriſq; illis ſimul,ſed eſt cōtrariū diſciplinę ſecūdū actū. Syllogiſm⁹ enim vl'is eſt fallatia cōtraria ſciētię vl'i , & particularis particulari, & deceptio ſecūdū actū ſciētiæ ſecūdū actū. Et per ſyllogiſmū intelligit deceptionem ſyllogiſticā , & vl'em,ſic igitur deceptio ſm actū, nō eſt cōtraria niſi ſciē tię ſm actū,& ſic ſtat idē ſcire,& circa illud decipi,aliter atq; aliter,ſcire in vniuerſali,& decipi in particulari, ſcire in vniuerſali,& particulari,& decipi in actu , vt ſi aliquis ſcit vniuerſaliter,& particulariter nō referēdo actu particulare ſub vniuerſali,hic ſcit vniuerſaliter,& particulariter,& decipitur circa idem actu.

Qui autem opinatur q̄ bonū eſſe ſit malū eſſe,idem opinabitur bonū eſſe,& malum. Sit enim bonū eē in quo A, malū autē eſſe in quo B:rurſum bonū eſſe in quo C,quoniam igitur idem opinatur & B & C & eſſe C B opinabitur. Et rurſum B eſſe A ſimiliter,quare & C A.




Cōtraria idē eſſe ſine redargutione, nullus opinari poteſt.

Cōmen.211. Sed quæret quiſpiā vtrū aliquis poſsit contraria opinari eſſe eadē ſine redargutione , hoc eſt quin compellatur negare quod cōceſſerat. Reſpōdet q̄ vno modo nō poteſt,vt cū dicit cōtraria eſſe eadē per ſe,& hoc proponit. Qui autē opinatur q̄ bonū eſſe ſit malū eſſe , hoc eſt q̄ malū ſit per ſe bonū,idē opinabitur bonum eſſe,& malū , hoc eſt hic opinās opinabitur malū per ſe eſſe idē quod bonum. Quòd autē iſtud ſine redargutione nemo opinari poſsit probat cōſtituēdo terminos,& dicit.{Sit enim bonū eſſe in quo A,malū autē eſſe in quo B & rurſum bonū eē in quo C , tūc argumētatur,& dicit.{Quoniā idē opinatur & B & C, & eſſe C B opinabitur , & hæc ſit minor , videlicet C eſt B , & rurſum B eſſe A ſimiliter q̄m opinatur B,eſſe idē quod A , & hæc ſit maior,videlicet omne B eſt A:quare & C A . Hoc eſt,ergo C eſt A,hoc eſt bonū eſt bonū. Modo hoc eſt oppoſitū, ſiue cōtrariū eius quod cōceſſerat:nā cōceſſerat omni malum eſſe bonū. Et nūc ſequitur,vt bonū ſit bonū , quod eſt cōtrariū illi, nō ergo poteſt ſine redargutione quis opinari per ſe cōtraria eſſe eadē. Sed dices Ariſt.ſuperius probauit cō traria nō poſſe ſimul opinari. Igitur nunc fruſtra repetit idem. Dicēdū ſuperius Ariſt.probaſſe propoſitiones contrarias non poſſe opinari ſine redargutione,hic probat album & nigrum & cætera contraria, quæ non ſunt propoſitiones , non poſſe ſine redargutione opinari eſſe eadem,& ſic differt hæc conſideratio à priori.

Dubō.

Solutio.

Nam quemadmodū ſi erat verū de quo C B & de quo B A,& de quo C A verum erat , ſic in opinatione.Similiter autē & in eo,quod eſt eſſe:nā cum idē ſit C,& B , & rurſum B & A C & A idē erit.Quare & opinatione ſimiliter . Ergo hoc quidem neceſſarium ſiquis det primum.



Secūdo probat quod dixerat,dixit enim eū qui opinatur B eē A , hoc eſt malū eſſe bonū,cogi cōcedere bonum eſſe bonū,& ſic redargui, probat nūc hoc ſicut eſt de dicere,ita eſt de opinatione . Sed ſi verū eſt dicere de quo C prædicatur,prædicari B & de quo B etiam A,ergo verū erit,A prædicari de C:quare & C opinari eſſe A verū erit, & ſic bonum opinari eſſe bonum , dicit. {Nā quēadmodum ſi erat verū dicere prædicari , quæ de quo C B vt de quo prædicatur malū,p̄dicari bonū,& ecōuerſo,& de quo B prædicatur etiā prædicari A,ergo,& de quo C A p̄dicari verū erat.Sic igitur in opinatione . Quare in opinatione bonū erit bonū,cuius oppoſitū dicebatur, dicebatur enim malū eſſe bonū. Tertio idē probat ſicut in eſſe, ita in opinari, ſed in eſſe idē eſt C & A q̄m idem eſt B & A & C & B ergo & C & A.Quare in opinione idem erit bonū & bonum,cuius cōtrarium dicebatur , q̄ malū eſt bonū,dicit.Similiter autē & in eo,q̄d eſt eſſe,nā cū idem ſit C & B & rurſum B & A C & A idē erit. Et ſic idē erit bonū & bonū. Quare & in opinatione ſimiliter, Tūc cōcludit qūo hæc opinās redarguit,& dicit. Ergo hoc quidē neceſſariū eſt,ſiquis det primū , videlicet q̄ malū ſit bonū. Sequitur.n. ſtatim q̄ bonū ſit bonū, quod nōcōceſſerat & ſic ſine redargutione non poteſt hæc concedere.

Cōmē. 212.

Sed fortaſſe illud falſum opinari aliquē q̄ malum eſſe ſit bonum eſſe,niſi ſecundum accidens,multipliciter enim poſsibile eſt hoc opinari,perſpiciendum autem hoc melius.

Declarat in quo ſenſu malū poſsit eſſe bonū , & vult q̄ malū per ſe poſsit eſſe bonum per accidēs,vt peſtis eſt malum per ſe,per accidēs autē bonum,q̄m deleuit tyrannos. Præterea proicere merces in mari eſt per ſe malum per accidēs bonū,vt tēpore tempeſtatis,& dicit. Sed fortaſſe illud falſum eſt opinari aliquē q̄ malum eſſe ſit bonum eē , hoc eſt q̄ per ſe malū ſit per ſe bonū,atq; ſimpliciter bonū,niſi ſecūdum accidēs. Multipliciter enim eſt poſsibile hoc opinari , ſcilicet malū eſſe bonū q̄m per ſe, & per accidēs,ſecundū quid & ſimpliciter. Perſpiciēdū autē hoc melius atq; ſubtilius,& diſtinguēdū in quo ſenſu malum ſit bonū,& in quo ſenſu,nō. Vel dixit hoc,vt Philoponus inquit,quia male ſumpſit terminos,nā accepit bonū eſſe pro bono,& malū eſſe pro malo, & non recte,q̄m differentia eſt inter eſſe bonū, & bonū, nam eſſe bonū eſt ratio boni,ſiue quiditas boni. At bonū eſt individuū,ſicut differt magnitudo & magnitudinis eſſe , vt pater tertio de anima. Propterea dicit. Perſpiciēdū autē hoc melius , hoc eſt ſubtilius. Robertus culuerbinus,cuius liber ſub nomine egidij editur multa ſcribit extra textum. Colligēs ea omnia ab Alberto. In textū vero pauca,atquę obſcura tradit, ideo quæ ipſe dicit, prætermittimus,cum non faciant ad expoſitionem textus.

Cōmē. 213.

Aduerte de Ro. Culuer

Quando

His trib⁹ ſyllogiſmis vniuerſalis cōcluſionē mōſtrat ſi extrema cōuertūtur, medium cū ipſo & vtrūq; neceſſario conuertitur.

Cōmē. 214.


Pri. regula.

Eandē ſuperiori oſtēſio in vniuerſali negatiua.

Cōmen. 216.

Cap. xxvii. De cõuersionibus terminorũ in prima figura.

QVãdo vero cõuertunt extremitates, necesse est & mediũ cõuerti ad vtrãq;. Si enim A de C per B est, si cõuertitur, & inest cui A ip̃m omni C ip̃m, & B cũ ipso A conuertitur, & inest cui A ip̃m omni B ipsum per medium C, & C cum B conuertitur per mediũ.



